NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
μ 8
19 — M
32

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

5
9
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Bibliothecæ Secretæ Coll. Rom. Soc. Jesu.

CRVX OMNIVM RELIGIONVM, ASPERIORQVE MINIMORVM

Ab originali Cruce Chriſti effićta Cruciformis Religio.

E T

AD PRIMVM EXEMPLAR EXPRESSA.

PER PATREM FRATREM
VINCENTIVM DE VIA
COSENTINVM
Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, & inter Minimos minimum Sacræ Theologiæ profeſſorem.

OPVS OMNIBVS RELIGIOSIS CRVCEM RELIGIONIS FERENTIBVS, & præſertim Prælatis, ac Concionatoribus non parum vtile, & periucundum.

QVADRVPLICI INDICE ORNATVM, AVCTORVM PRIMO, TRACTATVVM, & Capitum altero; Scripturæ, & rerum notabilium reliquis.



BONONIÆ, Typis Caroli Zeneri. M DC XLV.

DE LICENTIA SVPERIORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS. PRINCIPI
BERNARDINO
SPATHÆ
S. ROM. ECCL. CARD. AMPLISSIMO, & Minimorum Ord. Protect. vigilantiſſ.

Frater Vincentius à Coſentia eiuſdem Ordinis Profeſſus. P. P. F.

ASSIDVIS amicorum efflagitationibus diù impulſus, tandem in animum induxi meum has qualeſcunque lucubrationes de Chriſti, & Apoſtolorum abſtinentia, de Cruciformis Religionis Sacrificio, de Excellentia Quadrageſimalis voti, ac de perfectione Religionum, ſub typo Sanctæ Religionum Crucis emittere. Sed hæ obſcuræ, & parui momenti nimis eſſent, niſi te (Ampliſſime Princeps) quæ Sanctam noſtram Minimorum Crucem protegendo ſuſtines, tanquam ſecurum Patronum intuerentur, ad quem meæ diſputationes referrentur, vt à turbinum, & procellarum tempeſtatibus, à maleuorum ſcilicet, & oblatrantium morſibus defendi poſſent: vt quod eis ex mea tenuitate deeſt, tua auctoritate, & ſplendore compleas, atq; perficias, tuaq; protectione hanc, quam deſcripſi Cruciformem Religionem defendas. Nam cum quidquid in Patrono deſiderari poteſt, mirificè in te effulgeat, dubitandum non eſt, quin quod tui Nominis inſcriptione, & tuæ nobilitatis Stemmate fuerit illuſtratum, ſatis eruditum ſit, vt in lucem proferatur; Et quoniam opus hoc meum, quod, tanquam filium ingenij mei diligo: *Vnumquemq; enim* (dixit Ambroſius [a]) *fallunt ſua ſcripta, & aureum prætereunt, atque vt filij etiam deformes delectant. Eſt enim ità natura comparatum, vt ſuis quiſque faueat, ſiuè operibus, ſiuè libris, ſiuè ſermonibus; ſpontaneoque beneuolentiæ affectu erga fætus ſuos impellatur.* Præ manibus fortaſsè habebunt Critici, aut Momi; illudque curioſis oculis contemplantes, ſi quid omiſſum eſt, aut perperam dictum, ſumma cum libertate carpere, non negligent: propterea tuo ſub nomine filium meum foras emittere optaui; tum vt inſtar Ceruæ dicat, Nemo me tangat, mordeat, aut Verbum effingere audeat, quia Cæſaris ſum: tum etiam, quia ſic ſecurior prodit. Narrat Plinius apud Thebas obeliſcum, ſeù Pyramidem excelſæ magnitudinis fuiſſe; opus mirandum quidem à viginti millibus elaboratum; Additque ille: [b] *Ipſe Rex cum ſurrecturus eſſet, vereretur que, ne machinæ ponderi non ſufficerent, quo maius periculum cura artificium denunciaret, filium ſuum adligauit cacumini, vt ſalus eius apud molientes prodeſſet lapidi.* Ligauit Rex filium ſuum Pyramidi, vt Pyramidem protegeret: At ego alteri excellentiori Pyramidi dum dedico, annecto; non vt Pyramidem defendat, ſed vt defendatur ab ipſa, & ſub vmbra illius exeat ſecurus; ſicut & à Pyramide illa

a Epiſt. 40.

b Lib. 36. cap. 9.

ab imminenti hoſtium periculo tutum remanſit oppidum. Eodem Plinio teſte, qui mox ſubiunxit: *Hac admiratione operis effectum eſt, vt cum oppidum id expugnaret Cambiſes Rex, ventumque eſſet incendio ad crepidines obeliſci, extingui ignem iuberet, molis reuerentia, qui Vrbis nullam habuerat.* Momi ergo ſaltem nominis tui reuerentia, ignaræ eorum linguæ ſilentium indicent.

Iure ergò (Eminentiſſime Domine) ſi obeliſci dicantur Soli tantum, eo quod vterique radiorum ſplendore fruantur perſimili, te obeliſcum appello, nec eſt qui id neget, niſi excutiens aliquis, & tanti obeliſci ſplendore offuſcatus; etenim mihi obeliſcus eſt nobilitatis, & dignitatis celſitudine, corporis præſtantia, atque Virtutum ſplendore. Primum ex ipſo ſtemmate colligo, dum enim in illud oculos conuerto ternas apes, terna lilia, ternoſque enſes video, quæ omnia nobilitatis, & dignitatis ſymbola ſunt. Lilia, quibus delectantur Apes ex Plinij ſententia; ſi ſeorſim ſumantur ab apibus odorifera ſunt, pandula, ſemperque incurua, & candida, habentque prominentem aureum colorem: ſtemma igitur lilijs ornatum, candorem vitæ demonſtrat, auream dignitatem, odorem in colloquijs, & admonitionibus pandulum in ſuſcipiendo virtute præditos, incuruum in condeſcendendo peccatoribus, eoſque ſubleuando, vlterius lilijs effigiatum ſtẽma, nobilitatis argumentum eſt, ſi concedant ad ſupremum honorem indicandum, fuiſſe Ioui condonata lilia, *Cui præter alia pallium erat aureum* (inquit Pauſanias de Ioue [c]) *in eo, cum diuerſa animalia, tum ex omnibus florum generibus, lilia in primis calata erant.* Cumque ad terna lilia ternæ aduolarint apes, vitales ſuccos ex lilijs eas potaſſe, in eiſq; mellificaſſe fas eſt arbitrari, ſuoq; melle magis quam alio cõmate Muſarũ induſtria aluere apes. O quam mira, magnaq; fuit (Eminentiſſime Domine) tua celebris Muſa, acciuit velociter ad lilia apes, quæ cũ ternæ volitent ſuper lilia terna, nullo dictante præceptore apprehendo, tantum ex illis attraxiſſe liquorem, vt eius dulcedine captæ, quæ flauo ardebant auro, ad purpuram traxerint lilia. Sed quæro, auolaruntnè poſtmodũ ex lilijs apes? Minimè, quinimò tua attractæ Muſa frequenter volitant ſuper lilia, & cœleſti tuæ ſapientiæ ſucco paſcuntur ſæpè. Etenim ſi ſapientiam in purpurato Principe maximam deſiderandam exquiram, micantibus, in te nitet radijs, vt iam quæ à primis etiam annis in alma Vrbe peregiſti ſatis comprobant, & antequam ad Cardinalatus dignitatem eueheretis, quæ præſtitiſti ſatis declarant. Vndè factum eſt arbitror, vt cum perpetuo ſapientiam adamaueris, & literas colueris, illarum cultores ſummo amore, & beneuolentia proſequaris. Tunc vltra cum tantis meritis haud ſatis ſit collatũ premium, futurum ſuper lilia indicant apes. Ad lapideam enim Agathoclis ſtatuam, conſidens apum examen, ſigno non obſcuro eum peruenturum ad ſummum ſplendorem legimus ſignificaſſe; ità præſagiendum puto de eo, cuius liquore paſcuntur apes: Non diſſimilis es (Princeps ampliſſime) Agathocli illi, qui erat aſpectu formoſus, & corpore valentior alijs.

c Lib. in Elia c. 15.

Nec diſſimile ſymbolum ex tribus enſibus habemus. Cur enim (vigilantiſſime Protector) terno ornantur tua ſtemmata enſe? An forte, vt incutias trinæ nationi timorem pariter, & terrorem? quaſi velis vno Italos percutere, Gallos, Hiſpanoſque reliquis? An verò, vt toti Religioni velis indicere bellum? & ab armata manu, vt olim non vnus, ſed plures progrediantur miſſiles enſes? Et dicatur, quod Ennius dixit.

Haſtas ſpargunt hoſtes, fit ferreus imber.

Neutrum horum timendum cenſeo. Nam cum ponantur enſes pro ipſa ſtirpe, & generis nobilitate, & antiquitate, non minus antiquiores ſunt, ac ipſa extitit deſcendentium origo. Verum antiquitus non ferrei enſes erant, ſed ærei. De qua re ſcribens Lucretius, ait. d

d Lib. 5.

Ar-

Arma antiqua manus, vngues, denteſque fuerunt,
Et lapides, & item ſyluarum fragmenta rami,
Et flamma, atque ignes poſtquam ſunt cognita primum;
Poſterius ferri vis eſt, ariſque reperta
Et prior aris erat, quam ferri cognitus vſus, &c.

Et Ouidius e *Primus in his Phineus belli temerarius auctor;*
Fraxineam quatiens arata cuſpidis haſtam. e Cap. 5. metam.

Et Tibullus f à Dijs pacem expoſcens dicebat: *At nobis arata lares depellite tela.* Et æreos enſes deſcribit quoque Alceus, g & ſequitur Lucret. ſubdens: *Inde minutatim proceſſit ferreus enſis.* Ratus ergo cū ſim eos enſes æreos eſſe, nō ferreos, ideò minimè timendos dixi: ſed quare percontabitur aliquis? An fortè, quia æs natura molle eſt, ideòque ferire nequeat? Sed hoc non, ærea enim arma vaſta ferunt vulnera, leuiuſque penetrant corpora. Cur ergo? Non niſi, vt ternis biſce gladijs ſupremi, & omnipotentis gladiatoris morem ſequaris. Ipſe enim Deus iiſdem gladijs, quibus vulnerat, medetur; talis eſt æneorum gladiorum natura, vulnerando, mederi. Teſtis ſit Ariſtoteles, qui quærens. h *Cur ſi quis ere inciſus ſit, facilius, quam ſi ferro ſaneſcat?* Reſpondet, *Vtrum quia as lenius eſt, minuſque laceret, aut verò as medicamenti vim obtineat?* Hinc ortum habuit illud antiquorum prouerbium *(Clauus aneus)* quippe qui tantæ ſanitatis cauſa erat, vt ſtatim ad vulnus apro inflictum applicato: mortuo ex vulnere apro, caro eius à putredine, & corruptione ſeruaretur libera; Sic affirmat Plutarchus, & Celius, qui etiam refert, *Apud Sabinos ex ara cultros fuiſſe, quibus Sacerdotes tōderentur*, Fortaſſe ne ferrea nouacula vulneratus aliquis duriori, ac crudeliori vulnere afficeretur; ſed ærea erat, vt vna cum vulnere medicamentū afferret. Mederis itaque (Eminentiſſime Domine) dum correptione vulneras; ictum infers, ſed mortiferam plagam non infligis; Vulnus aperis, ſed vt à putredine animam ſerues: haud ergo, tuos timeo enſes.

f Eglog. 10.
g Apud Athen. lib. 14. cap. 11.
h Sect. 1. probl. 35.

Rurſus aliundè cauſam aduoco alteram: Petens, cur non à ternis Spathis, Spatharum cognomen accipis? Cum tres ſint, & non vna Spatha, cur Spatha appellaris? Arbitror te reſponſurum, vna tantum eſſe Spatham triplici munere ornatam; Et dum iacentes ternos oſtentas in ſtemmate enſes, ternam enſium geſtationem oſtendis, ternaque vnius Spathæ munera aperis. Geſtatur primo enſis, aut Spatha, tanquam inſigne nobilitatis; & nobilis habetur, qui accinctum enſem ſuper femur geſtat. Vndè Herodianus de quodam Plautiano Syro fortuna, aut diuitijs, vel virtute vltrà ſtatum ad altiora euecto loquens ait: *Enſem præterea geſtabat, cateraque omnia nobilitatis inſignia.* Et Statius teſte Lorino, i *Per Auſonios enſes Prafecturas intellexit.* k Et Dauid Dei filium alloquens aiebat. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Super femur dixit, vbi Regiæ Maieſtatis inſcriptio erat, iuxtà illud Ioannis: l *Et habebat in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium.* Vno igitur enſe, vnum hoc (Eminentiſſime Domine) nobilitatis inſigne exprimis.

i In Sap. 18.
k Pſal. 44.
l Apoc. 19.

Altero manifeſtas non ſemper habere enſem in vagina reconditum; ſed quandoque diripere, iilumque ore geſtare, vt minis terreas, quos benignitate non corrigis. Sic Ioannes Bohemus de gentili ritu in Aſia ſcribit. *Principem cum primum accepto Diademate Rex inauguratur, dicere ſolitum: oris mei ſermo, de catero gladius meus erit. Et de ore eius* (ſcilicet Chriſti, ait etiam Ioannes, m *exibat gladius vtraque parte acutus.* Ecce quomodo ex femore ad os diuinus tranſijt gladius? Sed qua re? non niſi, vt terreret minis, quos punire nollet. *Comminatorius ſermo eſt* (ait Baſilius) *non ſtatim minatur vulnera, plagas,* m Apoc. 1.

mor-

mortes, ſed armorum vibrationem, veluti præparationẽ quamdã ad vltionem intentat, quemadmodum qui arma abſtergunt, & poliunt. Hunc etiam Chriſti morem ſecundo tuo, quo vteris enſe, dum vigilanter protegis imitaris.

Sed mirum non ſit ſi tertio tandem vtaris enſe: hoc eſt, ſi tertio eiuſdem Spathæ munere fungaris, cum ex ore proſilientem enſem ſtringis manu, & prouocatus ad iram feris acerbè, quoniam, vt legimus in libro Iob. n *Vltor iniquitatum gladius eſt, fugite ergo à facie gladij*. Euenire quidem poterit, vt ſicut nobilitaris enſe, eoque minaris, ità poſtmodum ad iram effectiuè prouocatus, enſe punias incorrigibilium iniquitates; Nam etiam, *Deus quos diù, vt conuertantur tolerat*, (ait Gregorius) *non conuerſos durius damnat: tanto enim tunc magna exercetur ſeueritas, quanto nunc maior miſericordia prorogatur*. Timeat ergo Spatham, qui primum non reueretur enſem; nec ſecundò corrigitur, nam tertium experietur. Præſtet mihi Deus (Eminentiſſime Domine) ne quid apud me ſit, per quod dum vixero, timeam.

n *Cap. 19.*

In illis verbis et ſi venerit tamẽ in ſecunda vigilia.

Ecce ex ſtemmate mei obeliſci nobilitas, & dignitatis altitudo oſtenſa. Præſtantia ſequitur corporis, non parui facienda; Etenim licet hominis pulchritudo in mente ſita ſit, nempè in ſapientia, & in virtute; Veſtigium tamen eius vmbra, vel imago reſplendet in corporis præſtantia, quæ maximè decet Reges, & Principes. Hi enim ſunt Dei in terris Vicarij, & ſimulacra, ac velut Dij quidam terreni. Quo circa Socrates ait, o *Bonam corporis figuram, bonæ mentis argumentum eſſe, aut certè adiumentum*. S. Ambroſius: p *Species corporis ſimulachrum eſt mentis, figuraque probitatis*. Et Anonymus in elegantiſſimo ad Conſtãtinum Panegyrico: *Non fruſtra* (inquit) *doctiſſimi viri dicunt, naturam ipſam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, & ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi poſſe, quatenus illo cæleſtis ſpiritus intrarit habitator*. Et ex Plinio etiam habemus in Panegyrico ad Traianum: *Iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris longè, lateque principium oſtentat*. Sic, & Claudianus de Stilicone.

o *In Phædro Plat.*

p *2. De Virg.*

Iam tunc conſpicuus, iam tunc venerabilis ibas,
Spondebatque Ducem celſi nitor igneus oris,
Membrorumque modus.

Ex his quid dicere velim, iam mentem tuam (Eminentiſſime Domine) percepiſſe haud ignoro; Et illis tantum vtar nunc verbis, quæ Latinus Pacatus in Panegyr. ad Theodoſiũ, cui ille, quod ego tibi: *Virtus tua meruit Imperium*, (Purpureum nempè honorem,) *Sed virtuti addit forma ſuffragium* (Summi ſcilicet Pontificis voluntatem, totiuſque Vrbis, & Orbis in voto) *illa præſtitit, vt oporteret te Principem fieri* (Sanctæ Eccleſiæ) *hæc vt deceret*. Iuuaminis ergo fuit præſtantia corporis in obeliſco ad dignitatem conſequendam.

Sed quid dicam de ſplendore virtutum in myſtico noſtro obeliſco per orbem cognito. Nobiles enim, vt dixerat Plato, q *Quo nobiliores, eo magis ad immortalem virtutem contendunt*. Hinc Antenatorum imagines non pauci ex viris nobiliſſimis olim aſpicientes, animoſiores ad virtutem præcurrebant. Hanc viam te quoque (Eminentiſſime Domine) præcurriſſe non dubito. Attamen dicere poſſes, quod Alphõſus illé magnus Aragoniæ Rex, qui adulanti ſibi (veritate licet cognita) eo quia eſſet Filius, Frater, & Nepos Regũ; Reſpondit; r *Se omnia iſta parui facere, tanquam indigna laude, aut premio, cum anteceſſorum potius, quam ſua perſona extiterit ornamentum*. Quod fortè ab Alexandro didicit, qui teſte Plutarcho, dum adhuc puer eſſet, auditis paternis victorijs triſtitia affectus dicebat. ſ *Nihil mihi Pater relicturus, ſibique dicentibus*, Omnia tua ſunt, tibique adæpta; occurrit dicens: *Quid mihi profuerit, ſi multa poſſideam, agam nihil*· O digna tanti viri reſponſio.

q *In conuiuio.*

r *Anton. Pant. de reb. geſt. Alphon.*

ſ *In Apoph. Alex.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc (Eminentiſſime Domine,) & ſimilia documenta nondum à nobilibus antiquioribus accepiſti, ſed tuo proprio Marte didiciſti; vera enim nobilitas, firmaque, & ſtabilis dignitas propria virtute comparatur, vt dixerũt Iſidorus Peluſiota, t & Gregorius Nazianzenus, u & Phalarides tirannus ſcripſit, x *Ego autem præter virtutem, nullam agnoſco nobilitatem, reliqua verò cuncta fortunæ exiſtimo*. Hoc idem expreſſit Iuuenalis dicens. a

t *Lib. 1. epiſt. 291.*
u *Tract. 18.*
x *In epiſt. ad Axiochum.*
a *Satyr. 8.*

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri? pictos oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes incurribus Aemilianos.
. . . . . . *ſi tu nihil ipſe fortuna.*
Laudis agas? miſerum eſt aliorum incumbere famæ
. . . . . *Nobilitas ſola eſt, atq; vnica virtus.*

Et Lucianus dixit b *Perit omnis in illo*
Nobilitas cuius laus eſt in origine ſola.

b *Ad Piſones.*

Accinit Ouid. c *Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi*
Vix ea noſtra voco.

c *Lib. 15. Metam.*

Non ergo te ex illuſtrium ſtirpe prognatum, & origine ſatis generoſum admiro, quum non deſint, qui bono ſint genere nati, & tamen malo ingenio, genus ingenuum improbant, Teſte Plauto. d Sed quia probitatem cæteris rebus propoſuiſti; ideò te virtutum ſtudia clariorem, & nobiliorem fecerunt; ita vt dicere queas cum Cicerone, e *Satius eſt meis geſtis florere, quam maiorum opinione vti*.

d *In Mer.*
e *In Orat. cõtra Saluſt.*

Si vlterius virtutem Religionis Chriſtianæ, quæ cæterarũ baſis, & fundamentum eſt, quæq; in Purpurato Principe locũ primum tenere debet, conſidero; Maxima in te ſemper ſplenduit, tanta in te ſemper fuit, vt qui ſapientia mundum illuſtraſti, tuis virtutibus incenſi, ac ſancto exemplo, & Deum omnipotentem glorificarint, & ad virtutes complectendas excitati fuerint. Quod ſi pietatem erga Religionem Chriſtianam, & pauperes, pupillos, & viduas à Deo nobis tam ſollicitè commendatos intueor, ſummam in te inuenio, tunc præcipuè, quando ſedens pro tribunali pro eis iudicabas. Iam verò ſi prudentiam in Clericatus exercitio, & tantarum Vrbium gubernatione animaduertam, tanta in te eſt, vt meritò Sanctiſs. Dominus noſter Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII. ad Cardinalatus dignitatem te euexerit. Poſſem quæ tua fuerit modeſtia, quæ probitas, quæ continentia, quæ morum integritas, qui in bonis artibus ardor, quæ in ſtudioſis propenſio, pluribus commemorare. Poſſem etiam, quod paucis contigiſſe legitur, enarrare, quod cum omnes animi tui magnitudinem prædicent ad officia, & dignitates euectus eundem perpetuo modeſtiæ morem retineas. Quæ omnia, eo fidentius dico, quia & nos Minimi quotidie experimur, & publica teſtante fama ita ab omnibus cognitus, vt omnes potiùs infrà tuas laudes me longè conſtitiſſe, quam aſſentandi gratia ſupra verum quidquam confinxiſſe, ſint exiſtimaturi. Certum enim eſt meam non ſufficere vocem, meamque deficere linguam ad tuas explicandas laudes: Et aliorum inſtar dicerem cum Perſio. f

f *Initio Sat. 5.*

Vatibus hic mos eſt centum ſibi poſcere voces,
Centum ora, & linguas optare in carmina centum.

Et mutuo celebriorem linguam accipiam, illam inquam Virgilij, tuaſque exprimam laudes dicens.

Cuius & ingenium, doctrinaq; nomen, acumen,
Præpetibus pennis celſa per aſtra volant,
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt.

Tan-

Digitized by Google

Tantum hoc ſupereſſe arbitror, vt aliquid de protectione huius Minimitanæ Familiæ à Sanctiſſimo Vrbano tuæ Cardinalatus dignitati annexæ, dicam. Verum quid? nihil, vbi enim premium exceditur à merito ſileat lingua. Modus tamen, quo protegendo hanc Sanctam Crucem te geris, ita ſuauis eſt dulcis, & amore plenus, vt mentes, animoſq; noſtrorum omnium ſuſpendat adeò, vt ſi Tygres, feroceſq; Leones eſſemus, aut duri, inſenſatiq; lapidis ad vocem tuam, & ſuauitatem loquendi mites facti duritiem, & ferocitatem amitteremus; non minus, ac olim Thebani, alijque Barbari Orpheo conceſſere, & Amphioni de quibus cecinit Oratius in arte Poetica, dicens.

Silueſtres homines ſacer, interpraſque Deorum
Moribus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob id linire Tygres, rapidoſque Leones,
Dictus, & Amphion Thebanæ conditor Vrbis
Saxa mouere ſono Teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

Non ergo mirum ſi qui nec Tygres, nec Leones, aut lapides ſumus ſuauitati tuæ (Eminentiſſime Princeps) de qua mihi dicere verius, quam dixerat de Neſtoreo Homerus lib. 1.

Cuius à lingua melle dulcior fluebat ſermo.

Statim obtemperando cedimus. Vlterius ſi tuum ſtemma iterum intueor, expreſſam in filijs Protectoris conditionem conſpicio. Nam vt prætercam alba, & rubea lilia, communiter quæ conſpici ſolent, candidiſſima folia habent, intus autem, in medio, ſcilicet floris, trinus apparet radius coloris flaui, & planè aurei. Sunt ergo lilia candida, & rubea, & hinc indè purpurea circumdata. Sed ad quid purpureum, candidumq; oſtendis colorem? An vt nobilitati virtutum pulchritudinem addas? ita ſanè: nam candor puritatis, & innocentiæ purpureo Charitatis rubore perfuſus in tuo ſtemmate ſplendet, rutilatque mirificè. Huc auoco, quod aptè dixit, Lucianus: g *Candor perpetuus non probatur, niſi rubor admixtus illi decus adiunxerit,* h Et Cornelius Gallus alio fine ſcripſit.

g *In Dialog. Dorielis, & Galathea.*
h *Eglog. 1.*

Candida contempſi, niſi quæ ſuffuſa rubore
Vernare proprijs ora ſerena roſis.

Et Chriſtus candidus, & rubicundus appellatur à Cæleſti Sponſa. *Candidus, quia ſplendor eſt Patris* (inquit Ambroſius) i *& rubicundus, quia partus eſt Virginis;* (Vel cum eodem) k *Candidus claritate diuina, rubens ſpecie coloris humani.* Vel Candidus cum Gulielmo, l *Ideſt ſine macula peccati, rubicundus, quia occiſus eſt propter noſtra peccata: ita candidus, quod non candidatus, ſolus in ſeipſo eſt ſingulariter candidus, qui candidandos alios ſalubriter eſt rubicundus.* Vltra nobilitatis inſigne, quod candore, & rubedine oſtentatur in ſtemmate: tibi ad Chriſti ſimilitudinem candorem, & rubedinem accommodo: Sicut & Valentiniano Imperatori accommodauit Ambroſius, m dicens: *Valentinianus meus candidus, & rubicundus* (ſubdens) *nec iniuriam per hoc fieri putes Chriſto Regi: Charactere enim Domini inſcribuntur, & ſerruli; & nomine Imperatoris ſignantur milites, &c.* Candidum ergo te prædico, & rubicundum non ſingulariter, ſed candidatum, & rubicatum Redemptoris beneficio; Candidum innocentia, & puritate, alijſque cæleſtibus donis, quibus iam ornatus appares, & rubicundus amore, & charitate, vt queas cum Sponſa dicere. n *Ordinauit in me Charitatem*, ideſt, *Vexillum meum ſuper me Charitas, ſeu dilectio;* Tunc maximè quando ad pugnam contra Tartareos ſatellites Minimorum corda dirigis: quando ad debellandas cōtrarias poteſtates, atque ipſum Cœlum capeſſendum; Minimorum quos zelantiſſimè protegis, mentes

i *Lib. 1. de Virg.*
k *In Pſal. 118. ſer. 5.*
l *In Cant.*
m *Lib. de obitu Valētiniani.*
n *Cāt. 5. 4.*

tes

tes ſuccendis. Et meritò Vexillum eius ſuper me Charitas, quia ſuper te poſitum eſt huius Minimæ Religionis Vexillum, quod eſt Charitas, & propterea ſummus,& præcipuus noſter Vexillifer es. Inſuper de Dauide Chriſti Domini typo dicit textus. o *Erat autem rufus,& pulcher aſpectus*;quæ verba explanans Gregorius, dixit: *Quid eſt, quod rufus aſſeritur, niſi quia in rubra ſæpè materia Charitatis feruor ſignatur; Vnde & in veſte Pontificis Choccus biſtinctus ponitur, vt Charitate duplici veſtiatur. Rufus ergo dicitur Charitatis ardore, quia dum ardentia præcepta Charitatis exhibet, quaſi per calorem rubet.* Quibus vtens verbis experientia duce, dicam, quod Charitatis ardore, ita ſplendes, vt dum Charitatis præcepta exhibes, quaſi per calorem rubeas. Et dum in te duplicem rubedinem nos tuę protectioni fidentes,alteram in lilijs indicatam, & alteram in dignitatis purpura collucentem, duplicem etiam Charitatem contemplamur indè prouenientem. Eaque duplicata, ideſt intenſa, vt nos ſemper proſequaris optamus, & vbi laxatam ferè Religionem vides, ac literis de pauperatam reſtituas; ne penitus proruat, obſecramus.

o 1. Reg. 16.

Hæc tandem, & alia quamplurima artis, & naturæ ornamenta, quæ omnem humanæ laudis prædicationem excedunt, quæque maiori præconio, quam hoc breuiſſimo libri exordio celebranda forent, ſilentij velamine tegam. Hoc tantum à me efflagitabant, vt hos primos laborum meorum fructus in lucem, tua ſub luce darem. Non enim erat hoc officij, quod quam exiguum ſit, cenſeo, à me prætermittendum. Præſertim cum peculiaris animi tui benignitas voluntatem meam tibi deuictam teneat; vt non alia magis ratione de meæ ſortis tenuitate, mihi dolendum ſit, quam, quod ea ſit mearum virium imbecillitas, vt deſperandum mihi ſit, vllam vnquam voluntatis meæ in te ſignificationem, quæ animum exequet, proficiſci poſſe. Tuiſque in me collatis beneficijs (Eminentiſſime Domine) paria cum reddere nequeam, Senecæ vtar verbis. p

p In Hyppol. ver. 606.

. . . . . . *omne ſeruitium feram*
Non me per altas ire, ſi iubeas, niues
Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis,
Non, ſi per ignes ire, & infeſta agmina
Cunctor paratis enſibus pectus dare.

Animi promptitudo haud eſt paruipendenda; ſi enim ardua iuſſeris, mihi ſuauia fient, ſed tui gratia, quod ſi frigidas niues non penetrauerim, nec montes conſcenderim altos, verèque per ignes ierim, vel enſibus pectus dederim; Erit, quia nec iocosè præcipis: Ipſe autem non ignorans obligationes,quibus teneor,cum eodem Seneca finem facio. q

q Ibidem ver. 613.

Mandata recipe ſceptra: me famulum accipe
Te imperia reggere, me decet iuſſa exequi.

Me tibi, Zelantiſſime Protector, committo, quem ſi in numero ſeruorum adſcribere dignaris, tuum erit regere, imperiumque exercere, meum ſeruire. Iube ergo, rege, & foue. Hos tractatus de Cruce Religionis libenti animo accipe, & qua ſoles alacritate amplectere, tuoque nomine illuſtratos prodire æquo animo patiaris, rogo. Quod ſi id aſſecutus fuero, quod de tua in omnes benignitate ſperandum eſt, me meorum laborum premium tuliſſe exiſtimabo. Interea humili præce à Deo optimo maximo petam, vt te, tuamque domum diù, multumque conſeruet, & augeat. Vale iterumque vale, longumque tibi, & omnibus. Viue.

Digitized by Google

ODE

DICOLOS TETASTROPHOS.

QVin ſum Mæonio carmine nobilis
Heroumq; potens promere cantibus
Laudes, non alij, quam tibi Delius.
Noſter percutere Chelim.
Cantarem generis grande decus tui,
Illam quam retines moribus indolem
Ornatam placidis, diues & admodum
Veris ingenium bonis.
Vt ſacris tibi ſtet Pallados artibus
Mens exculta, ſolers, vtuè recondita
Diuina reſeres templa ſcientia,
Ferret Muſa Nepotibus.
At quis parua notis vela potentibus
Pandat? Quiſue humili remigio patens
Tranſmittat Pelagus? Sic quoque laudibus
Vincenti obruimur tuis.
Virtus ſufficiens ſemper erit ſibi:
Quantus ſis animo prodit opus tuum,
Munus non hominum, ſed magè Cælitus,
Conceſſum melioribus.
Cernis mortifero qualiter impius
Contra dente fremat, quiſquis, & vltimum
Ventris delicijs conſtituet bonum,
Fœda diſcipulus Scholæ.
Laſciua Aſsirij Curia Principis,
Et diues nimium menſa Vitellij
Muſſant hic, dubiæ pallidus aſsidens
Cænæ hic attonitus tacet.
Profligata iacet nempè potentia,
Quam pragnas varijs ingluuies malis,
Et vis conciliat cæca libidinis,
Peſtes ex Erebo ſata.
Hic verax ſuperis ſobrietas placens
Aucta, hic pacifica iura modeſtia
Inſtaurata, poteſt quidquid & altior
Virtus, Imperium hic habet.
Ergo Threycia Cecropidum Pater
Non ſi me Cythara donet, ego pari
(Vincenti) meritis carmine te canam
Vincas ſic cupimus diu.

Reuer. eidem Fr. VINCENTIO Coſentino Theologo.

NObis in parua depingis grandia charta,
Et paruo ingentes vaſe refundis opes.
Qui valeat quicunque ſequi veſtigia Chriſti
Quiuè breui Cælos ſcandere calle, doces;
In Minimis magnus, ſic, Coſentine, reluces
Qui in magnis, Minimus maximus eſſe ſoles.

AD EVNDEM.

ANAGRAMMA.

VINCENTIVS CONSENTINVS.

Intus es continuè Vincens.

ANte niſi proprios didiciſset vincere motus,
Herculis extaret nullus in orbe labor:
Illi vni ſperanda foris victoria, qui ſe
Interius recta vincere mente poteſt.
Sic verè vincens, ſic Conſentine, triumphans
Intus continuè, continuè bonus es.
Exterius vincat pleno ieiunia ventre
Laudans, interius non mihi victor erit,
Tu Minimi tenues exponens vbere menſas
Ingenio, vincis; vincere daſque tuis.
Nec Curium ſimulas, nec bacchanalia viuis,
Sed Minimum, es vincens intus, & ergo foris.

VINCENTIVS CONSENTINVS.

ANAGRAMMA.

Viſcus ſum continentiæ.

EPIGRAMMA.

QVis furor inſanam violatq; volupia mentem?
Quid duro quateris membra ſubacta, iugo?
Bacchatum ſatis eſt: Viſco irretita tenaci,
Quæ ſtruis incaptos vincula, capta, trahe.

Admodum Reuer. Patri
FRATRI VINCENTIO DE VIA
à Coſentia Auctori.

P. Fr. Philippus Rocco à Coſentia

VINCENTIVS DE VIA

ANAGRAMMA.

Venit, vt Nauis Dei.

VNde venit? quò tēdit iter? quid muneris offert?
Inſunt quæ Gazæ? quæ tenet arma Rates?

Ro-

Digitized by Google

Rota eſt Italiæ, Geſtat nunc dogmata cunctis
Conſilia externis, aurea verba locis.
Erigit arboreo quanam pia ſtemmata ligno?
Nauiget vt Mundum tutior, atque potens.
Terni ſunt enſes, tot candida lilia monſtrat:
Indita purpureo nomine in orbe patent.
Vnde enſis? Verbum Chriſti: quid lilia? purum
Signant; hi ſuperant, iſtaque pulchra volunt.
Dura ſecant gladij, & iuſto flos digna corona
Eſt puppis veri norma, magiſtra, decus.
Vota, Amor, atq; Fides, mercem Spes, & vigor omnis
Inſignes Nautes, lignaque dona regunt.
Ad Cælum pergit, facto iam tramite Mundi;
Nam venit, vt nauis, quam tulit aura Dei.

Eiuſdem P. F. Philippi Rocco ad Auctorem,

VINCENTIVS.

ANAGRAMMATA.

SIT NVNC VINEA — ET NVNC VITIS
VENIT CIGNVS — SIT NVNC VIA.

Nobile VINCENTIS, nomen ſit VINEA SICVT
Quam ſummam ad Chobar condidit Aligerum.
ET NVNC ſi VITIS dicit ſimul eſſe figuram,
Ex hac libantes gaudia cordis habent.
VENIT doctrinæ CIGNVS dulcedine noſtras
Qui rapiat mentes, vndè Dei ſit auis.
SIT VIA NVNC Reliquis; vincens namque ore ſalutis
Aethereas mundi dirigit ipſe vias.

IACINTHI PRÆSTA CALABRI
à Longobardis.

Carmina in laudem Libri, & Authoris.

Pereg. *QVid fers doctè Liber?* Liber. *Præclara Encomia Vitæ,*
Quæ carni dixit; tempus in omne Vale.
Quæq; vale dixit cunctis, quæ finem ab illa
Ducũt. Pereg. *Odia heu quãta tibi paries.*
Heu lites, hoſtes, pugnas, ac damna parenti
Dilecto codex plurima docte paras.
Liber. *Cõmoda quin potius pariã, præconia, amicos,*
Tã mihi, quã Patri, dogmata ſancta ferẽs.
Et meliora probãs, non damno pinguia vitæ
Alterius cunctis præfero macra tamen.
Quæ macerãt carnẽ, & mẽtẽ pinguidine, luce,
Robore virtutum, lætitiaq; replent.
Inſidias Satanæ retegunt, ac tela repellunt
Iuſtis, Cælorum præmia ſumma parant.
Si tamen offenſa inſurgat plebecula contra
Indocti, ac aliqui bella mouere parent;
Nil patiar: lorica Patris, clypeuſq; repellent
Non ſecus, ac cera tela inimica parum.
Adde quod, & baculus Frãciſci protegit oẽs,
Vitæ cultores huius amatque nimis.
Pereg. *I, felix, i, docte Liber: præconia mille.*
Teque Patrẽq; tuũ, nulla pericla manẽt.
I, penetra montes niuiũ queis nomina fecit
Albedo impauido pectore, nilque time.
I, menſas conſcende, parant dogmata falſa
Luteri, ac inibi dogmata prome tua.
I, felix, i, victor eris, meritaque corona
Ornabis Patris tempora docta tui.

LICENTIA REVERENDISS. PATRIS GENERALIS.

Fr Laurentius à Spezzano totius Ord. Minim. S. Franciſci de Paula Correct. Generalis; Reu. Adm. P. F. Vincentio de Via a Coſentia eiuſdem Ord. in Conuentu Ferrariæ Correctori, & Studiorum Regenti ſal.

EX quo te, Librũ, cuius titulus eſt (Crux omnium Religionum, aſperiorque Minimorum) tuo ſtudio elaboraſſe, vt publicæ luci exponas intelleximus exoptare, affecti ſumus lætitia non vulgari; quippè qui ſcientiæ tuæ altitudinẽ, & ingenij profunditatem iam pridem experti non parũ, tum Religioni, tum vniuerſæ Eccleſiæ ſperamus profuturum. Quapropter non modo prædictum opus prælo ſubijciendi, quã petis tibi licentiam cõcedimus quam libenter: verum quò citius illud foras educes cò noſtris votis opportunius fore te facimus certiorẽ: Dũmodo Reuerendi P. Fr. Ioãnes du Rozier, Angelus à Panormo, & Hyppolitus ſacri noſtri Ord. Theol. præ requiſitis cõditionibus pollere exiſtimauerint. In quor. pręſẽtes, qbus ſubſcripſimus noſtri officij ſigillo munitas dedimus in noſtro S. Andreæ de Fratris Rom. Cõuentu die 11. Iunii 1644.

Frater Laurentius à Spezzano Corrector Generalis.

APPROBATIO THEOLOGORVM A REVERENDISS. PATRI Generali deputatorum de Cruce, & maximè de omnium aſperrima.

SCribere cum decebat, qui multis ab hinc annis in Ordine Minimorum Crucifixus; Cruciformis ſemper vixit: hoc opus opera, & ſtudio Reu. Adm. Patris Vincentij de Via Coſentini ſtudiorum Religionis noſtræ Regentis celeberrimi, nec non Prædicatoris eximij elaboratum, de ſpeciali Mandato RR. Patris Generalis ſedula, quam potuimus diligentia euoluimus, attentè vidimus, cum incredibili voluptate perlegimus facilius defecturi, quam ſatiandi, certat enim in illo opere pij auctoris Cruciformitas cum eruditione, ſuauitas ſtyli cum nobilitate argumenti, paritas ſcolaſticæ Theologiæ cum ſacrarum Litterarum exactiſſima cognitione; quare cum magis admiratione fidelium dignum videatur, quam cenſura egeat, cum multa literatis rara, nulla fidei diſſona Innumerabilia moribus apta contineat cenſemus, vt Typis mandetur, & in lucem prodeat, & lucem omnibus præbeat. In quorum Fidem datum Bononiæ in noſtro S. Benedicti Conuentu die 15. Menſis Martij. 1645

Frater Ioannes Durozier Theologus, & Predicator.

Frater Angelus Buzius Panormitanus Lector Philoſophiæ.

APPROBATIO.

OPus Adm. R. P. Vincentij de Via Coſentini noſtri Sacri Minimorum Ordinis S. Franciſci à Paula S. Theologiæ Profeſſoris, ac Studiorum Regentis inſcriptum, Crux omnium Religionũ aſperiorumq; Minimorũ Comiſſioni Reuerẽdiſs. Laurentij à Spezzano eiuſdem inſtituti Generalis, vt par eſt, ſatisfacere cupiens, legi, & nihil vidi, quod Catholicæ fidei aduerſetur, aut bonis obſtet moribus; imò cum meam in ſua clariſſimè crucem inueniam, puto fore opus Religioſis omnibus non ſolummodo Minimis, ſed alijs gratiſſimum, vtiliſſimum, ſalutis animæ per neceſſarium, & digniſſimum iudico, vt lucem videat, & Typis mandetur. In quorum fidem. Datum Bonon. in noſtro S. Benedicti Conuentu die 13. Menſis Februarij 1645.

Fr. Hyppolitus Larius Bonon. Ord. Minimorum Verbi Dei Proclamator Indignus.

Librum cuius titulus eſt Cruciformis, &c. Legi & accuratè euolui in quo nihil nec deuium ab orthodoxa noſtra fide, nec obuium bonis moribus percepi, quin potiùs omnia ſapientiſſimorum Virorum lucernis digniſſima. Typis igitur mandetur ne tanta lampas ſub modio contineatur, ſed ſupra montẽ poſita omnibus longè latèque ſplendorẽ emittat. In quorum fidem.

Ego D. Octauianus Finatius Cler. Regul. S. Pauli Sacræ Pœnit. Rector, & pro Eminentiſs. ac Reuerendiſs. D. D. Nicolao Albergato Cardinale Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon. Librorum Cenſor.

EGo Fr. Dominicus de Manfredis Conuentus S. Mariæ Gratiarum Bonon. Doctor Colleg. Sanctiſs. Inquiſitionis Conſultor, ac librorum Cenſor pro Reuerendiſs. P. Inquiſitore; accuratè perlegi librum hunc ab Adm. R. P. Vincentio de Via Coſentino editum; qui inſcribitur de Cruciformi Religione, &c. In eo quod fidei Catholicæ boniſue moribus aduerſetur nihil reperi; imò omnibus fore perutilem cenſeo.

Imprimatur.

Fr. Io. Vinc. Paulinus de Garexio Sac. Theol. Mag. Sanctiſs. Inquiſit. Bonon. Vic. Gen.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA SANCTORVM PATRVM, ET DOCTORVM, QVI IN HAC PRIMA PARTE CITANTVR.

A.

ABulenſis.
Adrianus Ficinus.
Adam Victorianus.
Æneus Siluius.
Ælianus Aldourandus.
Aimonus.
Alexander.
Alcazar.
Alucinus.
Alciatus.
Albertus Magnus.
Alphonſus de Caſtro.
Albertus Phygius.
Alexander Monachus.
Alexander Afroſideus.
S. Ambroſius.
Anonymus.
Angelus Politianus.
Andreas Maſius.
Angelomus.
S. Anſelmus.
Anaſtaſius Nicenus.
Andreas Cretenſis.
Andronicus.
Angles.
S. Antoninus.
S. Antonius Abbas.
Antonius Guercius.
Antipater Tarſenſ. Stoicus
Antiphanes.
Ancephius Abbas.
S. Aguitemundus.
Apuleius.
Apianus.
Apollonius.
Aponius.
Apollo Abbas.
Apollinarius.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arnoldus.
Aragon.
Arribo Friſingenſis.
Aſclepiades Cyprus.
Athenæus.
Auerroes.
Aulus Gellius.
S. Auguſtinus.

B.

S. BAſilius Magnus.
S. Baſilius de Seleucia.
Barboſa.
Baronius.
S. Bernardus.
Beda venerabilis.
S. Bernardinus Senenſis.
Bellonius.
Bellarminus.
Beroaldus.
S. Bonauentura.
Bonfinius.
Bonacina.
Boroſius.
Boetius.
Bartholomæus Camerar.
Bartholomæus Monopol.
Brocardus.
Buſtus.

C.

CAetanus.
Caliſtratus.
S. Cęſareus Arelatenſis.
Cælius Rodiginus.
Caſſianus.
S. Carolus Borromeus.
Carolus V. Imperator.
Caputfontium Archiep.
Caſſiodorus.
Clemens Alex.
Clemens Romanus.
Chiphilinus.
Celada.
Cedrenus.
Chæremon.
Celaya.
Chryſtophor. de el Caſtil.
Chryſtophor. Columbus.
Chryſtoph. de S. Antonio.
Cornelius à Lapide.
Corduba.
Cranſius.
Cato.
S. Cyprianus.
S. Cyrillus Alexand.
S. Cyrillus Hieroſolym.
Cocta.
Curtius.
Concilia.
C. Aquiſgrand.
C. Nicenum.
C. Toletanum.
C. Cabilonenſe.
C. Viennenſe.
C. Lateranenſe.
C. Bohemenſe.
C. Generale.
C. Sirmienſe.
C. Tridentinum.

Dama-

Digitized by Google

D.

DAmaſus Papa.
Delgadillus.
Demoſthenes.
Democritus.
Dionyſius Philoſophus,
Dionyſius Carthuſianus.
Didimus,
Didacus Granado.
Didacus Cea.
Diana.
Dicearchus.
Diodorus.
Diogenes.
Driedo.
Drogo.
Durandus.
S. Dorotheus.

E.

EGeſippus,
Ebulus.
Emmannel Rodriquez.
S. Ennodius.
Empedocles.
S. Ephrem Sirus.
S. Epiphanius.
Eraſmus.
Euſebius Cæſarienſis,
Eſcalantes.
Eſtregel.
S. Euſtachius.
Euthymius Zygabonius.
Eugubinus.
Euſebius Emiſſenus.
S. Eucherius.
Euripides.
Euſtachius Archiepiſc.

F.

FAuorinus.
Fernandius.
Franciſcus Lanonius.
Franciſcus Labata.
Franciſcus Pellicciarus.
S. Fulgentius.

G.

GAbriel Barrius.
Galatinus.
Gaudentius Brixenſis.
Gratianus.
Genebrardus.
Gerardus.
German. Patriarch. Conſt.
Gilbertus Abbas.
Gloſa ordinar. & intenſ.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Niſſenus.
Gregorius Lopez.
Gregorius Nicomedienſis.
Gretſerus.
Grillus.
Gulielmus Hamirus.

H.

HAymo Epiſcopus,
Herodianus,
Hector Pintus.
Herodotus.
Henricus de Aſſia.
Heſichius.
Hegeſander Delphus,
S. Hilarius Pictauienſis.
S. Hieronymus.
Hieronymus Saphon.
S. Hyppolitus Martyr.
Hieronymus Squarzafic.
Hircius,
Honcala.

I.

IAcobus de Voragine,
Iacobus Victriacus.
Ianſenius.
S. Ioannes Chryſoſt.
Ioannes Climacus,
Ioannes Boemus,
Ioannes Duns Scotus.
Ioannes Dubrauuius.
Ioannes Moſchus.
S. Ioannes Damaſcenus.
Ioannes de Morales.
Ioannes Magnus.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Mandariaca.
Ioan. de la Crux.
Idelſonſus.
Innocentius III.
Ioſephus de Acoſta.
Ioſeph Hebræus.
S. Iſidorus Hiſpalenſis.
Iandunus.
Iſidorus Peluſiota.
Iſichius.
Iſolanus.
S. Irenæus Martyr.
Iſcus Syrus.
Iſaac Presbyter.
Iſnardus.
Iſocrates.
Iſidorus Clarus.
S. Iuſtinus Martyr.
Iulius Firmicus.

L.

LAtinus Paçatus,
B. Laurentius Iuſtinian.
Lactantius Firmianus,
Laurentius Peyrina.
Laurentius Ananias.
Lanuza.
Lantes Cyrenæus.
Laertius.
S. Leo Papa.
Leo Decimus.
Leontius.
Leo Caſtrenſis.
Leonardus Lexius.
Legienſis.
Lipſius.
Lippomanus.
Lorinus.
Lodulphus.
Lopez.
Lucianus.
Lucas Abbas.
Ludouicus Viues.
Lucas de Montoja.
Ludouicus Thena.

Digitized by Google

TABVLA.

M

MAcrobius.
S.Macharius.
Macharius Philadelfienſis.
Maghellanus.
Marcus Tul.Cic.
Marſilius Ficinus.
Maldonatus.
Mamertinus.
S. Maximus.
Maximus Taurinenſis.
Marius Victorinus.
Manaſeas.
Marolus.
Macrobius.
Marineus.
Maximus Sitirus.
Melantes.
Menander.
Medina.
Moyſes Barcepha.
Molina.

MEDICI.

AVicenna.
Arnoldus de villa noua.
Alex. Petronius.
Amatus Luſitanus.
Celſus.
Forliuienſis.
Franciſcus Valleſius.
Galenus.
Gentilis Fulgin.
Beniuenius.
Chryſtophorus à Vega.
Hippocrates.
Haliabas.
Io: Michael de Sauonarola.
Mercurialis.
Nollerius.
Oribatius.
Proſper Alpinus.
Raſis.
Scaliger.
Trincauellius.
Tomas à Vega.
Veccherius.
Vitragus.

N

NAuarrus.
Natalis comes.
Neuſiphanes.
Nicetas Heraclenſis.
Nicetas Choniates.
Nicolaus de Lyra.
Nichomachus Vopiſcus.
S. Nilus.
Nicephorus.
Nicander.
Niphus.
Nouatianus.

O.

S. Optatus Mileuitanus.
Oecumenius.
Olympiodorus.
Oleaſter.
Oneſicritus.
Origines.

P.

Pauſanias.
S. Paulinus Nolanus.
Paulus Æmilius.
Paulus Iouius.
Palatius.
Palladius.
Pannonius.
S. Petrus Chryſologus.
Petrus Cameracenſis.
S. Petrus Damianus.
Phalarides.
Philippus Abbas.
Philoſtratus.
Photinus.
Petrus Guerra.
Perez.
Pererius.
Pinuſius Abbas.
Pineda.
Pierius Valerianus.
Plutarchus.
Plinius.
Plato.
Plautus.
Philo.
Platina.
Portel.
Propertius.
S. Proſper.
Prado.
Papinus.
Plinius vterque.
Pogius.
Papinus.
Procopius.
Pomponatius.
Procorus Io: diſcipulus.
Pythagoras.

POETÆ.

ALceus.
Auſonius.
Amænus.
Aratus.
Apollonius.
Baptiſta Mantuanus.
Claudianus.
Cornelius.
Catullus.
Codrus.
Callimacus.
Darephryg.
Ennius.
Euripides.
Exquilius.
Fortunatus.
Perſius.
Petronius Arbiter.
Phœdus.
Prudentius.
Philemon.
Philippus.
Iuuenalis.
Iuuenius.
Lucretius.
Lucynus.
Horatius.
Homerus.
Heſiodus.
Flaccus.
Henricus Stephanus.
Martialis.
Muſæus.
Menander.

Ni-

Digitized by Google

TABVLA.

Nicolaus Camenus.
Ouidius.
Orpheus.
Perſius.
Propertius.
Sedulius.
Siluius.
Septimius.
Tibullus.
Teognis.
Theogonus.
Theocritus.
Valerius Flaccus.
Valerius Soranus.
Virgilius.

Q.

Quintilianus.

R.

Rabanus.
Rangolius.
Raymundus Lullius.
Raphael Aquilinus.
S. Remigius.
Rauiſius.
Remigius Remenſis.
Reginaldus.
Riccardus de Sancto Vict.
Rodulphus.
Rogerius.
Rogerius Bacchonius.
Rodriquez.
Roiardus.
Rupertus Abbas.
Rupert. Epiſc. Ratiſponen.
Ruffinus.

RABINI.

R. Rabi Dauid.
R. Moyſes.
R. Abbathni.
R. Abenezra.
R. Maurus.
R. Salomon.

S.

Saluianus.
Salmeron.
Sanchez.
Sanctius.
Sabellicus.
Seneca.
Septimius.
Seruius.
Seraphinus Firmanus.
S. Seuerianus.
S. Siluanus.
Siculus.
Siculus Italicus.
Simplicius.
Simeon Metaphraſtes.
Sixtus Senenſis.
Socrates.
Sophocles.
Soſa.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Suarez.
Sotus.

T.

Tamaius.
Tacitus.
S. Thomas de Aquinas.
Theophanes Cerameus.
Theodoretus.
Theophraſtus.
Theophilactus.
Themiſtius.
Theophilus.
Thomas Vualdenſis.
Theodorus.
Theopompus.
Tertullianus.
Titus Liuius.
Titus Boſtrenſis.
Titelmanus.
Timæus Tauromenienſis.
Torniellus.
Triſmegiſtus.

V.

Valderrama.
Valerius Maximus.
Valerianus.
Valentia.
Varro.
Vaſquez.
Vegetius.
Vendeuillus Epiſcopus.
Vega Noſter.
S. Vincentius Ferrerius.
Vincentius Lyrienſis.
Viguerius.
Villaganoua.
Viualdus.
Volaterranus.
Vgo Carenſis.
Vgo de Sancto Victore.
Vgo Floreacenſis.

VERSIONES.

Ex Hebræo.
Ex Chaldæo.
Ex Arias Montano.
Ex Vatablo.
Ex Pagnino.
Ex Tigurina.
Ex Syro.
Ex Symmacho.
Ex Gerundenſi.
Ex Aquila.
Ex Arabico.
Ex Græco.

X.

Xenophon.
Xenocrates.
Xanthus.

Z.

S. Zeno.
Zacharias Benedict.

TABVLA TRACTATVVM,

ET CAPIT. HVIVS PRIMÆ PARTIS.

TRACT. I.

Crucis, & Religionis Encomia, ac ſimilitudines præmittuntur.

*Cap.*1. CRuciformis Religio ex ignominia, vt Chriſti Crux relucet. fol. 1.

*Cap.*2. Crux figurata, oculiſque in principio expoſita declarat Religionem ne dum crucem eſſe, ſed crucum cumulum. fol. 4.

*Cap.*3. Profunditas Crucis contemplatur. fol. 5.

*Cap.*4. Longitudo Crucis contemplatur. fol. 7.

*Cap.*5. Siniſtrum Crucis cornu inſpiciendum proponitur. fol. 9.

*Cap.*6. In dextero Crucis cornu micat ſplendore caſtitas. fol. 12.

*Cap.*7. Crux obedientiæ in ſublimitate crucis contemplatur. fol. 13.

*Cap.*8. Nectit charitas virtutes omnes in cruce. fol. 14.

*Cap.*9. Quod Religio dicatur crux, oſtenditur tribus locis Scripturæ, quibus apparet recta comparatio vtriuſque. fol. 15.

TRACT. II.

Allegoria de arbore Crucis.

*Cap.*1. CVr Chriſtus dicatur arbor nobilis. fol. 21.

*Cap.*2. Peccatores dici, & eſſe arbores oſtenditur. fol. 23.

*Cap.*3. Stultus ne ſtultitia ſua pereat, Chriſti crucem quærat. fol. 26.

*Cap.*4. Iuſti arbores Chriſti ſunt. fol. 28.

*Cap.*5. Religioſi ſunt arbores in Eccleſia plantatæ eminentiores alijs, & ſplendidiores etiam iuſtis. fol. 31.

*Cap.*6. Applicantur hæc Religioſis cum alijs Scripturæ locis. fol. 35.

*Cap.*7. Applicantur ſupradicta glorioſo P. Franciſco de Paula. fol. 38.

*Cap.*8. Proſequitur idē textus, vt pateat Franciſc. fuiſſe gratiſſimū. fol. 42.

TRACT. III.

De Materia ſeu ſpecie arboris Crucis Chriſti, cum allegoria ad virtutes Cruciformis Religionis.

*Cap.*1. REferuntur varia Doctorum placita circa materiam arboris Crucis. fol. 46.

c *Cap.*

Digitized by Google

*Cap.*2. De Cedro,& cupreſſo allegoricè ſumptis pro Cruce, & Cruciformi Religione. fol. 49.
*Cap.*3. Palma, quæ brachia tenet, ſignat allegoricè Crucem, & Cruciformem Religionem. fol. 51.
*Cap.*4. De Oliua ſuprema Crucis parte ad Crucem, & Cruciformem Religionem applicata. fol. 54.
*Cap.*5. Ex Oliua in Cruce, Crucifixi miſericordia relucet,& ex Cruce Religionis debet elucere in Religioſo. fol. 58.
*Cap.*6. Oleacea Crux ſymbolum Pacis, & Cruciformis Religionis pars ſuprema Pax. fol. 63.
*Cap.*7. De Pace ficta à Religione expellenda. fol. 67.
*Cap.*8. De Pace, quæ inordinata dicitur ſeu operis non minus à Religione eijcienda. fol. 70.
*Cap.*9. De Pace operis, altera ſignificatio, quæ ſit? fol. 75.
*Cap.*10. Excurſus damni allati ab ignaro ſuperiore. fol. 79.
*Cap.*11. Excurſus alter de vigilantia, & cura Paſtorum. fol. 82.
*Cap.*12. Proſequitur excurſus indicans malos prælatos non proficere, ſed officere Religioni. fol. 88.
*Cap.*13. Proſequitur excurſus docens veram paſtoris vigilantiam. fol. 95.
*Cap.*14. De Pace, quæ dicitur cordis vera, & Chriſtiana. fol. 99.

TRACT. IV.

Chriſti in Cruce, ſacrificium,& Religioſi in Cruciformi Religione, declaratur.

*Cap.*1 CHriſti in Cruce, & Religioſi in Cruciformi Religione excellens ſacrificium. fol. 105.
*Cap.*2. Solitudinem Religioſis ſe ad inſtar Chriſti ſacrificantibus neceſſariam eſſe indicant Turtur, & Columba. fol. 107.
*Cap.*3. Ex gemitu Columbæ,& Turturis oſtenditur Religioſorum pœnitentia. fol. 113.
*Cap.*4. Dicta ſuperius applicantur Sanctiſſimo Patriarchæ Franciſco de Paula. fol. 118.
*Cap.*5. Ex pudicitia, & caſtitate Turturis, & Columbæ puritas Chriſti ſemetipſum ſacrificantis oſtenditur. fol. 122.
*Cap.*6. Sequentes Religioſi Criſtum Crucifixum ſemetipſos ſacrificant, vt figuratam Turturis, & Columbæ pudicitiam ſeruent. fol. 127.
*Cap.*7. Vitiorum flammam caſtitatis igne extinguunt Religioſi in propriæ carnis ſacrificio, ac inde Sancti Patris Franciſci de Paula virginitas irradiabit. fol. 136.
*Cap.*8. Prima ſacrificij circunſtantia fuit, vt Turtures, aut Columbarum pullos retorto ad collum capite immolarentur. Quo facto Chriſti obedientia deſignatur. fol. 144.
*Cap.*9. Primum, & præcipuum ſacrificium Religioſi in Sacra Religionis Cruce obedientia eſſe debet, ad inſtar Chriſti. fol. 149.
*Cap.*10. Sanctus P. Franciſcus de Paula quam perfectè fuerit in Cruce obedientiæ immolatus oſtenditur. fol. 157.
*Cap.*11. De alia ſacrificij circunſtantia, quæ fuit, vt auium plumæ projicerentur, in qua actione Chriſti paupertas declaratur, fol. 165.

Cap.

Digitized by Google

Cap.12. Religioſi quoque Crucem Chriſti ferentes inſtar auium paupertatis ardore ſeſe immolant in eadem Cruce. fol. 169.
Cap.13. Sanctiſs. Franciſcus de Paula in Cruce paupertatis mirabiliter immolatus, & Martyrio inde coronatus. fol. 174.
Cap.14. Summa Chriſti charitas in ſacrificio earundem auium mirabiliter præſignatur. fol. 177.
Cap.15. Chriſti amorem de ipſomet Deo triumphantem deſcribit, & multo melius, ſicut verius, quam de prophano Amore in Iouem, & in alios Deos imperium tenere fabulantur Poetæ. fol. 182.
Cap.16. Proſequitur imperium Amoris Chriſti ſupra Deum ad ſimilitudinem Cupidinis imperium habentis ſupra Martem. fol. 187.
Cap.17. Amor Chriſti ſupra Deum ad ſimilitudinem cupidinei amoris imperium habentis ſupra Neptunum. fol. 189.
Cap.18. Proſequitur Amoris Chriſti imperium, velut alter Cupido ſupra Iouem. fol. 194.
Cap.19. Religioſi intra Religionem exiſtentes quaſi amantes Columbæ in Cruce charitatis ſe immolant. fol. 202.
Cap.20. Sanctiſſimi P. noſtri Franciſci de Paula ſacrificium in Cruce charitatis declaratur. fol. 208.

TRACT. V.

Chriſti ſacrificium in Cruce abſtinentiæ à carnibus probatur probabiliſſimis coniecturis ex Scriptura, & Patribus collectis.

Cap.1. QVid de nouitate dicendum pro ijs, qui nouam, quam ponemus opinionem de Chriſti abſtinentia, eſſe arbitrantur. fol. 226.
Cap.2. Vtrum valeat Philoſophus Chriſtianus contradicere doctrinæ, quæ communiter dicitur Ariſtotelis, & aliter contra illam ſentire. fol. 228.
Cap.3. Proponuntur rationes, quibus nouitas opinionum impugnatur, & ſoluuntur. fol. 231.
Cap.4. Ita amantur ingenij partus, vt difficile ſit mutare ſententiã. fol. 235.
Cap.5. Quærenti Salem, & quærenti Solem in ijs, quæ olim diximus obuiam ibimus. fol. 238.
Cap.6. Proponuntur ſententiæ, & ſtatus difficultatis aperitur. fol. 241.
Cap.7. Tertia ſententia amplectitur, & Chriſti Domini abſtinentia oſtenditur. fol. 243.
Cap.8. De ſecunda Cœna Chriſti an fuerit ex piſcibus. fol. 245.
Cap.9. Veritatem noſtræ concluſionis ſumma probabilitate ex nonnullis Eccleſiæ Patribus patefacimus. fol. 246.
Cap.10. Probabilitas noſtræ opinionis ex fundatione Eccleſiæ per Chriſtum ex quodam Ieremiæ vaticinio colligitur. fol. 248.
Cap.11. Vouit ne Chriſtus abſtinentiam, quam ſeruaſſe opinamur. fol. 251.
Cap.12. Vtrum Beatiſſima Virgo, & Sanctiſſimus Ioſeph eius ſponſus carnem comederint, vel ab ea abſtinuerint. fol. 253.
Cap.13. Argumenta prioris ſententiæ proponuntur, & ſoluuntur. fol. 257.

Digitized by Google

*Cap.*2. De Cedro, & cupreſſo allegoricè ſumptis pro Cruce, & Cruciformi Religione. fol. 49.
*Cap.*3. Palma, quæ bracchia tenet, ſignat allegoricè Crucem, & Cruciformem Religionem. fol. 51.
*Cap.*4. De Oliua ſuprema Crucis parte ad Crucem, & Cruciformem Religionem applicata. fol. 54.
*Cap.*5. Ex Oliua in Cruce, Crucifixi miſericordia relucet, & ex Cruce Religionis debet elucere in Religioſo. fol. 58.
*Cap.*6. Oleacea Crux ſymbolum Pacis, & Cruciformis Religionis pars ſuprema Pax. fol. 63.
*Cap.*7. De Pace ficta à Religione expellendá. fol. 67.
*Cap.*8. De Pace, quæ inordinata dicitur ſeu operis non minus à Religione eijcienda. fol. 70.
*Cap.*9. De Pace operis altera ſignificatio, quæ ſit? fol. 75.
*Cap.*10. Excurſus damni allati ab ignaro ſuperiore. fol. 79.
*Cap.*11. Excurſus alter de vigilantia, & cura Paſtorum. fol. 82.
*Cap.*12. Proſequitur excurſus indicans malos prælatos non proficere, ſed officere Religioni. fol. 88.
*Cap.*13. Proſequitur excurſus docens veram paſtoris vigilantiam. fol. 95.
*Cap.*14. De Pace, quæ dicitur cordis vera, & Chriſtiana. fol. 99.

TRACT. IV.

Chriſti in Cruce, ſacrificium, & Religioſi in Cruciformi Religione, declaratur.

*Cap.*1 CHriſti in Cruce, & Religioſi in Cruciformi Religione excellens ſacrificium. fol. 105.
*Cap.*2. Solitudinem Religioſis ſe ad inſtar Chriſti ſacrificantibus neceſſariam eſſe indicant Turtur, & Columba. fol. 107.
*Cap.*3. Ex gemitu Columbæ, & Turturis oſtenditur Religioſorum pœnitentia. fol. 113.
*Cap.*4. Dicta ſuperius applicantur Sanctiſſimo Patriarchæ Franciſco de Paula. fol. 118.
*Cap.*5. Ex pudicitia, & caſtitate Turturis, & Columbæ puritas Chriſti ſemetipſum ſacrificantis oſtenditur. fol. 122.
*Cap.*6. Sequentes Religioſi Criſtum Crucifixum ſemetipſos ſacrificant, vt figuratam Turturis, & Columbæ pudicitiam ſeruent. fol. 127.
*Cap.*7. Vitiorum flammam caſtitatis igne extinguunt Religioſi in propriæ carnis ſacrificio, ac inde Sancti Patris Franciſci de Paula virginitas irradiabit. fol. 136.
*Cap.*8. Prima ſacrificij circunſtantia fuit, vt Turtures, aut Columbarum pullos retorto ad collum capite immolarentur. Quo facto Chriſti obedientia deſignatur. fol. 144.
*Cap.*9. Primum, & præcipuum ſacrificium Religioſi in Sacra Religionis Cruce obedientia eſſe debet, ad inſtar Chriſti. fol. 149.
*Cap.*10. Sanctus P. Franciſcus de Paula quam perfectè fuerit in Cruce obedientiæ immolatus oſtenditur. fol. 157.
*Cap.*11. De alia ſacrificij circunſtantia, quæ fuit, vt auium plumæ projicerentur, in qua actione Chriſti paupertas declaratur. fol. 165.

Digitized by Google

*Cap.*12. Religioſi quoque Crucem Chriſti ferentes inſtar auium paupertatis ardore ſeſe immolant in eadem Cruce. fol. 169.

*Cap.*13. Sanctiſs. Franciſcus de Paula in Cruce paupertatis mirabiliter immolatus, & Martyrio inde coronatus. fol. 174.

*Cap.*14. Summa Chriſti charitas in ſacrificio earundem auium mirabiliter præſignatur. fol. 177.

*Cap.*15. Chriſti amorem de ipſomet Deo triumphantem deſcribit, & multo melius, ſicut verius, quam de prophano Amore in Iouem, & in alios Deos imperium tenere fabulantur Poetæ. fol. 182.

*Cap.*16. Proſequitur imperium Amoris Chriſti ſupra Deum ad ſimilitudinem Cupidinis imperium habentis ſupra Martem. fol. 187.

*Cap.*17. Amor Chriſti ſupra Deum ad ſimilitudinem cupidinei amoris imperium habentis ſupra Neptunum. fol. 189.

*Cap.*18. Proſequitur Amoris Chriſti imperium, velut alter Cupido ſupra Iouem. fol. 194.

*Cap.*19. Religioſi intra Religionem exiſtentes quaſi amantes Columbæ in Cruce charitatis ſe immolant. fol. 202.

*Cap.*20. Sanctiſſimi P. noſtri Franciſci de Paula ſacrificium in Cruce charitatis declaratur. fol. 208.

TRACT. V.

Chriſti ſacrificium in Cruce abſtinentiæ à carnibus probatur probabiliſſimis coniecturis ex Scriptura, & Patribus collectis.

*Cap.*1. QVid de nouitate dicendum pro ijs, qui nouam, quam ponemus opinionem de Chriſti abſtinentia, eſſe arbitrantur. fol. 226.

*Cap.*2. Vtrum valeat Philoſophus Chriſtianus contradicere doctrinæ, quæ communiter dicitur Ariſtotelis, & aliter contra illam ſentire. fol. 228.

*Cap.*3. Proponuntur rationes, quibus nouitas opinionum impugnatur, & ſoluuntur. fol. 231.

*Cap.*4. Ita amantur ingenij partus, vt difficile ſit mutare ſententiã. fol. 235.

*Cap.*5. Quærenti Salem, & quærenti Solem in ijs, quæ olim diximus obuiam ibimus. fol. 238.

*Cap.*6. Proponuntur ſententiæ, & ſtatus difficultatis aperitur. fol. 241.

*Cap.*7. Tertia ſententia amplectitur, & Chriſti Domini abſtinentia oſtenditur. fol. 243.

*Cap.*8. De ſecunda Cœna Chriſti an fuerit ex piſcibus. fol. 245.

*Cap.*9. Veritatem noſtræ concluſionis ſumma probabilitate ex nonnullis Eccleſiæ Patribus patefacimus. fol. 246.

*Cap.*10. Probabilitas noſtræ opinionis ex fundatione Eccleſiæ per Chriſtum ex quodam Ieremiæ vaticinio colligitur. fol. 248.

*Cap.*11. Vouit ne Chriſtus abſtinentiam, quam ſeruaſſe opinamur. fol. 251.

*Cap.*12. Vtrum Beatiſſima Virgo, & Sanctiſſimus Ioſeph eius ſponſus carnem comederint, vel ab ea abſtinuerint. fol. 253.

*Cap.*13. Argumenta prioris ſententiæ proponuntur, & ſoluuntur. fol. 257.

Digitized by Google

*Cap.*14. Poſterioris ſententiæ argumenta proponũtur,& ſoluuntur.fol.260.
*Cap.*15. Apologeticas quaſdam reſponſiones continet, ex quibus cætera argumenta facile ſoluuntur.. fol. 266.

TRACT. VI.

De abſtinentia Apoſtolorum, & Diſcipulorum Chriſti à carnibus.

*Cap.*1. STatus difficultatis aperitur, & ſententiæ proponuntur. fol. 277.
*Cap.*2. Apoſtolos, & Chriſti Diſcipulos abſtinuiſſe à carnibus probatur. fol. 278.
*Cap.*3. Abſtinentia à carnibus in Apoſtolis, & Chriſti Diſcipulis eorumdem facto, & exemplis comprobatur. fol.279.
*Cap.*4. Eandem Apoſtolorum abſtinentiam colligimus ex Patrum auctoritatibus, fol. 282.
*Cap.*5. Quis fuerit ille Cephas à D. Paulo reprehenſus, Petrus Apoſtolorum Princeps an alius ex Diſcipulis, & quare? fol.284.
*Cap.*6. Apologeticæ Reſponſiones ſequuntur, quibus aliqua argumenta ſoluuntur, & Apoſtolorum abſtinentia oſtenditur. fol.289.
*Cap.*7. Duo alia argumenta ſoluuntur, fol.299.

TRACT. VII.

Antiquitas Crucis oſtendit Crucis abſtinentiæ antiquitatem, eo quod olim à principio mundi vſq; ad vniuerſale diluuium homines carnibus non veſcebantur.

*Cap.*1. DE Crucis antiquitate. fol.301.
*Cap.*2. Proponuntur ſententiæ aduerſariorum exiſtimantium ante diluuium homines carnibus vſos eſſe in eſum. fol.304.
*Cap.*3. Hæc noſtra tertia ſententia, qua negamus fuiſſe eſum carnium conceſſum hominibus ante diluuium, auctoritate ſcripturæ, & ratione probatur. fol.305.
*Cap.*4. Varia Doctorum, & Sanctorum Patrum placita afferuntur, quibus docent, quod ante diluuium carnes non comedebantur. fol. 306.
*Cap.*5. Ex Poetis, & Philoſophis fatentibus in principio mundi carnium eſum non fuiſſe in vſu, noſtra ſententia comprobatur. fol.308.
*Cap.*6. Argumenta prioris ſententiæ aſſerentis ante diluuium homines carnes comediſſe proponuntur, & ſoluuntur. fol.309.
*Cap.*7. Poſterioris ſententiæ argumenta ſoluuntur, fol.313.
*Cap.*8. Soluuntur alia argumenta, fol.316.

Digitized by Google

TABVLA.

TRACT. VIII.

Quod ſicut varius eſt modus ferendi Chriſti Crucem, ſic à diluuio vſq; ad preſens diuerſus fuit modus portandi Crucem abſtinentiæ.

Cap.1. Vtriuſq; diuerſitas in communi oſtenditur. fol.319.
Cap.2. De abſtinentia Iudæorum. fol.320.
Cap.3. De abſtinentia Gentilium. fol.321.
Cap.4. De abſtinentia hæreticorum, & primo de Turcis. fol.323.
Cap.5. De Hęreticis abſtinentiam à carnibus omninò negantibus. fol.324.
Cap.6. De Hæreticis qui omninò à carnibus abſtinebant. fol.325.
Cap.7. Sanctorum Patrum doctrina proponitur contra Hæreticos, eorumque dogmata. fol.326.
Cap.8. Laudabilis abſtinentia qualis ſit. fol.328.

TRACT. IX.

Tam leue eſt onus ferendi Crucem, vt licitum ſemper ſit ſtatutum ſerendi abſtinentiæ Crucem.

Cap.1. Leue onus eſſe ferendi Crucem oſtenditur. fol.332.
Cap.2. Licitum eſſe ſtatutum de carnium abſtinentia, quia non officit Religioſis, ſeu alijs quibuſcunque ad vitam ſuſtentandam oſtenditur. fol.334.
Cap.3. Statutum de carnibus non comendendis licitum eſſe quia vitæ longitudini conſequendæ non officit, demonſtratur. fol.340.
Cap.4. Licitum eſſe ſtatutum de abſtinentia carnium, eo quia ſaluti corporali non officit, ſed potiùs ei prodeſt, demonſtratur. fol.342.
Cap.5. An poſſit Religioſus euitare mortis periculum, non comedendo carnes. fol.346.
Cap.6. Vtrum teneatur infirmus Carthuſienſis, vel alius quiſpiam in articulo mortis veſci carnibus, atteſtante Medicò, quod morietur non comedendo carnes. fol.348.
Cap.7. Dentur ne caſus aliqui, in quibus quilibet voto, vel præcepto aſtrictus ad non comedendum Paſcalia, poſſit carnibus veſci. fol. 351.
Cap.8. Nequire Religioſos noſtri Minimorum ordinis carnem ſuillam comedere, aut caſeum abſq; voti fractione, oſtenditur. fol.354.
Cap.9. Soluuntur rationes ab amico nobis propoſitæ contra ea, quæ diximus præcedenti capite. fol.362.
Cap.10. Vtrum aliquis Religioſus ex Minimorum Ordine poſſit ſe purgare ad infirmitatem præcauendam, & carnem comedere. fol.367.
Cap.11. Impugnantur ea, quæ nouiſſimè in tertio tomo Priuilegiorum addidit idem Pater Peyrina ad fulciendam eandem ſuam ſenten-

ten-

Digitized by Google

tentiam. fol.375.
*Cap.*12. Vtrum Medicus abſq; eo, quod Medicamina adhibeat poſſit cum Fratre Minimo diſpenſare ad veſcendum carnibus. fol.378.
*Cap.*13. Reſponſio ad principale argumentum, cum reſolutione totius Tractatus, fol. 380.

TRACT. X.

Statutum de ferenda omni tempore abſtinentiæ Cruce, licitum eſt, quia ſaluti ſpirituali vtiliſſimum.

*Cap.*1. Licet dura videatur abſtinentiæ Crux non aſſuetis, aut non ferentibus illam facilis tamen, & ſuauis eſt, eam ferentibus. fol. 383.
*Cap.*2. Vtrum abſtinentia à carnibus proſit Religioſis ad expellendos diabolicos inſultus. fol.385.
*Cap.*3. Diabolus non expellitur per gulam, ſed guloſorum fit Dominus, & tanquam Deus ab illis recipitur, & veneratur, fol.389.
*Cap.*4. Num proſit abſtinentia à carnibus, ad carnis concupiſcentiam edomandam, & ad orationem contemplationem, aliaſque virtutes exercendas. fol.391.
*Cap.*5. Nonnullæ Scripturæ, & Patrum auctoritates adducuntur, quibus Religioſi hortantur ad carnium abſtinentiam ſpirituali ſaluti maximè conferentem. fol.398.
*Cap.*6. Quantum proſit omnibus abſtinẽtia à carnibus exemplis comprobantur. fol.401.
*Cap.*7. Quantum placeat Deo abſtinentia à carnibus, miraculis oſtenditur. fol.402.
*Cap.*8. Argumenta contradicta ſoluuntur. fol.404.
*Cap.*9. Interroganti cur tot ciborum, & animalium genera ſint create, ſi ab illis eſt abſtinendum præſenti capite ſatisfacimus. fol.409.

Finis Tabulę Tractatuum, & Capit.

PROE-

PROEMIVM.

1 QVoniam multipharia ſunt itinera mortalium in hac vita degentium, atque ſcientiarum documenta innumera, illa præſtantiora arbitranda ſunt, quæ vberiorem non temporalium facultatum, ſed cœleſtium meritorum ſecum afferunt fructum, eoque ardentius ſectanda, quo maioris ſanctitatis, ſublimioriſq; excellentiæ earum eſt auctor. Hinc Chriſtianæ perfectionis, & Conſiliorum Euangelicorũ elucceſcit auctoritas, quæ imitatores ſuos æternorum bonorum locupletes facit, & ab ipſo conditore omnium Domino Ieſu omnium noſtrum Redemptore ſumpſit exordium, qui verus eſt Deus Dei filius de Deo genitus ſine initio conſubſtantialis, & coæternus ei, qui genuit ante ſæcula verbũ ſempiternum manens, factus in fine ſæculorum homo perfectus, hominum mediator, atque Redemptor. Quatenus humanum genus diabolica fraude deceptum, reuocaret ad gratiam, à culpa redimeret, erudiret in fide, nec non ſapientiæ ſupernæ illuſtraret ſplendore. Sicut Apoſtolus ait. [a] *In ipſo vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio.* a 1. Cor. 1, 30.

Huc quoque auoco, quod Iſaias prædixit de venturo tunc Meſſia his verbis. [b] *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea.* Et alibi. [c] *Sicut Cœli noui, & terra noua.* Ad quæ verba aſpiciens Paulus, dixit: [d] *Si qua ergò in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt. Ecce facta ſunt omnia noua.* Vbi Patres, & ſapientiores interpetres de renouatione per Meſſiam futura interpetrantur eodem etiam modo verba Iſaiæ viſus eſt Paulus interpetrari. Sed de qua renouatione intelligi debeat, non eſt vna omnium opinio. Ambroſius de renouatione per gratiam exponit, dicens. [e] *Notandum, quod innouatio per gratiam dicitur creatura, ſicut prima creatio ſecundum eſſe natura; ſed tunc creatura erat noua, & per peccatum inueterata eſt: oportuit ergò eſſe nouam creationem, per quam produceretur in eſſe gratiæ.* Tamen quia Paulus addit. *Ecce facta ſunt omnia noua.* Non ſolum humani generis renouationem, ſeu recreationem per gratiam; ſed vniuerſi quoque reſtaurationem, & aliqualem innouationem ex ipſa humani generis reparatione profectam, ſignificabat. Etſi enim per peccatum, naturæ rerum ſicut etiam hominis detrimenta paſſæ non ſint cum homine tamen à ſtatu illo naturæ integræ deficiente, & vetuſtate ipſa ſeneſcente, quaſi etiam defeciſſe, & conſenuiſſe viſa ſunt cum homine, & in homine omnia; nempe ob ipſum condita, & in ipſo quaſi collecta, atque adeò per Chriſtum, & in Chriſto renouanda erant.

b Cap. 43. 18. 19.
c Cap. 66. 22.
d 2. Cor. 5. 17.
e Lib. 2. Epiſt. 8.
Renouatio, & inſtauratio per Crucem.

2. Venit ergo plenitudo temporis, & vnigenitus Dei filius in aſſumpta humanitate apparens Crucem ſanctam ſubijt; quam intuitus ipſe, & non ſemel contemplatus ſum, & ex intuitu potius interno, quàm externo noui, quod ſicut vetus homo noſter crucifixus eſt, & cum Chriſto in cruce mortuus, nouuſque homo ſecundum Deum creatus, ſeu regenitus; ita vetus ille Mundus crucifixus, & per crucem vetuſtatem exutus, ac renouatus, iuxta doctrinam Hieronymi, dicentis: [f] *Crucifigitur Mundus ille, de quo Saluator ait, Ego vici mundum. Cui crucifixus eſt mundus, huic mundus, & mortuus eſt, & iam ei venit Mundi conſummatio, & dignus effectus nouo Cœlo, & noua terra, &c. Facta iam ſunt omnia noua.* Vbi Hieronymus non tantum inſinuat mundum in ſæ-

f In cap. 6 Epiſt. ad Galat.

in ſæculi fine renouandum veteri mortuo, & crucifixo cum Chriſto, vt Patres quàm plures ex ſenſu Apoſtoli docent; ſed etiam nunc ſuo modo ſpiritualiter renouatum. Nec mirum quod in Chriſto per Crucem Mundus renouari dicatur, & Chriſtus ipſe per Antonomaſiam nouus homo, & noua creatura vocetur. Nam (ait D. Thom.) [g] *Sicut vnius cuiuſque rei primum vetuſtatis principium per quem peccatum in Mundum intrauit, ita principium primum nouitatis, & reſurrectionis Chriſtus.*

g In c. 4. Epiſt. ad Ephef.

Nouitatem tanquam præceptor factus in Cruce Chriſtus Theologiam & Philoſophiam eleganter docuit; Sic intellexere Patres verba illa Habacuc. [h] *Scribe viſum, & explana eum, ſuper tabulas, vt percurrat, qui legerit eum.* Ideſt iuxta lectionem LXX. & paraphraſim Chaldæam. *Vt feſtinet ad ſapientiam aſſequendam quicunque legerit.* Sapientia ſanè ſublimis, & inter perfectos, ſapientia Crucis de qua præclarè Bernardus. [i] *Hæc mea ſublimior Philoſophia eſt, ſcire Ieſum, & hunc crucifixum.* Et Theophanes Cerameus te vocauit Crucē Philoſopham, dicens. [k] *Vt perſpicacioribus Crux Theologa fieret tanquam omnem creaturam ſpecie ſua repræſentans.* Crux ergò eſt illa tabula in qua Chriſto docente non ſolum tyrones, & pueri, ſed etiam magiſtri, ſapientiores addiſcunt. De hac loquutus eſt Ezechiel de illo, qui Thau in fronte ſignabat, & Chriſti Domini typum gerebat; dixit. [l] *Et Atramentarium ſcriptoris ad renes eius.* Quod vertit Symmachus teſte Hieronymo: *Tabulas ſcriptoris habebat in renibus ſuis.* Quod ſanè nullibi proprius referre viſus, quam cum ad crucis appenſus tabulas, eas veriſſimè ad renes habebat, vt ſignificaret myſticam Chriſtianorum Philoſophiam, totamque fidelium ſcholam (ſit multi ex Patribus Crucem appellant, ait Pinctus.) [m] Et Chriſtianam Academiam, & diſciplinam ab vno Chriſto crucifixo, Cruciſque tabella incipere; & in eundem ipſum ſupremam demum ſapientiam conſummari. Atque hanc ob rem Antiquus auctor, ſed incertus apud Gretſerum, quem citat Pinctus vbi ſupra ſic Crucem alloquitur, ac deuotè ſalutat: *Salue Crux initium ſalutis, & Imperij Chriſtiani firmamentū: Salue prauorum inſtitutorum Correctrix, & ſanctitatis viuendi generis promotrix: Salue Crux reuertentium manuductio, & proficientium conſummatio.* Quid excellentius dici poteſt ad renouationem, & reſtaurationem quam factam per Crucem probamus.

h Ca. 2. 1.
i Ser. 43. in Cant.
k In orat. de exaltat. S. Crucis.
Chriſtus in Cruce Magiſter.
l Ca. 9. 2.
m Libr. 1. tom. 1. li. 4.

3. Inde Redemptor noſter, Præceptor nouus cum venerit nouam Religionem, inſtituit ac nouæ vitæ præcepta propoſuit, & mandata (vetera cum eorum lege obliterans, vt abolitis conſuetudinibus antiquis, expoliatoque vetere homine cum actibus ſuis noua fierent omnia, & in nouitate vitæ incedere inchoarent mortales, qui eouſque ſolo quaſi carnis ac naturalis rationis ducebātur impulſu. Vnde nouitatem hanc reſpiciens Sanctus Chryſoſtomus, ita ſcripſit: [n] *Vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia. Et vices iam mutatæ ſunt, vt & anima noua & corpus nouum, nouum adorationis genus, nouæ pollicitationes, & teſtamentum, & vita, & menſa, & veſtis, & vt vno verbo dicam, omnia noua ſunt.* Nicetas quoque circa orationem Gregorij Nazianzeni de Encenijs hæc protulit verba. *Nouum Canticum eſt, noui teſtamenti concio, tunc enim omnia noua facta ſunt, & noua mandata, & noua gratia, & creatura noua, & nouus homo, & vita noua, & nouæ pollicitationes, & noua Sacramenta atque eo nomine nouum teſtamentum non ſolum à tempore, ſed etiam à natura homo propter quem omnia extiterunt.* Hæc Nicetas. Inde etiam Theodoretus ait. [o] *Pro Iudaicis omnibus noua nobis facta ſunt omnia, quod priùs petierat Regius Vates dicens:* [p] *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ: Noua eſt iam nouo verè exorto, hyems enim tranſit, imber enim abijt, & receſſit,*

n In 1. Corint. 5. 17.
o Eodem Pauli loco.
p Pſ. 13. 30

cessit,

ceſſit, flores apparuerunt in terra noſtra; vetus regnum tranſiit vetus teſtamentum, vetus lex, vetus Sacerdotium, vetera Sacramenta, vetus homo, & nouus homo ſucceſſit; quia homo, & Deus, & homo nouitate conceptus, & natus, vt nos renouaret. Sic Hieremia dixit. q *Quia nouum creauit Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum.* Et denique Gregorius huic veritati ſe ſubſcribens, ait: r *Nouus homo venit in Mundum noua præcepta dedit Mundo, & vita noſtra veteri contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ, &c.*

q *Cap.* 31.

r *Hom.* 32 *in Euang.*

4. Et quidem ò bone Deus quod ipſe Chriſtus nouum de vita, menſa, & veſte, vt Chryſoſtomus dixit; inſtituit; quodque præcepit, quodque cõſuluit in ſua lege ſapientia æterna, ſuaſit verbo, conſummauit in opere idem Dei, & hominum Mediator, ita quod carnalis ſenſus, rationalis intelligentiæ, naturalis ordinis, ſocialiſque vitæ ſupergreditur limites, vt videre eſt apud illos qui mirum in modum ſtupent, atque mirantur cum nos Chriſti vitæ auſteritatem, & menſæ, eius paupertatem, ſuam à carnibus abſtinentiam, & Apoſtolorum eius prædicamus atque defendimus tamquam quid probabilius, & fauorabilius noſtræ Religioni, quæ ab ipſius, & Apoſtolorum vita traxit fundamentum. Quare potiùs imitatores fieri deberent eſt enim (vt videbimus infra) vna ex Crucibus Libito ferenda, qua eius nouitate accepta faciliter poteſt quis in gradum priſtinæ conditionis ſe recipere. Memores, quam fœlix fuerit ineuntis illius primum temporis conditio; quam paucis, quamque marabili contenti viatico abierunt, vt dixerat D. Baſilius. Vnde quia laude digni ſunt, qui ad illam frugi, ac parabilem viuendi formulam aſpirant pro virium modulo ad eandem reuocare nos fecit Sanctiſſimus Patriarcha noſter Franciſcus de Paula Chriſti vitæ imitator acerrimus; contenti ad vitæ iſtius fulcimentum vſu fructuum, ſeminum, & eorum quæcunque lignoſo putamine circumueſtiuntur, cuiuſmodi ſunt poma, caſtaneæ, nuces, & ea, quæ in aquis mouentur, & viuunt. Ideò quidquid hæc præter ſe obtulerit ab vſu noſtro, vt non neceſſarium ſubmouendum curamus. Quod ſi facerent qui in qualemcunque oblectationem dati ſunt, & multi varias coquorum curas à ſe depulerint, & deiecerint (nihil tamen eorum execrabile ducentes, aut abominandum in eius gratiam, qui condidit, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum; ſed tantum nè ſint carni fomes voluptatis,) vtique laudabilem abſtinentiæ Crucem Chriſti, & Apoſtolorum, ſcilicet à carnibus, quam varijs Patrum auctoritatibus probare, ſummiſq; laudibus extollere, curamus, non tanquam nouam doctrinam haberent, niſi nouitatem vſurpent, iuxta loquendi præfatorum Patrum, & Scripturæ modum, quo omnia à Chriſto innouata eſſe affirmant: Etenim omnia inſtaurauit, & innouauit. Quod aſpicienti clarum eſt; non nè traditionibus ſuis, ſeu veriùs, erroribus impijs diruerant legem Iudæi, ac diſſipauerant dicentes. ſ *Oculum pro oculo, dentem pro dente eruendum eſſe; Proximum diligendum, inimicum verò odio habendum, &c.* Chriſtus autem, qui nouerat ſcriptum in lege. t *Mihi vindictam, & ego retribuam;* ſic eam refecit. u *Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros; benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos; & ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam præbe ei alteram.* Hæc omnia charitatis, & dilectionis documenta, & alia ſimilia, & ſi ſepè Magiſter Chriſtus tradiderit, verùm in ſublimi Crucis Cathedra, ſeu ſuggeſtu Doctor operis factus, ita viuaciter, & efficaciter docuit, vt in ſe ipſo velut aperto codice claris characteribus ſcripto, doctrinæ ſuæ exempla præbuerit. Antiquam ergò legem de dilectione per Iudæos obliteratam renouauit Chriſtus: Sic & antiquiſſimam à carnibus abſtinentiam, iam ſuccedentibus ſæculis apud omnes, vel totaliter demiſſam, vel vitiatam, vel non continuam, proprio ſuo exemplo, vltra doctrinam. Idem Redemptor noſter refecit

ſ *Matth.* 5. 38. 43.

t *Deut.* 32. 25.

u *Matth. vbi Serm.* 44.

ſecit, & inſtaurauit; vt ſuo loco probabimus. Nam vt ait Bernardus. x De Chriſto in Cruce pro crucifixoribus orante: *Facit bonus Doctor, quod iuſſerat, erat non ſolum pro perſequentibus, & calumniantibus; ſed etiam pro occidentibus*. Nec ſolum de dilectione conſilia, & præcepta dedit; ſed de obedientia, paupertate, caſtitate, abſtinentia, cæteriſque virtutibus, quas omnes, & verbo, & exemplo docuit Chriſtus Sanctioris viuendi generis factus promotor; & ad eas virtutes tamquam Cruces à nobis ferendas, vt ipſum Crucem ſuam baiulantem ſequamur, vocauit dicens: *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me*. Hanc vocem, qui audiunt, ſequi ipſum conantur, vel vna Cruce, v.g. paupertate, aut caſtitate, vel duabus aut pluribus; & nos vltra alias, quas alij ferunt religioſi; Crucem abſtinentiæ aſperiorē fortaſſe amplexi ſumus: de quibus Crucibus ſingillatim infra.

x *Tract. de Paſs. Dom. c. 8.*

5. Nihilominus noſtram hanc abſtinentiæ Crucem momorderunt aliquando, & qui mordeant non deſunt. Sed proh dolor licebit, & ipſi vtriq; dicere, cum Regio Vate. a *Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta, & in me pſallebant, qui bibebāt vinū*. Ad quid enim protulit hæc ille? niſi vt nos certiores redderet, conqueri de Phariſæis, legiſq; peritis; quibus datū erat ſedere in porta per auctoritatē nimirum iudicādi, & per quietem poſtremo contemplandi. Quæ porta ſcientia legis eſt, & mandatorum Dei de qua ſcientia ſcriptum eſt in Pſalmis. *Hæc porta iuſtitiæ, &c.* Cuius ſcientiæ atq; doctrinæ vinū bibebant, documenta namq; ſiue præcepta veteris legis vino comparata, cum pungitiua fuerint populo veteri; punctiones etenim timore temporalis pœnæ obſeruabantur. Documenta autem noui teſtamēti lacti comparantur, quia ſuauitate gratiæ, & amoris ſeruantur ſolummodo. Et Ideò dicitur in Canticis, *Meliora ſunt vbera tua vino*. Eiſdem quaſi Verbis quibus conqueritur ſponſus æternus de illis, qui gloriantur de peritia legis diuinæ; Conquerimus, & nos, noſtraque clamitat Religio de illis, qui ad guſtandam ſapientiæ dulcedinem ſunt admiſſi, quorum. *Sapere Chriſtus eſt, & mori lucrum*; qui & Chriſto confixi ſunt Cruci; & quibus mundus Crucifixus eſt, & ipſi mundo. Quandoquidem charitatis obliti, & libere contemnunt nos dicentes; quod ſtatus, ſeu vita, quam miris modis commendare deberent, non eſt Chriſti, & Apoſtolorum abſtinentiæ imitatrix, eo quod liberam comedendarū carniū facultatem præbuit Dominus illis Lucæ verbis: *Comedite quæ apponūtur vobis*. Quid iſtis pro nūc dicere poſsū? niſi eos illa vti facultate velle, tanquā præcepto; quod ne ſit, & quomodo intelligatur, oſtendam infra: Vel dicerē, quod improbant, quod non probant. Probent obſecro ſeſe ad ferendā hanc abſtinentiæ Crucē, iugum hoc tam leue, & ſuaue ferant nam tunc eius ſuauitate inebriati, ſecurius laudabunt, quod modo flocci faciunt.

a *Pſal. 68. 13.*

6. Et eo maximè ſi Crucem aſpicientes, hanc Domini Crucem amauerint in ea enim tamquam in tabella virtutes colliget animis noſtris imprimendas, & vitia obliteranda inueniet. *Tanta virtus eſt Crucis Chriſti* (ait Origines.) b *Vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita vt in ipſam mortem Chriſti intentis oculis mentis aſpiciatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, nulla inuidia, &c. ſuperare poſſit*. Et D. Bernardus hoc idem aſſerit dicens. c *Sit tibi Ieſus ſemper in oculis, ſemper in corde, & nunquam imago Crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi ſit cibus, & potus, dulcedo, & conſolatio tua, mel tuū, & deſiderium tuum, lectio tua, & meditatio tua, oratio tua, & contēplatio tua vita, mors, & reſurrectio tua*. Et Baſilius docet. d *Saluatorem noſtrum in ſe veluti in tabula quadam veram nobis pietatem, ac virtutem depinxiſſe, eamq; nobis omnibus ante oculos ſtatutam vnicuiq; pro viribus imitandam, ſeu Archetypon propoſuiſſe*. Et inferius, ait. e *Liberator noſter omnibus, quicunque pietatem colere vellent virtutis exemplar, ac picturæ veluti probe expreſſam effigiem quamdam propoſuit; Vnde cuncti lineamentis illius inſpectis ſimile pro ſe quiſq; in vitam ſuam exem-*

Crucis meditatio.

b *Lib. 6. in Epiſt. ad Rom.*

c *Inform. honeſta vita tom. 2.*

d *Tom. 2. de Monaſtic. inſtit. cap. 2.*

e *Cap. 5.*

plum

Digitized by Google

plum transferrent. Si hæc vtique facerent qui nos ſpernunt propter vitam Quadrageſimalem, & à ratione vitæ Apoſtolicæ ſecludunt, diſcerent ab exemplari inuidiam fugere, pietatemque amplius colere.

Sed nè dicant ſimilibus verbis nos velle ad noſtram eos reuocare ſententiam pro viribus, & poſſe poſt expreſſam Cruciformem Religionem tot Crucibus ornatam, antiquitatem noſtræ huius Crucis peculiaris videlicet abſtinentiæ, oſtendemus, qua poſt diluuium demiſſa, Vnigenitus Dei filius in humana carne apparens ad priſtinum eam reuocauit; & noua faciens omnia, ſuo illam Diſcipulos docuit exemplo; vt ſic innouata lege, abrogata veteri, innouatis præceptis, noua quoq; & perfectiora conſilia in lege propoſuit. Non præcepit carnium abſtinentiam, non earum eſum inhibuit, ſed conſuluit, vt quo tendimus faciliùs ire poſſimus. Quod nè dicant vti aliquando dixere nonnulli, quæ probamus præcepta eſſe velle, & in lege diuina prohibita oſtendere, viſum eſt peculiari tractatu, quibus temporibus hæc abſtinentia cadat ſub præcepto, & quibus ſub conſilio; deinde Chriſti, & Apoſtolorum abſtinentiam ponemus, additis quibuſdam Apologeticis reſponſionibus in vtriuſque tractatus calce, & tandem per reliquos tractatus licitum eſſe ſtatutum de carnium abſtinentia, tamquam ſaluti corporali, & ſpirituali vtile, non contrarium: aliaq; multa adducentur ad religioſos ſpectantia circa eandem abſtinentiam ſcitu digna propter diſputationes, quæ curioſitate minimè vacant. Habebunt ſcripturales Theologi, & Scholaſtici, tum ad conciones conficiendas, tum ad aliquarum difficultatum ſolutionem, vnde cibum ſumant, nec eruditis deeſt; quod cupiunt, in quantum requirit ſubiecta libri materia, tam in prima quam in 2. parte.

Omnia denique, quæ in paruulo illo tractatu, ſeu in illa de carnium abſtinentia diſputatione temporibus elapſis, me inuito, ac neſciente, (vt dicam infra) in lucem data; hic adducentur illuſtranda, ſed diuerſa methodo, quam inibi tractata fuere, vt addenda faciliùs, & clariùs habeantur. Faxit Deus, vt ad legendis iuuamen tranſeant; & ad amorem eorum, qui abſtinentiæ Crucem ferunt, conuertantur.

FINIS.

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI.

Auctor oſtendit, qua ratione librum debuit ſigno Crucis ſignari, ac ſub nomine ſanctæ Crucis in lucem dari.

7 ARduã, &per difficilem quęſtionem diſputaturus, nil fortius,& ſecurius ſuſtẽtaculũ reperi ne ſuccũberem, tutuſq; incederẽ, quam S. Crucis ſignum;hac via direxit me.Vgo Carenſis dicens. [a] *Si quis vult tutus incedere per viã in qua sũt latrones, deferi ſecũ ſigillum Imperatoris ſui,& ita multoties tutus incedit;ita cũ nobis contingat tranſire viam plenã offendiculis,ſcilic,viã regiam, per quã debemus ſequi Regẽ noſtrũ præãbolũ noſtrũ nõ poſſumus tuti tranſire ſine Imperatoris noſtri ſigillo, ideſt ſine Crucis vexillo,quod ſẽper in periculis prætendemus, &contra hoſtiũ omniũ incurſus,aduerſus graſſantium latronũ violentiam,& inſidias Imperatoris noſtri vtamur Cruce non ſolũ manu formemus,ſed mortificatione exprimamus.*Hac igitur de cauſa S.Crucis ſigno librũ hunc ſignaui, vt ſi quid arduũ in eo dicendũ occurrerit,ſuaue fiat ſuauitate Crucis,appareatq; legentibus,quam leue, & ſuaue erit iugum ferẽtibus.Etenim vt dixerat Ambr. [b] *Marath amariſſimus erat,miſit in eum Moyſes lignũ,& dulcis factus eſt: Aqua enim ſine prædicatione Dominicæ Crucis ad nullos vſus futuræ ſalutis eſt cum verò ſalutaris fuerit Crucis myſterio cõſecrata tũc ad vſum ſpiritualis lauacri,& ſalutaris poculi temperatur.* Sic, & liber, vt ſpiritualiter proſit S. Crucis vexillo ſignatur, Vtq; illæſus quocunq; ierit,euadat,& cõtra innumeras inſultantium pugnas,& hoſtiles incurſiones ſecurus ſit ſacro illo ſalutaris Crucis ſigno in fronte armatus incedit.Nè igitur mirentur ſi depictã in principio Crucẽ viderint,nam ita Patres docẽt faciendum, ex quibus auoco hic Ephrem Ediſſę Diaconũ D.Baſilij contemporaneum,dicentem: [c] *Pingamus in ianuis,atq; in frontibus noſtris,& in ore,& in pectore atq; in membris omnib.viuificum ſignum armemur inſuperabili hac Chriſtianorum armatura: ea enim victrix eſt mortis, fidelium ſpes, lux orbis terræ,Paradiſi reſeratrix hæreſum profligatrix, dæmonum expultrix monachorum adminiculum,&c.* Ideò liber Crucem depictam deferet,nec vnquam ſine tali ſigno circumtectus prodiet.

a In cap. 14. Lucæ. Omnia facilitantur Cruce Domini,& pericula vitantur.

b Libr. de initiandis tom. 4. c. 3. in cap. 15. Exodi.

c In ſerm. de Cruce.

Sub titulo,Sanctæ Crucis omnium Religionum, quæ aſperior dicitur Minimorum,librum hunc in lucem prodire potiùs quàm alio quocunque ſum arbitratus, eo quia (vt pro nunc ſuppono infra declarandum) plures ſunt in qualibet Religione Cruces: alia enim Crux eſt paupertas, & bonorum ab renunciatio,alia obedientia, alia patientia, alia caſtitas,alia abſtinentia, &c.Vnde de paupertate loquens D.Dorotheus [d] explanat Pauli verba; ſcilicet. [e] *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, ait. Quo pacto mundus crucifigitur homini? Reſpondet, cum homo abrenunciat mundo, mundum deſerit, & ex inde ſolitarius fit relictis parentibus, poſſeſſionibus, agris, negotiationibus,rerum copia.* (Quærit deinde.) *Quo pacto homo crucifigitur mundo? Et reſpondet per abrenunciationem cum ſcilicet homo poſtquam mundi rebus exceſſit; certat aduerſus mũdi concupiſcentias aduerſus voluptates,aduerſus propriã voluptatem,ſubigitq; innatas paſſiones,& vitia.* [f] Tandẽ Bernardus oſtendit ſe omnia quæ mũdi ſunt habere tanquam Cruces,dicens.*Omnia,quæ mundus amat Crux mihi ſunt:puta delectatio carnis,honores,diuitiæ,vanæ hominũ laudes,quæ verò mundus reputat Crucem,illis affixus ſum,illis adhæreo,illa toto amplector affectu.*Omnia ergò,quæ Religioſus abnegauit Cruces ſunt,& dicuntur:quibus veluti mortuus,& crucifixus eſt,dũ ea horret; & fugit;quæ verò amplexus eſt in Religione, vt vota, præcepta,& quæ obſeruanda proponunt,& mundus tanquam Crucem refugit,amat Religioſus, & amore Crucifixi illis veluti affixus viuit,& adhæret.

d Tom. 3. BB. PP.

e Ad Galat. 6. 14.

f Ser. 7. in Quadrag.

Religio armarium Crucum.

8. Tota ergò Religio Crux quidẽ ab omnibus dicitur,& nos plura infra dicemus,attamẽ apud me verius dicũt illi, qui vel cumulũ,vel & melius ar-

marium

Digitized by Google

marium crucũ eam appellant; continet enim in ſe præcepta,& conſilia,quorum quodlibet Crux eſt; Ergò Religio in ſe cumulus eſt, ſeu crucum armarium,cumq; inter omnes cruces,quas noſtra Minimorũ Religio portat, continetq; ſit Crux illa quæ magis ſplendet, Religionemq; noſtrã per totum orbem ſplendere facit,nempè vita Quadrageſimalis ſeu votum cõtinuè à carnibus abſtinentiæ non immeritò ab ipſa ſumpſimus exordium quia de ipſa ſcilicet abſtinentia à carnibus præcipuè tractatur in hoc libro, & ipſa ſplendidior cunctis apparet. Ideò non diximus in titulo Crux Minima, vel Religioſa cum hæc in ſe plures contineat;ſed Religionum, & Minimorum aſperior Crux, vtpote illa peculiaris Crux, per quã ſummoperè ab alijs religionibus ſpecie differt. Iure ergò Religionum Crux,& aſperior Minimorum dicitur,atque à Cruce inchoandum duximus. Crucem enim vocat Chryſoſt. g *Lumen in tenebris ſedentium, Regum magnificentiam, inſenſatorum ſapientiam, ſeruorum libertatem, Imperatorũ philoſophiam; Impiorum legem, Prophetarum præconium, annunciatiotionem Apoſtolorum Martyrum gloriationem, Monachorum abſtinentiam, Virginum caſtitatem, gaudium Sacerdotum, quia & Chriſtus eam tulit, humeriſq; noſtris impoſuit, vt inde eloquentes, caſti, & abſtinentes, læti, & glorioſi eſſe poſſimus*. Nam vt ait Diuus Ambroſius. h *Bonus ordo noſtri profectus eſt, vt prius Crucis ſuæ tropheum ipſe exigeret, deinde Martyribus traderet erigendum*. Cumq; etiam Chryſoſt. *Virorum caput* appellet ſanctam Crucẽ, nomen quo tantum Iuſti gaudent, iuſtum fuit à ſancta Cruce incipere, Cruciſq; ſigno librum in frõte ſignari,& ſub eius nomine in lucem dari: iuxta doctrinam Origenis dicentis. i *Ad omnem progreſſum atq; promotum; ad omnem additum, & exitum; ad veſtitum, & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia quacunq; nos conuerſatio exercet frontem Crucis ſignaculo terimus*. Sed quid lectorem moror in oſtendenda tituli Sanctæ Crucis cauſa, & ratione ſufficiat ſolum hoc feciſſe, vt ſit Crux Sãcta meus in ititinere Pędagogus, ſit mei intellectus acumen, mei calami motrix ne errem; ſit mihi ſcutum perpetuum, vt omnia, quæ dixerim fœliciter cuiq; cedant, omniaq; conſolationis genera eueniãt, non vi doctrinæ, quam legerint tantum, ſed præcipuè virtute Sanctæ Crucis, quam ſi proſpexerint, non ſecus, ac ſi ipſum Dominum in forma viſibili præſentẽ haberent, ea omnia certò polliceor: non meis, ſed Auguſt. verbis, dicentis. k *Qui hoc mare magnum, & ſpatioſum in quo ſunt reptilia, quorũ non eſt numerus abſq; naufragio tranſire deſiderat, Crucem ſequatur, Crucem teneat, & eam non deſerat, donec ad optatum ſaluits portum perueniat. Hoc curſum noſtrum dirigit; Hoc ad agonem nos inſtruit. Hoc in luctamine nos adiuuat. Hoc ad victoriam prouehit. Hoc maleficia deſtruit, & omnia dæmonum machinamenta ad nihilum redigit*.

g *Hom. de Cruce.* *Crux cur poſita in principio libri.*

h *Lib. 10. in Luc. ca. 23.*

i *De Corona militis.*

k. *Ser. 19. de Sanct. in fine tom. 10.*

Auctor à cenſoribus non ſe defendit it eis potius obuiam.

9 A*Vt nihil ſcribendum fuit* (dixerat Hier.) l *Aut ſcribentes noſſe cunctorũ aduerſus nos maledicorum eſſe tela detorquenda*. Qua de re patienter ſuſtinet, quorumcunq; contra ſua ſcripta ſcribentiũ, aut loquentium cenſuram pro certò iudicans non eſſe melioris conditionis, ac olim fuere S. Doctores, cæteriq; Eccleſiaſtici Scriptores, qui obtrectatorũ linguã minimè fugerunt; dicens. m *Certè ſi tanti, & tam eruditi viri faſtidioſis lectoribus diſplicent, quid de me facturi erant? Sed mirum nõ eſt quandoquidem ſunt obtrectatores inuidi, ſeq; ipſos nimium amantes Vnde euenit*, (ait Hier.) n *Quod ignorantes, quid audiant, & quid loquãtur de eo audent iudicare, quod neſciunt, & ante deſpiciunt, quã probẽt, eruditoſq; ſe exiſtimant, & diſertos, & in eo ſe ſcire aliquid arbitrantur, ſi de cunctis ſcriptoribus detrahant*. Ideò eos meritò, modiſq; diuerſis reprehendit, & tandẽ ait. *Non eſt grande mi Donnion garrire per angulos, & medicorum tabernas ac de mundo ferre ſententiam, hic benè dixit, hic malè; iſte ſcripturas nouit, ille delirat; iſta loquax ille infantiſſimus eſt*. Hoc de tempore Hier. ſed quid nunc? nil niſi, quod prædixit Paul⁹.

l *Epiſt. 2. ad Nepotiam inſine.*

m *In proœmium lib. 11. in Iſa. & lib. 9.*

n *In proœmium in Hierem. et lib. 2. Apolog. contra Ruff. poſt medium.*

Hoc

o 1.Thim. 3. 1. o *Hoc autem ſcito quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: erũt enim homines ſe ipſos amantes,&c.criminatores.*Quid vult per ly criminatores? *Maledici* (dixit Chriſ.) p *qui quoniã ſibi ipſis nihil boni conſcij ſunt,velut ſolatij cuiuſdam vice aliorũ opinionẽ violare nitũtur.*Quo ſtante nõ miror ſi contra mea olim ſcripta(quãuis me inuito impreſſa)dixerunt cenſores,nec dicendi finẽ faciũt. Quod ne deinceps faciant, & ſine charitate clamitent, librũ hunc Cruce S.ſignaui,& ſub titulo S.Crucis in lucem emitti curaui: hac ſpe motus,quod hic liber Cruce S.munitus nõ timeat maledicos;iuta ea quæ dixit S.Paulin. Nolanus Epiſcopus in vita Sancti Fęlicis. q Qui Crucis laudes enumerans ait.

p Hom 8. in 2. ad Corinth.

q Natal.8

Nos Crucis inuictæ ſignum, ac confeſſio munit,
Armatiq; Deo mentem, non quærimus arma
Corporis, & quamquam membris videamur inermes,
Arma tamen gerimus, quibus, & ſub pace ſerena
Contra incorporeos animis decernibus hoſtes.

Adde mi lector, quod vexillũ S. Crucis vel erectũ, vel in aliquo loco depictũ duos ſingulares effectus producit. Quorũ prior erit effugatio noſtrorum inimicorũ inuiſibiliũ;alter verò à malis per illos nobis intentatis tutela,atq; defenſio.Quos ambos paucis his verbis complexus eſt Aug. r *Hoc ſignum præſidium eſt amicis,obſtaculum inimicis.*Et D.Ambr. ſ *Vbi ſignum Crucis erigitur, ſtatim,& Diaboli iniquitas repellitur,& ventorũ procella ſcpitur.*Faxit ergò Deus,vt ſignum S.Crucis ſit mihi,& libro præſidium,calumniantibus verò obſtaculũ, vt verborum latrantium procella diſſipetur.Nec timori,quæ dixi,adſcribant maledici,quaſi timendo,nè dicãt; velim eis ſilentium indicere, minimè quidem. Dicãt,ſed vultu placido,corde beneuolo; nam & meos errores cognoſco,& nihil me ſcire fateor:eos tamen quia vt partus rudis mei ingenioli diligo,in lucem prodire conabor. *Vnumquemque* (ait Clemens.) t *Fallunt ſua ſcripta,& aurem prætereunt, atq; vt filij etiam deformes delectant:ſic etiam ſcriptores indecoros Sermones palpant;ſuumque cuiq; pulchrum,vt eſt in prouerbio,lætatur homo in ſententia oris ſui.* u Nihilominus cum meæ perſonę acceptator non ſim; ſi charitatiuè corrigant,contentus ero, ſi inuidè,aut criminatoriè, ſatiſfaciam.

r Ser. 19. de Sanctis. tom. 10.

ſ Ser. 52.

t Libr. 1. Strom. in princ.

u Prouerb. 15. 23.

Paruulus hic Liber non eſt, vt non neceſſarius repellendus, ſed Iure permittendus.

10. PYtagoricum illud ab Horatio refertũ poſſet adduci. *In ſyluã ne ligna feras.* Etenim ferre ligna eſſet in Eccleſia Sãctæ Crucis, & abſtinentiæ virtutes explicare,cum ferè mũdus nõ capiat libros,in quibus Ieiunij, & abſtinentiæ,ac Sanctæ Crucis laudes extolluntur. At mare Sacræ Scripturę, quo profundius penetratur,eo magis penetrandũ reſtat. Vnde Auguſt.dixit. x *Iam multa tamquã multiplicibus myſteriorũ vmbraculis opaca intelligenda proficientibus reſtat,tantaq; rebus,& verbis,latet ſapiẽtia altitudo, vt annoſiſſimis,acutiſſimis, flagrantiſſimiſque cupiditate dicendi,hoc contingat, quod eadẽ ſcriptura habet. Cum conſummauerit homo tunc incipiet.* a *Quod de ſemetipſo fatetur dicens:in ipſis ſcripturis ſacris,multo plura neſcio,quam ſcio.*Quamquã ergò tot,tantaq; ingenia de Cruce Sancta,ieiunio,& abſtinẽtia pulchrè dixerint,nõ erit hic liber reijciendus cũ de Cruce tantũ agat,prout Religioni conuenit;& virtutes Crucis paſſim extollat, quatenus etiam Religioni accommodãtur, & de abſtinentia nõ diſputat in cõmuni;ſed de abſtinentia à carnibus Chriſti ſcilicet,& Apoſtolorum eius.De quibus rebus licet Patres,& Doctores loquãtur, nihilq; noui in hoc libro offeratur,iuxta illud Scripturæ. b *Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquã dicere: Ecce hoc recens eſt.Iam enim præceſſit in ſæculis,quæ fuerũt ante nos.* Tamen illud,quod Auguſt. de ſe iuſtè protulit,referam,& ipſe licet indignè. *Ea enim*(ait ille.) c *Quæ iam noueratis,ſed quia inde proferũtur,vnde nondũ ea videbatis:fit vt etiam nota tanquã noua delectent.*Et ſufficiat,me nõ parũ elaboraſſe in varijs lectionibus SS. PP.& Sacrorum DD.vt quæ diſperſa erant in vnum colli-

x Epiſt. 3. ad Voluſiã.

a Eccleſ. 18.6.

b Eccleſ. 1. 10.

c In Pſal. 57. col. 9.

Digitized by Google

colligere valerem, non enim eſt qui ſic collecta vſq; nunc viderit, parcendũ ergò labori, ita laboribus affectus confeſſus eſt Angel. Politianus. [d] *Multa, & remota lectio, multa illum formauit opera. Omnia, quæ hic ſunt, aliena ſunt, huc collegi tantũ, idq; cognoſco, fateorq;* cum Vegetio dicente. [e] *Horũ quæ ſupra retuli, ea quæ diſperſa ſunt, velut in ordinẽ, & abbreuiationes conſcribo. Opus tamen propriũ eſt licet ex alieno confectũ.* Vt Macrob. dixerat: *Etiã ſi quid apparuerit vnde ſumptum ſit, aliud tamẽ eſſe, quã vnde ſumptũ noſcetur, appareat, &c.* Quia autẽ diuerſa methodo hic habes, quę alibi legiſti, ne tibi faſtidiũ generet eadẽ, & vniformis lectio: *Vniformia n.* (ait Theodor.) [f] *Societatẽ pariũt.* Sit tibi ſatis varietas iuxta illud Publij Mimi. [g] *Incũdũ nihil eſt niſi, quod reficit varietas.* Et meritò, *quia faſtidij expultrix eſt varietas* iuxta Angel. Politian. *Et ſicut vinũ ſemper* bibere, aut ſemper aquã contrariũ eſt, alterius autem vti delectabile; ita legẽtibus, ſi ſemper exactus ſit ſermo nõ erit gratus, vel cũ Rupert. [i] *Optabimus, vt nobis quoq; concedãt poſt illos puteos, quos fecerũt PP. & Priores noſtri, & alios facere dũmodo, & nos viuam aquã reperire poſſimus.* Et tandẽ cum Auguſt. interpetre ipſe de tã vulgata materia ſcribẽs dicam. [k] *Quid igitur damnamus veteres? minimè, ſed poſt priorum ſtudia in domo Domini quod poſſumus laboramus.* Obſecro te lector ne laborem meum reprehenſionẽ exiſtimes antiquorum in tabernaculo Dei vnuſquiſq; offert, quod poteſt; alij aurum, & argentũ, & lapides pretioſos; nobiſcum benè agitur, ſi obtulerimus pelles, & caprarum pilos.

d *Lib. 5. Epiſt. ad Antoniotũ.*
e *Lib. 1. de re milit. c. 8*
f *Serm. 2. de prouid.*
g *2. Machab. 15.*
i *In Prologo in Apocal.*
k *Lib. 2. Apolog. cõtra Ruffin. poſt mediũ*

Quod doctrina huius Libri licitè, & ſecurè defenditur & mens Auctoris explicatur.

11 ET ſi in omnibus, & per omnia SS. R. Eccleſiæ correctioni me nũc ſubijcio, & perpetuò Deo dante ſubditus ero; meamq; doctrinã, & modũ eam explicandi ipſimet Eccleſiæ remitto; tamen quantũ mea fert opinio ingenijſq; mei capacitas non me fallit. Dico, quod ea, quę in hoc libro continẽtur, alia ſunt poſitiua, alia ſcholaſtica, ſic etiã per priora, quæ vel ad S. Crucẽ pertinet, vel ad Religionẽ poſitiuo modo laudes Crucis extolluntur, & Religionis mores declarantur; per poſteriora diſputationis gratia poſitionẽ ponimus de Chriſti, & Apoſtolorũ abſtinentia à carnibus, ibi etiã annectimus de B. Virgine, de Sanctiſſ. eius Sponſo, & alijs; nihil determinãdo; ſed ſolum, quod mihi probabilius videtur affirmando. Quam poſitionẽ poſſe tute defendi arbitror, non minus, ac appoſita, ſi eſt, qui pro ea pugnet; cum quia hãc Chriſti abſtinentiã colligimus ex S. litteris, nõ debili coniectura: tum etiam, quia ex Patribus, *qui* (iuxta illud Dan.) *Ad iuſtitiam erudiũt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* [l] Non obſcurè colligitur qualis fuerit Chriſti eſus, & Apoſtolorũ eius. Adsũt alię quęſtiones de antiquitate, & vtilitate abſtinẽtię; in quibus eam partẽ elegimus, quæ fauorabilior viſa eſt noſtræ Minimitanæ Religioni, in qua vita Quadrageſimalis viget. Partim de ijs egi, in illo paruulo libello, quem amicorũ voluntati ſatisfaciens ſcripſi currenti calamo poſt habitas Romæ diſputationes de Chriſti, & Apoſtolorũ abſtinẽtia, eumq; poſtea me inſcio, nomine meo typis dederũt. Vtrunq; fuerit nonnullis placuit, diſplicuit alijs. Quibus diſplicuit nunc ſatisfacio eorum obiectis per Apologiam reſpondendo. Placuit etiam alijs breuitate contenti. Alijs verò minimè, veritati ex profeſſo incũbentes. Cum illis breuitati ſtuduimus. Etenim Auſonius Poeta dixit.

Nemo ſilens placuit, multi breuitate loquendi.

Sed modo longitudinem minimè amamus; Nam vt Damaſus Papa ſcribens ad Diuum Hieronymum dixit: *Legenti faſtidium generat longitudo.* Ne vtraque ergò cruciet, mediam eligimus, ita faciendum docuit Martialis. [m] Licet non honeſto fini.

Illud quod medium eſt, atque inter vtrumque probamus
Nec volo, quod cruciat, nec volo, quod ſatiat.

l

m *Lib. Epig. 25. ad Flac.*

Quod-

TRACTATVS PRIMVS

CRVCIS, ET RELIGIONIS ENCOMIA, Ac ſimilitudines præmittuntur.

1 RELigio, & Religioſorum vita, quæ à cõmuni prophanorũ commercio ſeparata, Dei obſequio, ac cœleſtium rerũ contemplationi tota impẽditur; Et ſi videatur locus abiectus hominum oculis: glorioſus tamẽ oculis Domini, & Angelorum apparet. Hæc enim ſunt illa tabernacula, & atria Domini, quæ tantopere Regius Vates exoptabat; inquiens; a *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum? concupiſcit, & deficit anima mea in atria tua Domine*. Oſtẽditur hic quam facilis ſit in Religione tranſitus à terra in Cælum. Nam ab atrio domus in ipſam domum proximè, ac facillimè venitur. Domus Dei Cælum eſt, atrium Cæli religio. Religioſos nonnulli putant eſſe violentos; de quibus Dominus, Mattheo teſte, dicit. b *Regnum Calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et ideò violentos appellant, quia ipſi arduam ingreſſi viam tollunt crucem ſuam, & ſequuntur Dominum: Inde à terra in altum volant velociter, quia mortui quoque mundo, cum Chriſto crucifixo, pariter confixi ſunt.

a Pſ.83.2.

b Cap.11. 12.

Crucis, & Religionis encomia.

Sed longe aliter cenſet Chryſoſtomus dum: c violentos, intelligit, latrones, qui per vim multo cum labore impugnant Cælum, ac tandem expugnant; quam violentiam, ſudorem, ac laborem in Cælo impugnando non habent, qui cum Chriſto crucifixi ſunt; & qui ſuam tollunt Crucem ſequentes Dominum. Illis enim tanquam latronibus violenter agentibus, cælum clauſum eſt; iſtis verò tanquam amicis, & filijs, & in atrio domus Domini habitantibus, ſic aditus patet, vt ſola claue indigeant, qua foribus recluſis ingrediantur in requiem, & gaudium Domini ſui. Inquir ergo Chryſoſtomus. *Crux, clauis Paradiſi eſt; Crux Chriſti aperuit Paradiſum, nonnè nobis dixit, quod Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Qui in Cruce eſt non vim facit, nihil medium eſt; Crux, ſtatim Paradiſus.* Igitur, qui in ſeculo inter delicias, & opes, atq; honores viuunt; ſi tandem Cælum rapiant, violenter rapiunt, ſcilicet veluti inuitum, & reluctanti ſimile; quod tamen ſponte religioſis pateſcit. Multis quidem opus habet viuens in ſeculo, & ſeculi bonis affluens, vt regnum Cęlorum conſequatur: ideò vbi ſupra ſubiunxit Rex Dauid; *Elegi abiectus in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Elegi* (vt declarat Hieronymus) *minimus eſſe in domo Dei, magis, quam in ſeculo primus.*

c Tom.2. hom.de diuite.

CAPVT PRIMVM.

Cruciformis Religio ex ignominia, vt Chriſti Crux relucet.

2 INter execrabilia, ſũmè execrabilis Crux erat Iudæis; Ideoq; apud eos fuit enormium tantum criminum pœna; qua ratione in Deuteron. habetur, quod maledictione à Deo afficitur, ſuſpenſus in ligno, præcipitq; Deus ſuſpenſorum corpora eadem die ſepeliri dicens. d *Non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur; quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno.* Sed quare? interrogat à Lapide: Et Reſpondet primo adducendo fabulam quãdam Iudæorum dicentium, ante ſepulturam cadaueris animam ad ſuam quietem venire non poſſe, nec ab Angelis duci in thalamum Dei, ſed interim vexari, & affligi a turmis dæmonum. Sed fabula cum ſit. Reſpondet ſecundo ex Andrea Maſio acutius magis, quàm germanius loquente: ſcilicet corpus ſuſpenſum ſtatim ſepeliendum eſſe, quia cẽſetur contaminare terram eo, quod homines terræ incolæ impijſſima, & pernicioſiſsima mortalitatis animæ opinione, hoc ſpectaculo informentur, quo beſtiarum loco, humana corpora eſſe vident. Tertio ex Abulenſi, fuiſſe dicit; ne manens in ligno ſola videatur punita Dei imago, quæ ſola in vultu humano, & erecto tunc manet, & cederet in iniuriam, & ignominiam Dei. Tandem concludit cum Caetano, Maledictum hìc ſumi pro execrabili. Volebat enim Deus facinoroſos iam ſuſpenſos omninò deleri de terra; adeò, vt nec eorum cadauera ſupereſſent in pœnam; ſi quidem malis hominibus, ita terra contaminatur, vt contaminata ſemper cenſeatur, quando aliquid eorum ſupereſt, vt ſunt cadauera. Hinc ergo tam execrabilis, & ignominioſa habebatur Crux olim propter facinoroſos ho-

d Cap.21. 23.

Crux Hebræis ſummè execrabilis, verſa eſt in gloriam.

Digitized by Google

mines ſuſpenſos in Cruce; quos Deus maledictione repleuit.

3 Verum cum ipſi Hebræi Chriſtum hac Crucis ignominia, & pœna mulctarunt, & factus eſt Chriſtus pro nobis maledictum; dum in Cruce ſuſpenſus apparuit, vt dixit Paulus ad Galatas e quod explicans Rupertus, ait: *Deus maledictionis humani generis in Chriſtum tranſpoſuit, & infamem, execrabilemque mortem crucis pro nobis ſuſcepit Chriſtus.* *Vt non ſolum* (teſte Auguſt.) f *nullam mortem, ſed etiam nullum mortis genus Chriſtiana libertas ſicut Iudaica ſeruitus formidaret.* Et Tertul. g *Dominus* (inquit) *ipſe maledictus in lege eſt, & tamen ſolus eſt benedictus. Igitur Dominum ſerui cõſequamur, & maledicamur, vt benedicti eſſe poſſimus.* Nunc ergò non execrabilem dicimus Crucem, ſed ſummis laudibus dignam; nam Chriſtus illatam ſibi ignominiam Crucis, vertit in eiuſdem Crucis gloriam; Quà propter Athanaſius dixit. h *Dominus, & Saluator noſter, quam mortem alij, ijdemq; in primis inimici grauem exiſtimant, & turpem, & fugiendam, hanc ipſe in Cruce, exceptam ſubſtituit, vt mortis illius vis plenè innoteſceret.* Et ſubdens quomodo ex ipſo mortis genere vix exultatione Chriſti, & gloria Crucis eluxerit; ait: *Certè mirum quiddam, & in expectatum euenit: genus enim illud moriendi, quod illi pro ſua opinione, vt ignominioſiſſimum intulerunt, id cõuerſum eſt in trophæum deuictæ mortis.*

e Cap. 3. 13.

f Lib. contra Adiman. c. 21. & l. 14. cõt. Fauſt. c. 11

g Lib. de patient. c. 8.

h Lib. de Incarn.

3 Sed poſtquam iſtam in glorioſam reportauit victoriam. Chriſtus ſtrenuiſſimus noſter Dux, cæpit clara, & alta voce omnes ad ſe cum Cruce, & ad Crucem ſequendum hortari: dicebat enim apud Lucam. i *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.* Idq; vt ſæpè retulit, ſicq; pluries Crucem commendaſſe viſus eſt: Nec ſolum præfatis verbis Martyribus ſuadet tollere Crucem, ſed omnibus fidelibus, licet præcipua ad mortem vſq; ſequela, ſolis primis dictum ſtrictè videatur. Inde dicunt Patres Chriſtianos omnes ſub vno Crucis militare vexillo: imò addit ſapientiſſime Auguſtinus. k *Tota Chriſtiani vita Crux eſt.* Verum non vnum omnibus Crucis genus contingere, neq; vt ſequitur Auguſtinus, Crucem chriſtianam ſolum ligni eſſe patibulum; ſed vitæ virtutiſq; totius propoſitum: Crux enim Domini non tantum illa, quæ Paſsionis tempore, ligni affixione conſtruitur; ſed illa etiam, quæ totius vitæ curriculo diſciplinarum virtutibus coaptatur. Priorem Crucem nos ipſi, nobis offerre non poſſumus, iuxta illud Petri dictum: l *Alius te cinget, & ducet quo tu non vis.* Poſteriorem nos ipſi facimus, vt etiam docet Auguſt. m *Cum carnem noſtram cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigimus.* Et libenter facimus, nam ideò dixit; *Si quis vult*, quia nemini Chriſtus Dominus vim ad Crucem poſt ſe tollendam infert, neminem cogit: eſt enim noſtra ſub Crucis vexillo ſpontanea militia, & ſpontanea, ac generoſa voluntate ingredienda; quod proprium eſt religioſorum omnium, qui vt occurrant velocius Regi cæleſti, & regnum, quod vim patitur, non violenter, vt alij, ſed ſine violentia, vt dictum eſt, diripiant; Spontanea ſe Cruce Religionis armant, & rerum omnium renunciatione ſe muniunt; ſic enim & Chriſtus, qui nobis auxiliatur Crucem tulit, & omnibus quoq; renunciauit.

cap. 9. 27

Crux eſt vita Chriſtiani.

k ſerm. 32. de Sãctis.

l Io. cap. 21. 18.

m Ser. 86. de diuerſis.

4 Crux ergo cum ſit nobis religio, mirum non ſit, ſi vt per te cruciformis appareat permittit Deus eam tanquam ignominioſam ab inimicis Crucis Chriſti haberi. Nemo enim ignorat quoſdam in Mundo fuiſſe, qui dicebant honoratum, & præclarum eſſe non poſſe, qui ſe ſe religioſæ vitæ addixerit; ſolo in ſeculo theatrum eſſe honoris, & campum, in quo dignitatum emineant ſplendores. Hinc Sanctus Siluianus Marſiliæ Epiſcopus ſcribit. n *Adeò deprauatos* cuiuſdam gentis mores extitiſſe, vt dedecori haberetur ſpreto ſeculo in religionem transfugere. Vnde ait: *Quantus quæſo in Chriſtiano populo honor Chriſti eſt, vbi Religio ignobilem facit? ſtatim enim, vt melior eſſe, quis tentauerit, deterioris abiectione calcatur, ac per hoc omnes quodammodo mali eſſe coguntur, ne viles habeantur. Et ideò Apoſtolus clamat, ſeculum totum in malum poſitum eſt.* o *Merito enim totum in malo eſſe dicitur, vbi boni locum habere non poſſunt.* Et pergit ad dandam rationem, cur in malo mundo bonus quis eſſe nequeat, & inquit: *Etenim ita totum iniquitatibus plenum eſt, vt aut mali ſint, qui ſunt in illo, aut qui boni ſunt multorũ perſequutione crucientur. Itaque ſi honoratior quiſpiam religioni ſe applicauerit illico honoratus eſſe deſiſtit.* Sed quid dictu æquè peruerſum eſſe, aut excogitari poteſt? nimirum talẽ eſſe hodie mundum, vt ſoli pateat malo, nuſquã mundi bonus habeat vnde cõſiſtat, vt omni honore decidat, qui Deo mundum poſthabuit; qui bonus eſſe cũ Deo, quam cum mũdo malus viuere maluit: Ita ne ignominioſam cruciformem religionem putant?

n Lib. 4. de vero Iud. & prouid.

o 1. Io. cap. 5.

Religioſi propter morũ diuerſitatem perſecutionem patiuntur.

Quid mirum ſi in Africa non tantum ignominiæ, ſed etiã odio erant Religioſi: Quod idem Siluanus refert, rationemq; odij aſſignat, dicens. p *Non ſine cauſa Dei ſeruos in Africa perſequebantur: Nam quis dicere poſſit, quod ſine cauſa homines, ſcilicet omnibus à ſe vita ſtudijs diſcrepantes, in quibus nihil videbant ſuum, quoniam Dei totum; maxima enim cauſa eſt diſcordiarum diuerſitas voluntatum: quia fieri, aut omninò non poteſt, aut vix poteſt, vt eam rem in alio quiſquam diligat, à qua ipſe diſſentit. Itaq; non ſine cauſa eos oderunt, non quibus omnia ſibi æmula, & inimica cernebant.* Nec ſolum Afri viros religioſos oderunt; ſed eoſdem hodie pertinaces hæretici odio habent. Verum

p Lib. 8.

rum

Digitized by Google

rum cauſa etiam eſt morum diſcrepantia. Eoſdem Siluiano teſte dicente: illi enim viuebant iugiter in nequitia iſti in innocentia: illi in libidine, iſti in caſtitate: illi in luſtris, iſti in monaſterijs: illi propè iugiter cũ diabolo, iſti ſine ceſſatione cum Chriſto. Cum ergo ſint prata virtutum monaſteria religioſorum, conuentus autem, ſeu potius cõciliabula hæreticorum ſint volutabra porcorum ſit, vt hæc diſcrepantia ſit ſeminariũ omnium diſcordiarum, & odiorum, quibus illos, iſti perſequuntur. Attamen ſi illud attendamus à Domino dictum, teſte Ioanne. q *Vos ex patre diabolo eſtis*; cum diabolus peruerſum ſemper cum religioſis bellum gerat, mirum non eſt, ſi peruerſi homines, tamquam filij diaboli hæreditario iure illudmet irreconciliabile bellum peragant aduerſum Religionem, & religioſos. Quod etiam notauit Bernardus dicens. r *Facile aduertimus longè verius impugnari ſpirituales viros ipſius Eccleſiæ, quam carnales. Agit hoc ſuperba ſemper, & inuidioſa malitia perfectiores quoſq; vehementius pulſans: iuxta illud Iob 40. eſca eius electa*. Sed num ſemper, & apud omnes erit Religionis ignominia, qua eam iſti maledici afficiunt? Minimè certè: nam illi eſt cura exaltandi religionem, qui in Cruce paſſus in gloriam tranſtulit Crucis ignominiam; ſic & illam Religionis tranſuertit in laudem.

Religioſos diabolus odit.

Cap 8. 44.

r *Serm 7. in Pſal. qui habitat.*

Iob 40.

5 Ad cuius rei euidentiam, duo aduertimus eſſe conſideranda in eo, quod egerunt Angeli cum Loth, quando ei præceperunt, vt Pentapolim dimitteret, vna cum vxore, & filijs; alterũ eſt renitentia Lothi; alterum verò eſt locus ſalutis illi aſſignatus. Legitur enim de primo in Geneſi. ſ *Diſſimulante illo apprehenderunt manum eius, &c.* & poſt diſceſſionem dixerunt. t *Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum, ne ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas*. Vbi, & domui atq; domeſticæ ſuppellectili, ita tenaciter Loth, & vxor, & filię adhærebant, vt ea omnia dimittere durum videretur. Etenim ſicut amœnitas, & opes Pentapolis Lothum ad ſe inuitarunt; ita eædem iam ipſum detinẽt, & penè perdunt. Vt autem terrena illa, & amœna contemneret, metu combuſtionis exire coegerunt. Cumque nec hoc ſufficeret; manum eius apprehenderunt, & eduxerunt, poſueruntq; illum extra Ciuitatem. O quam fœlicia noſtra tempora vbi innumerabiles ex vtroq; ſexu conſpiciuntur Religioſi, qui quotidie domui, patriæ, parentibus, boniſq; omnibus atque adeò libertati propriæ renunciant: & Religionis Crucem, non iam ignominioſam, ſed glorioſam amplectentes in ea diuino famulatui, ſe ſe addicunt; non coacti ab Angelis, qui cogebant Loth; ſed diuino inſpirante lumine, Religionem tamquam locum ſecuræ ſaluationis ſpontaneè eligunt. Et quid enim figurabat mons ille, in quem conſcendere, vt animam ſuam ſaluare, & bona terrena negligeret; ne ſimul cum ijs periret, ſuadebant Angeli, dicentes: *in monte te ſaluum fac*: niſi Religionem Cruciformem, in qua eſt ſecurior ſalus, quam extra; eam enim ingreſſi facilè illicita carnis incendia fugiunt, nec carni carnaliter adhærent. Mons ergo eſt Crux religioſæ vitæ, quã è mundo egreſſis Dominus ſequendam proponit; & hæc Cruciformis Religio ab illa Chriſti Cruce valorem, & dignitatem, ac ſaluandi excellẽtiam participat.

Religio prædeſtinatorum mater.

ſ *Cap. 19. 16.*

t *Ver. 17.*

6 Facit ad hoc, quod Cornelius affert de Arſenio Arcadij Imperatoris præceptore, qui fugiens in Eremum, quadam vice deſcendit ad flumen. Erat ibi puella Æthyopiſſa, quæ tetigit melotem eius, ille autem increpauit eam; illa verò dixit: *Si Monachus es vade in montem*. Compunctus in hoc verbo ſenex dicebat ad ſe ipſum; Arſeni ſi Monachus es vade in montem; & hoc aſſiduè ſibi dicebat: Arſeni propter quid exiſti, &c. ita vixit in Eremo annos 55. Quaſi diceret puella, cur deſeris montem ſalutis portum? Cur ad nos venis te mortis periculo exponens? Dum exiſti de Sodomis, de incendio exiſti, cur reſpicis retro? Fœlices ergo Religioſi, qui quotidie Crucem Religionis ferentes, ſemper mundum à tergo relictum habent; Securi (vt in plurimum fit) ab æterno exitio, ſempiternam ſibi ſalutem comparant. Certum enim habeo, illud quod D. Bonauentura, cum Bernardo, quem citat his conteſtatur verbis. u *Moriens vix vnquam aliquis à Cella in Infernum deſcendit, quia vix vnquam niſi Cœlo prædeſtinatus in ea vſque ad mortem perſiſtit*. Additque Fernandius, quod Dei bonitas religioſam familiam, quam in delicijs, & oculis habet, ferè vnquam patietur, ita dehoneſtari, vt in ea moriantur reprobi, ab eaque in gehennam detrudantur, tales quidem, aut non ingrediuntur Religionem; aut ſi forte in ea vixerint aliquandiù ante mortem cum Iuda (ne in collegio Chriſti ſuos inter diſcipulos ſuſpendio deſperatus obiret) ab ea in ſeculum expellentur. Potuit quidem in Paradiſo terreſtri Adam in peccatum, ſed non in mortem incidere propter vitæ pomum; ibi peccauit, ſed inde expulſus vitam finiuit; Si peccator vnquam in religione vixit, profectò ſi non reſipiſcat, ſi Petrus, aut Dauid non ſit, ſed adhuc in ſordibus hæreat, ab iſto Dei Paradiſo electus damnationis pœnam incurret, è contra ſi Cruci Domini inhæret, in via eſt ad Cœlum imò, & Cella Cœlum, ſic enim docuit Bernardus. x *Cellam dictam eſſe quaſi Cœlum: nam quod geritur in Cœlis, hoc eſt in Cellis, nempe vacari Deo, & frui Deo.*

Religio eſt mons Dei, & Paradiſus.

u *Lib. 4. Pharetra, cap. 19.*

x *Ser. 1. ex paruis ad fratres de monte Dei.*

CAPVT II.

Crux figurata, oculiſq; in principio expoſita declarat Religionem, ne dum Crucem eſſe, ſed Crucum cumulum.

7 Crucem fuiſſe tormenti genus, nec vnam, ſed multiplicem formam habuiſſe, ex varijs ſcripturæ locis colligi poteſt, & inter alia habemus in Ioſue, quod expugnata vrbe, atque ſuccenſa ciuibus interfectis, Regeq; ipſo capto, & in Crucem ſuſpenſo; nobilem Hebræi, & glorioſam victoriam reportarunt. ait enim ibi ſacer textus. a *Regem quoq; eius ſuſpendit in patibulo, vſq; ad veſperam, & Solis occaſum, præcepitq; Ioſue, & depoſuerunt cadauer eius de Cruce*. Vbi ſeptuag. pro Patibulo vertunt *geminum lignum*; vt clare pateat, non aliud tormenti genus fuiſſe, quod Rex Hai expertus eſt, quam Crucis, & tale in depoſitione cadaueris declaratur fuiſſe, dicens: *depoſuerunt cadauer eius de Cruce*. Crux ergo cōmuniter accipitur pro omni angore, & tormento, ſtrictè autem, & propriè ſignificat interitum in ligno toleratum. Rurſus Cruces in duo genera diuiduntur; quorum alteram ſimplex vocant; cum in vno ſimplici ligno fit affixio, vel infixio; & hoc credunt fuiſſe primò inuentum, idque duplex alterum ad affixionem, alterum ad infixionem. Affixionem deſcripſit elegāter Auſonius in Cupidine crucifixo; dicens:

a Cap. 8. 29.

Crux eſt genus tormenti.

Eligitur mœſto myrtus notiſſima luco
Inuidioſa Deum pœnis cruciauerat illic
Spreta olim, memorem Veneris Proſerpina Adonim
Huius in excelſo ſuſpenſum ſtipite amorē
Deuinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis
Vincula mærētem nullo moderamine pœna
Adfigunt.

Itaque in arboris ſtipite ſuſpenſum aſpicimus amorem non expanſis, ſed deuictis a tergo manibus, & funibus non clauis aſtrictum. Altera ſimplicis Crucis ſpecies eſt, quæ dicitur infixio, quam nudum hominem erecto, acutoq; ſtipiti infigebant: De qua Seneca ait. b *Video Cruces nec vnius generis, ſed aliter ab alijs fabricatas. Alij capite conuerſo in terram ſuſpendere, alij per obſcena ſtipitem egerunt*. & alibi idem ait: c *Cogita hoc loco carcerem, & Cruces, & ad actum per medium hominem, qui per os emergat ſtipitem*. Hoc genus tormenti adhuc viurpari apud Turcas audiuimus, cum chriſticolas ſtipiti infigunt acuto, & penetrare faciunt ſpinam, & dorſum, vt videantur veluti piſces aſſi in verubus.

b De cōſol. ad Marc. cap. 20.
c Epiſt. 14.

8 Alterum genus Crucum eſt ex duplici ligno fabricatum, & dicitur Crux compacta, quæ vt in textu, vel geminum lignum, vel patibulum nominatur. Huiuſmodi autem Crux, triformis eſt; altera dicitur decuſſata, in qua duo directa inter ſe obliquantur: decuſſare enim eſt per medium ſecare, veluti ſi duæ regulæ concurrant ad figuram literæ X. reddendam, & eſt forma illius Crucis, in qua Diuus Andreas dicitur crucifixus. Commiſſa dicitur alia cum ligno erecto alterum ſupernè breuius, & in ipſo capite, ſic, vt nihil extet, committitur, Crucis iſtius forma eſt litera T. quam Crucem vocant Thaū, & hoc ſigno olim ſignati liberabantur virtute Crucis. Tertia tandem Crucis forma, immiſſa dicitur, quando duo ſimul ligna affirmantur, ideſt cum ligno erecto ſic immittitur alterum tranſuerſum, vt vnum alterum ſecet: & eſt illa forma, quam præ oculis ſemper habemus, & in qua humanæ ſalutis Dux Chriſtus mortem tulit. Fuiſſe autem omnes has Crucium formas apud omnes ferè gētes vſitatas notum ita eſt, quod probatione non indiget. Sed quo nomine Crucis fruitur Religio? certè ſi ea inſpiciantur de quibus lectorem monuimus in principio, quiſq; habebit Religionem non ſolum eſſe Crucem, ſed Crucum cumulum; ideoq; omnis religio dicenda eſt immiſſa; quia duplici ligno nempè duplici amore erga Deum, & proximum Cruciformis Religio affirmatur. Verum acutioribus ingenijs remitto id, pro vt cuique religioni competit laudandum.

Crux triformis, & quare.

Nos autem indoctis, parumq; expertis figuratam appoſuimus Crucem, ſub cuius typo Minimam noſtrā Religionem delineatam haberi, optauimus. vt quia religioſus cum Paulo crucifigitur Mundo, vt cum loco citato diximus, per quamlibet virtutem, qui enim patiens eſt, per patientiam crucifigitur. Ecce quomodo quiſq; fatetur Religioſum mortuum eſſe Mundo, ſed vt viuat in eo Chriſtus, tamquam verè mortuum ſe gerit. *Qui* (teſte Bernardo;) d *non ſentit, ſed ſic vituperantes, vt laudantes, ſic adulantes audit, vt detrahentes; quia mortuus eſt; omnino fœlix mors, quæ ſic immaculatum ſeruat, imò penitus alienum facit ab hoc ſæculo. Sed neceſſe eſt, vt qui non viuit in ſe, viuat Chriſtus in illo. Hoc eſt enim, vt ait Apoſtolus, viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*. ac ſi diceretur ad alia quidē omnia mortuus ſum, non ſentio, non attendo, non curo, ſi quæ verò ſunt Chriſti hæc viuum inueniunt, & paratum. ſic proportionaliter intelligamus de paupertate, de caſtitate, &c. Cumq; Caſtitas Crux ſit, cui configitur ſpernens oblectamenta carnis, & Paupertas ſit Crux, cui affigitur abrenunciāns ſæculo, iiſq; omnibus quæ in ipſo ſunt. & obedientia ſit Crux, in qua crucifigitur, qui pro Chriſto, ne dum præceptis, ſed conſilijs eius adhæret; ſicque aliæ omnes virtutes, de quibus paſſim dicemus Cruces ſint, quatenus cōmuniter accipiuntur pro omni an-

Crux eſt patientia, paupertas, &c.

d Serm. 7. in quadrag.

Crucis dimenſiones quatuor.

an-

Digitized by Google

angore,& tormento:qua propter omnia religionis tormenta non ſolum communia, ſed particularia etiam religioſorum ſua ſponte amplius pœnitentium, Cruces ſunt. Noſtra ergo Minimorum Religio, non ſolum vt talis, Crux eſt; ſed vt figurata apparet Crucum cumulus eſt; vna quidem eſt vnitate ſpecifica, & Cruciformis, quæque multarum virtutum, & votorum continet Cruces. Perſpicite quæſo illam, & conſiderate illa quatuor Crucis extrema, qualiter ferant Cruces, ſublimitas obediētiæ Crucem, profunditas humilitatis, latitudo paupertatis,& caſtitatis,longitudo quadrageſimalis vitæ,& charitatis Cruces oſtendunt, vt hanc multiplicem Crucem amplectentes, & ſecundum eas operantes, ſperemus cæleſtia. ſic docet Auguſt. dicens. e *Crux Domini,&c. Latitudo eius dicitur in tranſuerſo ligno, quo extenduntur manus. Longitudo à terra vſq; ad ipſam latitudinem, quo à manibus, & infra totum corpus affigitur. Altitudo à latitudine ſurſum vſque ad ſummum, quo adhæret caput. Profundum verò, quo terra infixum abſconditur, quo ſigno Crucis omnis actio Chriſtiana deſcribitur: benè operari in Chriſto, & ei perſeueranter inhærere; ſperare cæleſtia; Sacramenta non prophanare.*

e *Lib. 2. de doctrina chriſt.*

9 Quæramus ergo intuitu Crucis aliquam talis poſituræ rationē; ſed interea oremus, vt in noſtra Cruce,& tribulatione, (vt verbis eiuſdem Auguſtini vtar) det nobis Deus cogitare, atq; comprehendere Chriſti Crucis profundum, id eſt intenſionem dolorum, & ignominiarum Chriſti crucifixi pro eoque humiliter patiamur. Et longitudinem, qua ſcilicet per omnes annos, quibus vixit hanc Crucem, hos dolores, vel in corpore, vel in animo, vel in ſpiritu eos ſibi imminere præuidens, paſſus eſt, vt, & nos corporis maceratione, ardentique amore ipſum ſequamur. Et latitudinem, quia ſcilicet omnibus membris,& animæ potentijs ab omni hominum imò à Deo, & Angelis à quibus fuit derelictus, & omnia pœnarum genera, & paſſus eſt Chriſtus omnibuſque bonis, & fortunæ, & famæ, & honoris, & vitæ eſt ſpoliatus; atq; hinc nos bonis omnibus ſpoliati, quibus abrenuntiauimus, & carnis. illecebras obſcenaſq; concupiſcentias procul habentes,gloriemur cum Chriſto. Tandem ſublimitatem qua Chriſtus ſublimi conſideratione, & perfectiſſima cognitione, tum Dei offenſi, tum grauitatis offenſæ noſtræ, tum Crucis, & pœnarum ſibi, ſuæque perſonæ, vel illatatum,vel inferendarum, dum plurimorum damnandorum, quibus omnes ſui dolores inutiles futuri erant, non ſolum in Cruce, ſed, & tota vita grauiſſimè doluit,atq; excruciauit: hāc nos ſublimitatem contemplantes; obedientia, ita præceptis adhærebimus, & dolores eius ſubleuabimus, vt Deo dante Chriſti dolores nobis proficiant, ne vnquam dici poſſit, quod fu-tuti ſint inutiles. Sed Crucis partes, ſeorſim contemplantes,videamus aliquas peculiares ſignificationes, & ab imò ad ſummū deueniamus, ſit ergo.

Crucis dimenſiones quō cogitādæ, vt proficiunt.

CAPVT III.

Profunditas Chriſti contemplatur.

10 ÆTerna lege fixum, diuinæq; incomprehenſibilis ſapientiæ conſilio ſtabilitum eſt, vt non niſi per humilitatem ad ſublimia detur aſcenſio, & ſola ſit humilitas, quæ exaltet, totiuſq; ſpiritualis ad Deū vſque celſitudinis ædificij, & prædeſtinatæ ſalutis noſtræ in Chriſto Dei filio machina ab imò hoc, atq; profundo humilitatis fundamento incipiat. Ideò qui ſe humiliauit vſque ad mortem diſciplina morum fuit,ſed præcipuè, vt ait Auguſtinus. f *Humilitatem ſuam imitandam propoſuit, dicens: Matth. 11. Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Et alibi, g *audiant te, & veniant ad te, & mites, & humiles eſſe diſcant à te, qui miſericordiam, & veritatem tuam requirunt, tibi viuendo, non ſibi.* Inde etiam Chriſoſtomus obſeruat fuiſſe humilitatem poſitam à Chriſto, velut beatitudinis initiū; aitque. h *Nihil humilitati comparādum eſt,ex qua Chriſti beatitudini principium fecit: tanquam enim quoddam immenſi ædificij fundamentum humilitatem iecit.* Et alibi. i *Fundamentum philoſophiæ noſtræ humilitas eſt; eſto multum ædifices, hac non proiecta facilè ruit ſuper arenam extructum ædificium.* S. Cyprianus quoque dixit. k *Humilitas eſt ſanctitatis fundamentum,*& Diuus Bernardus, inquit. l *Humilitas eſt fundamentum, cuſtoſque virtutum.* Tanta ergo eſt humiltatis potentia, vt eam præcipuè elegerit Chriſtus ad victoriam obtinendam; nō tanti fecit carnem ex Adamo ſumpſiſſe, & inter animalia naſcendo ſtetiſſe, ſanguinemq; ſuum in circumciſione fudiſſe, & alia multa vſque ad mortem pertuliſſe, quanti fecit mori humiliter in ligno, & inter duos latrones, etenim non plus vltra humilitas progredi poterat. Ideoq; Paulus clamat: *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis,* m & conſummata in Cruce humilitate perfectiſſima contra ſuperbiā reſplenduit victoria. *Ibi* (ait,Sāctus Leo,) n *diabolicæ damnationis conterebatur aduerſitas: & de elatione ſuperbiæ victrix humilitas triumphat.*

Humilitas Religionis fundamentum.

f *Lib. de vera Relig.*

g *Tract. 6. lib. de sāct. virginit.*

h *In cap. 4. Io: hom. 32*

i *Hom. 2. in Epiſt. ad Philip.*

k *Serm. de Natiuit. Chriſti.*

l *Serm. 1. de Natiu.*

m *ad Philip cap. 2. 8.*

n *Serm. 4. de Paſſione Domini.*

11 Cū igitur Sāctiſſimus noſter Patriarcha Franciſcus de Paula, ducendis ordinibus tāquam egregius miles fuiſſet in Eccleſia à ſupremo Imperatore deſtinatus, & ſolitudinem relinquens Fratres in cænobium recepiſſet; prius de fundamento humilitatis cogitauit,

Digitized by Google

Sancti Patris Franciſci humilitas.

gitauit, vt qui immenſam Crucem Religionis, quatuor extremitatibus, ſeu ſolemnibus, & eſſentialibus votis ornatam, atque onuſtam fundare decreuerat; ea tetraſq; virtutes ſequendas proponere cogitabat, atque ad ſequelam Chriſti per viam Crucis ſe, ſuoſque Fratres ire diſponebat, in fundamento humilitatis Crucem fabricauit, & ne facilè rueret Religionis ædificium, ipſe cæpit, & ad ima ſe ſe viliſſimis quibuſcumque miniſterijs ſubijciebat, vt viam ſuis oſtenderet, quâ Paradiſum, non baratrum peterent. Experientia magiſtra, qua ſcimus ſuperbiam Angelos feciſſe dæmones, & hominem ad imaginem Dei conditum, iumentis aſſimilaſſe, atque de Paradiſo deieciſſe in imum miſeriarum barattum: E contra autem, *Humilitas*, quæ (vt inquit Bernardus,) o *eſt via, & non eſt alia via, ſola eſt humilitas, quæ exaltat*; hominem Deo ſimilem reddidit, & in Paradiſi regnum introduxit, nec vt aſcenderet Chriſtus aliam præter humilitatis viam habuit; vt teſtatur idem Bernardus dicens: *Chriſtus cum per naturam diuinitatis non haberet, quo creſceret, vel aſcenderet, quia vltra Deum nihil eſt; per deſcenſum quomodo creſceret inuenit, veniens incarnari, pati, & mori, propter quod Deus exaltauit illum, &c.*

o Serm. 2. de Aſcenſ. Domini.

Ibidem.

12 Quid mirum ergo ſi Franciſcus nõ aliam viam elegerit præter eam, quæ in humilitate ſita eſt, & ex profundo ſui cordis, vel ex imò ſuæ humilitatis. Vnde plantata erat celebris illa Sancta Crux, prodire oſtendit, vt quos corde diligebat, doceret aliã ad obſeruanda vota Cruci infixa, nõ quærerent viã, ideſt vt prius in humilitate fundentur, quã arborem Crucis amplectantur. Et ſicut Chriſtus omnibus, ita, & Franciſcus ſuis videbatur aſſeclis dicere; *diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*, nec aliud quicquam vos à me didiciſſe, gloriabor, niſi hoc vnum, quod humilitas eſt, & quam cordibus veſtris imprimere ſatagens, exoptarem impreſſam perpetuo manere. Ipſa enim nos Deo ſimiles efficit, ipſa nobis affert bonorũ omnium cumulum, vt valeam cum Ambroſio dicere omnia bona in vno bono, in quo beatitudo ipſa relucet; ſed ſecunda, qua ad primam tendimus conſequendam. Et iure quidem nam ſi humilitatem auferas nulla conſeruatur virtus, ſed humilitate omnes ſubſiſtunt, & ſolidantur. Qua de re loquens Guarricus, p ait: *Ipſa ferè omnium radix, & ſeminarium, ab ipſa incipiunt, per ipſam proficiunt, & in ipſa conſummantur, per ipſam conſeruantur*. Ecce quomodo dicere poſſumus omnia bona in vno bono, & ſtatus humilitatis eſt omnium bonorum aggregatione perfectus: propterea Nicolaus de Lira, expẽdens verba illa Chriſti Domini. q *Quis putas maior eſt in Regno Cœlorum?* ac eiuſdem reſponſionis ad illa, quando paruulum aduocans dixit: *Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno Cœlorum*. Ait: *Ille qui habet maiorem humilitatem, loquendo de vera humilitate, per conſequens habet alias virtutes maiores; & ideò ille qui eſt magis humilis, eſt maior in merito, & premio.*

Humilitas beatitudinis principium.

p Serm. de S. Bened.

q Matth. cap. 18. 2.

13 Quam magni facit Sanctus Dorotheus. r ſententiam, quam quidam ſanctus ſenex ore continuò geſtabat, alijſque ſuadebat, dicens: *Ante omnia nobis opus eſt humilitas*. Sed cur non eſſet melius dicere, ante omnia præferendam eſſe fidem, aut timorem Domini? Vnde Paulus ſumpſit exordium, niſi à fide? dum dixit ad Hebræos. ſ *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*. Vnde Regius vates non niſi ex timore docuit, eſſe incipiendum, dicens. t *Initium ſapientiæ timor Domini?* Fidendum magis eſt ſacris literis, quam dicto cuiuſdam ſenis, etſi deuotiſſimi, & ſancti. Cur ergo commendat Dorotheus ſentẽtiam illam humilitatis, ferè plus quam fidem, aut timorem, aut eleemoſynam, non obſtãte, quod hac etiam peccata extinguantur? Reſpondet idem S. Dorotheus dicens: *Credo voluiſſe nobis innuere ſenem, quod neq; timor Domini, neque eleemoſyna, neque fides, neq; abſtinentia, neque vlla vnquam virtutum poteſt ſine humilitate in nobis erigi*; & iure quidem, nã vt ait D. Gregorius. u *Qui ſine humilitate virtutes cõgregat, quaſi puluerem in ventum portat.* Et D. Leo aiebat. x *Tota chriſtianæ ſapientiæ diſciplina, non in abundantia verbi, non in aſtutia diſputandi, neque in appetitu laudis, & gloriæ, ſed in vera, & voluntaria humilitate conſiſtit.* Hanc ergo humilitatem Sãctus Pater Franciſcus primum ſui immenſi ædificij fundamentum iecit; cogitabat enim magnã fabricam conſtruere celſitudinis, ideò de fundamento prius cogitauit humilitatis; quaſi cum Sancto Bernardo diceret. a *Bonus fundus humilitas, qua veritas inquiritur, claritas acquiritur, irradiationes ſapientiæ percipiuntur.* Ideò dilecti filij, qui Religionis Crucem fertis, aut ferre optatis: *Qui*, (vt verbis Sancti Cæſarij vtar.) b *Spiritalem fabricam ædificare Chriſto adiuuante cæperitis fundamentum veræ religionis ſupra petram humilitatis collocare debetis*. Tanquam ſi dixiſſet ſupra Chriſtum crucifixum, cuius huius humilitas ſupra Crucem de inimicis victoriam reportauit; veſtram humilitatem reponite, eiuſque fortitudine fortiter dimicate. Nam veri Iſraelitæ radicantur in humilitate, vt fructum boni operis ſurſum producant, & tentationum procellis reſiſtant.

r Doctrina 2. de humil.

ſ Cap. 11. 6.

t Pſalm. 110. 10.

u Explicans Pſal. Pœnit. 10. 2.

x Serm. 7. de Epiph. Domini.

b Lib. 2. de conſiderat. tom. 2

c Hom. 11 exhort. ad fratres.

14 Ita quid ſimile legitur in ſacro textu. c *Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum*. Iſaias (ad quem miſerat Ezechias legatos, vt de belli euentu, & minis Aſſyriorum Deum obſecrando aliquid diceret) ſolatur Ezechiã, & alios, qui mærere, & conturbari iure poterant: Cum ciuitatis Iuda afflictas, ſpoliatas ornamentis, ciuibuſque orba-

c 4. Reg. 19. 30.

Digitized by Google

erbatas viderent; Et ait, Illos qui de domo Iuda reliquiæ fuerint, vſque adeò ſtrenuos, ac fœlices futuros, vt collapſa erigere, ruinoſa inſtaurare, rem denique Iudaicam variè concuſſam ad antiquum ſplendorem reuocare, poſſint. Quod optima, & prouerbiali ſimilitudine declarat. Erant, inquit, reliquiæ Hieruſalem adeò fœlices, vt creſcāt, & roborentur: non aliter atque plantæ, quæ altas radices deorſum agūt, vt ſublimes ſurſum ramos expandant. Hæ autem plantæ communiter fructuoſæ ſunt; & altis nixæ radicibus facilè ventis, & temporis iniurijs reſiſtunt. Secus eſt alijs plantis, quibus horum vtrumlibet defuerit, nam ſi radices non agunt altas, quantumuis ſurſum ſe ſublimes attollant, neque fortes ſunt, neque diuturnæ; vt ex quorumdam ſententia docet Plinius, d qui dicunt breuitati radicum arbores celerius cōſeneſcere, & propter eandem cauſam, ſi ventus violenter ingruerit facilè euelluntur. Contra accidit ijs arboribus, quæ altis radicibus terram amplexæ ſunt, vt de Æſculo docet Plinius citatus, & Virg. 2. Georg.

d *Lib. 16. cap. 31.*

Quæ quantum vertices ad auras
Aetherias tantū radice ad tartara tendit.
Ergo non hiems illā, non flabra, nec imbres
Conuellunt.

Cogitabat Franciſcus fælicem Sanctæ Crucis arborem plantare, eamque ramis, ac fructibus ſplendidam omnium intuitu exponere; radicem deorſum profundam Cruci adhibuit, vt ſicut terram arborum radices, vt diù perſeuerent amplectuntur; ita, & Crucis arbor in profundo cordis minimi Franciſci fundata, & in humilitate profunda radicata, oſtendit nunquā euulſam à corde, eique inſeparabiliter inhærentem, vt diſcant, qui hanc ipſius Crucē ſequuntur, aut irritantur, vel proprijs humeris imponunt per humilitatem incedere. Crux enim ſic deorſum in humilitate fundata ſublimes fructus (vota ſcilicet, quæ per dimenſiones, tanquam per expanſos ramos fert) producit, & procelloſis tentationum ventis reſiſtendi vim præbet, & ab obſeruantia illorum difficile, aut nunquam deſiſtere, permittit. Nam teſte Sancto Dorotheo. e *Nihil eſt humilitate potentius: habet enim omnimodam poteſtatē ad debellandos hoſtes. Etenim humilitate*, ait, Abbas Iſaias; f *Omnes aduerſarij artes ſuperantur.*

e *De diuino tim. doct. 4.*

f *Orat. 1. in præcept. ad fratres.*

15 Omnes in hac Minimitana Familia gloriamur filios eſſe S. Patris Franciſci, ſed faxit Deus, vt verum ſit, quatenus tales eſſemus facto, quales profitemur Verbo, ne nomine filij abutentes à Patris humilitate aberremus. *Fruſtra gloriatur aliquis* (inquit Nicolaus de Lyra,) g *quod ſit filius ſecundum habitum alicuius ſancti, niſi opera ſua ſecundum ſuam poſſibilitatem imitetur.* Si volumus ergo Crucem religionis, quæ crucibus plena omniumque oculis expoſita, patet libenter ferre, Franciſci humilitatem amplectamur; ſic enim Crux obedientiæ ſuauis erit, vnde Sanctus Leo dixit. h *Nihil arduum eſt humilibus, & facilè omnia præcepta veniunt ad effectum quando, & gratia prætendit auxilium, & obedientia mollit imperium.* Et denique cum quæuis virtus ſit Crux quædam, ad eam ferendam ſuauiſſimè humilitate moneamur. Hinc aperiens Chriſtus os ſuum i inter alia quæ docuit fuit, beatos eſſe pauperes ſpiritu; ſed quinam ſint hi pauperes, percontor? Reſpondet S. Ioannes Chriſoſtomus. k *Pauperes ſpiritu ſunt humiles, & contriti corde.* Cui ſentētia adſcribitur Gregorius Niſſen. dicens. l *Videtur mihi ſermo, paupertatem, & inopiam ſpiritus nominare voluntariam animi humilitatem, atq; demiſſionem*; Ecce totius ſermonis principium, & fundamentum qualiter humilitas eſt, quæ eſt ſtabilimentum virtutum, & paupertatis nutrix. Vnde Gloſſa ſcribit: *Pauper ſpiritu eſt humilis corde pauperem habens ſpiritum, nutrix cuius eſt humilitas.* Si tot ergo bona humilitas affert, iure a profunditate Crucem noſtram explicare cæpimus, vt qui cupiant ſub Sancta Cruce proficere, humilitatem principaliter diligant, & inde ad ſublimiora tendant.

g *In cap. 8 Ioan.*

Franciſci filius eſt qui imitator.

h *Serm. 5. de Epiph. Domini.*

i *Matth. cap. 5. 1.*

k *Hom. 75 ad popul.*

l *De beatitudibus libro*

CAPVT IV.

Longitudo Crucis contemplatur.

16 POſt humilitatem in imò poſitam, ſequitur ſtatim initio longitudinis eiuſdē Crucis infixa abſtinentia Quadrageſimalis, noſtra præcipua Crux, qua Cruciformis noſtra Religio inter alias omnia ſplendet. De hac Cruce, quia totus liber hic clamat; nunc paucis me expediam. Et primū, quod notare volui eſt, iure inter alios dici cultores Sanctæ Crucis Religioſos Minimos ex abſtinentia Quadregeſimali. Certum enim eſt hoc nomine gaudere, qui ieiunant feria ſexta; & talem fuiſſe morem apud antiquos ieiunandi ad colēdam Chriſti Domini Crucem feria ſexta, & Sepulturam Sabbatho; admirabili modo oſtendit S. Petrus Damianus, m qui referens cuiuſdam ſenis verba, inquit; *Senior quidam Frater qui ita triginta ferè annis Heremitica Cellula vſus fuerat, ad me venit, & ſoli viſionem quæ ſibi acciderat patefecit: Sæpe, inquit, Magiſter in ieiunia ſextæ ſimultatis, & iræ ſtimulum pertuli, quia diem Sabbathi tantopere, vt ieiunaretur inſtabas; Interea concupiui Hieroſolymam pergere, cumq; hoc in dies deſiderio feruentius æſtuarem dormienti mihi Dominica nocte aſtitit in viſione ſplendidus quidam Clericus, & dixit: Frater Ioannes, ſic enim vocabatur vis venire Hieroſolymam? cui cum velle me reſpondiſſem, protinus me illuc per ſom-*

m *Opuſc. 54. cap. 3.*

Cultor Crucis eſt qui ieiunat feria ſexta.

Digitized by Google

ſomniũ duxit. Multaq; Sanctorum Sepulchra circumiens, quodq; cuius eſſet ſpecialiter deſignauit, tandem ad Sepulchrum Domini eodem duce perueni; & ecce poſt Sepulchrum ſtabat quidam Clericus ſerena facie, & pulcher aſpectu ceruice tenui, ſtola candida decenter ornatus, qui dixit mihi; tu nudius tertius viuificam Crucem, externo quoque die ſepulturam Dominicam dum ieiunaſti, veraciter adoraſti. Ex hoc remoto omni ſcrupulo dubietatis agnoſce, quia & ſexta feria Crucem, & Sabbatho ſepulchrum Chriſti veriſſimè celebras, & adoras ſi prædictos dies orando, & pſallendo ieiunas. Quo videlicet inſtructus oraculo, & ſcandalum, quod aduerſum te Pater habueram perdidi, & deinceps Sabbathum non minori deuotione, quam ſextam feriam, ſi facultas ſuppetat, ieiunabo, hæc Damianus ex relatione ſenis. Ex quibus infero, quod cum abſtinentia Quadrageſimalis nihil vltra ſit, quam continuum ieiunium, facilè intelligi poteſt eſſe Minimos continuos Sanctæ Crucis cultores, & per hanc nos abſtinentiæ Crucem, Cruci Domini affigimur.

17 Quod autem abſtinentia Quadrageſimalis ſit Crux, probatione non indiget, cum ita eſſe doceãt patres communiter, ex quorum numero hic auoco Gregorium, qui ait. n *Duobus modis Crux tollitur, cum aut per abſtinentiam affligitur corpus, aut per compaſſionem proximi affligitur animus. Penſemus qualiter vtroque modo Paulus Crucem ſuam tulerat qui dicebat.* o *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè alijs prædicans ipſe reprobus efficiar. Ecce in afflictione corporis, audiuimus Crucem carnis. Audiamus nunc in compaſſione proximi, Crucem mentis.* p *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego nõ vror? perfectus quippe prædicator, vt exemplum daret abſtinentiæ, Crucem portabat in corpore; & quia in ſe trahebat damna infirmitatis alienæ Crucem portabat in corde*, hæc ille, iiſque adſcribitur Vgo Caren. q & Bernardus, qui ait. r Afflictionem corporis ſpeciem eſſe martyrij, ſic: *Memento, & vnicum, & quotidianum eſſe baptiſmum, ſimiliter, & martyrium; eſt enim, & martyrij genus, & quædam effuſio ſanguinis in quotidiana corporis afflictione.* Ideò de S. Patriarcha Franciſco canimus in officio longum tuliſſe martyrium, quia carnem domuit, de qua re plura infra.

n Hom. 22 in Euang.

o 1. Cor. 9.

p 2. Cor. 11

Abſtinẽtia eſt ſpes martyrij.

q In cap. 4 Lucæ.

r Serm. 1. in oct. Paſchæ.

Nec mirum ſi ſtatim longitudini Crucis, abſtinentiæ Crucem affiximus, cum abſtinentia ſit omnium virtutum mater. Audiant quæſo Hieronymum contra Iouinianum hæreticum hoſtem ieiunij, caſtitatis, & auſteritatis, qualiter hæc ipſa tueatur in fine libri ſecundi, vbi ait: *Quod multi acquieſcunt ſententiæ tuæ (ò Iouiniane) indicium voluptatis eſt, & pro magna ſapientia deputas, ſi plures porci poſt te currant, quos gehennæ ſuccidiæ* (aut *ſuccendio*, vt alij legunt) *nutrias. Baſilides magiſter luxuriæ, & turpiſſimorum amplexuum, poſt tot annos in Iouinianum, quaſi in Euphorbum transformatus eſt, vt latina quoq; lingua haberet hæreſim ſuam; Vexillum Crucis, & prædicationis auſteritas, idolorum templa deſtruxerat. E regione luxuria penis, ventris, & gutturis ſubuertere nititur fortitudinẽ Crucis. Semper pſeudo prophetæ dulcia pollicentur, & modicum placent. Amara eſt veritas, & qui eam prædicant replentur amaritudine.* & alibi ſ. *ardentes* (ait) *diaboli ſagittæ ieiuniorum, & vigiliarum rigore extinguendæ, &c.* ecce qualiter libidine ſubuertitur fortitudo Crucis, ſed abſtinentia frænatur concupiſcentia, & Crux in fortitudine corroboratur.

Abſtinentia eſt mater omniũ virtutum.

ſ Ad Furiam.

18 Porrò non tantum ad libidinem, ſed ad ſuperbiam omniaque vitia frangenda, & ad quaslibet virtutes comparandas, caſtigandum eſſe corpus docet idem Hieronymus dicens. t *Qui probabiliter, ac ſcienter abſtinentiæ virtutem tenent eo affligunt carnem ſuam, quo animæ frangant ſuperbiã, vt quaſi de quodam faſtigio contemptus ſui, atq; arrogantiæ deſcendant ad implendam Domini voluntatem; quæ maxime in humilitate perficitur. Idcirco à varijs ciborũ deſiderijs mentem retrahunt, vt totam eius vim occupent in cupiditate virtutum. Iam quæ minus ieiuniorum, & abſtinentiæ laborem caro ſentit, anima eſuriente iuſtitiam. Nam & vas electionis Paulus dum caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur, non ob ſolam, vt quidam imperiti putat, hoc facit caſtitatem, non enim huic tantumodo, ſed omnibus omninò virtutibus abſtinentia opitulatur.* Mater ergo eſt omnium virtutum abſtinentia, eaſque fouit, & nutrit, vitiaque expellit. licet præcipuè frænando carnem, caſtitatem conſeruet. De hac veritate conſcius S. Carolus Borromeus; & videns, quod certè in delicijs periclitatur caſtitas, ad ſeruandam ipſe caſtitatem voluptatibus omnibus bellum indicens auſteram admodum egit vitam; atq; ad Cardinalem quemdam ſcripſit: *Sine pœnitentia, & aſperitate vitæ, impoſſibile eſſe ſeruare caſtitatem*, vt pote, quam tantopere caro, Dæmon, & Mundus impugnant.

t Epiſt. 14 ad Celantiam.

S. Caroli Borrom. vita auſtera.

Si tot ergo bona Crux abſtinentiæ affert, qui in Religione Minima, vel alibi, eam amplexus eſt, non ea grauatus incedat: & iure id dico; cum leue ſit iugum, non graue Crucem Domini ferre. Verè quidem leue eſt, non graue; ſed illis, qui intus, foriſque mente, & corpore mortificationis, & abſtinentiæ Crucem deferunt. Ecce ad intentum quomodo S. Cæſarius ſtatuæ ſimilitudine id explicet. u *Gratis* (inquit) *nobis de corporis Cruce, & pectoris afflictione blandimur, ſi exterius homo noſter ſanctis laboribus exercetur, & paſſionibus non curatur interior. Sic eſt quomodo ſi aliquis ſtatuam faciat à foris auream; vel quomodo ſi domus magnifica arte conſtructa à foris pulcherrimis coloribus depi-*

u Hom. 27

Minimi moneantur ne ſint ſtatuæ depictæ

Digitized by Google

depicta videatur, & ab intus ſerpentibus, & ſcorpionibus plena ſit; quid prodeſt, quod affligis corpus tuum, quando nihil proficit cor tuum, valde dura, & nimis dolenda conditio eſt, omni intentione ſtudium laboris impendere, & fructum non recipere poſt laborem. Heu me miſerum videtur mihi Cęſarius allocutus in ſpiritu quemlibet ex noſtris, qui certè gloriamur de hac ſplendida quadrageſimalis abſtinentiæ Cruce; Sed faxit Deus ne aliquis veluti ſtatua deſcripta à Cæſario, aut veluti domus illa; aureus, & depictus aureo abſtinentiæ ſplendore, intus autem plenus ſit ſcorpionibus.

19 Heu fratres, memor quiſque ſit; quod dum vocauit Chriſtus ad ſui ſequelam; *Tollat* (dixit) *Crucem ſuam, & ſequatur me.* Si perpendatur vox illa (*Suam*) denotat proculdubio, quod cuique ſua propria ſit Crux, cum ab vxore, filijs, & cognatis, à moribus, ab æmulis, ab infortunijs, &c. cuique adeſt propria. Vel dicitur ſua, quia non patitur eum tentari ſupra id, quod poteſt, ſed cuique pro vitio, quo laborat Crucem quaſi medicinam, immittit, vel permittit. Sic prono in ſuperbiam, vel aliqua in re excellenti permittit aliquod vilipēdium, vel tentationem carnis, quæ eum humiliet, auaro immittit mercium, & opum iacturam, pulchro morbum, docto lapſum in aliquem errorem, vel infamiam, ne infletur, & de ſe præſumat. Verum prçcipuè ſuam cuique Dominus tollere Crucem iuſſit, hoc eſt ſuam, ſibique propriam facere, diuina ſibi diſpoſitione impoſitam, eique ex Crucum cumulo, ſeu armario, & communi veluti maſſa diſtributam, nec, quæ ſibi contingit, putet alienam, vel ab hoſte, aut perſecutore porrectam, aut aliunde violenter inductam, ſed ſuam ſibi à Deo datam, atque adeò ſibi propriam amore, & affectu faciendam, ſuaque ſpontè baiulandam.

Crux quare cuique propria.

Qua conſideratione tollens Frater Minimus abſtinentiæ Crucem, quæ inter alias Religionis Cruces aliquantulum aſperior videtur, dicat; hæc mihi fuit à Deo ab eterno decreta, Deo ipſi Crucem reſignet, & gratias agat Deo. vt oſtendat eam libenti animo, liberèque ferre; non pretio, ſiue angaria, ſed Crucis ipſius, & crucifixi ducis amore. *Quidam enim*, ait Hugo, x *angariantur ſequi Chriſtum, quidam conducuntur, quidam voluntariè, & ſponte ſequuntur; angariantur, qui timore ſeruiūt, vt Simon Cyrenæus. quem angariauerunt, vt tolleret Crucem eius, & tulit; ſed in ea crucifixus non fuit. Conducuntur Hyppocritæ, qui nummo laudis humanæ Crucem portant. Voluntariè verò ſequuntur, hi de quibus dicitur. Qui ſponte obtuliſtis animas veſtras ad periculum benedicite Domino.* y *Quod, & pulchrius de angariato Simone, dixit Bernardus.* a *Hyppocritæ cum Simone Cyrenæo Crucem portant, non ſuam, qui religioſa intentione carentes angariantur, & quæ non amant, amore gloriæ, quam deſiderant, facere compelluntur.* At quōd Gregorius de eodem Simone miſticè ſcripſit, noſtris commilitibus coaptantur magis: ipſe namque ſic ait. b *Bene Hyppocritas Simon ille ſignificat, qui Dominicæ Paſſionis tempore poſt Ieſum in angaria Crucem portabat: quod enim per angariam agimus, non hoc ex ſtudio amoris operamur; Crucem ergo Ieſu in angaria portare, eſt afflictionem abſtinentiæ, pro alia, quam neceſſe eſt, intentione tolerare. Quia omnis Hyppocrita corpus quidem per abſtinentiam, ſed tamen per amorem gloriæ Mundo viuit.* Adaperiat Minimus cordis aures ad hæc, quæ ipſi dicuntur, & Crucem abſtinentiæ, quam ſibi ſpōtaneè impoſuit, libenti, dum viuit, animo ferat; non angariatus, &c. Quod ſi fecerit, etiam hic ex parco cibo voluptatem ſentiet, & non paruam. Credat Gentili, tam bene moraliter loquenti, Senecam dico, qui aiebat. c *In hoc tu victu ſaturitatem putas; & voluptas eſt. Voluptas autem non illa leuis, & fugax, & ſubindè reficienda, ſed ſtabilis, & certa. Non enim iucunda res eſt aqua, & polenta, aut fruſtum ordacei panis, ſed ſumma voluptas eſt, poſſe capere etiam ex his voluptatem, & ad id ſe reduxiſſe, quo eripere nulla fortunæ iniquitas poſſit.*

x In cap. 3 Marci. Crucem ferunt aliqui per angariam.

y Iudic. c. 5. 2.

a Serm. de S. Bened.

b Lib. 8. Mor. c. 26.

c *Epiſt. 18*

CAPVT V.

Siniſtrum Crucis cornu inſpiciendum proponitur.

20 AD leuam paupertatis votum poſui; eamque partem inter cornua ſanctæ Crucis paupertati conſulto dedimus; dumquia per leuam bona terrena, & temporalia accipimus, ſicut per dexteram cœleſtia, & æterna, ſecundum doctrinā S. Ambroſij dicentis. d *Vtrumque Sponſi brachium ad vtilia extenditur: habent tamen ſibi aliquid proprium ſingulæ manus; in dextera longitudo vitæ eſt, in ſiniſtra autem longitudo, & gloria:* e *Leua præſentium remuneratrix, dextera futurorum.* Et D. Gregorius explicans illud Canticorum. f *Leua eius ſub capite meo &c.* ait: *leua Sponſi ſub capite Sponſæ dicitur eſſe, & dextera eius amplexatur eam, quia vitam temporalem ſub mente ſua ſemper ponit, vitam verò æternam, vt omnimodo amplexetur, concupiſcit.* Hæc quippe, quæ videt magnanimiter mente ſublimi conculcat, officijs cœleſtibus ſe occupat. Hæc neceſſitate tolerat, ad illa ſummo deſiderio, quaſi bracchio dextero Sponſi adſtricta ſuſpirat, in qua cum aliquantulum intrat, cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino faſtidit. Ex quibus colligere quiſq; poteſt, quam iuſtè ponatur paupertas in ſiniſtro Crucis cornu, vbi leuam Chriſti affixam inſpicimus; nam Chriſtus per leuam temporalia bona diſtribuit; & paupertas eodem loco affixa ſupprimere, & calcare ea omnia docet; innuitque Religioſos inſtar Sponſæ gloriari, leuam Chriſti habere ſub capite, quia omnia terrena abijciunt, & conculcant.

d *Ser. 14. in verſ. 5. Pſal. 118.*

e *Prouerb. 3. 16.*

f *Cap. 2. 6.*

Dextera, & leua Chriſti crucifixi quid ſignificent.

Oſtenditur inſuper, quod paupertate, quæ in ſiniſtra ſplendet mercatores effecti Religioſi diuinas emunt opes, quas in dextera Chriſti manu contemplātur. Ideò Sanctus Hilarius

Digitized by Google

g Cap. 19. In illud Matth. g *Et habebis theſaurum in Cælo*; ait: *iactura ſubſtantiæ terrenæ Cælorum opes emuntur*: & Sanctus Auguſtinus inquit.
h Ser. 28. de verb. Apoſt. h *Felicitas magna Chriſtianorum, quibus datum eſt, vt paupertatem faciant præmium regni Cælorum. Non tibi diſpliceat paupertas tua nihil ea poteſt diutius inueniri. Vis noſſe, quam locuplex ſit? Cælum emit*. Imo velut peregrini mercatores in hoc mundo ambulātes, dant terram pro Cælo, & velut homines cæleſtes angelici, & diuini, ad inſtar Angelorum, & beatorum, qui ex alto deſpiciunt, & vident exiguum hoc terræ punctum, diuitias omnes, delicias que ſpernunt. *Generoſi enim, magniq; animi eſt, nihil admirari præter Deum*: ait S. Cyprianus. Et quia Chriſtum ſequi conantur pauperes Dei hic ſunt, ſed ciues Cæli eſſe incipiunt, cum ad illam ſanctam Ciuitatem ardenti amore, totoque conatu iter dirigant; non ſecus, ac Abraham, de quo Paulus dixit.
i Ad Heb. cap. 11. 10. i *Expectabat fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor eſt Deus*: etenim Religioſi ab eo veluti deſcendentes non Chanaan, id eſt Mundum pro ciuitate, & domo habere volunt, ſed oculos iugiter conijciunt in Cæleſtē Ciuitatem; quaſi propriam patriam immobilem, & firmam, æternamq; vbi Deum ipſum artificem, & conditorem videbunt, & ſumma pulchritudine, gloria, opibus, & fœlicitate fruentur. Vt autem ipſi ab amore rerum temporalium abſtracti non putent ſe hic habere ciuitatem permanentem, ſed illam futuram ſemper inquirant; Paupertati tribuendum eſt. Id enim ipſa facit teſte Climaco k dicente: *Paupertas eſt abdicatio*
k Gradu 17. *ſollicitudinum ſæculi, iter ad Deum ſine impedimento, expulſio omnis triſtitiæ, fundamentum pacis, Munditia vitæ, quæ nos liberat omnibus curis vitæ tranſeuntis, & facit, vt Dei mandata perfectè exequamur*.

21 Et huius paupertatis Ducem habuimus Chriſtum, qui opere, & exemplo paupertatis Crucem tollendam continuò nos docuit: non enim ſemel dixit. *Beati pauperes ſpiritu*;
l Matth. 5. 3. l nec ſolum; *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*. m Sed
m Matth. 19. 21. quod ſplendidius eſt, dictum opere compleuit; Sic in præſepe, & ſtabulo Rex Regum de ſummo Cælo deſcendens miſerrimi pauperis præbuerit exemplum, & toto ſuæ vitæ curriculo, ita paupertatem dignatus eſt amplecti, vt ſe inferiorem vulpi oſtenderit; dicens.
n Matth. 8. 20. n *Vulpes foueas habent, & volucres Cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet*; & tandem nudus moriens
Crux paupertatis eſt via perfectionis. in Cruce paupertatis Crucem tulit. Vnde, qui in principio Eccleſiæ ſequuti ſunt Dominum, ſtatim hanc paupertatis Crucem tulerunt; quandoquidem fideles omnibus, quæ habebant, renunciabant; vt legitur in Act. Apoſt.
o Cap. 4. 32. o *Multitudinis credentium erat cor, vnum, & anima vna; nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia*. Et poſt pauca: *Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes, afferebant prætia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum*. Perfectam abrenunciationem bonorum hic Patres agnoſcunt, quæ Monachis nomen tribuat: qui ſic viuunt in vnum, vt vnum veluti hominem faciant, & verè de illis dicatur, anima vna, & cor vnum, non multa corpora, nec multæ animæ. Vtinam, vt tunc, ita & modo in religionibus, tam ſtricta vnitas reperiretur, & nullus eſſet ex religioſis, qui ſe à tali vnitate præcideret, nolens toto corde in vnum habitare cum fratribus, & corpore ſequens Chriſtum, Crucemque paupertatis apparenter ferens; intentione, & animo Chriſtum dimittat, eiq; ſit Crux iſta grauis, atque eius grauedine oppreſſus ſequatur Ægyptum, & verificetur de illo, quod exclamans Bernadus querimoniam de Monachis formans, aiebat. p *Vbi nunc illud vnanimi-* p Epiſt. ad
tatis exercitium? Fuſi ſumus exterius, & de Gulielm.
regno Dei, quod intra nos eſt relictis veris ac Abb.
perennibus bonis, foris quærimus vanam conſolationem de vanitatibus, ac inſanijs falſis, ac iam religionis antiquæ non ſolum virtutem amiſimus, ſed nec ſpeciem retinemus.

At dices, qua ratione id aſſerat Bernardus? Arbitror fuiſſe, quia vel non ita pauperes, vel non ita vnum, vt erant, tunc temporis, hodie ſumus. Colligimus enim ex dictis credentes illos, cum Apoſtolis fidei calore feruentes, talem in ipſis operum cumulum fuiſſe: qualis erat in dilectione conſenſus, & ex illa animorum vnione naſcebatur rerum externarum communio: *Vt qui* (inquit Auguſtinus:) q
Eodem conſortio religionis tenebantur, eodem q Ser. 25.
conſortio fruerentur, & vitæ; (hoc eſt,) vt qui- de verb.
bus erat vna fides, eſſet vna ſubſtantia: Qui- Apoſt.
bus erat communis Chriſtus, communis eſſet, & ſumptus. Non quærit charitas, quæ ſua ſunt, ſed ſua reddit communia. Vnde rectè dicebat quidam Philoſophus nomine Dionyſius, quando dixit: *Riſu accipiendum eſſe diuitem, qui pauperem ſibi amicum affirmabat eſſe. Si enim* (aiebat.) *amicus eſt, tu quomodo diues, ille pauper?* Verè etenim litium, & diſcordiarum ſeminarium ſunt duo
illa pronomina *meum*, & *tuum*. Vnde, qui- Pronomi-
dam Poeta pulchrè dixit. na meū, &

Si duo de noſtris tollas pronomina rebus, tuū obſtant
Prælia ceſſarent, pax ſine lite foret. paupertati.

In illis autem credentibus, vna cum Apoſtolis erat bonorum omnium communio, quia vnum habebant, & cor, venditiſque omnibus, quæ poſſidebant, prętia ante pedes Apoſtolorum ponebant, fortaſſe, vt Hieronymus ait: vt oſtenderent pecunias eſſe calcandas, vel vt perfectam dominij tranſlationem oſtenderēt: Vel ita voluit Deus, vt Apoſtoli ſtatim experirentur minimè fallacem fuiſſe de centuplo etiam in hoc tēpore, pro abdicatione eorum, quæ ipſius cauſa reliquiſſent, promiſſionem; ſi quidem ſimul dictauit, & ſimul Apoſtolos; honore affecit; ait enim Chriſoſtomus, *prætia deferentes ad pedes ipſorum largitate tribuebant honorem*. Vnde nullus apud illos indignus apparebat, quoniam diuidebatur omnibus, pro vt cuique opus erat, & facilè inde Crux ferebatur à ſingulis, & iugum Chriſti eueniebat ſuaue.

22 Di-

Digitized by Google

22 Diſcant inde, qui præſunt, vt circa cibum, aliaque neceſſaria tribuenda Religioſis, & rem totam, ita attemperent ad cuiuſq; neceſſitatem; vt tam circa modum, quam circa tempus ſumendi regula ſuauiter, cuiq; prout oporret, præſcribatur: & illud tuum, & meum in vniuerſum à Fratribus arceatur; & Prælati ſeu communes parentes, ita eos conſolentur, vt ad carnales illi non recurrant; ſed qui curam immediatam habent res neceſſarias diſtribuendi ad Fratrum vſum, faciles ſe, & clementer præbeant ad omnes, neque ſuſpitionem aliquam commoueant maioris alicuius erga aliquos beneuolentiæ, inclinationis ſuæ, & animi propenſioris. Quod aſſequentur, ſi ſingulis diſtribuant, prout vnicuiq; opus erit. Hanc regulam tradidit Auguſtinus ſanctimonialibus dicens. r *Hæc ſunt, quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtituta. Primum propter quod eſtis in vnum congregata, vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis cor vnum, & anima vna in Deo. Et non dicatis aliquid proprium; ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuatur vnicuique à Prapoſita veſtra victus, & tegumentum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, ſed vnicuiq; ſicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actis Apoſtolorum, quia erant eis omnia communia, & diſtribuebatur eis, prout cuique opus erat.* Hoc etiam ſtatuit Sanctus noſter Patriarcha Franciſcus de Paula, qui æqualitatem in victu, & veſtitu, & cæteris oneribus cum præſcripſiſſet; noluit ita ſingulis eſſe præſcriptum, vt infirmos etiam aſtringeret, quin imò de ſupportandis infirmis in ieiunijs, aliiſq; oneribus ſtatutum 32. in Regula appoſuit, dicens: *Præterea charitatiue ſemper obſeruetur, quod cuncti diuino, ac naturali languore cælitus viſitati, nedum in dictis ieiunijs, ſed etiam in cunctis vigilijs & quibuſcunque ordinis huius oneribus benignè ſupportentur, & cibis quadrageſimalibus abundantius reſocillentur.* Ecce cum æqualitate, & communi rerum vſu, inæqualitas; vt vnicuique detur, quod, expedire ei nouerint Prælati oportere.

Bonorũ diſtributio æqualis facienda inæqualiter.

r *Epiſt. 169.*

23 Inde fit paupertas Crux ſuauis ferentibus illam, & cum diabolo dimicantibus armatura valde mirabilis. Nudo namque inimico, nudus quiſque occurrere debet. *Nam qui oneratus veſtibus,* (ait Gregorius) ſ *cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur: vis firmiter cum diabolo dimicare? veſtimenta proijce ne ſuccumbas, quid enim ſunt terrena omnia, niſi quædam corporis indumenta? Qui plus poſſidet citius vincitur.* Ne igitur hac via Religioſi vincatur ad paupertatis Crucem ferendam primo ſe ſe aſtringunt voto, quia eſt veluti totius religionis fundamentum, & virtutum omnium radix. Etenim quod dixit Paulus Timotheo, ſcilicet. *Radix omnium malorum eſt cupiditas,* t explicans Ambroſius, ait: *Vt rerum facultates inſtrumenta ſunt omniũ vitiorum; ſic harum abnegatio generatrix eſt, nutrixq; omniũ virtutũ.* Et ideò Pinufius Abbas, quem ex Caſſiano refert à lapide: u Nouitium quem ad ſuum Monaſterium admittebat, inſtruens hanc vitæ Monaſticæ, ideam Chriſtum ſcilicet crucifixum ei proponebat, dicens: *Abrenunciatio nihil eſt aliud, quam Crucis, & mortificationis indicium. Ideoq; noueris hodierno die huic mundo, & actibus eius, ac deſiderijs eſſe defunctum, teque ſecundum Apoſtolum mundo huic eſſe crucifixum, tibiq; hunc mundum. Conſidera ergo conditiones Crucis, ſub cuius te deinceps Sacramento oportet in hac luce verſari: Quia iam tu non viuis, ſed ille viuit in te, qui eſt crucifixus pro te: eo ergo habitu, ac figura, qua pro nobis in patibulo fuit ille ſuſpenſus, nos quoq; neceſſe eſt in hac vita degere; vt ſcilicet ſecundum Dauid, affigentes de timore Domini carnes noſtras vniuerſas voluntates, ac deſideria, non noſtræ concupiſcentiæ ſeruientia, ſed mortificationi eius habeamus affixa: ſic enim Domini præceptum implebimus, dicentis: Qui non accipit Crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus, &c.*

ſ *Hom. 32*

t 1. *Timotheo cap. 6. 10.*

u *Ad Gal. 6. in v. 14.*

Nouitij admonitio.

24 Nec triſtis eat Religioſus, qui pauca reliquit, timens paupertatis Crucem, quam tulit, leuiorem eſſe illa, quam fert, qui ditior erat, & maiora reliquit; ac propterea leuior dicatur, imperfectior, aut aliquo modo minus perfecta. Nam meminiſſe debet Petri de ſe loquentis, & dicentis: Ecce nos reliquimus omnia. x Quod ponderans Hieronymus, ait: *Grandis fiducia Petrus piſcator erat, diues non fuerat, cibos manu, & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter; ecce nos reliquimus omnia? Sed nihil mirum,* ait S. Gregorius, *in hac re fratres chariſſimi, effectum debemus potius penſare, quam cenſum; Multum reliquit, qui ſibi nihil retinuit: multum reliquit qui quantumlibet parum, totum deſeruit.* Certè nos, & habita cum amore poſſidemus, & ea, qua minimè habemus ex deſiderio quærimus; Multũ ergo Petrus, & Andreas dimiſit, quando vterq; etiam deſiderium habendi reliquit. Sic etiam ait Auguſtinus. y *Piſcatores vocante Domino, quod nauiculas, & retia dimiſerunt omnia ſe dimiſiſſe, & Dominum ſequutos eſſe etiam commemorando læti ſunt: & reuera omnia contemnit; qui non ſolum quantum potuit, ſed etiam quantum voluit habere contemnit.* Ergo ſiue parum, ſiue multum Religioſus relinquat parem alijs Crucem paupertatis portat; & non triſtis, ſed lætus ſequendo Chriſtum nudum ſua cum Cruce cæptum peragat iter. Sic enim Auguſtinus de ſemetipſo, qui totum quod habuit reliquit, loquens, dixit: *Nec enim, quia diues non fui, ideò minus mihi imputabitur; nam nec Apoſtoli, qui priores hoc fecerunt, diuites fuerunt, ſed totum mundum dimittit, qui, & illud, quod habet, & quod optat habere dimittit.*

x *Matth. 19. 27.*

Religioſus nõ triſtetur pauca reliquit.

y *Queſt. 34 ad Paulinum.*

Triſtari quidem debet ille religioſus, qui grauiorem Crucem portat, & maiori in Cruce paupertatis paſſione afficitur, dum plura pro Chriſto relinquens, adhuc non Chriſto, ſed diabolo deſeruit. Quid enim prodeſt pretioſa in mundo relinquere, & minutiora in mundo amare? Num forte diuitiæ, aliæq; omnes mundi opes, impedimentum aliquod afferunt ad vitam æternam conſequendam? minimè quidem; nam ſi diuitiarum amore non tenen-

tur, Deo placent, vt placuerunt Abraham, Iob, Dauid, &c. Multum tamen eſt, quod nos ſine diuitijs, auaritiæ vitium in materia abiectiſſima nutrimus, non cumulamus aurum, ſed res viliſſimas congerimus. Vnde Bernardus quoſdam Religioſos alloquens, dixit. z *Miſerabiliores ſumus omnibus hominibus nos Monachi ſi pro tam exiguis tanta patimur detrimenta. Quid enim inſipientia, imò quid inſania eſt, vt qui maiora reliquimus, minora cũ tanto diſcrimine teneamus; ô cæcitas magna illius, qui opibus mundi abrenuncians ardenti amore res minimas proſequatur, vt puta Cellulam, veſtem, librum, imaginem, & ſimilia non hic pauper ſpiritu erit, qui non affectum reliquit, ſed effectum tantum*, & quamcunq; veram paupertatis Crucẽ ſuperat Crux, & Paſſio quærentis minora, quæ certè ſuperflua, & impertinentia ſunt: nouerat enim, & hoc Caſſianus a qui dixit: *Horum cura, priſtinarum omnium facultatum ſuperat paſſionem*, (& ſubiunxit) *quod relinquentes maiora bona, & minora ſequentes non affectum reliquerunt, ſed de rebus maximis ad minimas tranſtulerunt, & Paſſionem Crucis hinc inde tranſmutarunt. Nam vitium* (ait ille) *cupiditatis, & auaritiæ, quod erga ſpecies pretioſas exercere non poſſunt, circa viliores materias retinentes, non abſcidiſſe, ſed immutaſſe probant priſtinam paſſionem*. Hæc audiant pro nunc Religioſi, vt diſcant qualiter Crucem paupertatis ferre debent nam ampliora, & pulchriora dicemus infra.

z *Ad Monachos c. 8.*

Collat. 4 Abb. Dan. c. 21.

CAPVT VI.

In dextero Crucis cornu micat ſplendore Caſtitas.

25 NEc mirum alicui videatur; nam vltra ea, quæ præcedenti capite de leua, & dextera innuimus, etiam ſcimus leuam ſignificare humanitatem Chriſti; dexteram verò, Deitatem: & ſicut ſiniſtra eſt ſymbolum imbecillitatis, ſeu imbecillæ humanitatis. Ita dextera eſt ſymbolũ fortitudinis, & fortiſſimæ diuinitatis: illic in leua paupertas aſpicitur, quia nudam Chriſti humanitatem in Cruce pendentem ſignificat, eamque ſequuntur Religioſi; dum nudi Chriſti Crucem amplexantur. In dextera poſuimus caſtitatem, quæ fortitudinis, & fortiſſimæ diuinitatis ſignum eſt. Et quid fortius caſtitate? legant quæſo in Exodo, b & experientia comprobabunt fortiſſimam eſſe caſtitatem. Nam loquens Deus de ſacro miniſtrorum ornatu deſcendit ad ſtatuenda fæminalia, & dicit: *Facies, & feminalia linea, vt operiat carnem turpitudinis ſuæ à renibus, vſq; ad ſemora*. Sed quid per fæminalia, ſignificet Deus? conſulant Ioſephum, qui neceſſitatem, materiam, formam, futuram atque tinturam deſcribit. c Et etiam Patres omnes textum exponentes, vbi communis intelligentia eſt, quod ibi oſtendatur quantæ curæ fuerit Deo miniſtrorum ſuorum caſtitas, & honeſtas, quæ propria eſt Sacerdotum virtus, imo & prima, vt inquit Origines d dicens: *Sacerdos primo omnium totus ſit caſtitate veſtitus*: & Hieronymus non modo caſtimoniam, ſed & vitæ Sanctitatem in hoc lineo indumento ſignatam, & vitæ nouitatem in Baptiſmo, ſignificari docet dum ait. e *Non accipiunt veſtes niſi loti prius ſordibus, nec ornantur ad ſacra, niſi in Chriſto noui homini renaſcantur. Præceptis Dei lauandi ſumus, & cum parati ad indumentum Chriſti, tunicas pelliceas depoſuerimus; tunc induemur veſte linea nihil in ſe mortis habente; ſed tota candida, vt de Baptiſmo conſurgentes, cingamus lumbos in veritate, & tota priſtinorum peccatorum turpitudo celetur*. Et ex Ioſepho præcitato, idem Hieronymus epiſtola citata refert; *Hæc feminalia de byſſo retorta ob fortitudinem ſolere contexi, & poſt quam inciſa fuerint, acu conſui &c.* Itaq; fortitudinem requirebat in ornatu exprimente caſtitatem, & iure quidem quia nihil fortius caſtitate; nec caſti eſſe poſſunt, qui ad vincenda ad verſariorum tela, non ſe ſe fortitudine armant, ſed Dei mediante gratia. Nam vt dixit Auguſtinus. f *Inter omnia Chriſtianorũ certamina ſola duriora ſunt prelia caſtitatis, vbi quotidiana eſt pugna, & rara victoria: grauem caſtitas ſortita eſt inimicum; qui quotidie vincitur, & tamen timetur.*

Caſtitas miniſtrorũ Eccleſiæ.

b *Cap. 28. 32.*

c *Lib. 3. de antiquit. cap. 8. alias 11.*

d *Hom. 9. in Ex.*

e *Epiſt. 128 ad Fabiolam de veſtitu ſacerdotum.*

Caſtitatis fortitudo.

f *Ser. 150. de tẽpore.*

26 Eſt ita infatigabilis Diabolus, pertinax ad tentandum aduerſarius, vt licet ſæpius victus remaneat, ſemper tamen perſeuerat, quouſque vel auctis viribus, ac dolis eoſdem, vel alios veluti magis infirmos, & ignauos, vincat, & amplius contra Religioſos ſæuit, nam quanto magis videt eos de mũdi pelago egreſſos, tanto magis ſuper eos pedes ſuæ tyrannicæ dominationis ponere acrius ſæuiendo, ſatagit. Sic docuit Gregorius dicens. g *Hoſtis noſter adhuc in hac vita nos poſitos quanto magis ſibi rebellare nos conſpicit, tanto amplius expugnare contendit*. Quid ergo agendum? quod nautæ agunt. Nunquid dormiunt illi ſecuri, quia ſerenauit tempeſtas, quam grauem, & periculoſam paſſi fuerant in pelago, quaſi eſſent certi illam nunquam fore ſequuturam, nec amplius ſæuituram? minime quidem. Sic nec religioſi ſerenata tempeſtate ſeculi dormire debent; nam & in religione circuit diabolus quærens, quem deuoret. *Ad huc* (ait S. Petrus Damianus.) h *in ſalo verſaris, ne dum portus ſtatione perfrueris. Procinctus enim iſte caſtrorum, non quietis eſt municipium; via eſt non patria. Ambulamus, & non habitamus. Militia eſt vita hominis ſuper terram*. Habent tamen aliquid per quod gloriari poſſunt religioſi, quia armati incedunt potentiſſimis armis ſcilicet paupertate, & caſtitate tanquã aut Crucibus, aut cornibus Crucis Chriſti, *qui cornibus Crucis ſua ventilauit inimicos, Diabolum, & omnem eius exercitum* (vt dixit Hieronymus) i *Chriſtus quidem Crucifixus erat in corpore, ſed verè Crucifigebat ibi dæmones, non fuit Crux, ſed triumphus fuit, ſed vexillum fuit*. ita Hieronymus. Religioſi ergo ſi verè Chriſtum ſequi volunt fortitudinem ad dimicandum à cornibus Crucis ſumant; ex leua, ſeculi contemptum, ex dextera, fortiſſimam

g *Fortitudo ſeruorũ Chriſti.*

h *Apolog. de cent. ſec. cap. 5.*

i *in Pſ. 91.*

Digitized by Google

ſimam caſtitatem: nam fortes, generoſos, ac violentos, qui Diabolum excutiant, Mundum vti paleam ventilent, Cœlo quæ vim inferant, ac regnum æternum diripiant, Dominus in ſuam militiam, & obſequium requirit; molles autem ignauos, & effæminatos execratur: Crucifixum ſequantur Crucifixi, ac triumphantem pariter triumphantes.

Caſtitas vna virtus continens omnes.

27 Nec ſolum ad fortitudinem oſtendendam poſuimus in dextera caſtitatem, ſed etiam ob excellentiam, & nobilitatem, quid enim nobilius caſtitate, quid ea ſublimius & pulcrius, quod omnes ſecum virtutes affert, quæ libidini, vitiorum grauidæ criminum omnium fœcundæ, omniaq; peccata aglomeranti opponitur acerrime, & virtutum omnium armis ipſa prçliatur, earumq; omnium culmus, & culmem, qua ratione merito ei dextera tribuitur, cum ſit locus excellentię, & ſuperioritatis: forte hoc innuit Ambroſius k dicens: *Sanctis vna competit virtus*. Sed quænam hæc vna virtus? aut quomodo vna, quæ vna non eſt, ſed inſtar omnium, aut multiplex, aut omnes in vna? Non alia niſi caſtitas, cui omnis religioſa virtus, & caſtimonia communis clauis eſt, cui aditus apertus patet, ad omnem religioſam ſanctitatem, & beatam fęlicitatem; idque dixiſſe videtur Boroſius loquens de Noë. l *Caſtimonia corporis, & ſanctimonia animi, duabus clauibus religionis, & fęlicitatis*. Vna ergo virtus eſt caſtitas; quæ competit Sanctis; ſed vna, quæ continet alias, & quæ dicitur Fidei ardor, Spei animoſitas, Charitatis deliciæ, orationis vigor, obedientiæ obſequium, Gratitudinis generoſitas, Prophetię perſpicacitas; nam de Anna illa vetula dixit Origenes m *Meruiſſe ſpiritum prophetandi à longa caſtitate*. Tandem caſtitas ſpiritualis dicitur; quia ipſa omnium virtutum fælix ſocietas dicitur; ſincerior, puriorq; inter omnes apparet. Eſtque vt dixit Tertullianus, n *Flos morum*. Sed cur appellat caſtitatẽ florem morum, ſeu virtutum? arbitror certè fuiſſe, quia caſtitas inter cæteras illuſtriori, quadam prærogatiua floret, & quaſi primatum ſibi vendicat. Item flos dicitur, quia nihil pulchrius eſt flore, & ſicut flos eſt arboris decor, & ſigna futura poma prænuncians, ita caſtitas decor eſt hominis, non ſignans ſolum, ſed præcoces afferens fructus, quia omnes ſecum virtutes affert.

k *In Cap. 6 Lucæ.*

l *Lib. 3. antiquit.*

m *Ho. 27. in Lucam.*

n *Lib. de pudicitia.*

Sed vltra progredi poſſem ad gloriam caſtitatis, quæ vocatur *Flos morum*, nam indicare videtur Tertullianus quando florem virtutum, & morum appellauit caſtitatem, ſcilicet eam ſuauiſſimum effla re odorem, & ſpirare cæleſtes, ac beatas delicias, & hoc quoque dum dexteram tenet in Cruce oſtendit, ſi quidem ſi in ſiniſtra ſunt diuitiæ, & gloriæ, ac ea omnia, quæ illuſtriorem faciunt in ſeculo habentem: in dextera cæleſtia, & æterna ſignantur, & caſtitas, quam Septimius appellauit, o *Fælicitatem ſanctitatis*, iure poſita eſt in dextera, eo quod ipſa facit fælicem habentem, eumque ex viatore facit quodammodo comprehẽſorem, cum eum tranſmutet ex homine in Angelum; ſic enim ſcripſit Bernardus ad Henricum Senon. Archiepiſc. dicens. p *Caſtitas Angelum de homine facit; differunt quidem homo pudicus, & Angelus, ſed fælicitate non virtute: & ſi illius caſtitas fælicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, & loco, & tempore ſtatum quemdam immortalis gloriæ repræſentat*. Ecce ergo quomodo caſtitas ſecum afferat ea bona, quæ in ſua Deus repoſuit dextera, ideòq; in Crucis dextera collocata inſpicitur, ſed hæc ſufficiant, cum plura, & glorioſiora dicenda ſint infra.

o *Lib. 1. adu. Mar. cap. 19.*

p *Epiſt. 52*

CAPVT VII.

Crux obedientiæ, in ſublimitate Crucis contemplatur.

Obedientiæ encomia.

28 Obedientia in ſublimitate Crucis poſita conſpicitur. Primo, quia eſt virtus, quæ ſolum Deum reſpicit, ſuoque tantum ſubditur imperio; hominibus autem non niſi propter Deum, cum ergo ſupra ſe nihil habeat præter Deum, iure ſibi Crucis ſublimitatem vendicat, & tanquam Dux Religioſæ militiæ certam de inimicis promittit victoriam, vt docet S. Laurentius Iuſtinianus de obedientia loquens. q *Sicut ſine duce (ait) non confiditur de victoria, ac ſine gubernatore non peruenitur ad portum; ita abſque obedientia impoſſibile eſt in huius vitæ pelago non periclitari, iſta enim hominem facit triumphare*. Et hoc idem docuit Gregorius, r dicens: *Victima ſunt obſequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo, ſubijcimur, ſuperbos ſpiritus ſuperamus, cæteriſque virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergo ſunt, qui obediunt: quia dum voluntatem ſuam alijs perfectè ſubijciunt, ipſi lapſis per obedientiam Angelis dominantur*. Victori ergo, & triumphatori cum præcipuus debeatur locus, & ſupremus, Triumphanti obedientiæ ſublimitatem dedimus, quandoquidem ipſa, ſuper omnes alios quacunque virtute præditos, exaltat, & obedientes inimicorum omnium victores reddit.

q *Lib. de ligno vitæ cap. 3.*

r *Lib. 4. in primũ Reg. cap. 10.*

Fortaſſe ad hæc alludit Salomon, ſ dicens: *Vir obediens loquetur victorias*. Vbi notandum eſt, quod immediate antea dixerat: *Teſtis mendax peribit*. Sed cur falſario opponitur obediens? an quia ille mendaciter ficta ſeminat; ideoq; peribit; & qui diuinis obedit præceptis, veritatem ſemper loquitur; ideoq; vincit? an verò, quia mendax in iudicio conuictus falſorum pœnis teſtium ſubiacebat? an verò, quia idem filius obediens, contra quem mendax falſum teſtimonium dixit, & ille tamquã probus, vt legi diuinæ per omnia parens loquetur victorias, dum ab omni malo vindicatur, & de hoſte ſuo ſerio triumphat? Omnia quidem bene: ſed melius dicemus ſi de obedientia in vniuerſum, textum loqui, fateamur; vt inde afferamus Religioſos, qui ſe ſe Deo ſeruire, ex ſua profeſſione teſtantur; & dicta factis minime aſſequũtur, falſos dici, & mendaces,

ſ *Prouerb. cap. 21. 23.*

Obediens victor, & triũphator.

Digitized by Google

daces; & licet religioſo obedienti dominari præſumant; adhuc *obediens loquetur victorias*. Nam ſi ſubditi ſunt illi mendaces, victi, & eiecti remanebunt; adeò vt ipſi poſtea obedientis gloriam enuncient; & vir obediens detecta fraude amiſſam gloriam recipiat. Si autem Superior erit ille falſus teſtis, & falſam protulerit contra obedientem ſententiam, nobilem admodum victoriam contra ſeipſum obediens reportabit, dum iniuſtæ ſententiæ patet, iuxta illud Curtij, t *Obſequio mitigantur imperia, & Principum ſæuitia in manſuetudinem vertitur ciuium obedientia*. Et S. Gregorius u hunc eundem textum expendens, ait: *Hinc per Salomonem in oſtenſione obedientiæ dicitur: Vir obediens loquetur victorias: Vir quippe obediens victorias loquetur, quia dum alienæ voci humiliter ſubdimur noſmetipſos in corde ſuperamus*.

t *Lib.* 8.

u *Lib.* 35. *Moral. cap.* 10.

29 Vel dicamus, quod obediens religioſus loquetur victorias, ſumpta ſimilitudine ab eo, quod in omni militia experitur; etenim in illa potiſſimum obedientia neceſſaria eſt; vbi ſi obedientes milites non fuerint, vt caſtra moueantur, aut acies ordinentur, aut prælium inire ſatagant, nihil boni ſuccedere ſperatur; & hoc, quia diſciplina militaris non obſeruatur; idemque obſeruare licebit in qualibet religione, quæ Domini exercitus eſt, vbi omnia decernuntur, ac fiunt ex præſcripto obedientiæ, nec proprijs quis, aut voluntatibus, aut commodis intendit animum; ſed ad nutum ſolius obedientiæ ſe conformat, & effingit. Vnde ait Beda: *Qui fideliter, vt promittit iuſſis ſubditur diuinis, huius loquela ad victoriam perueniet, quia dum per obedientiam ſuam deſideria vincere ſatagit, per iuſtitiam iudicis poſtmodum victoriæ palmam percipit*. Palmam ergo tenet obedientia, quia inter omnes alias Cruces religionis, Crux obedientiæ ſublimior eſt, ſeu vna, & præcipua eſt, quæ alias Cruces amplectitur. Quid enim eſt Crux obedientiæ? *eſt animæ propriæ perfecta abnegatio*, (inquit Climacus.) x *Spontanea mors, vita curioſitate carens, ſecurum periculum, immediata ad Deum excuſatio, metus mortis contemptio, tuta nauigatio, confectum dormiendo iter. Obedientia eſt ſepulchrum voluntatis, diſcretionis depoſitio*. Ecce quot Cruces, & vna obedientiæ Crux eas omnes, vel ſuffert, & tolerat, vel ſubleuat, & leues, ac ſuaues reddit. Et ideò in ſummitate Crucis poſuimus obedientiam.

Militia corruit ſine obedientia.

x *Grad.* 4.

Obedientiæ ſublimitas.

Ac etiam iure primo eſt poſita propter eminentiam, quàm gerit ſuper omnes alias virtutes, quæ proculdubio ſine obedientia corruunt. Ad cuius rei euidentiam conſiderare oportet, quod inter alia, quæ iuſſerat Deus ſeruanda in ſacerdotalibus indumentis, quibus ſacerdos cum ad ſacrificium offerendum deberet accedere, induendus erat, decreuit, vt videre eſt in Exodo: y primam, & præcipuam veſtem fuiſſe Ephod; ait enim: *Et pones in vtroque latere ſuper humeralis, memoriale filijs Iſrael*. ex Hebræo, *pones in vtroq; latere Ephod*, hanc primam inter alias veſtes numerauit. Sed ſi, quæras quid ſignificet *Ephod*? dicam ex Ruperto ſignificare obedientiam charitatis Chriſti, qua ipſe humeros ſuos ſuppoſuit Cruci pro peccatis noſtris. Sed cur prima inter veſtes fuit *Ephod*, quia obedientia veſtit, & ornat primo, & principaliter Sacerdotem, & fidelem quemcunq; Deo addictum. Vnde Sanctus Gregorius z dixit: *Obedientia ſola virtus eſt; quæ virtutes cæteras menti inſerit*. Sit ergo ipſa prima, & primo loco aſſumpta, & impoſita in ſummitate, veluti Cœlo propinquior; nam vt quidam abbas dixit a *Obedientia eſt genetrix omnium virtutum, obedientia regni Cœleſtis inuentrix eſt, obedientia Cœlos aperit; & homines de terra eleuat; obedientia cohabitatrix Angelorum eſt: obedientia Sanctorum omnium cibus eſt; ex hac enim ablati ſunt, et per hanc ad perfectionem venerunt*. Ex quibus merito ſublimitas Crucis obedientiæ competit, vt oſtendat obedientem eſſe inter omnes Cœlo propinquiorem, & propter alia quæ ponentur longiori diſcurſu infra.

y *Cap.* 28. 12.

z *Lib.* 35. *moral. cap.* 10.

a *Inuitis PP. lib.* 5. *ca.* 24. *n.* 19.

CAPVT VIII.

Nectit charitas virtutes omnes in Cruce.

30 VBi vnum lignum alterum ſecat, & tranſuerſum clauo affirmatur ligno erecto, poſuimus charitatem connectentem virtutes, omnemq; firmitudinem Religioni præbentem ſcio enim Ambroſium dixiſſe. b *Crux eſt Cruciatus cordis, quod Deo non melius ſeruiamus. Debemus ergo habere Cruciatum; quod non tantum humiliamur o Domine, quantum debemus, & hoc eſt profundum Crucis, quod non tantum amamus, & laudamus te, quantum bonitas tua exigit, & hæc eſt ſublimitas; quod non ſumus tam fideles, vt alios ad tuam laudem trahamus, & hæc eſt latitudo; quod non ſemper continuamus laudem tuam, & hæc eſt longitudo*, Sed hæc omnia vna complectitur vox nempe, *Charitas*. Quid enim eſt Crux niſi Charitas? Nam quia longa, lata, profunda, & ſublimis eſt bonitas Dei, etiam ad ea ſe extendit charitas, cuius longitudo eſt eius continuatio, & ſtabilis perſeuerantia; cuius latitudo eſt extenſio, qua ſe charitas ad omnes; tam Angelos, quam homines, tam inimicos, quam amicos, omneſq; creaturas extendit: profundum eſt eius intenſio, & feruor: altitudo eſt eius excellentia cum Chriſtianæ fidei heroicis actibus, vel eius obiectum, & eleuatio, qua charitas ad vnum Deum, quem diligit ſe eleuat, & ſubeo cuncta contemnit.

b *Lib. de mēſuratione Crucis ſub finem.*

Charitas eſt Crux.

31 Verum non Crux tantum eſt charitas, ſed Crucum nexus. Notent, quod Paulus dicit. c *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis*; dixerat paulò ante amplectendas fore virtutes, ferè omnes miſericordiam, benignitatem, modeſtiam, patientiam, &c. Sed ſuper alias omnes habere hortatur fideles charitatē; quia eſt vinculum

c *Ad Coloſſ. c.* 3. 14.

per-

perfectum, quæ perfectè tam homines, quam virtutes connectit, & vnit. Hac ergo ratione in medio virtutum affiſſam charitatem, propoſuimus inſpiciendam in Cruce religionis; Etenim Paupertas, Caſtitas, Obedientia, & abſtinentia quadrageſimalis, quæ ſunt noſtræ religionis eſſentialia vota, in Charitate, quæ eſt religionis Vexillum, quaſi centro colliguntur, & vniuntur; & ſi ea non adeſſet, diſſoluerentur ſtatim. Nam ſicut anima omnia membra corporis vnit, & integrat, ac perficit totũ corpus, taliter, quod ſi tolleretur à corpore, membra omnia diſſoluerentur, totũq; corpus corrueret; Ita charitas vnit quatuor iſta vota, omneſque alias religionis virtutes, ex quibus corpus religioſæ perfectionis, aut perfectiſſimæ Crucis cõpletur; attamẽ ſi charitatẽ hanc tollas neceſſe eſt, vt virtutes diffluant, & tota perfectio Crucis, & corpus virtutum religioſorum pereat. Quod autem charitas ſit vinculum, & vnio virtutum, & animorum docet Auguſtinus, & rationem aſſignat, dicens. d *Charitas eſt tunica inconſutilis Chriſti, quæ ad vnum ſcilicet Deum peruenit, & in vnum omnes colligit.* Et alibi e dixit; *Charitas eſt recta voluntas ab omnibus terrenis prorſus auerſa cunctis Deo inſeparabiliter vnita, igne quodam Spiritus Sancti à quo eſt, & in quem refertur, incenſa; Inquinamenti extranea, corruptionis neſcia, nulli commutabili obnoxia, ſuper omnia, quæ carnaliter diliguntur excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta ſumma actionum bonarum, ſalus morum, finis cæleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, arma ſanctarum mentium, cauſa meritorum, præmiũ perfectorum, ſine qua nullus Deo complacuit: fructuoſa in pænitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus fidelibus, ex qua quidquid eſt boni operis viuit.*

Charitas eſt nexus votorũ, & virtutum Religionis.

d *Tract. 105. in Io.*
e *Tract. de Laud. Char. ca. 9.*

32 Cum ergo ſit omnium virtutum maxima, & eminentiſſima Charitas; (ſicut enim inter elementa eminet, ignis; inter metalla, aurum; inter Cælos empyreum; inter planetas Sol, inter Angelos Seraphini: ita inter virtutes quaſi Regina eminet charitas. Ea certè eſt ignis cæleſtis, qui animos omniũ circum ſe inflammat: eſt aurum fulgentiſſimum, quo cæleſtes merces emimus: Empyreum Cælum eſt, in quo habitat Deus, & beati: Sol eſt, qui omnia illuminat, fœcundat, viuificat: Seraphica virtus eſt, qua Seraphinos ardentes efficit. Et vt quidam Doctor, ait: *Quod eſt in nauigio Gubernator, quod in Ciuitate Magiſtratus, quod in Mundo Sol, hoc inter mortales eſt amor. Nauigium ſine gubernatore labaſcit, Ciuitas ſine Magiſtratu periclitatur. Mundus ſine Sole, tenebricoſus efficitur, & mortalium vita ſine amore, vitalis non eſt. Tolle ex hominibus amorem, Solem è Mundo ſuſtuleris.*) In medio votorum ſplendet, vt ea omnia munda, & elegantia reddat. Etenim Religio non ſplendida Crux eſſet, ſed in tenebris iaceret, ſi eam charitas non illuminaret, fæcundaret, & viuificaret, ſuoq; vinculo Crucis partes connecteret: non vtique proximos adiuuaret, ſi charitatis ignem non haberet: Vt autem omnia in religione fulgeant, & Seraphini eueniant religioſi, pertantq; Cælum empyreum; ardenter amant, & omnia in charitate faciunt.

Charitas eſt Sol Cælum &c.

Beroald.

Nihil tandem deeſt habenti charitatem, & ferenti amoris Crucem, quæ omnes alias Cruces ſuſtinet libenter: quia vt eleganter dixit Bernardus. f *Amor ſibi abundat, Amor vbi venerit: cæteros in ſe omnes traducit, & captiuat affectus: propterea quæ amat, amat; & aliud nouit nihil. Ipſe qui honori merito, merito ſtupore, & miraculo eſt, amari tamen plus amat. Sponſus, & Sponſa ſunt: quam quæris aliam inter Sponſos neceſſitudinem, vel connexionem, præter amari, & amare.*

f *Ser. 83. in cant. ſuper illa verba tenui eum &c.*

Hæc dicta ſufficiunt ad declarandam poſituram Crucis, ſic delineatam, nam infra longior redibit Sermo de his virtutibus, quibus & Chriſtus crucifixus eſt, & crucifixi Religioſi in ſacrificio Crucis, de quo in tract. quarto.

CAPVT IX.

Quod Religio dicatur Crux, oſtenditur tribus locis ſcripturæ, quibus aparet recta comparatio vtriuſque.

33 Plurima ſcripturæ loca oſtendunt, quam verè Religio, ſit Religioſis omnibus Sancta Crux, nam quod de Cruce, hoc idem de religione à Patribus docetur. Et verè quidẽ cum religioſi omnes, ſub vno, eodemq; amoris vexillo militantes, ita facti ſint diabolo, hoſtibus, totiq; Mundo terribiles, vt neque eis intrandi ad ſe, neque à ſtatione ſua dimouendi locum dent: Totum hoc colligi poteſt ex illis Sponſæ verbis. g *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Et Hebræo legitur, *in domum vini.* Sed quænam eſt cella vinaria, ſeu domus vini, aut apotheca. Dicent alij Eccleſiam eſſe, alij ſcripturam Sacram, aut domum illam Apoſtolorum, in qua congregati Spiritum Sanctum receperunt in die Pentecoſtes, & inde egreſſi muſto pleni videbantur, vel aliter cum alijs. Nobis tamen placet ad præſens dicere, cellam vinariam eſſe Sanctam Chriſti Crucem, & Religionem. *In cellam vinariam introduxit me*, ait Sponſa, quia eius anima in Sanctam Crucem introducitur, Crucifixi contemplatione; vt ibi vinum dominicum bibens, ex illa Sanguinis Chriſti copia, quam in tot Sacramenta diffuſam habuimus; ebria appareat: quot enim Sacramenta ſunt, tot huius Sanctæ Crucis vinariæ Cellæ, aut vini domus dolia computantur, Sanguine, ſeu vino amoris plena.

g *Cant. 2. 4.*
Religio cruciformis eſt cella vinaria.

De altera ruſus Cruce, quæ ſacra religio dicitur, congruè anima gloriatur, dicens ſe introductam in Cellam vinariam, vbi ſpirituali lætitiæ, & gaudiorum ſuauitate, ita pias, Religioſo-

ligioſorum mentes inebriat Deus, vt omni prorſus pro illo crucifigi non recuſent ac pro illo, qui pro eis crucifixus eſt, ſemper crucem portent gaudenter. Etenim dum amant Crucifixum, in Cruce religionis tamquam in cella vinaria vinum eius bibunt, & ſub eius vexillo intra clauſtra religionis militant, illiuſq; haurientis delicias, à terrenis abſtractè viuūt, & ſæcularium rerum omnium oblitæ Mundo Crucifixæ remanent. Inde non fruſtra Religioſorum clauſtra, vitam clauſtralem, & ſtatum religionis, vini domum appellat; non enim peruia eſt omnibus domus vini, ſed cancellis, ſepis, & peſſulis obſerata; iiſque tantum ad ea patet aditus, quos introduxerit illius Dominus, & Domini vinitores. Idcirco anima cupiens ingredi religionem, quæ clauſtris obſerata eſt non tam materialibus, quam ſpiritualibus ſcilicet votis, aliiſque virtutibus; non niſi Deo, & vinitoribus aperientibus ingredi valet. Tandem in hanc vinariam cellam (ſic fortaſſe dictam, quia prætioſiora vina in cella monaſtica propinantur ſcilicet omnis deuotionis, gratiæ, & compunctionis, quam extra cellam, vbi licet aliquod propinetur vinum, non tamen omnia, at verò in cella vniuerſa vina cuſtodiūtur tutiſſimè, & ſemper habentur in promptu) ſeu in ſtatum Religionis iis, qui intruducti fuerint multiplicia propinantur vina; nempè vinum Verbi Dei in legendis Scripturis Sacris iuxta illud Prouerb. 9. 1. *Bibite vinum quod miſcui vobis.* Vinum deuotionis quod in contemplatione de torculari Crucis exprimitur, de quo eodem

h cap. 3. 10.

libro Prouerb. h dicitur. *Vinum torcularia ſua redundabunt.* Item vinum Spiritus Sancti in multiplici diuinarum gratiarum infuſione de quo ebrios (vt ſupra innuimus) exiſtimatos legimus Apoſtolos, vt in Act. cap. 2. Vinum mortificationis, & compunctionis in conſideratione peccatorum; de quo Dauid

i Pſ. 59. 5.

dixit. i *Potaſti nos vino compunctionis.* Et tandem vinum ſpiritualium conſolationum,

k Pſ. 103. 15.

de quo etiam Dauid. k *Et vinum lætificet cor hominis.*

34 Propterea ſponſa, nempè quælibet anima fidelis introducta iam in cellam vinariam Crucis, aut Religionis ſe cæleſti vino ebriam oſtendens, lætabunda ſubiunxit: *Ordinauit in me charitatem.* Seu vt ex Hebræo legitur, *Vexillum eius ſuper me charitas.* Et quale eſt amoris vexillum? niſi illum de quo

l cap. 11. 12.

Iſaias dixerat. l *Leuabit Dominus ſignum in nationibus procul.* *Ideo* (vt aduertit Laurentius

m lib. de triumphali Chriſti agone.

Iuſtinianus) m *ſuos exortans filios ad pugnā, ad ſpem, ad agnitionem, vbiq; per vniuerſum terrarum orbem Sancta mater canit Eccleſia in hymno Dominicæ paſſionis: Vexilla Regis prodeunt: fulget Crucis myſterium, quo carne carnis conditor ſuſpenſus eſt patibulo.* Tunc verè æterni Regis vexillum erectum eſt, cum procurantibus Hæbreorum Pontificibus in Crucis ſtipite confixus eſt Chriſtus, atque in monte caluariæ eleuatus. Tunc ad pugnam animata ſunt fidelium corda. Tunc ad debellandas contrarias poteſtates, atque ipſum capeſſendum Cœlum ſuccenſæ ſunt credentium mentes. Hoc tandem Crucis vexillum reportaſſe gloriatur Sponſa, cum in eadem

Crux eſt vexillum religionis.

Cruce veluti Dominici ſanguinis apotheca ſeu paſſionis officina, ex qua pro vino ſanguinis copioſiſſimè manauit in dolia, & crateres effuſus, biberit: Indeque factum eſt, vt diuinus amor ſuper ebriam iam, & vino veluti ſuperatam, vexillum erexerit; & vexillata diuino amore, ſeu Crucis ſanctæ ſigno ſignata ſuum ſequitur ducem, eiuſque ſanguine ebria, exclamat: *Vexillum eius ſuper me amor.*

35 Nec minus Religio, quæ crux Symbolicè dicitur, vexillata amore tamquam vexillum erigitur, vel tamquam acies vexillo ordinatur: Ita vt valeat quilibet religioſus dicere: *Ordinauit in me charitatem*; ideſt introductus in vinariam religionis cellam ex multiplici vino, quod biberat, ebrius amore de Cruciformi Religione glorietur dicens: *Vexillum eius ſuper me amor.* Etenim Religio ſicut, & quilibet exercitus vexillo erigitur, inſtruitur regitur, dirigitur, & ordinatur. Illo enim amoris vexillo religioſi omnes, tamquam milites cum in præcintu contra hoſtes vadunt, ſi ſtrictim, & concorditer gradiuntur, ab hoſtibus contrauenientibus timentur. Dum enim de ſeipſis milites ſibi vallum efficiunt, intrandi ad ſe aditum hoſtibus non relinquunt. Sic in multitudine Religioſorum contingit, quæ dum contra malignos ſpiritus pugnare non deſinet; ſi charitate conſtricta permanet ab hoſtibus penetrari nequit. Militant ergo religioſi ſinguli ſub ſuæ religionis vexillo; nec verentur ſub tali Amoris vexillo (quod illud adumbrat in quo Dux noſter crucifixus eſt) per incruenta ſacrificia, ac per cruenta ſæpiſſimè, pro illius amore ſuum fundere ſanguinem, cuius, & ipſi pro ſe ſanguinem effuſum biberunt. Tollunt Crucem amoris exhibiti inſtrumentum, & militiæ ſuæ ſignum amoris, & Ducis amorem eodem vexillo oſtentant, & quamuis fideles omnes queant abſque dubio frequentes charitatis actus exercere; imò & debeant, non poſſunt ita de hoc amoris vexillo gloriari; vt Religioſi quibus id proprium eſt, cum per eximium charitatis actum totos ſe Deo dicarint, quidquid pariter agunt, quidquid dicunt, & quidquid cogitant, per eandem ad Deum dirigunt charitatem. Vnde factum eſt, vt à Patribus dicantur perpetuum Sacrificium, perpetuum & holocauſtum. Sic Auguſtinus n ait: *Ipſe*

n lib. 10. de Ciuit. cap. 6.

homo Dei nomine conſecratus, ac deuotus in quantum Mundo moritur, vt Deo viuat Sacrificium eſt. Idque ibi longius probat. Et quamuis omnes religiones ſub amoris vexillo militent, noſtra minima potiori iure ſub tali vexillo relucet, cum toti mūdo amoris ſigno, & charitatis vexillo vexillata manifeſtetur. Sed de hac re infra.

Digitized by Google

LOCVS SECVNDVS.

36 IAcob egreſſus de domo patris pergebat Haram, & poſt occubitum Solis nolens ciuitatem ingredi, extra illam pernoctauit, cumque eſſet omni humano præſidio, ſolatioque orbatus, tulit lapidem, & ſuppoſuit capiti ſuo, & requieuit. Sed tunc non defuit, qui eſt mœrẽtium conſolator, & totius mundi ſolatium, altiſſimus ſcilicet Deus, & ſtatim in ſomnis cæleſti, & mirabili ſcalæ viſione illum recreauit. Quod Myſterium exprimit ſacer textus dicens. o *Viditq; in ſomnis Scalam ſtantem ſuper terram, & cacumen ipſius tangens Cœlum: Angelos quoq; Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixũ Scalæ*; O verè mirabilis viſio, quid enim magis mirum, quam eius myſteria penetrantibus, nunquam dicere, ſufficit: Etenim quot capita tot ſententiæ, totq; myſteria apparent, nouiſq; ingenijs ſuperuenientibus noua ſemper inueſtiganda apprimè patent. Ex ſacris ſcriptoribus nũc alij cum Philone p dicunt: Scalam ſignificare rerum inferiorum cauſalitatem admittentem graduationem maiorem, aut minorem iuxta ordinem primarum, & ſecundarum cauſarum vniuocatum, & æquiuocatum. Alij cum Theodoreto q afferunt; diſpoſitionem quatuor elementorum ſignificari per Scalam; quæ quodãmodo aſcendere videntur; vt in infimis terra, poſtea aqua, deinde aer, & cæteris altior ignis. Alij verò cum Sancto Machario, r & patribus multis: Scalam illam exiſtimant fuiſſe diuinæ prouidentiæ expreſſam figuram, illa enim per gradus diſponit omnia, & vniuerſa ſuauiter gubernat. Nec deſunt, qui cum Angelo modicãt Scalam eſſe humanam vitam, quæ quaſi per gradus aſcendit cum ex infantia ad pueritiam, & inde ad iuuentutem aſcendit homo tanquam ad perfectum ſtatum: & tandem ſenectute, ac decrepitate ad requiem mortis deſcendit. Alij cum Dionyſio Cartuſiano, connexionem virtutum intelligunt. Cum Bernardo. ſ Vitam ſpiritualem. Cum Baſilio. t Ordinem meritorum, quæ gradus admittunt ſicut, & præmium. Cum Moyſe Barcepha u naturalem rerum cognitionem. Cum S. Zenone intelligentiam ſcripturarum, quæ gradibus difficultatis non carent. Cum Caetano, iter ad Cœlum. Cum S. Ambroſio x generationem Chriſti temporalem. Cum Sancto Optato Milleuitano y Sãctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Miranda quidem myſteria, & ponderatione digna; ſed mea tantum nunc intereſt ſic appoſita relinquere; & cum alijs dicere ad intentum, Scalam illam fuiſſe expreſſam figuram Sanctiſſimæ Crucis Chriſti, & Religionis.

o *Geneſ. c. 28. 12.*
p *Lib. 1. allegor.*
q *In catena Græca.*
r *Ser. 13.*
Scalæ Iacob varia intelligentia.
ſ *Ep. 254.*
t *In pſa. 1.*
u *Lib. 3. de Paradiſo.*
x *Lib. de Iacob, & vita beata.*
y *Li. 6. cõtra Donatiſtas.*
Scala eſt Crux.

Quod autem Scala fuerit ſimbolum Sãctæ Crucis, affirmat S. Euſtachius, & Gulielmus Hamirus. Inſuper, & Hieronymus, qui exponens illud Dauidis. a *Exaltabitur ſicut Vnicornis cornu meum*; ait: *Ego puto Crucem Saluatoris, illam eſſe Scalam quam vidit Iacob, propterea conſcendit ille Cruci, vt nos in altum tolleret. In illa deſcendebant Angeli, & conſcendebant. In iſta Scala, hoc eſt, Cruce deſcendunt Iudæi, & conſcendunt Gentiles.* Inſuper Euſtachius Antiochenus dixit: b *Iacob myſticè corporatam Domini ſpeciem vidit, & triumphale Dominicæ Crucis ſub figura Scalæ trophæum contemplatus eſt.* Huic etiam placito ſe ſubſcripſit S. Zeno, dicens. c *Scala proprio nomine Crux vocatur, quia per ipſam Dominus Ieſus miniſteria vniuerſa conficiens atque conducens patri ſuo, & Adam reportauit, & iter ad Cælum omnibus ſe ſequentibus patefecit.* Similia habent multi alij ex Patribus, vt Cyrillus, & Auguſtinus, qui abſolutè dicunt mortem Chriſti in Cruce figuratam fuiſſe in illa dormitione Iacob.

a *Pſ. 91. 11.*
b *In Catena.*
c *Serm. 8.*

37 Nec Cruciformis religio caret tali ad ſui gloriam ſimilitudine, cum ſit iam in eadem cæleſti Scala Iacob præfigurata, quia & ſi ipſa ſuper terram ſtet, quatenus Religioſi peregrinantur in terris, faſtigio tamen ſuo attingit Cælos, quia eorumdem religioſorum conuerſatio in cælis eſt, Per quam Scalam Religionis, & Angeli aſcendunt, & deſcendunt. deferentes ſcilicet de Cælis iugiter nouas gratias: necnon, & è terris quæcunque bona, quæcunque recta à Sanctis Religioſis operata, deportantes ad Cælos: Pulchrè, & dulciter (vt quidam doctus, ait) Dominus in ſummo Scalæ conſiſtens profugum, ſolum, inopem, Iacobum; viri religioſi, qui cum Mũdo res omnes humanas pro Chriſti amore, atque obſequio valere iuſſit, egregium typum conſolatur, ac roborat; quaſi dicat: Heu tu qui pro me pauperem, ac ſeueram vitæ rationem amplexatus ad meam Scalam ab humo in Cælos erectam aſſides, dormiſque ſecurus à ſæculi negotijs, & inanium curarum, & cupiditatum tumultibus. Tolle oculos in ſublime; Deum tuum in culmine inuitantem, & excitantem contuere. Scala eſt religioſa vita, aſcenſu quidem ardua, deſcenſu præceps, vbi multiplex contra carnem aſperitas, ſed ea tamen certo, rectoque in Cælum tendit, per eam tuto in Cælum intratur; anguſta via eſt, ſed ad vitam ducit, vt benè aduertit Auguſtinus, d dicens: *Anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam, & tamen per ipsã niſi dilatato corde non curritur, quia iter virtutum quo gradiuntur pauperes Chriſti amplum eſt fidelium ſpei, etſi arctum ſit infidelium vanitati.* Nec mirum, quod arcta ſit via, quia aſpera eſt Crux, non eam ferentibus, ſed fugientibus; ſequentibus autem, & libenti animo eam ferentibus, eſt ita ſuauis, vt inde veluti per Scalam facilè cælum conſcendant. & huic Scalæ nimirum Cruciformi religioni ita innititur Deus, vt & illam fulciat, & ab illa quodammodo fulciatur. Qua enim ratione Religio, quæuis ſit, perſiſtere, & perdurare poſſet; niſi Dominus eam ſuo ſuſtentaret accubitu. Audiant Regium vatem, e *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilant qui cuſtodiunt eam.* & *Niſi Dominus ædificauerit domum in vanum laborauerunt, qui ædificant eam*; de ipſa religione loquitur Dauid in ſuo cantico graduum. Et certè ſi Deus (humano

Fernand.
Scala Cæli eſt Religio.
d *In ſerm. 19.*
e *Pſ. 126. 2. 2.*

mano more loquentes) aliquo pacto in terris fulciri dicendus eſſet; à Religioſis fulciri, dici deberet. Sicut enim nihil eſt, quod magis Dei fidem labefactet, quodue magis ab hominibus ſæculi Deum blaſphemare faciat, quam deprauati religioſorum mores. Ita è contra nulla maior gloria eidem Deo confertur in orbe terrarum, quam ex Sanctorum religioſorum conuerſatione. Vt benè innuit Dauid
f Pſ.88.8. dicens; f *Laus eius in Eccleſia Sanctorũ, &c. Deus qui glorificatur in concilio iuſtorum.*

38 Si autem dixeris, quomodo euenire poteſt, vt quis ab eo, quem ſuſtentat, ſuſtentetur? Si Deus ſuſtentat religionem, quod demonſtrat ſtando in ſummitate Scalæ, eique innixus, vel vt alijs placet, in imò Scalæ eam tenens, & veluti firmans iſſen iuxta, vel ſupra Scalam, & in imò, vt rectius toti adhæſerit, totamq; quaſi Scalam tenuiſſe, atque firmaſſe ab imò vſque ad ſummum videretur: nec ita tenendo, firmando, regendo, & ſuſtentando fatigatur Deus, vt ab alio ſuſtentari indigeat: ad cuius rei rationem adduci valet, quod Philo dixit.
g Lib. de Somnijs. g *Cum autẽ dicitur innixus Scalæ Deus, nemo intelligat Deum laborare, vt eam molem ſtabiliat, illud potius cogitet his verbis ſignificari, Deum eſſe robur, firmitatemque omnium, & quibuſcunq; rebus aſſignare ſtabilitatem perpetuam, tantiſper enim cum ab illo ſuſtentantur manent inconcuſſæ, & integra*; ergo Religio, quæ a Deo abſque labore ſuſtentatur, non ſuſtentat Deum.

Religionẽ ſuſtenat Deus & ſuſtẽtatur ab ea. Sed quam bene ſuſtentet Deus, & ſuſtentetur; ex alio Iſaiæ textu obiectioni ſatisfaciens probabo; ait enim propheta.
h Cap.41.1. h *Ecce puer meus ſuſcipiam eum electus meus complacuit ſibi in illo anima mea.* Prophetia eſt de Chriſto, quem vocat ſeruum, quatenus formam ſerui aſſumpſit factus homo, licet ſit naturalis Dei filius. Placet tamen alijs per ly ſeruum intelligere Iacob, vel Iſaiam, vel Cyrum; at potius mihi placet poſt Chriſtum per ly ſeruum intelligere quemcunque Sanctum Religionis fundatorem; nam ſi vt declarat Cornelius à lapide ex Hebræo; Seruus, hic non ſignificat eum, qui ex ſeruili conditione ſeruiliter ſeruit, vti ſunt mancipia, ſed miniſtrum, qui Dominum ſuum colit, eique in amplo officio, & dignitate miniſtrat vti Principes Regi, Cardinales Pontifici ſeruiunt, & miniſtrant. Sic & quilibet Sanctus religionis fundator Deo ſeruit, & miniſtrat in religione, & cum religione quam fundauit; Ideoque dicit: *Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum*; Septuaginta legunt; *aſſumam eum*: ex Hebræo (Cornelius) *Suſtinebo ſuſtentabo cura, ac ſtudio æquè ſummo amore fouebo, & fulciam eum.* Ex quibus apparet Deum diligẽter, & ardenti amore ſuſtentare religionem. Sed ex Chaldæo habemus pro ly *ſuſcipiam eum, adero illi*, vel *nitar ei*. Mirum quidem quomodo ex eadem hebræa dictione, vtrumque appareat, ſcilicet *ſuſtentare, & ſuſtentari*, ſed qua ratione id intelligi valeat, declarat Sanctus Aguitemundus Africanus Epiſcopus exemplo tranſeuntis cum baculo flumen; ille enim tranſeundo ſuſtentat baculum, quem ſi manibus non ſuſtentaret, caderet abſque dubio, & ab aquis vſq; ad mare portaretur: & ipſe quoque tranſiens baculo ſuſtentatur, vt ſecurus ad aliam partem ſe conducat. Sic Religio Deum ſuſtentat, quatenus eius cultum conſeruat, & honorem, ac gloriam, & ſuæ magnitudinis opinionem in Mundo firmat, roboratque cum aliud gloria non ſit, quã clara cum laude notitia. Et ex alia parte Deus ſuſtentat religionem, eam ditando ſpiritualibus & temporalibus bonis. In vna ergo eademque dictione vtrumque manifeſtatur nempe *ſuſcipiam, ſuſcipiam, ſuſtentabo, & nitar ei.* Nec eſt, qui non ita fateatur, ſi conſiderat, id fuiſſe à Deo ipſo teſtificatum, quando Seraphicus Franciſcus in ſomnis à Pontifice viſus fuit collabentẽ Eccleſiam Lateranenſem humeris ſuis ſuſtinere. Et ita de alijs Sanctis fundatoribus perſpicuum eſt fateri.

TERTIVS LOCVS.

39 DEmum tertio loco Arcam Noè propoſuã, in qua crucem Domini, & Cruciformem Religionem agnoſcũt Patres. Omnis enim Religio Arca Noè appellari poteſt, *Arca figura eſt Crucis & Religionis.*
in qua omnes ſub vno rectore, & Patre Deo erepti de Mundi ſalo præter nauigant vnanimi conatu ſtudentes Dei obſequio, & virtutum acquirendarum perfectioni. *Nonne* (vt benè probat Bernardus:) i *hæc vita ſpiritualis* i Tract. de precep. & diſpen.
inſtitutio præminens vniuerſis vita humana generibus profeſſores, & amatores ſuos Angelis ſimiles, diſſimiles hominibus facit, imò diuinam in homine reformat imaginem configurans nos Chriſto inſtar baptiſmi. Cumq; arca ſit etiam cruciformis, non immerito Religionem, quæ nos configurat Chriſto Arcæ ſimillimã prædicemus. Quod arca ſit Crucis Chriſti figura ferè omnes fatentur, ſed inter alios Cyrillus Alexandrinus, ait: k *Crux eſt arca Noe* k 8. In Io. cap. 7.
per quam ſaluamur à diluuio inundantis aqua vitiorum, & incolumes ſeruamur. Et Cyrillus Hieroſol. l dixit: *Vbiq; per lignum ſalus,* l Cathechiſ. 13.
& Noe tempore per ligneam arcam vita conſeruatio fuit. Et D. Iſidorus inquit. m *Lignũ,* m In cap. 14. Gen.
& aqua diluuij Crucem Chriſti deſignat, & baptiſma, ſicut enim ille cum ſuis per lignum, & aquam ſaluatur, ſic familia Chriſti per baptiſmum, & Crucem. Et Macharius Philadelphienſis Archiepiſcopus, n multa affert probando, Arcam illam Crucis figuram extitiſſe, & inter alia dixit: *Et Arcam quidem in hunc modum Crucem, & eam quæ toti Mundo per Crucem obuenit ſalutem præfigurabat: Cæterum Noe, & vocabulo, & moribus Saluatoris imago erat; Nam Chriſtus vera iuſtitia, & requies per lignum Crucis à peccatorum diluuio Mundum ſeruauit.* Sicut ergo Arca Noe, prout Cruciformis fuerat octo illas animas exiguum humani generis ſemen ſaluum, & incolumẽ retinuit, ita etiam, & Cruciformis religio, quotquot quaſi Mundi naufragium, & diluuium effugientes intra Arcam Religionis ſe recipiunt, & ea ſeruant, quæ dum profitentur, ſeruare promittunt, abſque dubio

bio

bio ſalui, & incolumes vita fruentur beata.

40 Ingredere ergo Religionis Arcam quiſquis in ſæculo viuis, ſi tamen viuis, vbi omnia lutum fluctus, tempeſtas, & naufragium, ſi requiem inuenire cupis. Non te fallat rerum præſentium falſa ſpecies: audi Bernardum. n *Quouſq; tu tanta gloria præfers fœnum, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, carnem dico, & eius gloria,* (& poſt pauca,) *an ea ſanus cum honore ſpernis, quam cum dolore perdis? an non ea prudentius Chriſti cedis amori, quã morti?* O infelices, qui falſæ pietatis obtẽtu in ipſo ſæculo fluctuant, & ſe ſe ad Cruciformẽ Religionis arcam, & portum recipere nequaquam volunt. Et ò infeliciores, qui nec arcam Crucis ingrediuntur, & ferre per fas, nefaſque omninò recuſant. Qui Religionis Crucem fugiũt, ſimiles ſunt illi ad quem Bernardus ſcribit, o cuius Epiſtolæ quot ſunt verba, tot ſunt ſententiæ, dum inquit: *Materno et deuictus amore, vt matrem deſeras inhumanum videtur. ergo cum ipſa maneas? ſed nec ipſi expedit, vt ſit filio cauſa perditionis: Mater tua vult contraria tuæ, ac per hoc, & ſuæ ipſius ſaluti. Elige ergo tu ex duobus, quod vis aut vnius videlicet ſatisfacere voluntati, aut vtriuſque ſaluti. Verum ſi multum eam diligis, deſere potius ipſam propter ipſam, ne ſi Chriſtum deſeras, vt maneas cum ipſa, propter te pereat, & ipſa; alioqui male meruit de te, quæ te peperit, ſi propter te perit. Quomodo enim non perit, quæ ipſum quem peperit, perimit? & ſi impium eſt contemnere matrem, contemnere tamen propter Chriſtum piiſſimum eſt.*

n Ep.103. Exhortatio ad religionem.

o Ep.104.

41 O parentes quam miſere vos geritis erga filios Domino offerendos? cur Deum ipſum patrem præoculis non habetis, qui pro nobis filium ſuum tradidit, & ſi vltra vires Deum imitari, creditis eſſe; Cur non reſpicitis Abraham? cur non alios parentes, qui liberos ſuos martyrio offerre tanta ſe charitate Chriſti coacti; non dubitarint: de quibus Ambroſius loquens, ait: p *Prophetauit Abraham, & illud magis, quod non hæc hoſtia diuinæ diſpoſitionis, ſed alia quam Deus ſibi pararet, vt mundaret orbem terrarum: illa eſſet omnibus acceptior, per quam multi patres offerrent filios ſuos, vt moriantur in Chriſto, & conſepeliantur in Domino. Quanti patres occiſis in martyrio filijs lætiores ab eorum tumulo reuerterunt?* Hoc de vero Martyrio, vbi cruenter ſacrificantur à Patribus filij intelligitur. At nunc Patres parum filios amantes, ne dum cruentum ſacrificium, ſed incruentum euitare liberos laborant. Ad quid enim, ò miſeri parentes in terram gladium miſit Dominus, vobis, niſi vt ſeparetis à vobis filios, & incruentè ſaltem ſacrificetis. Vnde de Abraham alibi dixit idem Ambroſius. q *Nec eſt parricidio cruentatus, nec ſuo Deus ſacrificio defraudatus.* Qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Propter Deum ergo offerendi ſunt filij; ideò Deus noſter, ſi non ad corporalem, ad ſpiritualem ſaltem in religioſo ſtatu carnificinam, vt holocauſtum offerri imperat, & in maius eorum bonũ tanquam iure ſuo ſibi debitos exigit; vt qui pro nobis vnigenitũ ſuum obtulit libentiſſimus. Quo in genere hortatur Ambroſius, ne nimirum auari ſimus; ſed liberos Deo libentiſſimè offeramus, tum ex inſigni hoc Abrahæ exemplo, tum ex fortiori diuini amoris, & liberalitatis in homines argumento. *Ergo adducit Abraham* (inquit) *ad ſacrificium filium dilectiſſimum; ſciebat enim acceptiorem Deo immolatũ eſſe quam ſanum; & quem ſero ſuſceperat, citò obtulit, nec paterni nominis appellatione reuocatur, cum ille patrem appellaret, hic filium: ſenſit pietatis affectum, ſed non omiſit deuotionis negotium.* Vnde nos quoque Deum omnibus, quos diligimus, præferamus, vt ea quæ diligimus ipſe ſeruet, & ſeruaſſe in Abraham didicimus. Obtulit quidem filium pater; ſed Deus ouem pro homine demõſtrauit in ligno, vt & filium patri redderet, nec periret hoſtia Sacerdoti. Sic, & tu ſi Deo filium tuum offeras, nõ amittes. Sed auari ſumus, Deus vnicum filium ſuum morti obtulit, nos noſtros negamus. Et S. Zeno, r de Abraham inquit: *Parricida redit incruentus, & qui immolatus eſt, viuit. Fœlix orbis foret, ſi omnes ſic fierent parricidæ.*

p Lib. 1. de Abraham. c.8. Patres reprehẽduntur, qui filios à religione auertunt, et impediũt, &c.

q Tom. 3. oratione de Reſurrect.

r Ser. 5.

42 Ex his omnibus infero, quam ſecurius ſit intra Religionis arcam, ſe recipi, & permanere, quam in Mundo, matris delicias amare, eiſque frui; Quamq; melior ſit amore Chriſti à peccatorum colluuie ad legem Dei obſeruandam, & fugere, & filios docere eandem ferre Crucem; & vt omnes veri Cruciformes appareant, pœnitentiam pro ſceleribus commiſſis ritè peragendam complectantur, & à laxiori vita ad ſtrictiorem, & tutiorem tranſeant. Hinc Prælati Religionum (inſtar Noe manum extendentis, & intra arcam columbam recipientis: Et Chriſti cuius erat figura Noe ex Cruce ſua manus, & brachia extendentis, vt animas ad ſe venientes recipiat) extenſa manu iuuenes imò, & pueros columbina ſimplicitate fugientes ſæculi diluuium recipiunt, introque in arcam vitæ auſterioris, ac ſanctioris introducunt. Rident, vt columbæ, vt ſtolidas, & ſui non compotes illi, qui ſæculo ſeruiunt, & ſæculi voluptatibus oblectãtur, eos, qui ſpreto, & calcato ſæculo ad religioſum inſtitutum ſe conferunt. Sed ò vos ridiculi, qui talia profertis? *An non oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Creditis ſine pugna habere victoriã, ſine pœnitentia veniam, ſine opere iuſtitiam, ſanctimoniã ſine labore, delicijs ſimul carnalibus, & ſpiritualibus affluere? Erratis abſque dubio erratis, nam ſi quod cogitatis falſum non eſſet fruſtra puerum Ioannem in deſertum aufugiſſe, omneſq; Sanctos carnem maceraſſe; fruſtra religiones, fruſtra Cruces, & tamen nos per medios Mundi fluctus tranſeuntes, Crucis ligno, ne ſubmergamur, indigemus. Vnde Auguſtinus exponens illud Pſalmi. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis;* legit ipſe: *Submerſionis,* & ait: ſ *Eripe te ſi potes à ſubmerſione, naufragium fugis, & plumbum ampleſteris, ſi non vis mergi tabulam apprehende, ligno portare Crux te perducat,* & alibi ait. t *Si contingit homini in hac vita tanquam ſi videat* quiſ-

Prælati Noe ſimiles.

ſ In pſ. 51. 6.

t Tract. 1. in Ioan.

quiſque de longinquo patriam, & mare interiaceat; videat, quo eat, ſed non habeat qua eat. Sic nos ad illam ſtabilitatem noſtram, quæ eſt in Cælo volumus peruenire; ſed interiacet mare huius ſæculi: Vt ergo eſſet, qua iremus, venit inde ad quem ire volebamus; & quid fecit? instituit lignum, quo mare tranſeamus: nemo enim poteſt tranſire mare huius ſæculi, niſi Cruce Chriſti: & infra mare tranſeundum eſt, & lignum contemnis? ò ſapientia ſuperba irridens Chriſtum crucifixum. Felices ergo religioſi, qui arcam Crucis, & Cruciformis religionis ingreſſi, ſecuriores viuunt, cum habeant in promptu lignum ad tranſeundum, ex hac ad beatam patriam, ex mortalitate ad immortalitatem, &c.

43 Nec tædet afferre aliam ſimilitudinem Crucis, & Religionis, eamque colligo inter benedictiones, quas filijs ſuis dedit Patriarca Iacob; & præciſe ex illa, quam Iſacaro tribuit; nam eam fuiſſe Chriſti Crucifixi figuram, & confixi cum Chriſto Cruci religionis; nemo erit qui neget. *Iſachar* (ait ſacer textu. u *aſinus fortis accubans inter terminos*. Pro ly *fortis* correſpondet in Hebræo vox, *garem*, quam docti dicunt pertinere ad oſſa. Et ideo Hieronymus in traditionibus hebraicis legit: *aſinus oſſeus*. Oleaſter. *Aſinus dorſi*, quaſi potens dorſo portare onus: alij legunt; *aſinus fractus, ſeu ex oſſatus*. Per ly autem, *inter terminos*, alij legunt *inter ſarcinas ordinatas*; & alij *inter medias ſortes:* Quas omnes voces vni Chriſto, & ſecum religioſo Cruci confixo conuenire nouimus. Etenim Aſinus dorſi oſſeus, & valens ad oneta ferenda apparuit, ita vt inter duas ſarcinas recubans, quantumuis grauiſſimas, viſus fuerit Aſinus *Garem* ideſt ex oſſatus, & oſſeus: nam, & ſi fractus oſſibus, aut defeſſus viribus ſuccubuiſſe in Cruce oneri videri potuerit, quando in ea mortuus eſt; reuera non ſuccubuit; ſed valens, ac fortis, ſuſceptum in humeros ſuſtulit onus: ſcilicet peccatorum noſtrorum onera, & ſarcinas ad Crucem ipſam, quam ſuis etiam ſuſtulit humeris, portauit, teſte Iſaia. x *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*. Et magna onuſtas peccatorum noſtrorum ſarcina, Mundum omnem, vna quaſi vectura purgauit. Inſuper Iſachar Aſinus oſſeus, & ex oſſatus videtur etiam eſſe religioſus qui Cruci religioni confixus ſpe mercedis æternæ (ſic interpetratur vox Iſachar) non veretur mortificationem Ieſu in corpore ſuo, Crucemque portare; & vt iumentum factus, ſeu Aſinus *Garem* tunc magis oſſeus cum ex oſſatus religioſa inſtituta, & auſteras vitæ leges tanquam pia, & rationabilia onera humeris ſuis impoſita, ferre videtur: atque inter duas ſarcinas dilectionis Dei, & proximi diuinorum mandatorum, & conſiliorum recubare, & quieſcere libentiſſime ſemper intendit, qua ratione omnibus pateat Religionem eſſe Cruciformem, cui confixus religioſus toto vitæ ſuę tempore perſeuerat.

u *Gen. 49. 14.*

x *Cap. 55. 4.*

TRA

TRACTATVS SECVNDVS

ALLEGORIA DE ARBORE CRVCIS.

Hymn. de Paſs.

1 DE Cruce Canit Eccleſia
Arbor decora, & fulgida.
Et Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis,
Nulla Sylua talem profert
Fronde, flore germine
Dulce lignum, dulces clauos,
Dulce pondus ſuſtinet.

Hymn. de Cruce.

SEd quid innuere vult Eccleſia Sãcta, dum præfatis verbis Crucẽ alloquitur? an ipſam arborẽ nobilem, & fulgidam tãtum inter alias arbores eſſe materialiter ſumptas? an quia cum eſſet figura patibuli aliquando generans aſperos aculeos modo Chriſtũ ſubſtinẽs in dulce clauos cõuerterit, & amarũ ſtipitem in dulce lignum? an vt moneat Crucẽ in principio aſperam, & amaram, finem habere fulgidum, & decorum delitijs, & gaudijs plenum; ad differentiam rerum terrenarum, quæ afferunt in principio voluptatẽ, deinde mærorem? *Hic enim* (ait Chriſoſtomus, a *timor futuræ iuſtitiæ domat præſens gaudium. illic autem ſpes futuræ iucunditatis detrahit præſenti triſtitiæ.* Sed in via Crucis, & itinere virtutum aſperitas primo obuiam venit ſed inde gaudiũ ſequitur; de qua re experta Cæleſtis ſponſa clamat. b *Iam hiems tranijt, imber abijt & receſſit: flores apparuerunt in terra noſtra.* quod argumentum ſequens Baſilius c adducit ex Heſiodo carmina, quæ ſequuntur.

a Ho. 30. in cap. 12. ad Hebr. tom. 4.

b Crux arbor nobiliſſima.
c Primo intuitu aſpera deinde dulciſſima.

Ad vitium facilis, vicinaque ſemita cunctis
Panditur: at virtutis iter poſuere remotum.
Cælicolæ, durumque prius, ſed vertice ſummo:
Dum fuerit palam ſe offert quærentibus illud:

An tandem, vt oſtendat in continente contentum, & dicat Chriſtum Crucifixum eſſe nobiliſſimam arborem nobiliſſimã, & fulgidam inter omnes filios Adam, qui ſunt veluti arbores in Mundo plantatæ! certè ita arbitror de omnibus his in figura loqui Eccleſiam. Sed alijs pro nunc omiſſis hoc vltimum accipio, & hoc tractatu ſub allegoria arborum differentiam proponam.

CAPVT I.

Cur Chriſtus dicatur arbor nobilis.

2 ARbores non vnius ſpeciei tantum repetiuntur ſed diuerſarum de quibus conſulant naturales, nobis quidem ſufficit, eas omnes in tres claſſes diuiſas conſiderare. Aliæ enim dicuntur ſylueſtres; aliæ domeſticæ; alique penitus ſteriles, quæ nec ſemina, nec fructus producunt; ſicut aliæ, de quibus aut ſemen tantum, aut ſemen, & fructus colligimus. Sed inter has omnes vna eſt. *Arbor decora, & fulgida*, nempe Crux ſancta, cui Saluator Mundi confixus ſalutem attulit Mundo: ex ea enim veluti ex arbore maturus, & ſublimis terræ fructus pependit: *Nulla ſylua talem protulit*, nec vltra profert nobiliorem, ac pulchriorem; *Fronde, flore, & germine*, è cuius bracchijs ſalus Mundi, & vniuerſi redemptio, *& ſæcli pependit pretium;* ferax ſemper fructuum vt felicior hæc feracitas ſit, quàm hortorum Alcinoi, de quibus Homerus b dixit græcè, quod latinè retulit Lorinus c

Crux frugifera.

Ex his fructus nunquam perit, neque deficit
Hyeme, aut æſtate toto anno durans, ſed ſanè ſemper
Zephirus ſpirans hæc quidem creſcere facit, alia autem matureſcere
Pyrus, poſt pyrum ſeneſcit, malumque poſt malum
Porro poſt vuam, vua; ficus autem poſt ficum.

b Odyſſ. 7.
c In Pſal. 1. v. 3.
Crux arbor frugifera inter alias &c.

Et ſi communiter apud nos, quę bis in anno fructificant fertiliſſimè arbores vocantur, quanto magis Crux Chriſti, quæ ſingulis, nè dicam menſibus, ſed horis ac momentis fructus ſanctitatis ferentibus illam producit. Veritatem hanc experientia comprobauerat ſponſa, quando laudauit Sponſum ſuum; eo quod effulgeat, *ſicut malus inter ligna ſyluarum* d Et iure pomo arbori ſponſum comparat, primo, nam pomus fructifera reliquis excellit arboribus ſyluæ ſterilibus, & infrugiferis; & Chriſtus excellit arboribus ſyluæ ſterilibus, & infrugiferis; & Chriſtus excellit omnes Angelos, & homines: omnes enim ex ſe ſunt arbores infrugiferæ; ſed ex gratia Chriſti, & Dei habent, quod ferant fructus virtutum gratiæ, & gloriæ, ſic ferè omnes Patres clamant, ex quibus vnum adduco Gregorium dicen-

d Cant. 2. 2.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

dicentem: *Meritò ergo per malum Chriſtus per ſylueſtria verò ligna cæteri homines figurantur; quia in ſolo Chriſto cibus ſalutis quoties quærimus inuenimus: in eius verbis, & exemplis animas noſtras fructu ſuaui,& ſalubri reficimus. Ipſe eſt quippe lignum vitæ,quam nobis tribuit, ipſe eſt qui dum nobis ſemetipſum inſpirat animam paſcit. In cæteris verò ſi quid refocillationis inuenimus, non quod illorum,ſed quod Chriſti eſt, ab illis ſumimus; quia quidquid in eis præter Deum eſt, mortiferum nobis procul dubio inuenimus.*

3 Et optime dicitur lignum vitæ, vtpote quia Sancta Crux, fuit arbor, vel ſimilis arbori,quæ Taxus appellatur;vt affert Lyra;nomen,ex quo deductum eſt toxicum, quia non ſolum fructus,quos oliuarum inſtar,magnitudine producit, venenoſi ſunt;ſed etiam Plinio teſte. e *Sub vmbra illius dormire, venenum eſt, & interficit dormientem.* Et de hac arbore Taxo dixit; Auſonius Poeta.

e *Lib. 6. cap. 10.*

f *Toxica Zelotypo dedit vxor Mœcha marito.*

f *Epygr. 11.*

Quæ quidem toxica confecta ex illius arboris, aut fructuum ſucco, vt Papirus g dixit: *Metuendaq; ſucco Taxus:* de qua arbore peſtifera dixerat Claudianus; *Qualis peſtiferas animare ad crimina Taxos.*

g *Lib. 6.*

& Ouidius h ait: *Eſt via decliuis funeſta nubila Taxo.*

h *Lib. 4.*

& Virgilius i *Sic tua Cyrneas fugiant examina Taxos.*

i *Eglo. 9.*

Quid Taxus arbor.

Sed licet ita peſtifera ſit hæc arbor, tamen (Plinio Teſte)omne venenum amittit,dum ęneus clauus infigitur in Taxo. O venenum quod non curatur niſi veneno ideſt vulnere, vel morte, & qualis arbor magis Cruci ſimilis, quam Taxus? horrida quidem, & peſtifera erat Crux antequam illam conſcéderet Chriſtus; ſed ſtatim, ac ipſe, cuius figura fuit Serpens æneus, quem poſuit Moyſem pro ſigno; vt aſpicientes ſanarentur à morſu, & ſerpentum veneno k omnes virtute Crucis ſanantur ab omni peccati veneno vt ipſe Chriſtus teſtatus eſt dicens. l *Sicut Moyſes exaltauit Serpentem in deſerto:ita exaltari oportet filium hominis; vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Nec ſolum ſic exaltatus antiquam ignominiam ex Cruce abſtulit, & Dæmonis venenum abſorbuit; ſed ipſe, vt ſerpens ſerpentém vorauit. Figuram, & figuratum conſiderantes patres multa dicunt ſcitu digna: Ex quibus Ambroſius m ait: *Chriſtus percuſſo dragone, ideſt Diabolo lacerato perniciosum peccati virus extinxit, & ad hoc Moyſes ſerpentem non verum, ſed æreum in eremo ſuſpendit in ligno qui prius erat typus corporis Chriſti.* Tertullianus. n *Cur* (inquit) *Moyſes ſerpentem æneum ligno impoſitum pendentis habitu in ſpectaculũ Iſraeli ſalutare propoſuit eo tempore, quo à ſerpentibus exterminati ſunt, niſi quod.& hic Dominicæ Crucis vim intentabat,qua ſerpens Diabolus publicabatur, & ſalus exinde prædicabatur.* Et Nazianzenus o ait: *Serpens æneus aduerſus ſerpentum morſus ſuſpenditur, vt Chriſti pro nobis paſſi, non typus, ſed antitypus, qui ſalutem intuentibus afferi; dum non vita frui, ſed mortuus eſſe, ac ſubditas ſibi poteſtates ſecum interimere creditur oppreſſus nimirum, & extinctus ſicut merebatur.* Ecce Crux in Taxo figurata, cui Chriſtus inſtar æneci claui confixus mortem in vitam commutauit, iam non amplius læthalis; & mortifera, ſed vitalis, & frugifera.

k *Num. 21.8.*
l *Io. 3. 13.*
m *Lib. de Salom c. 3.*

Crux Taxo comparata.

n *Lib. 3. contra Mart.*

o *Oratione 2. in paſcha.*

4 Ad cuius vmbram requieſcit fæliciter anima; cum non interimat dormientem,ſicut de vmbra Taxi dictum eſt. Sed dat ſalutem, & vitam.Ideo gloriabatur ſponſa dicens. p *Sub vmbra illius,quem deſideraueram ſedi.* Quam Crucis vmbram Chriſoſtomus Fraxini vmbræ comparauit, quæ ſerpentes vertit in fugam. q Quod expreſſius docuit Plinius r dicens: *Vmbra vſque adeo inuiſa eſt ſerpentibus, vt citius in ignem fugiant, quam ad Fraxini vmbram.* Nec minus ſerpens infernalis ad ignem applicatus perpetuo manere; & grauiori pœna affici ſemper vult;potius quam in vmbra Crucis per aliquantulum quieſcere. Sed dum ab vmbra Crucis fugit Dæmon, ſecurior viuit anima, quæ ſedens ſub vmbra à cunctis periculis eruitur, & protegitur. Nec fruſtra credimus putaſſe quoſdam (vt ait S. Vincentius Ferr.) ſ Chriſti in Cruce vmbram tetigiſſe latronem qui à dextris erat, eique ſanctitatem contuliſſe infundendo ſpiritum compunctionis; vel ſaltem dicendum eſt certiſſimè vmbram, & protectionem Chriſti tetigiſſe latronẽ ſpiritualiter, cuius virtute ardentes æſtus vitiorum extincti ſunt; & perfectam animæ ſalutem adeptus eſt. Hoc inſinuare videtur D. Gregorius dum docet Vmbram Chriſti eſſe Spiritus Sancti protectionem cuius inſpiratione fit vt vires colligamus, quibus ad æternam vitam robuſti curramus, & ait t *Sicut bonus Latro,qui hac inſpiratione in Cruce obumbratus vna hora peruenit ad Paradiſum. Hanc Crucem cui Chriſtus fixus eſt* (Vt Æneus clauus Taxo) *ſalubriorem, & firmiorem vmbram facientem; quam Ionæ hadera nobis Deus præparauit, vt in huius vitæ laboribus, & æſtibus requieſcamus.*

p *Can. 2. 3.*
q *Hom. 15.*
r *Lib. 1. cap. 13.*

Crux fraxini vmbræ comparata.

ſ *Serm. de paraſceue.*

t *In cap. 2. Can.*

5 Iure ergo dicitur Crux lignum vitæ, & tanquam *malus inter ligna Syluarum.* Sed aduertendum quod malus dupliciter intelligi poteſt, ſcilicet de arbore malum producente; & de ipſo fructu, quem producit; quia illum quoque malum, aut pomum vocamus. Malus itaque inter ligna Syluarum eſt Crux, & eſt Chriſtus crucifixus illa velut arbor, hic velut fructus; nec mirum, nam & malus ſpeciem crucis habet: truncus certe trabem ſignat, rami verò tranſuerſa in Cruce ligna,in ramis mali diuaricatis, perinde, ac in ligno tranſuerſo clauis configi poſſunt extenſa Crucifixi brachia, & tunc Chriſtus in Cruce contemplatur, vt malus in arbore, cuius poma ſuauem exhalant odorem; quod optimè dixit S. Ambroſius. u *Tamquam malum in lignis Syluæ huiuſmodi pomum odorem gratum habet vt cæterorum fragantiã vincat. Chriſtus ergo affixus ad lignum, ſicut malum pendens in arbore bonum odorem mundanæ fundabat re-*

Crucis fructus innumerabiles.

u *Ser. 5. in Pſ. 118.*

dem-

demptionis, quæ peccati grauis deterſit fœtorem, & vnguentum potus vitalis effudit. Ecce, quot beneficia ex vna Crucis arbore, & Crucifixi in ea exiſtentis virtute prodeunt. Vnde merito Sponſa illius vmbram deſiderabat, quia tot inde ei bona proueniebant, vt tota tunc dulcedine repleta exclamauerit, dicens: *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Fructus quidem, ſed non vnus, quia innumerabiles continet fructus, cum ſit & fructus, & arbor gerens cæleſtes, & ſpirituales omnes fructus: vnde Fortunatus de frugifera Crucis arbore cecinit ſapienter. x

x Lib. 2. Carm.

Fertilitate potens, ò dulce, & nobile lignum.
Quando tuis ramis tam noua poma geris.
Cuius odore nouo defuncta cadauera ſurgunt,
Et redeunt vitæ, qui caruere die.
Nullum vret æſtus, ſub frondibus arboris huius,
Luna nec in nocte, Sol neque meridie.
Tu plantata micas ſecus eſt vbi curſus aquarum.
Spargis, & ornatas flore recente comas.
Appenſa eſt vitis inter ſua bracchia, de qua
Dulcia Sanguineo vina rubore fluunt.

Quibus verſibus Crucem cõprehendit, & Chriſtum in ea appenſum, vbi habes vmbram, quam fugit Dæmon, qui foras eiectus, tanquam mundi tyrannus, fuit regno priuatus, & ſub Crucis vmbra mortui reſurgunt à corruptione peccati: & interempti veneno Taxi, vitam recipiunt, quia fixus in illa apparuit Chriſtus tamquam clauus æneus.

Cruciformis religionis fructus.

Similem quoque arborem conſideramus, dum Cruciformem Religionem decoram, & fulgidam inter cætera ligna Syluarum contemplamur; ac illi affixus religioſus inſtar pomi in arbore religionis intuetur. Et hanc diuinam arborem ex profundo cordis Sanctiſſimi Patris noſtri Franciſci de Paula proſilire conſpeximus in principio ferentem fructus Spiritus; vt pateat omnibus qualiter ipſe ad vmbram plantatæ Crucis in corde, quieſcit. Ad pedes enim illius Crucis anima eius quanto maiora hauriebat è Cœlo lumina, tanto magis ſub eius vmbra quieſcere optabat; ſciens ſe refrigerium, & refectionem inde pariter accepturum. Nam cætera quidem ſyluarum ligna, & ſi Vmbram ſolatij habeant; non tamen vitæ refectionem, non fructus perpetuos ſalutis. *Propterea ergo* (vt verbis Bernardi vtar) y *Chriſti potiſſimũ deſiderauerat vmbram, quod ſolus ſit, qui non ſolum ab æſtu refrigerat vitiorum, ſed & replet delectatione virtutum.*

Sub eius vmbra Sãctus pater requieuit.

y *Ser.* 48.

6 Arbor ergo fructifera erat ipſe Chriſtus Crucifixus in corde ſuo, ita plantatus, vt aliud quidquam præter ipſum, aut non propter ipſum diligere nequeant ſuſpicari; ad cuius vmbram, ſuam ſibi, ac nobis Crucem efformauit quam excolentes, atque amore ferentes, vt ipſe tulit, abſq; dubio dulces, vtileſq; fructus, quos excepit, nos quoq; guſtabimus. Sanctus enim Pater, qui auidè comedit præ eius dulcedine omnes Mundi voluptates poſtpoſuit. Dulce valde fuit illi cæleſtia cogitare, dolores mediatores noſtri ex aſpectu Crucis mente reuoluere, & intimum oculum in æternitate figere; Sed iucundiſſimum, & dulciſſimum extitit etiam, quando in flectibus mens eius accenſa compungebatur, & inter lacrymas ſubleuata Angelorum cibo, quanto dulcius, tanto auidius paſcebatur. *Fac igitur* (ait Origenes, ac ſi vnicuique noſtrum loqueretur) *cum vmbra dignus fueris, vt poſſis capere vmbram eius, & effectus veniet ad te (vt ita dicam) corpus eius, ex quo vmbra naſcitur; tuncque ſenties fructus eius dulcedinem dicêque, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Sed vt melius Cruciformis Religionis arbor, quã ſit decora, & fulgida appareat: Supponẽdum eſt varias eſſe in ſyluis arbores; & ad illarum ſimilitudinem in Eccleſia tanquam in ſpirituali ſylua varij homines reperiuntur; quos vocari arbores, cæcus ille teſtatus eſt, quando interrogatus à Chriſto, quid videret? Reſpondit ſe videre homines velut arbores ambulantes. Diuerſorum hominum intra limites Eccleſiæ degentium (de ijs verò, qui foris ſunt nihil ad nos) alij dicuntur peccatores, alij iuſti, & inter iuſtos, alij religioſi, & alij ſæculates: & ſingulis iuxta proportionem competit arboris nomen; vt ex ſacro textu ſparſim habemus, ſed diuerſimmode, nominantur ſecundum arborum naturam. Etenim peccatoribus ſolum conceditur, vt appellentur, & ſint arbores, ſed ſylueſtres in aridis quaſi regionibus plantatæ, ex quibus ob eorum malitiam nulli fructus habentur vitæ æternæ. Iuſtis verò competit, vt ſint, & dicantur arbores domeſticæ, ſuper aquas multas, firmis radicibus radicatæ: & quia inter hos eminent Religioſi, dum Cruci religionis affixi viuunt rectè dicuntur; *Sicut malus inter ligna ſyluarum, & ſicut flos campi, & lilium conuallium* ad inſtar Chriſti crucifixi; quem imitari conantur.

CAPVT II.

Peccatores dici, & eſſe arbores oſtenditur.

7 DE peccatoribus loqui incipimus an, & ipſi arbores dici valeant? Et certum eſt eos eſſe arbores plantatæ iuxta, vel ſupra aquas, rigantur, vireſcunt, germinant, & fructificant, in imò radicati vigent, & gloriantur. Quid enim eſt diues in diuitijs cum omni proſperitate optabili, niſi arbor mundo pulcherrima, & continuis aquis pecoris auri, & argenti, &c. irrigata. Sed ſuſpicionem generat videre arborem, ita pulcherrimam copioſiſſimis affluentem opibus; an eam terra produxerit? Quin potius dubitari poteſt, quod fraudibus ipſius, & rapinis ſuperadditæ ſint arbori. Verum quidem eſt, diuitias per ſe, nec vitioſas eſſe, nec bonas, à Deo enim creatæ ſunt non à Diabolo, & hac ratione bonæ ſunt; malæ autem fiunt ex peruerſis hominum moribus: illi enim Dei donis abutentes, graui laborant inſania rapinarum, ſuperbiæ, turpitudinis, &c. Vnde rectè Tertullianus, ait:

Peccatores ſunt arbores pulcherrimæ viſu.

Digitized by Google

a *Lib. de pœnit. cap. 7.*

a ait: Dominus ſemper pauperes iuſtificat, & diuites prædamnat. *Ridebunt diuites huius ſæculi hanc ſententiam, ſeu quod verius dicam, non audiunt: Nam ſi audirent, quid fieri poſſet, vt timore tam certi, atque horrendi periculi non excitarentur; & D. Ambroſius dicit.*

b *Ser. 8. in Pſ. 118.*

b *Non audiunt, eo, quod clauſas habent aures, & ſono æris obtuſas, nūmus magis illis reſonat, quā verba diuina.* Rapinis igitur, & fraudibus plenæ ſunt multorum diuitum domus, horrea, apothecę, atq; eorum mentes, pulchritudine apparenti, & diuitiarum plenitudine, pulcherrimæ arbores videntur peccatores, fertiles, frugiferæ, & benè in terra radicatæ, ac aquis copioſiſſimis rigatæ.

Hinc oritur dubium, an pariter ac iuſti ſint partem habituri cum Chriſto? ſiquidem aquis rigantur iuſti, & aquis etiam peccatores. Vtriq; enim arbores ſunt, ſi non rigarentur ad ſiccitatem venirent, & ad nihil; ſed rigantur, & valent, & virides ſunt; imò pulchriores arbores apparent, qui peccatores ſunt, quam iuſti, qui etiam arbores dicuntur de quibus ſequenti capite; ergo meliori aquæ rigantur peccatores quam iuſti, quia magis diuitijs, ac delicijs abundant, & vbiq; terrarum ſplendent luminoſius. Sed fallitur, qui hoc credit, Nam licet verum ſit, quod ita appareant; non inde habere partem dicuntur cum Chriſto, ſed ſolum iuſti, qui aquis viuis de fonte pectoris Crucifixi manantibus, perpetuo, & efficaciter rigantur, & licet externam, & mundanam pulchritudinem ex diuitijs prouenientem amittant, vera tamen, & diuina pulchritudine, intus gaudent, vt dicemus. Peccatores verò licet arbores ſint aquis diuitiarum rigatæ, & exinde opulentiſſimæ, & frugiferæ videantur; tota illa pulchritudo exterius videtur, ſed intus omni carent ſplendore, & viriditate tanquam ab infernali puteo rigatæ, vbi nec viror, nec vigor adeſt; vt iam habuit Amphitreon cum interrogaret Theſeum de regione inferni dicens. c

Eſt nè aliqua tellus Cereris, aut Bacchi ferax?

c *Seneca in Herc. fur. act. 3.*

Reſpondit Theſeus.

Non prata viridi læta facie germinant,
Nec adulta lenſ fluctuant Zephiro ſeges:
Nec vlla ramos Sylua pomiferos habet.

8 Sed vltra hæc, in ſacro textu perlucida huius veritatis teſtimonia habemus; & primum ſit ex Daniele d qui noſtris oculis illam propoſuit arborem aliarum omnium maximam, vtpote quæ fortitudine, & proceritate; ramis, & fructibus ſuperplena, altitudine quoq; excelſa; atque diuitiarum omnium irrigata aquis, ita nihil amplius deſiderari queat: & figuraſſe hominem, nec alium niſi Nabuchodonoſor Regem docent ſacræ literæ. Ille enim dormiens eam vidit in ſomnis, & vt vidit, viſionem Danieli narrauit, dicens: *Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia, magna arbor, & fortis: & eius proceritas pertingens cælum. Aſpectus illius erat vſq; ad terminos terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius &c.* Quid vltra de opulento diuite dici poteſt? ò quam radicitus fixus erat in terra, qui nec ſolum terram amicam voluit; verum cum Sole amicitiam contraxit; nam ex altitudine arborū amicitia cum Sole metitur. Ideo Nabuchodonoſor, etiam Solis amicus videbatur eſſe; dum arbor, quæ ipſum tam glorioſè repręſentabat, Cælum altitudine pertingebat. Sed notentur ſequentia ſacri textus verba. *Ecce vigil, & Sanctus de Cælo deſcendit; clamauit fortiter, & ſic ait: ſuccidite arborem, & præcidite ramos eius; excutite folia eius, & diſpergite fructus eius, fugiant beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres ex ramis eius.* Terribilis, quidem ſententia; Sed iuſta tanquam ex diuino iudicio prolata. *Sed euanuit arbor.*

d *Cap. 4. 7.*

Nabuch. pulcherrima Arbor

Vnde enim tam repentina mutatio (Cur arbor illa, quæ altitudine cæteras omnes ſuperare videbatur, ad inſtar puncti ſuccisa cadit? Arbor fœcundior, & magis, omnibus pulchrior, fructuumque maximam ferens copiam ad momentum euaneſcit; O'bone Deus quid dicam, aut quid hac figura docemur? aliud nihil, niſi quod opulentia ipſa eſt ſuſpicionis cauſa: Praua conſcientia torquetur diues, & præceps ire facile imaginatur. Ideo Nabuchodonoſor ſomnis interpretationem tanta quæſiuit ſollicitudine, qui vt dixit Tragicus Seneca. e

e *Traged. 2.*

Ille, qui donat diadema fronti
Quem genu nixe tremuere gentes
Anxius tenet, ſceptrum, & mouentes
Cuncta diuitias
Metuit caſus mobiles rerum
Dubiumque tempus &c.

Sit quiuis potentiſſimus Regum, qui aliorum coronis tempora cingat, quiſque ſuo ſceptro imperet orbi, ac potentiſſimis theſauris dominetur omnibus; ſi onuſta fuerit conſcientia peccatis; ſemper ex temporum, & fortunæ varietate pauidus ibit; & tremens ex mobili rerum futurarum euentu, tutus eſſe nequibit.

9 Vltra quod nil mirum eſt ſi arbor excelſa, viſa in ſomnis ſtatim euaneſcat. Etenim Nabuchodonoſor *quietus erat in domo ſua,* & florens in palatio, & dixit. f *Somnium vidi, quod perterruit me, & cogitationes meæ, & cogitationes meæ in ſtrato meo, & viſiones capitis mei conturbauerūt me.* Ecce florētes diuitias, honorū & honorūq; omnium magnificentias; quomodo ſomniata vocat? Et hoc non alia de cauſa; niſi, quia voluit Deus illum docere, & certum reddere eas omnes diuitias, illam non aliam habere ſoliditatem, quam, & ſomnia habent; Nam ſi dicas, quod tu diuitijs, & honoribus gaudes in die; Ideoq; eas ſtabiles eſſe putas; pro certo habeas nullam eſſe differentiam inter eos, qui vtuntur bonis in die, & qui vti ſomniantur in nocte. Multoties reperitur aliquis dormiens cum plena theſauris phantaſia; torque aureos nummos expendens imaginatur; quod ne vnquam viderit in die, certum ſcit. Sed ille in puncto excitatus, & velit, nollit, fallaciam cognouit; ita & iſte patietur; cum didicerit experientia omnia fallacia eſſe, & vana. Audiant Chriſoſtomum de hac re diſcurrentem. g *Tu Conſul es, & ego ſomnians Conſul ſum, ita Conſul ſum ſicut, & tu;* quod

f *Cap 4. 2.*

Diues in Mundo velut ſomnians.

g *Hom. 9. in Epiſt. ad Hebr.*

Digitized by Google

quod ergo diſcrimen inter meum,& tuum;ſomnium eſt inquit, illa quæ in die ſunt non ſunt ſomnia. Dic mihi? quare nam magis iſta dicemus eſſe ſomnia,ſicut enim ſomnia adueniente die nihil eſſe conuincuntur, ſic neque in nocte eis, quæ in die contingunt, frui poteſt: factus es Conſul, & ego; tu in die, & ego in nocte. hæc ille.

10 In huius rei confirmationem afferamus hic, quod Eliphas dixit patienti Iob. h *Ego vidi ſtultum firma radice, & ſtatim maledixi pulchritudini eius*. Potentem arborem vidiſſe teſtatur, & inueteratam quaſi antiquam Cedrum, aut aliam conſimilem in ſtulto viro figuratam, ſimilibus enim arboribus diuites ſæculi comparantur. Sed difficile videtur poſſe bona, quæ in mundo ſunt firmas habere radices, cum nota ſit omnibus eorum incõſtantia, per quam plura ſacri textus loca afferuntur. Vnde Dauid i inquit, *diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere*;quod declarans Baſilius ait: *Mirare vocem fluxa eſt diuitiarũ natura torrente citius pertranſis habentes, alios alio modo apta mutare Dominos*. Currunt ergo velociter diuitiæ; imò, & velocius, quam torrens inundans ex vno tranſeunt in alium dominum; & hoc, quia non ſunt radicatæ,licet videantur ab hominibus firmas habere radices; idque ſapientia teſtante, certum eſt, ait enim. k *Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. nec ſtabile fundamentum collocabunt; & ſi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter poſita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur, confringentur enim rami, &c.* Rurſus, vt fallaciam hominum exiſtimantium Mundi tyrannos, eſſe plantatos, & ita firmiter radicatos,vt perpetuo durent expellat Iſaias ait. l *Et quidem neque plantatus, nec ſatus, nec radicatus in terra truncus eorum;repente flauit in eos,& aruerunt, & turbo, quaſi ſtipulam auferet eos*. Quaſi diceret; florent certè oculis hominum, quibus videtur eos perueniſſe ad ſtabilem,æternamq; fælicitatem. Sed ita eos eſſe teſtatur Propheta,ac ſi nunquam eſſent plantati, nec vnquam radicati fuiſſent, cũ mutatis vicibus, & aliunde translatis fælicitatibus, & diuitijs irato Deo,ac flante, ita faciliter eos radicitus euellit, ac ſi aridæ paleæ, aut nihil eſſent; vt ſciant nihil ſtabile,& firmum ſine Deo eſſe.

h Cap. 5. 3.

i Pſ.41.

Diues ſtatim euaneſcit.

k Cap. 3. 4.

l Cap. 40. 24.

11 Quare ergo Eliphaz dixit vidiſſe,*ſtultum firma radice?* Si in relatis ſcripturis Dauidis, Sapientiæ, & Iſaiæ habemus nullas eſſe ſtulto radices? Sunt ne cõtrarij textus?nequaquam: Quid ergo dicendum?aliud nihil,niſi quod lobo loquatur Eliphaz de bonis iuxta imaginationem ſtulti. Alij verò textus,de bonis prout ſunt in ſe; & ideò ille,ſtultus dicitur, quia fluentia bona ſtabiliter radicata imaginatur. Et quod ita ſit, patet in libro Prouerbiorum vbi legitur. m *Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius, & quaſi murus validus circumdans eum*, vbi ex Hebræo legitur; *Et ſicut murus eleuatus in imaginatione eius*. Caietanus: *& ſicut murus eleuatus in cælaturis eius*. Et Rabi Dauid; *in picturis eius*. Itaque diues ſuarum copiarum præſidijs munitus, ita ſe tutum, ac ſecurum eſſe putat, ac ſi in vrbe aliqua fortiſſima validiſſimis, vndiq; mænibus cintus degeret,vt poſſit, & hoſtium iacula repellere, & alia in ipſos iacienda per eadem mænia valeat remittere: Sed quia omnia ficta ſunt, etiam imaginatium pictum, & adumbratum habet fundamentum,prout verſiones docent:& primo non eſſe vera mænia oſtendit textus dicens. *Et ſicut murus altus in imaginatione ſua*; ergo ſomniat ſtultus dum credit habere ſtabilem vrbem,& inexpugnabiles muros, cũ omnia ſint ficta, ac veluti depicta iuxta Caetanum, & Rabi Dauid,dicentes, *& ſicut murus validus in cælaturis, ſeu in picturis eius*, quia nõ aliter ſtultus in cubiculo ſuo pulcherrimis picturis, vel cælaturis elaborato incluſus, ſe ſecurum, ac munitum exiſtimat, ac ſi mænibus vndiq; altiſſimis cinctus eſſet. Sed audias translationem Rabi Abraham; *Et tanquam murum eleuatum reputat cælatum aurum,& argentum,quibus domus illius plena eſt*. Vel aliter ipſemet Abraham verti poſſe,dicit: Nempe; *& ſicut murus prææltus in proſpectu ſuo*. Ecce totum eſſe ſtulti in imaginatione, & pictura poſitum;& inde eius ruina; Nam quemadmodum homo capitis imbecillitate affectus, ſi præaltum murum aſcendat, & in terram inde proſpiciat ex turbatis ſenſibus relabi ſolet: ſic diues propter diuitias ſuas elatus ob ſummam capitis ſui imbecillitatem, etiam nullo impellente ruit. Itaque opulentia diuitis ſicut murus eſt in imaginatione, nõ ſecundum ſe,& verè.

Peccatoris diuitiæ, & gloria in imaginatione radicantur.

m Cap.18. 11.

Diuitiæ à diuite tanquam murus validus imaginantur.

12 Ex dictis non eſſe diuerſos præcitatos textus conſtat, cum idem affirment, ſcilicet nullas habere radices temporalia bona, nam illæ quas habere videntur, fallaces ſunt varæ, ac pictæ,& in ſtulti imaginatione: & totum hoc firmat auctoritas Auguſtini, qui expendens illa Dauidis verba. n *Vidi impiũ ſuper exaltatum,& eleuatum ſicut cedros libani,& tranſiui, & ecce non erat; quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius*. Magnam, & eleuatam cedrum, ac in libano vidiſſe, ait, ſed ſtatim ab oculis videntis euanuit, nec locus quidem in quo ſita erat, quærenti obuius fuit. *Quare non erat?* (ait Auguſtinus) *quia tranſiſti, ſi autem carnaliter cogitas nondum tranſiſti*. Elegans dictum, euanuit à te peccatoris magnitudo, dum tranſijſſe noueris, ſi autem ſecundum carnem iudicas, non tranſijſſe reperies, & tunc erit magna in imaginatione maieſtas mundi.

n 36. 37. 38.

13 Sit exemplum, incedis fortaſſe noctis tempore, & in alicuius viæ itinere, videtur tibi aliquod videre obiectum peroſcurum; idque eſſe phantaſma; timoreq; affectus vltra progrederis aliquantulum; lumen quæris, & lumine regrediens, reſpicis ad obiectũ pro phãtaſmate habitum; & experiris hominem fuiſſe lignis onuſtum. Eſſe phantaſmatis partus fuerat imaginationis tuæ; & vmbræ tenebrarum; Toto ergo tempore quo per tenebras noctis ignorantiæ progrediens, iudicabis diuitias,dignitates,& quidquid in mundo ſplendet, eſſe arbores Cedri firmiter radicatas, & vſq; ad Cœlum eleuatas, (*vidi ſtultum firma*

Diuitiæ ſunt vmbra, & phãtaſma.

radice,) ſed procede paululum *(tranſitu)* pete à Deo aliquantulam lucem, & illa mediante reſpice retro; quid vides? (*Et ecce non erat*) ad punctum euanuerunt omnia, nec aliud vides, niſi quoſdam homines ſub illa vmbra miſeros lignis tribulationum, & punctionum, atq; curarum onuſtos: Sed quia ſtulti ſunt, ſe ſe bonis omnibus onuſtos eſſe imaginantur. Contra quos clamat Eccleſiaſticus dicens. o *Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia.* In hoc quidem falluntur homines ſtulti, quia, & vmbram tangere, & ventum proſequi poſſe credunt. Hoſq; reprehendit Auguſtinus docens, nil niſi vmbram eſſe: cuius hæc ſunt verba. p *Quid ſtultius? quid inſanius? quàm vmbra, & imagine, & ſimilitudine veræ gloriæ, & veræ delectationis decipi, & ſuperari, & ipſam veram gloriam non quærere? Quis imaginem auri in aqua ipſo auro neglecto eligeret, & non ſtatim à cunctis fatuus, & inſanus crederetur? quis orbem Solis in ſpeculo redditũ plus diliget, quam ipſum Solem, & non ab omnibus derideretur?* Vbi inueniri poteſt maior ſimplicitas, vbi maior ſtultitia, quàm vbi æternis bonis ſpretis, aut relictis, labentia bona quæruntur; nil mirum, ſtultus eſt.

o Cap. 34. 2.

p Lib. de triplici habitaculo cap. 3.

14 Non diſtat alijs, quæ diximus teſtimonium illud Hieremiæ, quo grauiter lamentabatur Deus de populus Iſrael, dicens. q *Nunquid qui cadet non reſurget, & qui auerſus eſt non reuertetur? quare ergo auerſus eſt populus Iſrael auerſione contentioſa.* Cum cuiq; ſit prorſus naturale, vt eo ipſo, quod cadit ſurgere conetur; & ſi auerſus eſt à recto tramite, quanto citius poterit, curet rectam reperire ſemitam, & vltra progredi: Recte miratur Deus, quod populus, qui iam contentioſe, vel verecundè iuxta expoſitionem Chriſoſtomi r dicentis: *Vt quid auerſa eſt auerſione impudica, impudens filia Iuda?* Ita loquitur de populo, quia Deus ſuam porrigit manum, qua adiutus ſurgere poterat, nihilominus fortiter reſtitit, ne reſurgeret. Ideò dicitur auerſio contentioſa, & impudica. Sed interroganti Deo cur exurgere noluerit populus? Reſpondi per Hieremiam, dicens: *Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti:* O Domine Deus, quam intellectu difficile eſt hoc mendacium. Quid ſibi vult, ſcire vellem, vt grauedinem peccati populi aliquo modo queam intelligere? Multa ſunt mendacia, multique mentiendi modi, atq; fallendi; Ideò declarari oportet de quo mendacio loquaris. Dic ergo quale eſt, quæſo? Scias videtur mihi reſpondere Deus, quod omnia bona, quæ in mundo ſunt, mendacia videntur, (vt paulo ante dixit Ieſus Sidrach Eccleſiaſtici auctor,) & reuera ſunt. Hoc præſuppoſito dico, quod ſicut opus incarnationis, quod inter cætera omnia Dei opera, maximũ eſt, quodq; ſemper per anthonomaſiam intelligitur, quandocunq, in ſcriptura nominatur opus, vt in Abacuc tertio: *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.* Ita ex aduerſo ſunt tanto fallaces, & mendaces diuitiæ, honores, & cætera Mundi bona, vt eo ipſo, quod dicatur, aut audiatur mendacium, de illis bonis intelligatur (*apprehenderunt mendacium.*) Sic docet Auguſtinus qui expendens illa verba Dauidis: *non reſpexit in vanitates. & inſanias falſas* (legit ipſe) *inſanias mendaces.* (& ait.) ſ *Quæ vides bona putas? falleris, ſanus non es, nimia febre freneticus factus es.* Ecce febricitantem ex bonorum fallacia, & mendacio deceptum.

q Diuitiæ mendaciũ.

r Hom. 5. de pœnit.

ſ In Pſal. 39.

15 Et ad ſtulti confuſionem, & huius veritatis confirmationem, adduco Chriſoſtomum, qui ingenioſe, vt ſolet, probat totum mundum eſſe mendacium dicens. t *Non tam ludus eſt vita noſtra quã aliquid forte deterius, nõ enim tendit ad riſum, ſed incomportabilem quoque portabit dolorem.* Quidquid ergo eſt in mundo, quia fallax, & mendax eſt, non ſolum dignum eſt riſu, ſed & flammis æternis addictum pro ijs qui rectitudinem non ſeruant. Et ſubdit rationem quare ludus vocetur, dicens: *Quò enim diſtamus à pueris ludentibus, ludendi gratia caſulas ædificantibus, nos qui ampla prætoria, & clara conſtituimus? Quæ diſſimilitudo eſt inter eorũ prandiola ad ludum parata, & noſtra hæc ſplendida, ac delicatè apparata conuiuia?* Nota efficaciam modi loquendi, quem potuit Chriſoſtomus; vbi excelſa palatia contrapoſuit cum caſulis puerorum: illa vtique ab opulentis diuitibus conſtructa: iſtæ puerorum more ludendi cauſa fiunt. Et vtrorumque conuiuia propoſita, quaſi in publico theatro; & quærit vtrum detur inter eos, & ea, quæ faciunt aliquod diſcrimen? Statimque reſpondet negatiuè, dicens: *Nulla profectò, niſi quod ea ſæpè nos ad ſupplicium, quæ illi imitantur ad ludum.* Ecce diſcrimen, vtraque domus digna eſt riſu; nam ſi puerorũ caſula parua eſt in ordine ad tuam, magis parua eſt tua in ordine ad Cælum. Rides tu videndo puerum laborantem, ſuam ædificare caſulam tanquam veram. Ita quoque rident Angeli videntes te laborioſo conatu, & diligenti induſtria palatia ædificare. Et tandem fallacia, & riſu digna ſunt vtrorumq; conuiuia: Et ſi de puerorum conuiuijs rides, non minus Angeli de tuis rident. Tantum Tantum ſuper eſt, quod puerorum ludus eſt ſolum ad ridendum expoſitus: Diuitum vero cum periculo currit pœnarum, quia vt ait Hieremias: *Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.* Et hoc mendacium impedit conuerſionem.

t Hom. 4. in Matt.

Diuitiæ ſunt puerorum ludus.

CAPVT III.

Stultus nè ſtultitia ſua pereat Chriſti Crucem quærat.

16 ET quidem veriſſimè omnia mundi bona fallacia, & mendacia eſſe conſpeximus; & ſtultum eſſe qui ea ſequitur. Quid quæris ſtultè? optas nè pertranſire ſecurus inundantem fluuium huius Mundi? amplectere, *Lignum, quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum;* Sicq; abſque periculo tranſibis. Conſidera

Digitized by Google

dera quęſo torrentem aliquem rapidiſſimum, quem trãſiri ſine tranſeuntis periculo nequit. Et ſecus littus arborem pulcherrimam, plantatam, ſcilicet in altera torrentis ripa. Nunc dato, quod velis torrentem illum pertranſire, quid faceres, ne te aquarum impetus demergat, aut profundum abſorbeat? Certè ſi tranſuadari non poteſt pedibus, cuperes natando, ad optatum portum peruenire, ſemper intentus oculis ad ripam, ac intra torrentem poſitus quò proximius te conſpicis, eo magis lætaris, ſperans cito eodem impetu aquarum illuc perucnturus, & optatam patriam petere. Cumque prope eſſe noueris, extẽdis manum, & lætanter, ais, habeo iam portum, non me vltra demergent aquæ, neque obruent fluctus. Verum inanis fuit lætitia, cum fluentibus vndis à loco remotus penè ſubmerſus extitiſti. Sed emergis denuo, ſciens etiam fluere fluctus, atque è labore feſſus, alios fluctus expectas, vt illis auxiliatus pertranſeas; Et iterum à ſuperuenientibus etiam eodem modo deridebaris; nec minus ſemper à ſubſequentibus, in quibus habebas fiduciam. Quid ergo ſtultè quæris? baculum ne demergaris: Cur ergo in fluctibus fiduciam ponis? Etenim Mũdus, & omnia quæ in mundo ſunt fluentibus fluctibus ſimilantur; quod D. Gregorius declarauit expendens illud Iob. *Si putaui aurum robur meum*, u & ait; *Quaſi in aquis fluentibus fundamentum ponere eſt in rebus labẽtibus ſpei fiduciam velle ſolidare. Stante .n. in perpetuum Deo, tranſeunt omnia Quid ergo abſtãte fugere eſt, niſi trãſeuntibus rebus inhærere.* Si ergo fluunt quoquomodo tu illis inhærebis ſecurus, & firmus ſtabis? falleris certe, & crede Auguſtino, qui dũ explicat verba illa Ioannis: *Mundus tranſit* (ait) *rerum temporalium fluuius tranſit*. Et Boetius introducit fortunam, quæ deridens veluti, improperat homines, & ait. x *Nos ad inconſtantiam noſtris moribus alienam inexpleta hominum cupiditas alligabit?* quaſi dicat: O' magna hominum ſtultitia, non enim ignorant, nihil mihi magis contrarium eſſe, quam conſtantia, nam ſi conſtans eſſem, nomen fortunæ amitterem. Sicque alterius ore gratioſe loquitur, dicens: *En ego fortuna ſi ſtarẽ forte ſub vna, & non mutarer, nunquam fortuna vocarer.* Sunt homines quidam veluti barbari, taliter, vt experientia docuit, ſpem ſuam in principibus collocantes, & dum fluctibus oppreſſi principes moriuntur, pene merguntur, & ipſi, ac iterum emergẽtes in alijs ſperare incipiunt nec deſinunt mutare principes, quibus inhæreant, vſque quo in profundum demergantur mortis.

Baculo Crucis trãſitur fluuius mundi.

u *Cap. 31. 24.*

x *Lib. 2. de Conſol. Proſa. 2.*

17 Quid agis homo? in fluentibus fluctibus fiduciam ponis? erras: Accipe conſilium; Chriſtum reſpice Crucis ligno affixum, qui eſt vera arbor conſtans, & firma ac ſecus decurſus aquarum plantata; Eam enim ſi amplecteris ſecurus ſemper eris. Audi Auguſtinum: *tanquam iuxta fluuium nata eſt arbor Dominus Ieſus Chriſtus, raperis praceps tene lignum, inuoluit te amor mundi, tene Chriſtum*. Et ſi tu velut arbor ſitibunda extinguere cupis ſitim, fontem nè quęras in mundo, niſi perire velis ſiti. Audi ad intentum quod Nicolaus Camanus cecinir.

Solus Chriſtus fons vitæ.

Si iuuat optatos nimium perquirere fontes,
Vt ſicco liceat pellere ab ore ſitim,
Lubrica quid prodeſt humiles inter gramina fontes
Viſere? mortalis non leuat vnda ſitim,
Huc veniat ſitiens, greſſus huc dirigat, hic fons
Vertice vitales fundit amenus aquas.

Ad Chriſtum Crucifixum verum fontem dirige greſſus, nam ſi extinguere ſitim cupis in eo reperies aquas viuas, quibus abundanter fruuntur animæ puræ: Tu autem ſi in terrenis diuitijs, delicijſque bibere ſatagis; alter ex illis eris, de quibus lamentatur Deus per Hieremiam, quando auocans Cœlum in teſtimonium, ait. a *Obſtupeſcite Cœli ſuper hoc, & porte eius deſolamini vehementer, dicit Dominus: Duo enim mola fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Difficilis aliquantulum videtur mihi huius textus intelligentia. Errorem enim agnoſco, & maximum in populo deſerente Deum fontem perennem aquæ viuæ. Verum quod illi ſecundo loco tribuitur erroris, non aſſequor; Nam corporale damnum in quo Spirituale ſignificatur, eo quod non habeat aquam nouimus ex eo, quod ciſternas fecerunt in aptas ad continendam aquam. Senſus tamen obſcurus eſt. Cum ibi ſub hac ciſternarum metaphora lamentetur Deus de populo de ſe diffidente, & ad humanos Aſſyriorum fauores recurrente, quando eos Ægyptij perſequebantur, & ad horum auxilium, quando ab illis oppreſſi erant; quod paulo infra declarauit dicens; b *Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum, eo tempore quo ducebat te per viam. Et nũc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam. Et quid tibi vis in via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis.* Ecce malum quod fecit populus, & ex quo anguſtijs affectus in prædam leonum incidit, & in deſolationem. Dereliquit Dominum, & confiſus Ægyptijs, Aſſyrijſque abundantem eorum aquam bibebat fluminum ſcilicet Nili, & Euphratis. Si ergo iter mundi oppoſitum Dei itineri declaratur mediante illa ſuperabbundanti potione; qualis haberi optime poteſt in prænominatis fluminibus, quomodo intelligi valet, quod foderint ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas?

a *Cap. 2. 12. 13.*

Ambitioſus nunquã dicit ſufficit.

b *V. 17.*

18 Ita eſt, nam humani fauores, & Mundi proſperitates, cæteraq; omnia, quæ in fluentibus aquis fluminum declarantur, ſi ad potum ſumantur, ſitim non extinguunt, tanquam ciſternæ ſine aqua; vt intelligas terræ opulentiam eſſe inopiam, & ſterilitatem: nec valet frui bonis, qui in flumine inundanti bibit; nam ex veloci aquarum impetu, nondum iſtæ venerant, quando aliæ ſequuntur, at primæ fluxerunt. Et ſi tandem ſitim ex illa aquarum copia bibens corpus, extinguat: anima velut ciſterna diſſipata ſterilis remanet, atq; adeò, & corpus

Digitized by Google

damna ſentiet ex abundantibus, ſed fluentibus aquis. Ita docet Bernardus, dicens. *Quem ambitioſum videmus aliquando contentum adeptis dignitatibus ad alias non anhelare? ſicut curioſi cuiuſquam non ſatiatur oculus viſu, nec auris impletur auditu, quid eorum, qui auaritiæ ſeruiunt, aut amatores ſunt voluptatum, ſeu vanas ſectantur hominum laudes?* hæc ille. Biba ergo, qui vult in Nilo, & Euphrate, ambiat dignitates, ditetur theſauris, nam quanto magis biber, tanto magis ſiti peribit.

19 Audiat obſecro, qui terrenas aquas quærit, Senecam ipſi loquentem; nam qui gentiliter viuit, bonum eſt ſi à Gentili reprehendatur: ait enim ille. c *Quid ergo inquis? ſtulti, ac mali non gaudent? Non magis, ac prædam nacti Leones. Quum fatigauerunt ſe vino, & libidinibus, quum illis nox inter delicias defecit, quum voluptates anguſto corpori vltra quā capiebat ingeſtæ ſuppurare cœperunt, tunc exclamant miſeri illum Virgilianum verſum.* Æneid.6.

c Epiſt. 60.

Senſualitatis damna.

Namque, vt ſupremam, falſa inter gaudia noctem
Egerimus noſti, &c.

Totam noctem luxurioſi inter falſa gaudia, & quidem tanquam ſupremam agunt: quot verba, tot ſententiæ, nec alia egemus explicatione. Nota tantum illud verbum (*ſuppurare*) non *ſuperare*, vt alij legunt; & videbis lætitiam, quam communicant corpori, dum aquis ſenſualitatis delectantur; iiſq; benè conſideratis non dubito quin derelictis fluentibus aquis, qui ſe arborem Chriſti eſſe deſiderat, ad fontem aquæ viuæ velociter curret. Nam vt quidam dixit. d

d Apud Delgadillum.

Fons vitæ Deus eſt, fons eſt ſapientia idem
Viue Deo, & viues, viue Deo, & ſapies
Cætera ſunt merè nugæ, meriq; iociq;
Poſt obitum reſtat nihil, niſi facta probè.

20 Abhorreat ergo peccator ſpurcitias, omneſq; ſæculi diuitias, aut delicias, viuat Chriſto, & peccatorum ſuorum pœnitentiam agat; etenim in pœnitentia, & mortificatione verum inueniet honorem. Ponderatione quidem, & maxima; ſunt verba illa, quæ Paulus ad Galatas ſcribens, poſuit e ore certè omnium publicantur ſæpè, ſed in eis ſemper penetrādum quid ſupereſt, dixit enim: *Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs ſuis.* Certum exiſtimo illos dici eſſe Chriſti, qui ipſum in Cruce ſequuntur, & Crucem tollunt, vt ipſemet Chriſtus dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me:* quod eſt idem, ac dicere, ſint Cruci affixi, ſicut ego. Verum quid inde reſultabit, quam gloriam iſti Cruciformes, & Chriſtum in Cruce ſequentes acquirent? Mirabile dictu; fiunt totius Trinitatis Sanctiſſimæ imitatores. Dic mihi ò peccator, vis tu Patris, & Filij, atq; Spiritus Sancti glorioſam quandam ſimilitudinem conſequi? fac, quod Pater fecit, ille quidem ardenti erga nos amore motus Filium pro nobis morti tradidit. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Et teſtatur Iſaias ipſummet Patrem crucifixiſſe filium, ex eo, quod dixit: *propter ſcelus populi mei percuſſi eum*; & tunc poſuit in Cruce filium, & ſeruum. Nam, vt docet D. Thomas. f *Chriſtus, vt Deus eſt filius Patris, & vt homo eſt filius, & ſeruus etiam appellari poteſt.* Tu ergo peccator, vt fias æterni Patris imago, relinque peccatum, & diuino motus amore, confige Cruci pœnitentiæ corpus tuum, quod eſt ſeruus tuus, & appetitum tuum, qui eſt animæ filius; Carnem cum cōcupiſcentijs, & ſic habebis Patris imaginem, ſeu ſimilitudinem.

e Cap.5. 24.

Peccator quomodo peruenire poſſit ad imaginem SS. Trinitatis.

f 3. par. q. 20. art. 1. ad 2.

Vlterius etiam Spiritus Sancti imaginem habere poteris, cum carnem tuam crucifixeris: ille enim, & amans eſt, & amor, vt amans autem Crucem, & Chriſti paſſionem (opera enim ſunt amoris) voluit. Si tu velut amans Dei amore carnem tuam Cruci affigis, imitator Sancti Spiritus eris. Et tandem Chriſti imago euades, dum crucifixus ſis cum Chriſto, & inde maximam conſequeris gloriam; nam ſi Chriſtus, vt animas lucrifaceret, in Cruce paſſus, & mortuus eſt, tu Cruci pœnitentiæ affixus Chriſtum ipſum lucraris, vti faciebat Paulus. qui dum laborabat, id ſe feciſſe gloriabatur, vt Chriſtum lucri faceret. Amiſiſti Chriſtum mortaliter peccans; Satage illum per pœnitentiam recuperare. Animam veluti dracmam perditam ipſius non Domini ſui culpa, recuperauit in Cruce Chriſtus Dominus. Quidquid tu habes hæreditatis Deus eſt: *Dominus pars hæreditatis meæ*; hoc propria culpa amiſiſti, quod tuum erat; ſed tuam in Cruce pœnitentiæ recuperas hæreditatem, ſcilicet Deum. Chriſtus itaque Cruci affigitur, vt te lucri faceret; & tu eidem Cruci affixus lucrifacies ipſum; quid glorioſius, aut quid vtilius ſperas. Sic fac, & viues.

CAPVT IV.

Iuſti arbores Chriſti ſunt.

21 IVſti verè ſunt arbores Chriſti, & de quorū quolibet dicitur, quod florebit ſicut palma, ſed palma, vt dixerat Plinius. g *Gaudet irriguis, totoq; anno bibere neq; quidem contenta eſt ſolis pluuijs.* Et Theophraſtus h ait: *Magis gaudere aquis ſcaturientibus, quam pluuijs.* Imò & Plinius vniuerſaliter loquens de omnibus arboribus: *Cibum arborum imbrem eſſe,* ait, & cauſam reddens, cur niues, & pluuias optent in hyeme dicit: *Hyemem aquiloniam eſſe omnibus ſatis vtiliſſimam.* Imbres vero ſunt expetendi, euidens cauſa, quoniam arbore fœtu exinanitas, & foliorum quoq; amiſſione languidas naturale eſt, auide eſurire, cibus autem earū imber. Ergo qui dixit: hyemes ſerenas optandas non pro arboribus vota fecit. Vt ergo arbores frugiferæ ſint, aquis carere nequeunt: ſed vt fructus ferant illis abundanter, opus eſt frui.

g Lib.13. cap.4.

h Lib.2. de plantis cap.4.

Iuſti arbores ſunt iuxta aquas.

Ad harum arborum ſimilitudinē ſunt iuſti omnes, qui ſub vmbra Crucis quieſcentes, & Crucifixi ſanguine irrigati fructum dant copioſum in tempore ſuo iuxta illud Dauidis

Erit

Digitized by Google

i *Pſalm. 1. 2. 3.*

i *Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & fructum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet: & omnia quæcunque faciet proſperabuntur.* Ecce vita iuſti deſcripta ad inſtar arboris, non plantatæ in aridis regionibus; ſed in Eccleſia à Chriſto fundata, & eius ſanguine, ac beneficijs irrigata, & fœcundata ſacramentis: ita vt vrente Sole, nullam prorſus ſiccitatem timere debeat, ſicut nec arbor timet, dum ex aquis circumcirca fluentibus radices habet plenas humore. Imò adueniente Sole maiori, quo poteſt calore immiſſo non ſolum non areſcit, nec palleſcit, verum tunc virorem, ac vigorem omninò maiorem oſtendit, ita vt virgultos, & inde folia, & fructus perbellè producat. Nec aliter iuſtus, qui eſt arbor virtutibus è Cælo, & gratijs ad momentum irrigata floret, & fructificat, parui, aut nihili faciens quemlibet tentationum ardorem, ſed vrente calore meritoria amplius opera producit.

k *Cap. 4. 15.*

22 Valet ad intentum, quod in Canticis habemus. k *Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano.* Loquitur textus hic de Sponſa, quæ eſt Eccleſia, quæque licet ſit vniuerſaliter vnus hortus, ſub ſe tamen plures alios particulares continet: ideoq; eundem fontem qui in ea eſt, fontem dicimus hortorum; eo quia doctrinam omnem, omnemq; gratiam, quam haurit à Chriſto deriuat in hortos, ideſt in particulares Eccleſias. Sed quæres cur eidem Eccleſiæ fontis, & putei nomen tribuatur? cum Synonima minimè eſſe videantur, nam fons in ſuperficie apparet, vt quiſque aquam facilè manibus ſumat; puteus verò in imis latens dat laborantibus aquam. Quare ergo fons, & puteus appellatur Eccleſia? Auguſtinus vtrumq; pro eodem vſurpari teſtatur. l Verum communiter alij dicunt eſſe diſcrimen, nam fons eſt fluentis aquæ, eam namque de ſuo emittit: Puteus verò habet aquam in profundo latentem, & ex imo ebullientem, inde vocatur aqua viua, eo quod ſuo fonti coniuncta eſt; Vnde iugiter ebullit, ac ſe quaſi mouet, in quo differt ab aquis, quæ in lacunis, ciſternis &c. reperiuntur tanquam mortuæ. Aquæ tandem illæ viuę impetu dicuntur profluere de Libano, quatenus ab illo monte, vel alio, ſic dicto propter puritatem, & candorem, ex quo per ſubterraneas venas manant, & ſcaturiunt, & ſunt quaſi ſanguis terræ.

Eccleſia eſt puteus, & fons, & quare.

l *In cap. 4. Ioan.*

Vlterius eſt aduertendum quod, *Fons hortorum, & puteus aquarum viuentium;* Sumitur hic tanquam continens pro contento; ita vt non ſolum Eccleſia contineat intra ſe vberem fontem ad irrigandos omnes hortos, ſed etiam fideles, qui ſunt illius membra de fonte, & puteo participant, ita vt bibant pro ſe, alijſq; communicent affluenter. Tandem aquæ proprietates conſiderandæ ſunt, cumq; tres communiter eſſe dicantur, vt puta, bibere, lauare, & rigare; ad tres pariter glorioſiſſimos fines, quas iuſti recipiunt aquas viuas à Chriſto, à quo impetu tanquam à Libano fluunt; ordinant. Per libanum enim à quo aquæ iſtæ fluunt, Riccardus de Sancto Victore dum locum hunc exponit, intelligit Chriſtum candorem lucis æternæ, quia à Chriſto cæpit tempus gratiæ; dicens: *De Libano fluxerunt aquæ iſtæ, ideſt de Chriſto, quando Spiritus Sanctus tanquam torrens diſcipulis influxit, & ſuaui eos vbertate donorum inebriauit, &c.*

23 Vtuntur ergo Iuſti aquis viuis, primo, ad bibendū, vt ſitim extinguant, iuxta illud Chriſti. m *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat.* Et illud. n *Omnes ſitientes venite ad aquas.* Et dum loquebatur Sammaritanæ etiam dixit. o *Omnis qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei non ſitiet in æternum.* Notanda eſt iſta diuerſitas; ſitiet iterum, & non ſitiet in æternum. Experientia enim conſtat nullum bibere, quin iterum ſitiat; Sed quod non ſitiat in æternum, durum videtur: Scimus enim iuſtos, & bibiſſe aquam viuam, & iterum ſitiſſe; quomodo ergo dici poterit non ſitire in æternum? Totum verum erit, ſi attendamus ad duplicem ſitim corpoream, totidemque ſpiritualem. Etenim vna, quę corporea dicitur ſalubris eſt, altera ex morbo proueniens noxia eſt: primam extingunt homines bibendo aquam ſibi conuenientem; Secundam verò minimè; Nam niſi expellatur morbus, non extinguitur ſitis; ſemper enim bibit, ſemperque bibere optat. In anima etiam duplex ſitis reperitur, altera noxia quæ eſt bonorum temporalium, & carnalium delectationum; & hæc per aquā viuam à Chriſto oblatam extinguitur, frænando carnales appetitus vnde euenit, quod faſtidiant, quæ tantopere ſitiebant prius; teſte Auguſtino, qui loquens de ſemetipſo dicebat: *Quam ſuaue mihi ſubito factum eſt carere nugacitatibus ſæculi, & quas amittere metus erat, iam dimittere gaudium fuit;* & veluti medicina purgatis corporibus prodeſt ad tollendam ſitim, ſic prodeſt aqua viua, & efficacius, quia ſitim extinguit in æternum, non ſolum in anima, ſed etiam in corpore; non enim erit, vt diues ille purpuratus in inferno ſitiens; ſed vt ait Auguſtinus. *Virtute huius aquæ viuæ reſurget incorruptum, nec amplius ſitibundum.*

m *Io: cap. 7. 33.*
n *Eccleſ. 15. 3.*
o *Io: cap. 4. 13.*

Sitis corporea, & ſpiritualis eſt duplex.

24 Adeſt, & alia ſitis, & quidem vehemens, quæ eſt bonorum cæleſtium appetentia, nec poteſt vllo modo extingui, quia cum aqua viua, qua extinguenda erat, idem ipſe Spiritus Sanctus ſit, qui etiam ſui ipſius ſitis eſt, non extinguit, ſed potius auget; & quanto plus ex aqua hac bibitur, tanto amplius ſitis creſcit; iuxta illud Eccleſiaſtici. p *Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient.* Quis vnquam vidit comedentem eſurire; & bibentem ſitire? quod poſtea tractu temporis ſitiat, & iterum eſuriat, non eſt difficile creditu; ſed quod adhuc manducans eſuriat, & bibens ſitiat, difficilis verborum intelligentia apparet. Quid ergo docet Eccleſiaſticus? illud idem, quod tetigimus. Nimirum Deus ipſe, qui eſt aqua viua, & animæ cibus, ita ſatiat animam, vt nihil vltra quærat, ſed ita ſatiat, vt ſimul deſiderium ſui, ac eſuriem accendat. Sic explicat B. Macharius Ægyptius, q dicens: *Anima Dei, & veritatis aman-*

Sitis mundi nūquam expellitur.

p *Cap. 24. 29.*

Digitized by Google

q *Lib. 10. de viris eximiæ ſanctitatis.*

amantes totæ penitus Cruci Chriſti affixæ ſpiritualem promotionem erga ſponſum ſpiritualem in ſeipſis quotidie ſentiunt, & agnoſcunt. Et cum deſiderio cæleſti vulneratæ ſint, & iuſtitiam virtutum eſuriant, illuſtrationem ſpiritus Sancti ſumma, ac inexplebili auiditate expetunt.

25 Huc adoco illud quoque Iſaiæ, vbi Deus conuiuio cæleſti parato conuocat omnes ad bibendum, & comedendum, dicens. r *Omnes ſitientes venite ad aquas. & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite; venite emite abſq; argento, & abſq; vlla commutatione vinum, & lac:* gratis ſitientes omnes vocat ad aquas, & eas non potandas eſſe dicit; ſed comedendas, atq; adeò vinum, & lac offert abſq; commutatione: & ſubdit; *Quare appenditis argentum non in panibus.* Quaſi dicat fruſtra laboratis in emendis ijs, quæ nec panis vim habent: Venite ad me; nam quod offero panis eſt, & panis ad eſuriem expellendam: Verba quidem hæc ſumma ſunt ponderatione digna; nam ſi ad bibendam aquam eos inuitat; cur poſtea quid ſit comedendum largitur? Sitientibus enim non panem, vinum, & lac: ſed aquam quam promiſit, dare oportebat; cum ex cibo quocunq; augeatur ſitis. Cur ergo cibum, quem eſurierant, appellat aquam, *Omnes ſitientes venite ad aquas.*

r *Cap. 55. 1.*

Ne mireris lector; nam hic agitur de viuis, ac cæleſtibus aquis in quibus omnis ſitiens debet ſuam extinguere ſitim, & panem appellat aquam, vt oſtendat, quod bibens comedit, & quanto plus comedit, tanto magis ſitiens bibit, nec vnquam ſitim explet, ſed ſemper eam magis accendit, quouſq; maiori quo poteſt amore Cruciformis efficiatur. Hoc docet D. Gregorius, dum conſiderat diſcrimen inter corporis, & animæ delicias, dicens. ſ *Hoc diſtare fratres chariſſimi inter delicias corporis, & cordis ſolet; quod corporales deliciæ cum non habentur graue in ſe deſiderium accendunt; cum verò auidè eduntur, comedentem protinus in faſtidium per ſatietatem vertunt. At contra ſpirituales deliciæ, cum non habentur in faſtidio ſunt, cum verò habentur in deſiderio, tantoque amplius à comedente eſuriuntur; quanto, & ab eſuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet experientia diſplicet: in iſtis appetitus vilis eſt, & experientia magis placet. In illis appetitus ſaturitatem, ſaturitas faſtidium generat: In iſtis autem appetitus ſaturitatem, ſaturitas appetitum parit. Augent enim ſpiritales deliciæ appetitum in mente, dum ſatiant; quia quanto magis earum ſapor percipitur, eo amplius cognoſcitur, quod auidius amatur. Et ideò non habitæ amari non poſſunt, quia earum ſapor ignoratur. Proinde Pſalmiſta nos admonet dicens.* t *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: quaſi dicat ſuauitatem eius non cognoſcitis, ſi hanc minimè guſtatis, ſed cibum vitæ ex palato cordis tangite, vt probãtes eius dulcedinem amare poſſitis,* hæc Gregorius. Quid pulchrius ad intentum; vt dicamus, quod infallibiliter, qui verè arbor Chriſti eſt faſtidit terreſtrium bonorum aquam, quia eſt inſufficiens ad extinguendam eam ſitim, quam ex

ſ *Ho. 36. in Euang.*

Differẽtia ſitis rerum temporalium, & ſpiritualiũ.

t *Pſal. 33. 9.*

potione aquæ viuæ ſemel auxit, ſemperque clamat da mihi hanc aquam viuam ad ſitim hanc expellendam; vt ſic expulſa ſiti non ſitiam amplius, ſed me in æternum ſatiet.

26 Secundo deſeruit aqua ad lauandum. ſeu ad tollendam corporis ſordes, & lotio illa Symbolum eſt lotionis, quæ per gratiam fit in anima. Et hoc facere credebant Gentiles, dum abluebant corpus, vt ea ablutione præcedente, tanquam à ſordibus purgata anima, poſſet Dijs offerre ſacrificia: ad quæ peragenda, ita diſponebantur. Hinc Marcus Tullius dixit. u *Aqua aſperſione labem corpoream tolli, & præterea caſtimoniam præſtare* Maculas, ergo corporis abluentes, maculas culpæ tollere intendebent: nec aliter offerre ſacrificium audebant, niſi præceſſerit ablutio, de qua re pluries Virgilius loquitur. Vnde refert Æneam ex oſtium occiſione reuerſum, & ſacrificium Dijs offerre recuſantem, dixiſſe. x

u *T. de legibus.*

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates.
Me bello, è tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo,
Abluero. ——

x *Æney. 2. Aqua ſordes abluit corporis.*

Et lib. 4. *Dic, corpus properet fluuiali ſpargere lympha.*

Et lib. 6. *Occupat Æneas additum, corpuſque recenti,*
Spargit aqua.

Et iterũ. *Idem ter ſocios pura circũtulit vnda*
Spargens rore leui, &c.

Idque præſtare etiam ſatagebant; cum ad obtinendas gratias à Dijs eorum properabant, vnde prius lauari, quam petitionem exponere ſolebant. Sic inſinuat Perſius Satyra 2. dicens.

Hæc Sancte vt poſcas, Tyberino in gurgite mergis,
Mane caput bis, terque & noctem in flumine purgas.

Et quando aliquod malum exaggerare volebant, vt intelligerent audientes eſſe ita magnum, vt illo maius excogitari nequiret, dicebant: *Tantum ſcelus ablui non poſſe.* Aqua corpus lauabant, & ſordes animæ abluere intendebant. Si tamen non ita graues viderẽtur, quæ aquis illis ablui nequeant, vt innuit etiam Ouidius 2. Faſt.

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis,
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Et Catullus.

Suſcipit ò Gelli, quantũ non vltima Thetis,
Nec genitor Lympharum abluit Oceanus.

25 Dixerat hæc Catullus Gello de quodam viro iniquo, qui grauiſſima commiſerat crimina ad quæ purganda, mare ipſum non ſufficiebat; & verum id fatebantur, cum aquæ huius mundi nihil deſeruiant ad animæ maculas abſtergendas. Sola enim aqua viua eſt illa per quam anima lauatur, mirabilius, quam per aquam elementarem lauetur corpus. Etenim ſi aqua iſta lauãdo expellit ſordes; etiam ipſa cum ſordibus exit: nouam munditiem aut decorem, quem ex ſe corpus non habet, mini-

Aqua gratiæ ſordes abluit animæ.

Digitized by Google

minimè addit: Nigrum enim non facit album; aut deforme, pulchrum; At vero aqua viua ſordes peccatorum expellit, quibus animæ ſordidæ, fœdæ, & maculatæ erant iuxta illud Ezecchielis. y *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*. Et illud Zaccariæ. a *Erit in die illa fons patens domui Iacob, & habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatorum, & menſtruatæ*. Et qualis iſte fons in Eccleſia patens? niſi Chriſtus Crucifixus, ex cuius latere manarunt Sacramenta, quæ non ſolum ſignificant, ſed conferunt gratiam, & ipſemet fons eſt indeficiens, quo cæci non videntes maculas; eiuſdem fontis aquis ad eas lauandas, illuminantur, vt intus renouentur, munditiem acquirant, & totaliter ſordes expellant. Audi Auguſtinum, qui expendens illud Dauidis. b *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*. (ait) *Quis eſt fons vitæ niſi Chriſtus? Venit ad te in carne, vt irrigaret fauces tuas ſitientes. ſatiabit ſperantem qui irrigauit ſitientem. Quoniam apud te eſt fons vitæ. et in lumine tuo videbimus lumen. Hic aliud eſt fons, aliud ibi, non ita. Quod enim eſt fons, hoc eſt, & lumen. Fons eſt, quia ſatiat ſitientes: lumen, quia illuminat cæcos: ibi non fatigaberis, quia fons eſt: non tenebraberis, quia lumen eſt*.

y Cap. 36. 25.
a Cap. 13. 1.
b Pſ. 35. 10.

Addo tãdem tertium beneficium, quod ex aqua accipimus; nempe: Arbores rigat, vt fructus inde producant, & virorem accipiant; ſi quidem ex ſiccitate, aut ſteriles, & infœcundæ, aut ſaltem pulchritudine denudatæ conſpiciuntur: adueniente autem aqua vireſcunt, & frugiferæ fiunt, attamen naturam arborum non mutat; nam verè ſiccas, non facit reuireſcere, nec infructiferas fructum ferre, nec producentes fructus lethiferos, vel amaros facit proferre ſalubres, & dulces; eas ſuæ naturæ relinquit, vt proprios fructus gignat, non alios. At contra aqua viua manans ex fonte Crucifixi arborem peccatorem, facit iuſtum, facit, vt de tribulis colligantur ficus, & de ſpinis vuæ, mortuũ reddit viuum, ſterilem fœcundum (vt verbis Pauli vtar.) c Facit, vt fructum plurimum afferat, nõ ſolum qui propriæ naturæ conſentaneus eſt, ſed aliũ etiam ſuper excedentem, & diuinum. Arbores ergo humanæ, quæ antea fructificabant morti, proferendo fructus æterna morte dignos; iam illa aqua viua facit, vt fructificent Deo per opera vitæ æternæ condigna.

Vtriuſque aquæ diuerſi effectus.
c Rom. c. 7. 5.

28 Ideò clamat Ieſus dicens: *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat*. d Et hunc clamorem ad proximum in Cruce alium clamorem direxit, vt ad myſteria paſſionis ſuæ animos audientium eleuaret; quando ſcilicet in magno alio die feſto Chriſti pendentis in Cruce apertis fontibus, vna cum ſanguine copioſiſſima flumina gratiarum effunderet, & diceret quod ore in templo dicebat, *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat*. Quod idem eſt, ac dicere, ò ſitientes inquinati, ò pleni ſordibus, ò ſteriles, & infæcundi; venite ad aquas viuas, & mundabimini ab iniquitatibus veſtris, Quod ſi venire recuſatis, nec animam lauabitis, nec vitam æternam conſequi poteritis, ſed cum maculis remanentes ad interitum in æternum ſitibundi properabitis. Optimè ad intentum Auguſtinus, qui alludens ad petram illam in deſerto percuſſam, & aquas abundè manantem; ait. e *Hæc petra niſi percuſſa fuerit aquas omninò non habet percuſſa vero fontes producit, & flumina &c. Percuſſus Chriſtus in Cruce noui teſtamenti fontes eduxit: neceſſe erat, vt ille percuteretur: niſi enim percuſſus fuiſſet, & de ſacro illius latere ſanguis & aqua manaſſet, vniuerſus mundus ſitim patiens interiſſet*. Rupertus. f Hoc idem myſterium agnoſcit, & circunſtantiam diei feſti expendens feſtiuitati Crucis accommodat, & Chriſtum Dominum in templo ſtantem in Cruce, & inde velut clamantem repreſentaſſe: & quod in templo gerebatur, ſymbolum fuiſſe eius, quod futurum erat in Cruce, dicit; his verbis: *Significat nunc in Myſterio Domini ſtãtis, & clamãtis eodem anno ſecuturam feſtiuitatẽ, vtique nouiſſimã veteris, primamq; noui teſtamenti: in qua feſtiuitate magna ſtetit Ieſus in conſpectu Patris, preces, ſupplicationeſq; vt ait Apoſtolus, offerens cum clamore valido, & multis lacrymis dum percuſſus violentia paſſionis, ſicut præfiguratum eſt in illa petra, quam Moyſes virga percuſſit effudit nobis de ſemetipſo, quod biberemus. Deinde præſtitit clamans vehemẽter, clamans gentibus cunctis, & quodammodo dicens: Si quis ſitit veniat ad me, & bibat: hæc ille.*

d Ioan. 7. 33.
Da Cruca copioſa fluenta emanant.
e Ser. 93. de tempore.
f Ad locũ Io. cap. 7.

Audientes iuſti hanc vocem, ad viuam aquam currunt, & bibunt, ac ſordem ſi quam minimam habent, lauant: & nouo ſemper conatu vigore gratiæ de perfectione in perfectionem procedunt; & augumentum gratiæ, & charitatis in dies recipiunt; Et florent, & ſimul fructificant: quia ſunt arbores iuxta fontem radicatæ; ſcilicet iuxta Chriſtum crucifixum, qui apertis fontibus continuo eas rigat.

CAPVT V.

Religioſi ſunt arbores in Eccleſia, plantatæ eminentiores alijs, & ſplendidiores etiam iuſtis.

29 INter domeſticas arbores in Eccleſia plantatas eminẽtiores eſſe Religioſos haud dubitamus: Nam omnia, quæ iuſtis adaptauimus efficacius conuenire religioſis, quiſque fatebitur, vtpote qui Cruciformes affecti, magis fonti perenni in Cruce pendenti appropinquãt. Et quidem verum eſt iuſtos omnes eſſe veluti lilia inter ſpinas: ſuæ enim ſponſæ nempe animæ ſanctæ loquitur ſponſus Chriſtus, dicens: g *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*; vbi animas peccatorum filias effeminatas vocat; nam licet filiæ Dei, quo ad fidem dici poſſint, tamen quo ad mores Diaboli filiæ abſolutè ſunt. Comparantur autem iuſti cum lilijs, & peccatores cum ſpinis, vt contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcant, & iuſtorum virtus glo-

rio-

Cant. c. 2. 2.
Religioſi Arbores.
Sunt eminentiores, ſecularibus iuſtis.

rioſior appareat, quid enim glorioſius, quam bonum eſſe inter malos, de hoc gloriatur Iob
h *Cap.* 30. 29. dicens: h *Frater fui dragonum, & ſocius ſtruthionum*, ideſt habitaui cum ſuperbis, & doloſis, cum hyppocritis, & duris corde; nec inde iniquitatem contraxit, aut aliquo modo malus factus eſt. Hæc conſiderans Bernardus,
i *Ser.* 48. *in Cant.* i ait: *Non mediocris titulus virtutis eſt, inter malos viuere bonus, & inter malignantes innocentiæ retinere cãdorẽ, & morum lenitatem; pulcherrimum lilium iuſtus, quem ſpinæ pungunt; ſed non lædunt; torquent, ſed non nocent; imò ex eo, quod torquent pulchriorem, & ſanctiorem oſtendunt.*

Sed ſicut inter peccatores ſplendent iuſti tanquam lilia inter ſpinas; ſic inter iuſtos glorioſiores apparent religioſi, & in gremio Eccleſiæ, Religiones. Non negamus etiam inter religiones eſſe aliquas ſpinas; videlicet aliquos diſcolos, & imperfectos; vt inter ipſos magis ſplendeant, qui perfecti ſunt, & pulchriores reddantur. Sunt tamen in Religionibus lilia plurima, & ſpinæ paucæ, at inter ſæculares è contra. Quod inſinuauit Iſaias, dicens.
k k *Super domum populi mei ſpinæ, & vepres aſcendent, quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis:* ideſt ſi aliqua vitia ſunt in domo Domini, quæ eſt Religio, & domus luctus, quanto maiora in domibus ſæcularium erunt; Vbi gaudia, deliciæ, & voluptates vigent?

31 Negare non poſſumus aliquos coniugatos diuites, & negotijs implicatos etiam iuſtos eſſe, ſed quia, vt plurimum magnates, & opulenti in ſæculo, vitam agunt ſpinis refertam, & rari ſunt, qui eiſdem ſpinis puncti, & dilacerati non ſint; ideò pauca inter eos lilia reperire, timemus. Voluptates etiam non illicitæ, alendæ familiæ cura, dignitatum ambitio, lucrandi cupiditas, & lucrata conſeruandi, & pleraq; alia ærumnarum incommoda; quid niſi ſpinæ ſunt acriter pungentes, & vlcerantes eorum corda; cum ergo ſint arbores ſpinoſæ, illis applicari poteſt illud Mi-

Iuſti ſeculares multis punguntur ſpinis.

l *Cap.* 7. 4. cheæ: l *Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus, & qui rectus eſt, quaſi ſpina de ſæpe.*

Hinc meritò reſpectu iſtorum dicitur Religio lilium, & veri Religioſi vera lilia propter candorem, & odorem ab his ſpinis longe diuerſum.
m *Hom.* 3. *cap.* 4. *Ideò* (inquit Orig.) m *Anima lilium eſt erumpens de medio ſpinarum, quia fugit cogitationes, & ſollicitudines ſæculares, quæ ſpinis in Euangelio comparatæ ſunt.* Quæ omnia expreſſius religioſæ animæ conueniunt, quia diuinæ prouidentiæ, quo ad victum, & veſtitum, ſe tota commiſit; ideoq; ipſa eſt lilium etiam inter ſæculares iuſtos, tanquam inter ſpinas. Si ergo inter omnes domeſticas arbores Eccleſiæ, ſcilicet Iuſtos, ſoli veri Religioſi, ſunt arbores lilijs, non ſpinis circundatæ; Religioſos vocare poſſum eminentes arbores; in Eccleſia Chriſti, in qua eminent inter cæteras omnes arbores, ſicut eminere ſcimus Cedros libani alijs minoribus arboribus. Et iure quidem nam cum ex vita hominum pura, & ſancta conſurgat in Eccleſia Chriſti pulchrior, & ſplendidior laus, & fama; nec vlla ſit gens (vt plurimum loquor) quæ purius viuat, ſanctius operetur, & ardentius in Cœleſtia feratur, quam cætus ipſe Religioſorum. Vnde Bernardus huius ſtatus ſanctitatem commẽdans dixit. n *Credo nullũ hic eſſe, qui ſi quartã partem eorum, quæ facit in ſeculo actitaret, non adoraretur, vt ſanctus, reputaretur, vt Angelus: Nunc autem quotidie tanquan negligens arguitur, & increpatur.* Sic ille. Nimirum Religioſus, & ſe ipſum arguit, & à Prælatis arguitur etiam de Minimis. Quippe, & næuus, quidem dedecet Religioſum, atque cum Apoſtolo obliuiſcens, quæ retro ſunt opera, & merita, quæ iam edidit, & comparauit, ad ea quæ ſunt anteriora non acquiſita totum ſe extendat, neceſſe eſt.

Religioſi eminẽt inter iuſtos ſæculares, vt lilium inter ſpinas.

n *Ser.* 4. *in Pſ. qui habitat.*

30 Sed vnde tanta Religioſorum eminentia; qua in tota Eccleſia ita ſplendeant, vt ſæculares etiam iuſti, veluti ſpinæ ad eorum comparationem videantur? Non aliunde niſi ex terra inqua nouiter plantati ſunt, nempe ex Cruce. Certum enim eſt, arborem plantatam ſecus decurſus aquarum, & in terra bona pulchriores, & dulciores producere fructus, quàm aliæ arbores in arida, & ſterili terra plantatæ. Cumq; Religioſi ſint arbores plantatæ in Cruce Religionis, imò in eadẽ Chriſti Cruce, quæ & mater, & terra noſtra dicitur, nil mirum ſi ex perenni fonte Cruci affixo, arbores vna cum ipſo in eadem Cruce plantatæ æternæ vitæ fructus vberiores, quam cæteræ arbores, quæ longius diſtant, producant.

Crux mater, & terra noſtra.

Ad probandam hanc veritatem notandum eſt, quod Chriſtus in Cruce eſt nouus Pater noſter, ſicùt enim nos Adam generauit, ita in Cruce regenerauit nos Dominus ſumus tamen filij mortui patris; ſiquidem iſte nouus pater virtute ſuæ paſſionis, moriendo nos genuit, deditq; etiam nobis nouam matrem, quę principium fuit vitæ noſtræ; ex patre enim, & matre recepimus eſſe. Sed quæ ſit iſta noua mater, colligitur ex verbis Ioannis dicentis.
o *Niſi granũ frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert.* Se grano tritici Chriſtus comparat; Quemadmodum enim frumentum, ſi mortuum non fuerit, ideſt ſi terræ calore, & humiditate reſolutum non fuerit; ipſum ſolum manet, hoc eſt ſterile nullum ferens fructum: Si autem fuerit mortuum, & mortificatum multum affert fructum; nam ſi humore terræ intereat radices altius iacit, calamis, & culmo erigitur, & vberem ex ſe meſſem profert. o *Cap.* 12. 24.

Sed quæres de qua terra loquatur Chriſtus, dicens: *Niſi granum frumenti cadens in terrã?* Vt reſpondeam, notandum eſt, non omnia verba parabolæ ad intentum explicanda ſemper ſunt, cum nonnulla ad ornatum ponantur, & ad decorem, & elegantiã parabolæ; ſed finis, & ſcopus in parabola ſpectandus eſt: illa enim, quæ ad hunc ſcopum pertinent parabolæ, partes ſunt neceſſario applicandę rebus per parabolam ſignificatis: quæ verò ad eum non pertinent; parabolę ſunt Emblemata, & ornamenta: vt ex Origene, & Chriſoſt. probat à lapi-

Digitized by Google

p In Chonota 10. Cant. 29.
q In regula breuior, interrog. 55.

lapide. p Et Baſilius, q ait: *Sanè quæ aſſeruntur ſimilitudines, nequaquam ea omninò ſingulis earum rerum, ad quas allatæ ſunt partibus reſpondent, ſed illud agunt, vt mentem ad id, de quo agitur argumentum dirigant.* Et Auguſtinus, ait: *Non ſane omnia, quæ geſta narrantur aliquid etiam ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea, quæ nihil ſignificant, attexuntur.* Et cum in noſtra parabola non ſolum frumenti, ſed terræ verbum aliquid ſignificare dicant Patres, videndum eſt, quid nomine terræ ſignificetur.

32 Pro qua re expendenda, reperio aliquos dicere terram ſignificare hunc mundum: ait enim Beda, *Seminatus eſt Ieſus de ſemine patriarcharum in agro Mundi huius, id eſt incarnatus eſt. ſolus mortuus eſt, cum multis reſurrexit.* Alij dicunt: terram in quam iactum eſt granum, fuiſſe terram illam Virgineam, quia filius Dei ex horreo cæleſti in terram Mariæ decidit homo factus, cum in Mundum ad liberandum nos venit. Alij etiam aſſerunt hanc terram fuiſſe humanitatem Chriſti, in eam enim, quam aſſumpſit Verbum, deſcendit, vt opus noſtræ Redemptionis perficeret. Verum etſi horum placita, nec ſint, nec videantur improbabilia, nec parui pendenda: pro nūc tamen illis inhærere mihi valde difficile eſt: ſi quidem tota ratio parabolæ illiuſq; ſcopus eſt oſtendere, quod ſicut granum ſeminatum in terra, & in ea mortuum fert fructum multiplicem; ita Chriſtus in terram iactus mori debebat, & multos virtutum, & fidelium fructus proferre; Ideò dixit Bernardus. r *Moriatur granum, & ſurgat gentium ſeges: oportet pati Chriſtum, & ſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum, non ſolum in Iudæam, ſed etiam in omnes gentes, quatenus ab vno nomine, quod eſt Chriſtus, millia millium credentium Chriſtiani dicantur.* Et Auguſtinus, ait: ſ *Seipſum Ieſus dicebat, ipſe erat granum mortificandum, & multiplicandum: mortificandum in infidelitate Iudæorum; multiplicandum in fide omnium populorum.*

r Ser. 15. in Cant.
ſ Tract. 51.

Granum mori quid ſit.

33 Hac ergo præſuppoſita doctrina, non mihi videtur facile aſſentiri, quod terra illa virginalis Mariæ; fuerit ea, in quam ſatus Chriſtus haberet ſemen longæuum; hoc eſt infinitam prolis propagationem; nec eo tantum, quod in mundo oriretur non moriendo inſtar frumenti, ſperandum fuiſſe talem fructum ex vi præſentis ſaltem decreti arbitramur. Nam vtroque modo in terram Virgineam, vel in Mundum iactus, ſi non mortuus fuiſſe, vtiq; ſolus permanſiſſet, hoc eſt inter homines, ſolus æterna ſalute poriretur, & ſolus in ſua perfectione manſiſſet, ſi à Crucis, & mortis ſupplicio liber eſſet.

Terra in qua ſatum eſt granum quid ſit.

At verò moriens Chriſtus, & per ſuæ mortis, & paſſionis ſacrificium noſtra delens peccata, innumerabiles filios ſpirituales genuit; ac ſecum innumeros homines, quos Cruciformes habuit, fælicitatis, & gloriæ ſuæ conſortes effecit, idque merito ſuæ paſſionis, & mortis. Nec tandem terram fuiſſe humanitatem exiſtimo, cum in eo videri humanitas ſit granum mortificandum, nō terra in qua ſit mortificandum. Nam Chriſtus qui eſt granum, non ratione diuturnitatis erat ipſe moriturus, ſed ratione humanitatis. Qua propter ſi humanitas eſſet terra, vtiq; granū in terra, eſſet diuinitas in humanitate, ſed diuinitas nō moritur; ergo humanitas, quæ moritur non eſt terra: ſi quidem ipſa ad inſtar frumenti mori debebat in terra.

Dicam ergo verba huius parabolæ poſſe omnia, & ſingula explicari ad maiora, quam ſonant myſteria manifeſtanda. Quare cum ex ſuppoſitis granum frumenti ſit Chriſtus, nec alibi mortuus ſit niſi in Cruce, optime affirmare poſſum Crucem fuiſſe terram, in quam à Iudæis iactus Chriſtus mortuus eſt: & hæc eſt virtus paſſionis, vt Crux noua terra fiat, & inde mater viuentium; Cum terra ſit talis virtutis, vt ex vno grano in eam iacto, & mortuo, mater fiat multorum granorum: Ita ſed cum exceſſu, quia fertilior eſt Crux, ex vno mortuo in ipſa, eiuſq; ſanguine rigata, omniū fidelium mater effecta remanſit: ex ipſa enim totū eſſe vitale, & ſpirituale, quod habemus, prouenit.

Chriſtus ſatus in Cruce eſt granum in terra.

34 Probemus hoc ex Patribus, ſupponendo, quod ex fertilitate terræ, eiuſq; virtute granum in ea ſeminatum, & mortuum, id eſt corruptum, & mortificatum, & in aliam ſubſtantiam, ſcilicet in germen terræ calore reſolutū germinat, & fructum facit: Germinaui ergo Chriſtus ſatus in Cruce, & produxit fructus æternæ vitæ, & filios ſpirituales, quos in Cruce genuit numerare nequimus: nam & Propheta Iſaias innumerabiles agnouit, dicens. t *Generationem eius quis enarrabit?* quaſi diceret, quis enarrare poteſt ſpirituales filios, quos in Cruce genuit, quare vt omittam fructus, & effectus paſſionis Chriſti, qui ſibi ex ſua morte, & paſſione prouenerunt; cum meruerit ſibi ſui corporis gloriam, ſuiq; nominis exaltationem, vt Theologi aſſerunt; Et vt taceā etiam fructum, qui Angelis prouenit ex Chriſti morte, & Crucis paſſione, per quam præuiſam adepti ſunt gratiam; Vtq; alia prætercam infinita bona, quæ nobis in Cruce proueniunt, & ex ea tanquam ex matre genuit Chriſtus innumerabiles filios adoptiuos.

t Cap. 53.

Hanc veritatē videtur docere Rupertus Archiepiſcopus Ratiſponenſis, qui numerans encomia Crucis ab ipſa nobis omnia bona prouenire oſtēdit, dicens: u *Adoramus Chriſtiani Crucem, & in ea ſalutem acquiſitam, liberationem perpetuam. Adoramus Crucem fidei præſidium, ſpei firmamentum, charitatis ſocium, miſericordiæ titulum, pietatis augmentum, gratiæ vehiculum, pacis vexillum, Crux Chriſti, ianua Cæli, clauis paradiſi, Diaboli eiectio, hominis erectio, captiuitatis noſtræ ſolatium, libertatis pretium, Triumphus Regum, dignitas Sacerdotum, Crux tenebrarum excidium, lucis infuſorium, mortis effugium, vitæ nauigium, Regnum Patris, ſceptrum Filij, Sigillum Spiritus Sancti.* Si ergo iſtos, alioſque infinitos fructus Sancta Crux ex eo, quod

u Lib. 6. de diuino offic. cap. 21.

Chriſtus in ea mortuus ſit, attulit nobis; quare eam non matrem, & terram nouam vocamus? terra non frumenti mater diceretur, nec multa grana produceret, ſi ſatum in ea granum, mortuum non eſſet: ſic etiam nos filij Dei per gratiam non eſſemus, niſi in Cruce verus Dei filius moriens nos genuiſſet.

In terra Crux mater noſtra dicatur.

Eſt commune pronunciatum, quod terra ſit omnium viuentium mater, & vxor dicebatur Solis, quem etiam patrem vocamus, in terram enim Solem continuò agere conſiderarunt antiqui; illamque tanquam fœminam Solis ipſius calore ad generationem excitari, & tanquam ſemina ex omnibus elementis vim condenſatam in ſe recipere, vt inde fructus generet: imò quia omnia corpora naturalia, omniaque elementa ex ſe inuicem gignũtur, quibus omnibus propè ſedes eſt Tellus, eam merito etiam Deorum, & hominum matrem, vocarunt, aut quia terra ter bona dicebatur bona quia ſuis in bracchijs nos recipit naſcendo, & ſuis fructibus, viuendo alit, & nutrit, ac moriendo ſuo in ſinu nos claudit, & recipit. Mater ergo eſt, idque fatetur, apud Natalem comitem. x Homerus y dicens:

y Lib. 5. cap. 20.
y In hymno in Tellurem.

Salue magna parens diuum, ac ſtellantis Olympi.
Coniux. ——

Et Orpheus.

Alma Deum mater Tellus, matremq; virorum.

Crux eſt mater, & terra noſtra.

35 Et nos dicamus, *Salue Crux pretioſa, arbor decora, & fulgida, electa digno ſtipite, tam ſancta mẽbra tangere.* Tu veluti terra in quam Sol iuſtitiæ Chriſtus ſemper agit; vt fœcundata ipſius calore fructus gignas æternę vitę, & fias mater hominum, & Deorum; nam ex fidelibus, quos generas, & quibus efficaciter influendo, & adiuuando Sol iuſtitiæ auxiliatur, non paucos Deos eſſe cognouimus; ſic eos vocauit Dominus dicens, (*Ego dixi Dij eſtis,*) propterea Cruci ſanctæ propè infinita epitheta tribuunt Patres; & eorum multa congeſſit Ionas Aurelianenſis. z Et Rabanus etiam de laude Crucis exclamat: *Tu ſancta Crux peccatorum es remiſſio, pietatis exhibitio, meritorum augmentum, deſperatorum ſecuritas, infortunatorum fælicitas.* Damaſcenus. a *Crux Chriſti clauis eſt paradiſi, Salus animæ, & corporis, bonorum omnium datrix.* Caſſiodorus. b *Crux eſt victoria Chriſti, perditio diaboli, Cæleſtium confirmatio, vita iuſtorum.* Atque ita fere omnes alij. Pluſquam ergo mater noſtra eſt, & terra noſtra, per quam Deo genuit nos Chriſtus, tanquam Pater, à quo virtutem Crux ipſa noſtra mater recepit. Idque luculenter, & ingenioſè probat Baptiſta Mãtuanus dum Crucem alloquens, dicit:

z Lib. 2. de cultu imaginũ.
a Lib. 4. de fide cap. 12.
b In Pſ. 4.

O' lignum antiqui, quod prædixere parentes,
Vnde orta eſt humana ſalus, cui tangere Chriſtum,
Cui perferre Deum licuit, quod ſanguine fuſo.
Cui deitas vnita fuit regenerator Olympi
Lauit, & æterno patiens affecit honore,
Tu comes eius eras, quando reſerauit auernum,
Et noſtros eduxit auos cum peruia tandem
Fecit clauſa prius nobis mortalibus aſtra,
Te trepidant Herebi manens, te totus adorat.
Orbis ad ipſum te duce Sanctiſſima venit
Progenies Helenæ, Romam tua fecit imago
Ad Chriſti tranſire iugum, quæ ſub Ioue quondam
Vixerat, & Laribus longo ſeruierat Æuo.

36 Perpendite quæſo qualiter Sanctam Crucem fecerit noſtram matrem, & noſtram terram à qua ſcilicet noſtra duxit Salus originem. Dixit enim prout Patres ſimiliter dicunt. (*Vnde orta eſt humana ſalus*). Ergo Chriſtus Saluator noſter tribuens Cruci virtutem maternam, nempe, eſſe fœcundam; egit vt nos ipſi Chriſto, & Deo pareret; ideò vt filij Crucis Saluatoris ſanguine rigatæ, eam matrem vocamus. Terra quoque eſt, quia virtute ſeminis in ea iacti, ſcilicet vnius grani, cui mortem intulit, multa grana, multoſque filios produxit, tot nempe Martyres, tot virgines, confeſſoreſq; atq; omnes alios fideles, quibus etiam virtutem præbuit, vt per Martyrum fati, alios progenerarent fideles. Hinc Tertullianus dixit. c *Sanguis Martyrum ſemen eſt Chriſtianorum,* (& poſtea addidit) *Cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio, eſt enim innocentia noſtra iniquitas veſtra. Et iterum exquiſitior crudelitas noſtra illecebra eſt magis ſecta: plures efficimur, quoties metimur à vobis.* Exemplum affert S. Gregorius dicens. d Sanctum Herminigildum propter orthodoxam fidem occiſum à Patre Leouigildo Rege Arriano; ipſum, & fratrem ſuum Reccaredum totamque Viſogothorum gentem ab Arrianiſmo ad rectam fidem conuertiſſe. Atque: *Vnus in gente illa mortuus eſt, vt multi viuerẽt, & dum vnum granum fideliter cecidit ad obtinendam fidem animarum ſeges multa ſurrexit.*

c In fine Apologet.
d Lib. 3. dialog. cap. 31.

37 Inſuper diximus terram, quia nos recipit, dum naſcimur, nos cibat dum viuimus, atque in ſuo nos gremio, cum morimur amplectitur, tripliciter eſſe noſtram matrem. Terra enim ter bona eſt, & ter mater eſt, à qua & vitam, & victum, atque veſtitum habemus; & extra illam viuere nequimus. Crux ſimiliter cum ſit illa, vt dixit Mantuanus, *Vnde orta eſt humana ſalus;* Iure noſtrum viuere ab illa dependere, eique vitam, vt propriæ matri nos debere fatemur. Rurſus Mantuanus Crucem alloquens dixit: *Tu comes eius eras:* Hæc noua terra cunctorum fidelium mater, nouiter fuit à Chriſto in paſſione formata eo quia prius erat ab omnibus ſpreta, & in abominationem relicta, nunc verò eſt nobilis etiam altiſſima dignitate ſublimis, quis non glorietur, tanquam inſigne nobilitatis ſuæ, ferre in pectore Crucem; vt ipſemet Mantuanus, dixit.

Supplicium miſerorum olim, modo nobile ſignum
Imperij, Regum, & populorum inſigne ſuperbum.

Et Diuus Ioannes Chriſoſtomus inter ea, quæ ſcripſit in demõſtratione contra gentes, quod Chri-

Digitized by Google

Chriſtus ſit Deus, dixit: *Quam om nes prius abhorrebant Crucis figuram, tantopere quærunt, atque adeo ea vbique inuenitur apud principes, apud ſubditos, apud viros, apud mulieres, apud nuptas, apud ſeruos, apud liberos: Subinde omnes ea ſe ſignant, inſcribendo in nobiliſſimum membrum, in fronte enim noſtra quaſi columna quotidie figuratur*. O'Chriſti potentiam tanquam propriam matrem omnes Crucem Sanctam quam prius abhorrebant, amplectuntur.

Iure ergo omnes, & præcipuè religioſi matrem vocant Crucem eique tanquam veræ matri adhærent vt ex illa omni momento vitam recipiant. Hinc Sanctiſſimus noſter Paulanus Pater, & Patriarcha Minimorum plantatam in eius corde Sanctam Crucem manifeſtat habere, vt humorem, & ſubſtantiam ab ipſa arbore Crucis attrahens; Floreat arbor ſua inter ſæculares iuſtos tanquam lilium inter ſpinas, quia dum illi humanas ſollicitudines ſectantur, in lilij dignitate anima Franciſci computatur,& collocatur, vtpote qui à mortalitatis radice ad cæleſtem pulchritudinem, mediante Cruce Sancta, quam fortiſſimè amplexus eſt, nec vnquam dimiſit, aſſurrexit; & Crucis virtute candorem,corde, & corpore ſibi ipſi cuſtodiuit; & nunc filios Sanctæ Crucis odore reficit; eoſq; ad amplectendam hortatur, vt inde ex fonte aquarũ viuentium ex ipſa Cruce pendente, tanquam arbores viuant Chriſto proximiſque fructificent.

CAPVT VI.

Applicantur hæc Religioſis, cum alijs Scripturæ locis.

e *Eccleſ. 24. 40.*

38 EGo Sapiẽtia,(ait Chriſtus.) e *Effudi flumina. Ego quaſi trames aquæ immẽſæ de fluuio; ego quaſi fluuij Dyorix, & ſicut aquæ ductus exiui de Paradiſo*. Mirabilis quidem comparatio quò illa tendit? Quid tibi Domine Ieſu, qui lux es ſpiritalis, & indeficiens cum fluminibus? Reſpondet, ſe cum eis magnam habere cognationem, & eſſe matrem fluminum, quia ex ſuis viſceribus effudit flumina, non corporalia, & propriè dicta; ſed ſpiritualia, & metaphorica. Additque rationem; quia *Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio; Ego quaſi fluuij Dyorix & ſicut aquæ ductus exiui de Paradiſo*. De quo Paradiſo mi Domine loqueris? de illo forſitan de quo quatuor illa celeberrima flumina fluunt; Phiſon, Geon, Tygris, & Euphrates? minime quidem: ſed de cæleſti, & diuino Paradiſo ex quo omnia flumina oriuntur, ſicut è Paradiſo terreſtri oriebantur illa. Filius enim à Patre procedit, quaſi Verbum ab ore, quaſi lumen à luce, quaſi fluuius à fonte, qui totam fontis aquam in ſe recipit, & capit, ideoque ei adæquatur. Audi Rabanum: *Ipſe eſt trames aquæ immenſæ de fluuio; quia ſicut Deus de Deo, lumen de lumine, ita ipſe aquæ immenſæ de fonte Patre, ſiue fluuio tropice dici poteſt; quoniam Pater origo eſt diuinitatis*.

Sed nunc quæro ſi es aquæ ductus ò Domine, qui exiſti de Paradiſo, quò exiſti, & ad quid? Reſpondet Ianſenius de Paradiſo cæleſti exiuit in terras, vt eas irriget; ſicut quatuor flumina exibant de Paradiſo, vt orbem irrigarent. Sed quo in loco poſitus ſuum præcipue ruit fontem, & in homines aquas transfudit? Et ſi vbique tamen in Cruce pendens fontis perennis patefecit arcana,& per tot ferè aquę ductus, quod vulnera recepit; ſanguinem effudit, vt animas fidelium irrigaret. Ideo ſubiunxit: *Dixi rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum*. Duo mihi in his verbis notanda videntur; priorum ly *hortum*, quem rigare dicit; ſecundum, ly *prati mei*, cuius fructum inebriare promittit. Quid ergo per hortum ſignificare vult? Eccleſiam, ſeu cætum fidelium, hortum iam populi iuſti, & ſancti, quem è toto Mundo colendum delegit, ſignificare fateor, omniaq; in horto ſcilicet Eccleſia plantauit, & aſſidua irrigatione gratiæ viſitauit, & viſitat quotidie, ne aridi, & ſteriles fiant: Ideo dixit. *Rigabo hortum meum plantationum*, vbi ex Hebræo legitur: *hortum meum optimum*, alij, *eximium, & egregium*, quæ omnia Eccleſiæ Sanctæ conueniunt.

39 Sequitur. *Et inebriabo prati mei fructum*.

Religio in horto hoc eſt in Eccleſia eſt aureola.

Pro intelligentia huius ſententiæ notandum eſt,quod ſicut in hortis ſunt aureolæ quædam efformatæ in circulos, vel forma quadrata, atque laterculis circumſcriptæ; ita in Eccleſia, quam hortum vocat, ſunt aureolæ, ſcilicet varij fidelium ſtatus, & gradus, & inter tot aureolas iuſtorum, illa, quæ magis eminet, eſt religioſorum aureola; quam non ſolum rigare, vt de horto dixit; ſed inebriare promittit, quia cuilibet Religioſorũ aureolæ, hoc eſt Religioni ſpecialibus fauoribus, & gratijs ſubuenit; ita, & taliter quod eam inebriare videatur, tanta aquarum abundantia, & beneficiorum copia. Ad cuius rei euidentiam Tigurina vertit hunc textum dicens: *Horto meo eximio potum dabo* (accipe lector hic Eccleſiam per hortum,) & poſtea ſequitur: *Iuſtamque meam aureolam irrigabo*. Per iuſtam aureolam quis prohibet pro nunc intelligere Religionem, quam Chriſtus videtur delegiſſe ex communi horto, ſcilicet Eccleſia; quæ quidem licet iuſta ſit, tamen hortum iuſtum non appellat: fortaſſe non quia Eccleſia Sancta, & Catholica nõ ſit,ſed quia, ſicut in horto vltra flores, etiam ſpinæ,& vrticæ reperiuntur, ita ad Eccleſiam pertinent etiam peccatores, quos vt conuertantur ſemper irrigat. Sed aureola Religioſorum iuſta dicitur,quia nec dum inter peccatores,verum etiam inter ſæculares iuſtos, vt ſupra diximus Religioſi florent ſicut lilia inter ſpinas; Imò Syrus aliquid amplius inſinuat dum eundem textũ legit: *Rigabo hortum meum, & inebriabo cubilia mea*; Certum eſt apud hortolanos aureolam vocari etiam lectulum, ſiue florum, & aromatum cubile, vt docet cum alijs Rabanus. Cum autem ſapientia dixerit ſe tramitem eſſe aquæ immenſæ, manifeſte oſten-

didit diuinitatem, quæ ex patre fluxit in Filium, ſuo modo ex Filio fluere in Eccleſiam, & abundantius, atq; ſplendidius in Religionem; quia hæc continet flores, & aromata: illa verò dicitur hortus plantationũ, vbi veluti plantæ plantantur fideles de quibus Dauid. f *Plantati in domo domini, in atrijs domus, Dei noſtri florebunt*.

f *Pſal.* 91. 14.

40 Sed huius horti nobilior pars eſt aureola, quia, & nobilior Eccleſiæ pars eſt Religio, cui adaptari poteſt, illud ex Canticis. g *Pulchra es amica mea ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem*. Vbi Syrus legit: *Pulchra es ſecundum meum beneplacitum*; quia verè ſibi ſpecialiter gratus eſt cætus Religioſorum, rectè ordinatus, vt terribilis caſtrorum acies: Siquidem Religioſi milites ſunt ſub vexillo Sãctæ Crucis militantes, rectè diſpoſiti ad profligandos viſibiles; & inuiſibiles eiuſdem Sanctæ Crucis hoſtes, tuæti tamen eiuſdem Crucifixi auxilio à quò pulchritudinem, æque, ac robur, & fortitudinem recipiunt. Vnde Sanctus Anſelmus dicebat: *Terribilis es, quia in te milito, & tu militas in ſeruitio meo, ſicut in caſtris militatur, & erordinata per inſtitutionem*. Ecce quam bene inſtituta Religio exprimitur.

g *Cap.* 6. 3.

Imò, vt Hugonis de Sancto Victore verbis vtar. *Religio ſuauis eſt hominibus, decora numinibus, terribilis Dæmonibus. Quare? quia ambulat, vt caſtrorum acies ordinata, non diſſipata per inuidiam, ſed conſtipata per charitatem. Acies eſt per conuentum, caſtrorum per procintum, ordinata per conſenſum. Conuentum facit pœnitentia, procintum ponit vigilantia, conſenſum præbet concordia*.

Quadra etiam Religioni Chaldaica verſio, quæ ſic habet: *Quam pulchra es tu dilecta mea, in tempore, quo vis facere voluntatem meam Pulchra eſt domus Sãctuarij, quam ædificaſti mihi ſimilem priori domui Sanctuarij, quam ædificauit mihi Salomon Rex Hieruſalem, & terror tuus fuit ſuper omnes populos; in die quo ambulauerunt vexilla tua per deſertum* Si vis per dilectam, quam alloquitur intelligere Eccleſiam, dare videbis Religionem eſſe domum Sanctuarij ab ipſa ædificatam, cum ſine ſummi Põtificis auctoritate, & facultate nequeat inſtitui religio; at verò inſtitutæ iam Religiones, dicuntur vexilla Sanctæ Crucis per deſertum ambulare, quia religioſi talibus vexillis armati vertunt in fugam, terrenque inimicos omnes. Confirmat hanc veritatẽ de Ponte in Cantica h dicens: Elucidabitur hoc amplius ſi hanc laudem aptemus congregationi Religioſæ, quæ inſignis eſt Eccleſiæ pars, & per comparationem ad cæleſtem Hieruſalem optime declaratur, vt egregiè docet D. Baſilius i de Religioſis loquens in hunc modum. *Ad horum tam præclari negotij magnitudinem exprimendam; quæ ſatis idonea inueniri in terris ſimilitudo poſſit? ſed ea in terris nulla eſt, ſola caleſtis relinquitur*. Merito ergo de illa dicitur, quod ſit, *pulchra ſuauis, & decora ſicut Hieruſalem*. Et merito dicemus intra hortum Eccleſiæ, aureolam eſſe flores, & aromata continentem.

Religio eſt domus Sãctuarij Dei.

h *Cap.* 6. *Exod.* 1. 5. 4.

De Conſtitut. monaſt. cap. 19.

41 Supereſt declaremus vltima illa verba ſecundum Syri trãſlationẽ ſcilicet, *Et inebriabo cubilia mea*. Res quidem ponderatione digna eſt quod vbi Tigurina reperit, *aureolam*, ibimet repererit Syrus, *cubilia*; & iſte pluraliter legat, quod ille ſingulariter expreſſit. Sed mirum non eſt, nam cum agitur de aureola non plures dicuntur, ſed vnica, licet in plures diuiſa; quia vna eſt Religio, vnitate vltimati finis; cuius aureolæ, nempe Religionis ipſe ſponſus Chriſtus eſt primus auctor, & inſtitutor veluti aureolæ colonus, ideo vnam inebriandam expreſſit Tigurina. At verò Syrus, qui illud idem verbum, quod aureolam traduxit Tigurina; etiam cubile ſignificare nouit; aduertens plura non vnum eſſe Chriſti cubilia; *inebriabo*, dixit, *cubilia mea*.

Sed dices quæ nam ſunt iſta cubilia? faciliter Reſpondeo eſſe Crucem Sanctam, & Cruciformem Religionem, & tam Crux, quam Cruciformis Religio, à Chriſto crucifixo propria cubicula ſua appellantur. Quod autem Sãcta Crux lectulum ſeu cubile dicatur; patet ex Canticis, k vbi loquitur ſponſa, dicens. *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie?* Cum in meridie crucifixus ſit Dominus, certum eſt Sanctam Crucem fuiſſe fidelibus aduerſus omnes tentationum, & tribulationum æſtus, fidum vmbraculum, atque ſolatium; quæ ergo anima deuota configurari optat Chriſto crucifixo, & eiuſdem Crucem ferre: Quærit; quomodo Chriſtus in meridie, nempe inter feruentes dolores, tormentorumq; æſtus in duro Crucis lectulo cubuerit, vt ei confirmis fiat: aut quomodo mortis loculum, lectulum appellarit? Sed verè, & optimè Crucis lectulum ad quieſcẽdum per ſomnum mortis eligit; vt teſtatur ipſe ore Dauidis. l *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi*. Vbi vocat ſuam mortem dormitionem; cum ergo dormierit in Cruce, Crucem pro lectulo recepit. Et Cruci ſapienter adaptatur nomen lectuli Salomonis, quia nullibi Chriſtus fuit magis Salomon, quàm in ea, ſi quidẽ, vt dicit Apoſtolus ad Coloſſenſes: m loquẽs de ſanguine effuſo in Cruce: *Per ſanguinem Crucis eius: pacificans omnia, quæ in terris ſunt, & quæ in Cælis*. Hunc lectulum ambierunt fortes mundi potentes ad malum, diri Chriſti perſecutores, qui, & per irriſionem dicebant: *En lectulum Salomonis*; ideſt, En qualem lectulum ſortitus eſt; *Rex Iudæorum*, qualis fuit corona ſpinea, & ſceptrum arundineum, talis eſt etiam Regius Crucis lectulus.

k *Cap.* 1. 7.

Crux Chriſti lectulus, & Religioſorum.

l *Pſal.* 3. 6.

m *Cap.* 1. 20.

42 Hic Crucis lectulus poſtquam in eo Chriſtus dormierit, factus eſt iuſtis omnibus, & præcipuè Religioſis, floridus, & ſuauis; magna enim fortitudine, Crucem amplectuntur, & in lectulo tribulationum requieſcunt dicentes cum Paulo. n *Placeo mihi in infirmitatibus meis in contumelijs, in neceſſitatibus, in anguſtijs pro Chriſto*; & alibi, o *Abſit mihi gloriari niſi in Cruce Domini mei Ieſu Chriſti*. Religionem ergo ad exemplar Crucis affectam Chriſti vocemus lectulum. Sic eam appellauit D. Bernardus expendens illa verba: *Lectulus noſter floridus*; dicens. p *In Eccleſia lectulum in quo quieſcitur clauſtra exiſtimo eſſe, &*

n 2. *Cor.* 12. 10.
o *Ad Gal.* 6. 14.
p *In Can.* 1. 16.

Digitized by Google

ſe, & monaſteria in quibus quiete viuitur à curis ſæculi, & ſollicitudinibus vitæ. Atq; is lectulus floridus demonſtratur cum exemplis, & inſtitutis patrum, tanquam quibuſdam bene olentibus reſperſa floribus fratrum conuerſatio, & vita refulget.

Et iure quidem Religionem, quæ Cruciformis eſt lectulum ſeu Chriſti cubile dicimus eſſe; vbi Religioſi Chriſto confixi Cruci ſunt, & ſuo ibi amore à cupiditatibus ſæculi alienati
q *In Pſal. 118. 28.* quie ſunt. Auoco hic Ambroſium, q qui legit: *Alienatio noſtra opaca*. Tria per eam denotari cenſet, ſcilicet Chriſti gratiam, Crucem, & ſpem futuræ gloriæ; quæ in religione ſummopere reperiuntur: nam quod adſit gratia vocationis certum eſt; quod pœnitentiæ Crucem contineat, nemo negabit; & quod vigeat in ipſa ſpes æternæ gloriæ, ſit profitentibus notum, cum eorum cuilibet profitendo dicatur: *Si hæc obſeruaueris vitam æternam tibi promitto*. Et hæc omnia quaſi vmbra ab æſtu tentationum nos protegunt. Vnde Ambroſius, ait: *Merito opacam ſignificat acclinationem: quia in Eccleſia conſtitutos virtus obumbrat altiſſimi &c. Hanc vmbram ſpiritalis miniſtrat gratia, torrida ſæculi huius, & Mundi æſtiua fugientibus. Opaca igitur reclinatio Chriſti, & Eccleſiæ ſunt, quibus Dei Patris æterna illa requies aſpirat. In hac ergo requieſcamus vmbra peccatorum noſtrorum æſtibus fatigati: Si quos adußit libido, Hos Domini Crux refrigeret in qua ſe reclinauit, vt noſtra delicta ſuſciperet. Si quos culpa laxauerit, hos Ieſus gremio ſuſcipiat ſuo, & molli foueat amplexu.*

43 Vnum tamen remanet dubium neutrum cubile poſſe verè cubile dici, nec floridum lectulum; quis enim floridam accubationem in Cruce dixerit, vel quis in ea quieſcere quiuit? vbi pedibus, manibuſq; dilaceratis, capite ſpinis perforato; corpus non habebat ad quieſcendum aptum, quin potius inter exceſſiuos dolores, & ignominiarum incremētum inter rugientes Leones, qui ore, & vngulis corpus dilacerarunt, nō cubauit ad quieſcendum, ſed potius ad patiendum vigilauit. Sic pariter in Cruce Religionis non quieſcere videmus Religioſos, cum in ea ſint continuæ pœnitentiæ, ieiunia, flagellationes, perpetua à carnibus abſtinentia, orationes, contemplationes, & cætera huiuſmodi, quæ potius vigilare, quam dormire permittunt; quare nec in nobis Chriſtus, nec nos in Chriſto cubamus: Vnde non cubilia dicenda ſunt, quin potius dura ligna ad pœnitendum eſſe probibentur.

Verum in ordine ad corpus licet ita ſint; tamen in ordine ad ſpiritum Crux, & Cruciformis Religio cubilia ſunt ad cubandum, & quieſcen dū: tunc enim ſpiritus quieſcit, cū id obtinet, quod optat, iuxta illud Salomonis dictum
r *Prouer. 13. v. 12.* r *Spes, quæ differtur affligit animam: lignum vitæ deſiderium veniens:* Chriſtus enim vehementer deſiderabat cubile Crucis, cuius dilatio ſpiritum torquebat; vt ipſemet dixit. ſ
ſ *Luc. 12. 50.* *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur*. Baptiſmum mortem ſuam vocat, & coarctabatur ad perficiendum illud quaſi diceret laboro, & anxius ſum, quouſq; in Cruce percutiatur ſilex corporis mei, & fonte ſanguinis mei baptizer. *Laurenti Sācti optata poſſit.*
Hoc ipſum optabant, qui Crucem ferentes, in ea, vt quieſcerent, anhelabant. Inde eſt quod Sanctus Laurentius ad Valerianum Imperatorem oſtendentem ei, & minantem ignes, rotas, ſcorpiones, & beſtias; dicebat: Hanc *menſam appeto, hanc ſitio. Non eſt famelicus, qui eſcam, nec ſitiens, qui potum deſideret tam auidè, quam ego hæc omnia tormenta ambio, & ſitio, vt amorem amori, dolorem dolori, mortem morti, rependam Chriſto meo*. Et S. Vincentius ad Dacianum, dicebat: *Nemo mortalium maius beneficium mihi contulit, quàm tu, qui me torques, & crucias, quia quot me tormentis afficis, tot coronis martyrij me exornas*. Et ad carnifices, aiebat: *Quam eſtis deſides, quàm imbecilles Putabam vos longe eſſe fortiores. Et ego plura pati deſidero, & veſtros ictus longe exupero*. Similia fuerunt verba, & clamores, aliorum plurimorum Martyrum, ex deſiderio moriendi pro Chriſto, vt ſecum perpetuo quieſcerent. *S. Vincentij animoſitas in patiendo.*

44 Addo, quod in ipſa morte Crucis, ita ad inſtar Chriſti delectabātur Martyres, vt tunc quieſcere viderentur, quando grauiſſima ſupplicia patiebantur. Quod forte ſequentia Salomonis verba oſtendunt; nempe: *Lignum vitæ deſiderium veniens*. Quod ſeptuag. tranſtulerunt. *Arbor vitæ deſiderium bonum*, ideſt qui bene deſiderat, cupit amplexari arborem vitæ, ſcilicet Crucem, quæ vt alibi ſæpè dicemus, arbor vitæ dicitur; quam cum amplexatus quis fuerit, tanta ex illa accedit voluptas, & gaudium, vt quemadmodum arbor vitæ ad iacturas æui, ac ſenij inſtaurādas vim habuit, ſic debilem animum, laboribuſq; affectum reficit, confirmat, & corroborat.

Sed eiuſdem textus partes, ad duo bona temporalia ſcilicet, & æterna applicat Rodulphus, & benè; nam illa ſpes, quæ differtur affligit animum qua ſæculares bona caduca ambiunt, & inde ex dilatione conſequutionis, quaſi in morbum incidunt caducum, & miſeri paulatim in baratrum præcipites ruunt. Ob eam ſane cauſam eiuſmodi ſpem ſæpius Patres caducam appellant. Sic Sanctus Ambroſius. t dicens: *Spes humana caduca, & fragilis*. Et Auguſtinus u ait: *Heu ſpes caduca mortalium? Speras in pecunia, ſperas in honore, & ſublimitate aliqua poteſtatis humanæ ſperas in aliquo amico potente: In his omnibus cum ſperas, aut tu expiras, aut cum viuis omnia pereunt in ſpe tua, tum & ipſe deficis, & cadis*. *Spes humana fragilis.* t *Lib. 2. de Cain, & Abel.* u *In Pſal. 30.*

Cumq; iis omnibus vale dixerint religioſi, ſpemque ſolum ad immortalia bona collocarunt, eoque cum per varias tribulationes, & per Crucem conſequi oporteat: Hoc erit eis lignum vitæ, & deſiderium veniens; nam æterna bona dum ſperātur magna ex parte tenentur, nec affliguntur propter ſpem æternorum; Sed potius ex dilatione Crucis, in qua propter illa bona acquirenda morientur; eriguntur, & ſolantur, nec ſibi mala videntur, quæ hic patiuntur. Ideò Gregorius Magnus dixit: *Spes in æternitatem animum erigit: idcirco*

Digitized by Google

circo, nulla mala exterius, quæ tolerat, ſentit. Et Origenes x ait: *Futurorum ſpes laborantibus requiem, & ſolatium parit, ſicut in agone poſitis dolorem vulnerum, mitigat ſpes coronæ.*

x Hom. 9. in Exodũ.

CAPVT VII.

Applicantur ſupradicta glorioſo Patri Franciſco de Paula.

45 DIximus lectulum Salomonis Crucem figuraſſe; ſed quærendum occurrit, cur tantum ſexaginta fortes illum ambiant? Sed reſponſio in promptu eſt, & clara; quia ſcilicet non omnibus datur iuxta lectum Crucis commorari, Dei enim gratia eſt, & donum ſpeciale, ſicut ad Philippenſes, ait: a *paulus vobis donatũ eſt pro Chriſto; non ſolum, vt in eum credatis ſed vt etiam pro illo patiamini.* Et ex ijs fortibus, qui ad inſtar Deiparæ ſtant, iuxta lectulum Crucis Ieſu, fuit Sãctiſſimus Patriarcha noſter Franciſcus, cui non ſolum datum fuit à Deo commorari iuxta Crucem, ſed etiã pro ea longum ferre martyrium perſecutiones pati, domare carnem mundiq; blandimenta contemnere. En vos ſub Cruce ipſum commorantem, & veluti quieſcentem in principio depictum aſpicite, ſi non aſpexiſtis Frãciſcum: ibi enim ineſtimabiles Crucis diuitias, æternã requiem, & regnum, quod per illam obtinebatur, ideſt, & immenſam charitatem Regis cubantis, & quieſcentis in ea contemplabatur: gladios habebat in manibus, vt inimicos Crucis fugaret; operibus comprobabat, nihil melius ſibi eſſe, quam Chriſto eſſe confixum: Enſem ſuper femur habebat, quia per ſpõtaneam carnis macerationem, & mortificationem, continuis ieiuniis attritus, *nunquam à laboribus ceſſabat, niſi cum orationi, diuiniſq; rebus intendebat*, ſe ad Crucẽ præparabat, vt Chriſto crucifixo conformis fieret, ac ſemper lætus apparebat, & cum Apoſtolo dicere poterat. b *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.*

a Cap. 1. 24.

b 2. Cor. 1. 4.

46 Videtur mihi Franciſcus ad pedes Sanctiſſimæ Crucis, tantæ paſſionis pius contemplator effectus, vt ſit quaſi Ceruа gratiſſima; cui ore Salomonis dicebatur à Spiritu Sancto. c *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.* Cerua gratiſſima ad bibendum inuitata; Franciſcus eſt, qui inuitatus cucurrit, ſed ad ciſternam, non qualem peccatores ſibi ipſis ædificant, vt dictum eſt ſupra, ſed ad illam, quæ eſt ipſemet Chriſtus, quique puteus, & fons dicitur. Illi, quia ſeparati per peccatum viuunt à Deo, & Chriſto, qui eſt omnium bonorum fons, & origo, aquas mortuas non viuas in ſuis ciſternis quærunt. At Franciſcus viuarum aquarum irrigatione indiguus ad veram ciſternam, fontem, & puteũ, ſcilicet Chriſtum crucifixum ſe contulit, vt anima eius ex aqua diuina bibens dulces proferret fructus, & ſuaueolentia ſpiraret aromata. Et quia Chriſtus eſt puteus altus, & profundus, qui multas continet aquas permanentes, & conſiſtentes, & prius quam eas effuderit, oportuit ad inſtar putei, qui vt pateat ad hauriendas aquas, neceſſe eſt, vt multo labore cauetur, molliſq; terra, ſeu arena foras eijciatur donec ad profundum deueniatur vbi fons perennis aquæ manabat; ſic & Chriſtum excauari oportuit lãcea, & clauis, vt per quinque ora, puteus omnibus pateret, vel quaſi ad quinque vaſa cæleſti liquore plena accurrerent omnes ad bibendum. Ideò tanquam ſibi dictum ly. *Bibe aquam de ciſterna tua:* quod ſeptuag. tranſtulerunt; *de tuis vaſis,* accurrit Franciſcus cum Eremum petijt, & Crucifixum amplexus, tantum cæleſtis aquæ bibit, tantaq; gratia repletus fuit, vt omnia terrena per abnegationem ſui proijceret, & crucifixo mente, & corde totus inhæreret.

c Prouer. cap. 5. v. 15. 16. 17.

S Franciſ. laudes.

47 Sciebat enim Franciſcus conuerſationem hominum, ſæpè animam lædere: Ideò adoleſcens factus mundum deſerere conſtituens, petijt antra deſerti, ne leui quidem (ad inſtar Ioannis) maculare vitam famine poſſet: nec mirum, cum à Chriſto per Euãgeliſtam Marcum audierit: d *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum;* optime quidem ad deſertum inuitat, vt ibi ſecurius quiſq; viuat, quia efficaciter in deſerto ſpiritualia bona aſſeruantur: non ſic in Mundo de quo loquens Gregorius Nazianzenus, ait: *Eſſe forum vitiorum ſcholam, cum in eo cathedræ reperiantur, in quibus vitia docentur, virtutes extirpantur, & omnes perditioni incumbunt.* Vnde in Pſalm. 82. cuius initium eſt, *Deus, quis ſimilis erit tibi.* Agit Dauid de peſſimo fine illorum, qui iuſtos perſequuntur, & in quarto verſu ait: *Super populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos;* ex Hebræo alij legunt: *aduerſus abſconditos tuos,* ideſt *quos abſcondis ab hominibus, ne ſint eis in direptionem.* Vt innuat in eo videri impietatem hominum aduerſus populum ſcilicet ſanctos, & abſconditos Dei; cum vnum, & idem ſic dicere, populum Dei, ac ſanctos, & abſconditos Dei; ipſe enim abſcondit ſeruos ſuos ab hominibus, ne bona ſpiritualia eis conceſſa rapiant, aut obicem ponant, ne maiora recipiant.

d Cap. 6. 31.

Solitudo ſummè amabilis, & quare.

Pſal. 82. 4.

Factum, quod legitur in libris Regum, e veritatẽ hanc oſtendit; ait enim textus: *In tempore illo miſit Berodach Baladach filius Baladan Rex Babyloniorum litteras, & munera ad Ezecchiã: audierat enim, quod ægrotaſſet Ezecchias. Lætatus eſt autẽ in aduentu eorum Ezecchias, & oſtẽdit eis domũ aromatũ, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoque & domum vaſorum ſuorum, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis. Non fuit quod non moſtraret eis Ezecchias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua.* Quapropter Iſaias contra ipſum prophetauit dicẽs: Audi ſermonem Domini; f *Ecce dies venĩet, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & quæ conciderunt Patres tui vſque in diem hanc in Babylone non remanebit quidquam ait Dominus.* Bona tua ò Ezecchia Babylonijs inimicis oſtendiſti, ne mireris, ſi ab iiſdem ablata fore præ-

e 4. Reg. 20. 12.

f Eod cap. Reg. v. 17.

Digitized by Google

Prænunciauerit Iſaias: Nam vt D. Gregorius ait: g *Depredari deſiderat, qui Theſaurum Publicè portat in via.* Et eo modo eueniſſe ſcimus quomodo prænunciatum fuerat: redeuntes.n. nuncij per totam Babyloniæ Vrbem diſſeminarũt ſe immẽſos Ezecchiæ theſauros vidiſſe, quare cupiditate accenſi cõciues de illis ſurripiẽdis ex cogitárũt, copijſq; adhibitis Hieruſalẽ aggreſſi ſunt, & ita deſpoliauerũt eam, vt nihil de theſauris, quos Rex oſtẽdit reliquerint, nec aliud quidpiam ex aliunde non viſis. Hac ratione Sãcti ne à Babylonijs mundi furentur, abſcondunt ſe, & ſpiritualia bona ipſis à Deo conceſſa in ſolitudine in qua (quia ibi Spiritus Sanctus ſemper aſſiſtit, teſte Chriſomo, qui ait: *Spiritus Sanctus propriam ſedem habet ſolitudinem.*) Semper creſcunt in donis, quæ antea acceperunt, & alia de nouo recipiunt.

g *Hom. 1. in Euãg.*

48 Hinc naſcitur diſparitas inter Sãctos Dei, & Sanctos Mundi; Hos habere gloriatur Mundus, ac omni ſtudio procurat, vt in vrbe videantur opulentes, ſplendidi, & publicè vitioſi; è contra illos abſcondit Deus in ſolitudine, eoſque illic alloquitur, & ſolatur. Sit nobis exemplum ille Ioãnes, quem cum ſuum præcurſorem feciſſet Dominus, duxit in deſertum, vt ibi abſconditus ab oculis hominum cæleſti doctrina nutritus ad tale officium idoneus fieret. Ideò vt ait Euangeliſta. h *Factum eſt Verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* Res mirabilis quidem, Ioannes in vtero matris gratia repletus, & prius ſanctificatus quã natus, citius, quàm potuit deſertum petijt, ita vt de ipſo canat Eccleſia: *Antra deſerti teneris ſub annis, &c.* Et quare ò magne puer? non alia ratione, niſi vt ab hominibus ſuæ ſanctificationis, & gratiæ theſaurum abſconderet, atque Deo ſolùm viueret, qui diuinitatis eius Filij teſtis futurus erat. Ideo Rupertus Abbas ait: *Ne oculi viſuri præſentiam veræ lucis quidpiam haurirent de concupiſcentia carnis; nec digitus, qui monſtraturus erat agnum Dei aliquid tangeret de maſſa picis coinquinantis, & pulchritudo oris eius à quo audiendum erat primum verbum gratiæ aliquo modo defloreſceret.*

h *Luc. ca. 3. 2.*

Ioannes in deſerto.

49 Ecce Franciſcus ad Ioannis inſtar, vix tertium decimum attingens ætatis annum, *ne leuiſ ſaltem maculare vitam famine poſſet*, ducente Spiritu Sancto ſeceſſit in eremum: vbi de ciſterna corporis Chriſti, de puteo lateris, & de vulnerum vaſis ſui dilecti Crucifixi, quæ inter bracchia tenens, ſæpe ſæpius deoſculabatur, nec ad aliud quidpiam intra cauernulam, quam ſibi in quadam Eremi parte confecerat, abſconditus vacabat, niſi ad contemplationem paſſionis, & ad hauriendam ex vulneribus aquam: ac ferè cum Regio vate dicebat. i *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Sed cur Sanctiſſime Pater quaſi ceruus curris ad aquam, ſi die, noctuq; crucifixi vulnera oſculando, continuis lachrymis eadem vulnera rigabas, vt dicere poſſes cum eodem Dauide: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte.* Vbi adſunt lachrymæ adeſt humiditas; vt ex recta philoſophia didicimus: etenim relictis cauſis extrinſecis vt fumus, &c. flemmata cerebri dant pro intrinſeca cauſa, quando ex ignitis ſpiritibus ex corde ad cerebrum aſcendentibus, liquefiunt: Hinc, & cor lachrymantis refrigerium recipit; nam illis immiſſis à quibus calore fatigabatur, per ſucceſſiuam aeris frigidi reſpirationem alios ſpiritus refrigerãtes acquirit, & quieſcit. Ideò Dauid dicebat: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.* Si ergo lachrymæ ex abundanti humore, & frigida complexione procedunt; Cur Franciſcus ad inſtar Cerui aquam quærit? quærat, cui lachrimæ deſunt; quia illi deeſt & aquarum copia. Qua ratione dicebat Hieremias propheta. k *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei.* Iuſtè ad plorandum aquam quærit. Sed Franciſcus, qui velut alter Dauid, continuo plorabat, aliunde aquis non indigebat; & nihilominus exclamans dicebat ſemper: *quemadmodum deſiderat ceruus ad fontem aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.*

Frãciſcus ſeceſſio in Eremum.

i *Pſ. 41. 1.*

k *Cap. 9. 1.*

50 Rectè quidem ſolatur lachrymis Franciſcus, ſed per eas ſitim minimè extinguit, quin potius per eas maiori ſiti affectus, alias rurſus exoptat. Cum non minus ſitim afferant potatæ cæleſtium bonorum aquæ Franciſco, alijſq; iuſtis, ac afferunt aquæ bonorum temporalium, ſemel, aut ſæpe bibentibus; ſed iſtæ torquent ſitientes, vt aſſeruit Iuuenalis, dicens.

Interea pleno cum turget ſacculum ore
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Sed aquæ cæleſtium bonorum delectant quidem, & maiori impulſu ſitim accendunt; & ad alia maiora accipere anhelant. Ideò ſemper cum Dauide lacrymabatur Franciſcus, & fontem, vt ceruus deſiderabat, Et quaſi cum Auguſtino l nobis dicere videbatur, vt ad eundem fontem curreremus: *Eia fratres auiditatem meam capite, deſiderium hoc meum communicate, ſimul amemus, ſimul in hac ſiti exardeſcamus, ſimul ad fontem intelligendi curramus. Deſideremus ergo velut ceruus fontem.* Et inferius. *Curre ad fontem deſidera fontem ſed noli vt qualecunque animal currere, vt ceruus curre: Quid eſt, vt Ceruus? Non ſit tarditas in currendo, impigrè curre, impigrè deſidera fontem.* Quaſi diceret fratres mei, qui mecum veniſtis ad ſanctum Religionis viridarium, effecti iam in eo veluti areolæ florum, & aromatum, ne vnquam areſcant flores currite ad fontem & dicite: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Seu cum Hieronymo, qui legit: *Sicut areola præparata ad irrigationes aquarum, ſic anima mea præparata ad te Deus.*

Sitis ſpiritualis delectat, & non extinguitur è contra carnalis.

l *In Pſal. 41. 1.*

51 Sequutus ergo Franciſcus Salomonis conſilium de ciſterna, & puteo corporis Chriſti crucifixi, ita abundanter bibit, vt tali potu recreatus, non ſolum Cruciformis, ſed in vita Chriſti, quem continuo aſpiciebat confor-

mis

Digitized by Google

mis effectus videbatur. Ad cuius rei explicationem, expendamus verba Pauli Apoſtoli dicẽtis: m *Nos verò reuelata facie gloriā Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu.* Filij Iſrael aſpiciebant velatam faciem Moyſi velamine poſito in ſignum, quo media veteri lege à longe Chriſtum aſpiciebant, qui non per aquam, tantum, vt Moyſes cum liberare voluit populum à ſeruitute Pharaonis, ſed per aquam, & ſanguinem, vt totum genus redimeret humanum. Cumq; iam venerit ablato velamine, nos per fidem aſpicimus, & in eandē imaginem transformamur. *Nos autem omnes,* (ait Vatabus) *retecta facie gloriam Domini in ſpeculo inſpicientes eadem imagine donamur à gloria eius in gloriam, ſicut eſt ea, quam à Domini ſpiritu accepit: ideſt aſpicientes in Chriſtum per viuam in ipſum fidem metu non afficimur, vt qui ſplendorem Moſaycum aſpiciebant, vt in ſpeculo in ſplendenti, nouam formam accipere ſolemus, ſic formam accipimus. Similem ei, quā accepit à Deo, ideſt Deo efficimur ſimiles exemplar quoddam diuinæ iuſtitiæ, & æquitatis eius reddimur.* Quid pulchrius, & clarius dici poterit; & hoc perbellè adaptatur noſtro Franciſco, qui in Chriſtum crucifixum iterum, & denuo reſpiciens, ita imaginem Crucis in ſemetipſo impreſſit, vt conformis illi per compaſſionem vulnerum Ieſu Chriſti crucifixi, & dolorum quos in Cruce paſſus eſt, imitator effectus, Crucem ſuam quatuor angulos habentem, videlicet quatuor vota, efformauerit. Imò ſicut in Chriſto, ex ſplendore diuinæ gratiæ (hoc eſt à gloria) & ex claritate diuini ſpiritus fuit quædam Dei efformata imago, (hoc eſt in gloriam) ita Franciſcus Chriſtum aſpiciens crucifixum; ſicut formatur imago ſe in ſpeculo aſpicientis, ita ipſius crucifixi imaginem in ſe formauit.

m 2. Cor. 2. 18.

Franciſcus trāſformatus in Cruce.

52 In cuius rei cōfirmationem ſubiunxit Salomon. n *Cerua chariſſima, & gratiſſimus hinnulus, vbera eius inebrient te in omni tēpore, & in amore eius delectare iugiter.* Si Franciſcus bibit iure vocatur *Cerua chariſſima:* vel vt ex Chaldæo legitur: *Cerua amoris.* Quare pro intelligentia notandum eſt, quod qui ſunt filij Dei per gratiam formant in ſe Chriſtum ideò dixit Paulus. o *Filioli, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis.* In hac ſpirituali parturitione præcipuus parturiēs Chriſtus eſt, qui ſibi ſimiles filios parit. Paulus etſi tanquam concionator, dicat ſe eſſe ſimilem parturienti, quando cum alijs Apoſtolis concionando, *in omnem terram exiuit ſonus eorum:* vnus tamen erat parturiēs Chriſtus crucifixus, plures erāt, vt Ceruæ parturientes, ſed crucifixum vbiq; ſonabant. Nam, vt ait Rupertus. p *Totus ſonus eorum clamor erat Ieſus clamantis in Cruce, & inuitantes, vt omnes ſitientes venirent ad aquas, & accipere gratiam properarent.* Prædicantes ergo Apoſtoli, & clamantes, ac rugientes non eorum propriam in ſe, ſed Chriſti crucifixi, quem prædicabant, ſimilitudinem efformabāt. Et ex eodē a Paulo in eadem Epiſtola dictum Galatis habemus. q *O inſenſati Galatæ quis vos faſcinauit, &c. ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus. Taxat eos* (dicit Chriſoſtomus) *quod quem eo prædicante viderant pro ipſis nudari, colaphis cædi, affigi clauis, conſpui, aceto potari, accuſari à latronibus, lancea vulnerari* (*nam hoc omnia ſignificauit dicendo; præſcriptus eſt in vobis crucifixus*) *eo deſerto nihil cruciatus illos reueriti ad legem currebant.* Igitur Reprehenſione dignos Paulus reperit Galatas, quia ante oculos præſcriptum habebāt Chriſtum crucifixum, nec curabāt omnem habere compunctionem cordis, vt ſic ex inſpectione, & compaſſiuo Crucis dolore, conciperent Chriſtum, ac proinde ad ceruarum inſtar parturire Satagebant, & imaginem in ſe efformabant. Verum ſuperueniente faſcino in eis, reuerſi ſunt ad vomitum. Hieronymus r adducens illud ſapientiæ. ſ *Faſcinatio malignitatis obſcurat bona;* aliaque ſcripturæ loca permiſſa; ait: *Quibus exemplis docemur; quod vel inuidus aliena fælicitate crucietur: vel is in quo bona ſint aliqua alio faſcinante, ideſt inuidente noceatur. Dicitur faſcinus propriè infantibus nocere, & ætati paruulæ, & ijs qui nec dum firmo veſtigio figunt gradum. Vnde, & quidam de gentilibus;* (Virgilius Eglog. 3.) *Neſcio, quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Nūc ex opinione vulgi ſumptū putamus exemplum, vt quomodo tenera ætas noceri dicitur faſcino: ſic etiam Galatæ in Chriſti fide nuper nati, & nutriti lacte, & non ſolido cibo, veluti quodam faſcinante ſint nociti, & ſtomacho fidei nauſeante Spiritus Sancti cibum euomuerint.*

n v. 19.

o ad Gal. 4. 19.

p *In cap. 10. Ioan. Matt. 27.*

q Cap. 3. 1

Faſcinatio quid ſit.

r *Lib. 1. in hūc locum.*

ſ 4. 12.

53 Ideo ſequenti capite ſubiunxit Apoſtolus; *Filioli; quos iterum parturio,* quaſi diceret; peperi vos Chriſto, ſed eius imaginem faſcino in vobis ſuperueniente deletam aſpicio: Quare, rugiens laboro, vt quaſi Cerua iterum vos Chriſto parturiam, efficiamque vos gratiſſimas ceruas, quæ concipientes per verbum vobis prædicatum pariatis, & vos expreſſam Chriſti crucifixi formā, (*donec formetur Chriſtus in vobis.*) Etenim conceptus æternis ſæpe imaginibus conformatur. Et Paulus ad id alludere videtur, quod in conceptu accidere ſolet. Multa exempla congerunt auctores de matribus, quæ aſpicientes aliquas res, aut imagines in conceptione fœtuum, de facili eos pariunt ſimiles rebus viſis. Sed accipe mi lector pauca; & primum ſit ex Hieronymo t qui ait: *Nec mirum hanc in conceptu fœminarum eſſe naturā, vt qualem cōſpexerint, ſiue mente conceperint in extremo voluptatis æſtu, quo concipiunt ſobolem talem procreent, cum hoc ipſum in equarum gregibus etiam apud Hiſpanos dicatur. Et* Quintilianus *in controuerſia, qua accuſatur matrona, quod Æthyopem peperit, pro defenſione illius argumentatur, hanc conceptuum eſſe naturam, quam ſupra diximus. Et ſcriptum reperitur in libris* Hippocratis, *quod quædam ſuſpitione adulterij fuerat punienda, cum pulcherrimum peperiſſet, vtrique parenti, generique diſſimilem, niſi memoratus medicus ſoluiſſet quæſtionem, monens quærere, ne for-*

Mater ſæpè concipit fœtū ſimilē rei viſæ.

t *In quæſt. Hebr. in Gen. c. 30.*

Digitized by Google

ne forte talis pictura eſſet in cubiculo; qua inuenta mulier à ſuſpicione liberata eſt. Hæc Hieronymus.

54 Adde hoc poſſe phyloſophicis rationibus demonſtrari, vt probat Fernandius in Geneſim, u ac etiam Cornelius eodem loco, qui multa adducit expendens virgas populeas virides, quas ſumpſit Iacob, vt diuerſi coloris naſcerentur oues, eaſque decorticatas, & diuerſi coloris miſit iacentes in aquis; vt eo tempore quo aſcendebantur pecora (ita ex Hieronymo refert Fernand.) poſt calorem diei ad potandum auida pergebant, & in eo tempore diſcolores virgas ponebat Iacob in canalibus, & admiſſis arietibus, & hircis in ipſa potandi auiditate, oues, & capras faciebat aſcendi: vt ex duplici deſiderio, dum, & auide bibunt, & aſcenduntur a maribus tales fætus conciperent, quales vmbræ arietum, & hircorum deſuper aſcendentium in aquarum ſpeculo contemplabantur, ex virgis enim in canalibus poſitis varius erat etiam imaginum color. Hæc ille.

u Cap. 30. 37.

Crux Chriſti in virga Iacob.

Nunc Iacob fuiſſe Chriſti figuram, nemo eſt, qui dubitet; quod autem virga illa, ſiue amygdalina, ſiue ex platano, vel alia quauis materia fuerit, ſignificet Sanctam Chriſti Crucem; certum mihi eſt: cum Patres de Cruce intelligant illud Dauidis. x *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* Vnde Origenes dixit: y Moſaicam virgam Crucis vmbram fuiſſe; ſic: *Virgam per quam à Moyſe geruntur hæc omnia, per quam Aegyptus ſubijcitur, & Pharao ſuperatur, Crux Chriſti eſt, per quam mundus hic vincitur, & princeps huius mundi, cum principatibus, & poteſtatibus triumphatur.* Et proprius ad locum Dauidis Euthymius id probat, dicens: *intelligere poſſumus per virgam virtutis Sanctam Crucem Chriſti, quid enim ea potentius eſt, aut efficacius, cum tam facilè inimicos omnes in fugam conuertat?* Similia habet Chriſoſtomus eodem loco; & Auguſtinus dicens: a *Oues ſunt Chriſti fideles, qui aſpicientes Sanctam Crucis virgam diuerſi coloris factam ex ſanguine Crucifixi imprimunt in ſemetipſis eiuſdem Crucifixi imaginem.*

x Pſalm. 109. 2.

y Hom. 4. in Exod.

a Serm. de cathaclyſmo to. 9.

Quid ergo mirum ſi Sanctiſſimus Pater Franciſcus, tanquam gratiſſima cerua in illa ſolitudinis ſpelunca, vbi ſe aſſidua abſtinentia, continuiſq; ieiunijs, ac vi lachrymarum, & continua corporis afflictatione diſcruciãs ad pedes Crucifixi proſtratus, vel ipſum Crucifixũ, quem inter bracchia habebat ore petens in contemplatione cerua amoris effectus, ipſum Chriſtum, virgamq; eius, ſcilicet Crucem in ſacris vulnerum fontibus ita ardenter inſpiciebat, vt ex profunda cogitatione, & celeritate rationis ſibi impreſſerit ſpeciem Crucifixi, & ex illa produxerit expreſſam imaginem ipſius in ſemetipſo per bona opera, quæ rationalium ouium partus ſunt, & miracula in elementis ad inſtar Chriſti (vt dicemus infra) peracta: quibus ſignis adimpletum in Franciſco videmus, quod Paulus dixit: *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, &c.*

55 Quod amplius declaramus ex doctrina Origenis, qui expendens verba illa ad Romanos. b *Quos preſciuit, & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis Filij ſui.* Ait, *præter communiorem opinionem ly imaginis Filij ſui, non intelligitur de Verbo, nec et nos futuros ſimilei, eo quod ſimus prædeſtinati; Sed valdè differre exiſtimat vnum verbum, ſcilicet (imaginis) ab alio ſcilicet (Filij ſui) nam prima illa vox relationem dicit ad verbum. Secunda ad humanitatem Chriſti.* Quaſi diceret ſi humanitas Chriſti ex maiori gratia, quam habet facta eſt magis viua imago filij Dei, ſcilicet Verbi; Ille qui eadem gratia mediante magis conformis erit Chriſto, conformior etiam erit imagini Filij Dei. Et rectè quidem, nam non eſt facile intelligere, quod communiter dicitur; Cum, (*ly conformes,*) an ſit, ſimiles habere formas, non ſit certum, Etenim gratia creata, quamuis infinita foret, nequiret increatam producere formam; nec poſſet eleuare ad aliud, quam ad rationem imaginis ſecundum quam repræſentat obiectum intellectui: Quomodo ergo conformare poterit nos Verbo Dei Filio? igitur noſtra ſimilitudo eſt illi formæ, quam gratia formauit in humanitate Chriſti; & quanto magis iuſtus fuerit conformis media diuina gratia humanitati, quæ eſt conformior imago, tanto magis de ſimilitudine ad Verbum participabit.

b Cap. 8. 29.

Imago cui conformes eſſe debemus, quæ?

56 Hoc ſuppoſito efficaciter declaratum remanet, quod ſupra Vatablus dixerat; ſcilicet: *Aſpicientes in Chriſtum per viuam in ipſum fidem, &c.* vbi excludit timorem prouenientem ex ſplendore vultus Moyſis, & certos nos reddit, quod ſicut in ſpeculo, noua aſpicientis producitur forma, ita nos viua fide in Chriſtum aſpicientes per gratiam recipimus quandam ſupernaturalem formam ſimilem, & conformem ſuæ imagini, quam à Spiritu Sancto recepit. Hoc eſt diuinæ iuſtitiæ, bonitatis, &c. imaginem per fidem afficimur; *Hoc eſt gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur.* Inſuper illud ſcilicet *à claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu*; idem eſt, ac dicere a gloria in gloriam, à gratia in gratiam; ſicut à ſpecie impreſſa (dicunt qui illam concedunt) in ſpeciem expreſſam medio iuuamine luminis producitur imago, aut proceditur in viſione Dei. Vel ſi mauis mecum negare, & verius, ſpeciem impreſſam, ponatur eius loco eſſentia diuina, quæ gerit vicem intelligibilis. Quare iuſti habentes gratiam, quæ eſt ſemen gloriæ bibentes in ciſterna corporis Chriſti, & inſpicientes ſe in ſacris vulnerum fontibus tranſeunt à claritate, ſcilicet gratiæ in claritatem; Cum producunt nouos actus fidei, ſpei, & charitatis, vt per eos, tanquam per bonorum operum partus ſimiles illi fiant. Vnde Auguſtinus dixit; c *Formatur autem Chriſtus in credente per fidem renato. Formatur Chriſtus in eo, qui formam accipit Chriſti, qui adhæret Chriſto dilectione ſpirituali: ex hoc enim fit, vt huius imitatione ſit, quod ille, quantum gradu ſuo ſinitur.*

c Ad locũ Pauli ad Gal. 4.

Eñ tandem cerua gratiſſima Franciſcus, verè cer-

Digitized by Google

Franciſcus cerua gratiſſima.

cerua amoris, qui tam ardenter, & proprio ore de ciſterna corporis crucifixi,& vulnerati cordis biberat in ſolitudine, vt tali ex potione per dies multos abſque alio cibo nutriebatur. Eratq; apertè Franciſci ſymbolum cerua illa Salomonis; Quæ (vt Hyeroglificorum collectaneæ auctor ſcribit) hyeroglifica nota hic eſt hominis pietatem colentis,& Dei promiſſa ſuauiſſima iucunde meditantis; quibus tanquam ſaluberrimò pabulo, & deſideratiſſimo rore,cælitur nutritur,& recreatur.

Ore capit patulo rorem vaga cerua cadētem
Rore riges nobis torrida corda, Deus.

Sicut enim cerua ardens ſiti, naturali proprietate erga Cœlum mane reſpiciens, rorem cadentem ore ſuſcipit,vt ſuam extinguat ſitim. Ita Sanctus Pater Franciſcus, lambendo, & oſculando Chriſtum, eiuſq; vulnera ſitim ſanguine temperabat, non extinguebat; nam potius incendebat magis, vt nec vnquam bibere, nec oſculati ſineret, iiſque ſemper ſuſtentabatur.

CAPVT VIII.

Proſequitur idem textus, vt pateat Franciſcum fuiſſe gratiſſimum hinnulum.

57 NEc ſolum Franciſcus erat in ſpelunca, quā ſibi in ſolitudine confecerat,cerua gratiſſima, cerua amoris erga Chriſtū crucifixum de cuius fonte potabat; ſed etiam erat gratiſſimus hinnulus,ſeu ſecundum quod vertunt ſeptug. erat, *Pullus gratiarum*. Sed quarum gratiarum? Forte illarum, quas ipſe in deſerto per quotidiana, imò momentanea incrementa recipiebat. Nonne maximum benignitatis Dei donum fuit, ab infantia futuræ probitatis ſpecimen dare, quoſdam eluceſcere igniculos, ex quibus erupturam eſſe ingentis virtutis flammam appareret. Sed longius cæleſte donum fuit, eum ad illius Eremi ſolitudinem vocare; dicto prius Mundo, terreniſq; pompis, vale. Sciebat enim ſæculi huius amicum, Dei inimicum fore; *Ideo diuini amoris calore accenſus delitias huius ſæculi tanquam virus ſerpentium exhorrebas*, ſolus ſine comite vocanti Deo obedire curauit, vt ſoli crucifixo vacaret, & ſolitarius ſolum Chriſtum alloquens, à ſolo Chriſto cæleſtibus gratijs, diuiniſque beneficijs repleretur.

Ad hoc intentum facit dubium illud,quod à Sanctis Patribus Ambroſio, & Auguſtino agitatur; nempe: Cur voluerit Deus creare hominem ſolum, & ſolitarium, tunc quando multiplicationi generis humani intendebat? Et primo Reſpondet D. Ambroſius fuiſſe, vt ſolus Adam creatus ſingularitatem diligeret, & vnitatem tanquam res in Mundo præcipuè diligenda, ac vnum reſpiciens poſtea mulier, ſoli illi vni adhæreret, nec vnquam auderet illam frangere vnitatem. Rurſus ſolum creauit hominem, quia ſolitudo, quam ardenter diligere debebat, nutrix hominis, & tutrix gratiæ dicebatur, & erat. Vnde ait Ambroſius d. *Solus erat Adam quando in Paradiſo conſtitutus eſt, ſolus erat, & quando ad imaginem Dei factus eſt, ſed non erat ſolus quando de Paradiſo eiectus eſt*; & quando ecſtaſi, & eleuatione mentis, quieteque diuina fruitur Adam? Reſpondet Auguſtinus. *Tunc vtique quando ab illo Eua educitur; ſic cum à te ſolitudo,& ſeceſſus aufert cupiditatem,& amorem, & mulierum familiaritatem, idoneus es diuinis illuſtrationibus, ſin minus ſociam habes tecum, quæ te in peccatum labi ſuadet.*

d Tom. 3. Epiſt. 41. lib. 3.

Solitudo præſeruat à peccato.

58 Hinc fortaſſe eſt, quod præceperit Deus duas habere domos leuitas, quarum alteram intra vrbem alteram extra fuiſſe, declarat ſacer textus dicens. e *Suburbana autē eorum, non veneant, quia poſſeſſio* (leuitarum) *ſempiterna eſt*. Ex quo colligitur licitum fuiſſe leuitis vendere primam non verò ſecundam, illa quia eſt in vrbe vendatur, vt conuerſatio hominum(cuius cauſa eſſe poſſet)ne animam lædat, omninò auferatur. Cæterum illa,quæ cauſa non eſt,vt leuita ſæcularibus implicetur negotijs, vbi ſolitarius viuit, & ſolius Dei miniſterio vacat, non veneat, ſitque perpetua leuitæ habitatio. Nam ſolitudo cauſa eſt, vt quiuis Deo ſemper inhæreat, nec vnquam ab eo ſeparetur. Vt de Adamo notauimus cum Ambroſio, ad quod etiam loco citato addidit: *Solus erat Adam cum non eſt prauaricatus, quia mens eius adhærebat Deo, poſtquam verò ei mulier adiuncta eſt, nō potuit inhærere mandatis cæleſtibus*. Ex his inferimus, quod Franciſcus, qui à pueritia Eremum petijt, qui ſæculo, & omnibus in eo contentis vale, dixit; qui ſolus ſoli Deo adhæſit; qui ne quidem næuum contraheret culpæ in ſpelunca ſolitudinis illius circiter per quinque annos, & vltra; vna cum Crucifixo tantum,cui per amorem, & compaſſiuum dolorem confixus vixit, ſe abſcondit: proprio ore, vt vaga cerua recipiebat à Spiritu Sancto rorem gratiarum, & cæleſtium donorum, quibus replebatur in dies; vt propterea etiam hinnulus gratiarum iure diceretur.

e Cap. 25. 34.

Solitudo Franciſci.

59 Vel dicendum, quod fuit gratiarum hinnulus, ex gratijs, quas continuo pro collatis beneficijs Deo agebat mente corde, & opere. Mente contemplando Chriſti paſſionem,corde condolendo de vulneribus ſuo Redemptori infixis, & opere ſe per pœnitentiam conformem crucifixo reddendo, quem ita ſemper habuit ſpectatorem ſuorum operum; vt in ſpelunca alter alteri videretur, iucunditatis theatrum; & quaſi quod Seneca Lucillo,hoc, & perfectius Chriſto dicebat Franciſcus. *Hæc non multis, ſed tibi, ſatis enim magnum alter alteri theatrum ſumus*. O' quam melius dicere poterat Franciſcus; ſatis eſt mihi Domine te habere ieiuniorum meorum teque diſciplinarum mearum fidum ſpectatorem. Dum enim ipſe vulnerum, & Sacratiſſimæ paſſionis ſpectator factus orationi, & contemplationi vacabat, aſſiduiſque ieiunijs, vigilijs, ac laboribus corpuſculum macerabat, ita, & taliter, quod ſi Chriſtus talium laborum diligēs ſpectator factus ſua prouidentia non ſeruaſ-

Frāciſcus theatrum Chriſti.

ſet in vita Franciſcum proculdubio mortuus eſſet; ſed lætitia affectus cum illum proſpiceret in theatro poſitum; ſeruauit.

Dubium mouit Chriſoſtomus, cur Deus, qui tot mala perpeti, permiſſit amicum ſuum Iob facultate data Sathanæ, vt eum quo quomodo poſſet, affligeret, & torqueret; prohibuit tamē ne vitam auferret, dicens: *Verumtamen animam ipſius ſerua*; Si tanto eum amore proſequebatur mori potius exoptari debuit, quam diu viuere: Etenim moriens inter tot vulnera, vlceraq; ab omnibus tanquam glorioſus martyr haberetur. Sciendum ergo eſt cur tali honore amicum ſuum priuauerit? *Animam illius ſerua*;

Iob 2. 6.

f Pulchro dubio pulchriorē adhibuit ſolutionem Chriſoſtomus, dicens: prohibuiſſe Deum ne Satan Iobi vitam auferret; nam ſi mortuus eſſet, ſuis laboribus finem impoſuiſſet, ſimul, & delectationi, quam Deus ſentiebat, congreſſum aſpiciens è Cœlo, vbi feroces ictus Dæmonis repellebat Iob ſuæ patientiæ lancea. Ideò Satanæ dixit Deus, animam eius ſerua: *Etenim ſi de medio ſubſtuleris, theatrum nobis non plaudet amplius*.

60 Contemplare mi lector Franciſcum in ſolitudine adhuc puerum, ne dicam adoleſcētem de hominibus diffidentem, & deliteſcentem in ſpelunca illa, (quæ adhuc extat, & à deuotis inuiſitur) ſoli Crucifixo adhærentem, eo tempore ſeceſſiſſe in Eremum quando, vt ait Salomon.

g Prouerb. 22. 15.

g *Stultitia colligata eſt in corde pueri*: quod ſeptuag. verterunt: *Dementia pendet ex corde iuuenis*. Tunc ipſe viam cæpit, quam vſq; ad ſenectam perduxit: iuxta Prouerbiū illud eiuſdem Salomonis.

h Ibidem v. 6.

Franciſcus in ſolitudine.

h *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea*: Franciſcus adhuc puer, ne iter aberraret, & viam mundi latam, quæ ad mortem ducit intraret, in anguſtiam virtutis ſemitam ſe intulit, & quam ſemel tunc rapuit viam, ad canos vſque tenuit: Etenim aſſuefactione cilicia, orationes, ieiunia, aliaſque pœnas, quibus Chriſti ſeruus cæpit inſtrui, Senex non deſeruit; ſed decurſo ſumma cum laude ſtadio, metam attigit. Nec mirum nam, & ipſe arbor erat plantata ſecus fontem, & aſſuetudine iuuabatur, non minus, ac plantæ, & alia inanimata, quæ etiam conſuetudine proficiunt. Hinc eſt illud Virgilij, qui de plantarum prima ſatione, ſic cecinit:

Ante locum ſimilem, exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus ſeges, & quo mox digeſta feratur
Mutata ignorent ſubito, ne ſemina matrem,
Qui etiam Cœli regionem in cortice ſignant,
Et quo quaq; modo ſteterit, qua parte calores
Auſtrinos tulerit, qua terga obuertere axi
Reſtituant: adeò à teneris conſueſcere multum eſt.

61 Quum ergo iuuentus ex ſe in malis multum officiat; Nam, vt teſtatur Chriſoſtomus.

i Hom. 58 in Gen.

i *Iuuentus per ſeipſum ad ruinam procliuis eſt, & ad malitiam breui momento inclinatur*: plurimumq; proficiat ſi rectè dirigatur; quia, *Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*. Franciſcus, vt inculpatam ageret vitam, Crucis ſemitam elegit, magiſtrum crucifixum ſolummodo habere exoptauit, & ſpreto ſæculo in ſolitudine abſconditus ſoli Deo adhærebat: vt certò poſſim cum Chriſoſtomo dicere. k *Quis non amplectatur, oſculeturq; eum, qui cupiditatibus frænum impoſuit?*

k Hom de fide Annæ in fine.

Quin imò, & addere; quis non ſimul cum Deo ſpectator efficitur videndo Franciſcum poſitum in theatro ferè decorticatum diſciplinis, languentem inter rigida ieiunia pane, & aqua contentum, quod ſi deficere quandoq; corpuſculum neceſſarijs alimentis conſpiceret ad olera, & legumina deſcendebat: humi ſemper in ſpelunca cubabat; & ea ſeueritate in ſemetipſum vtebatur, vt terrori eſſet omnibus: atq; miraculum dicebant non mori, & miraculosè in tot tormenta viuere prædicabant.

Miraculū fuit nō mori inter tormenta.

Dederat enim Deus poteſtatem terræ, vt Franciſcum affligeret in ſpelunca, vbi ſolum pro cubile habebat; ieiunijs, vt eum debilitarent; catenis, vt vlcerarent: diſciplinis, vt eius emitterent ſanguinem; lacrymis, vt cœcū redderent: Sed ne vitam auferrent prohibuit ne ſimul, & gaudium, quo Deus, & Angeli, afficiebantur, tolleretur. Ipſo enim ſublato, theatrum nō plauderet amplius. Igitur Franciſcus in Eremi ſpelunca abſcōditus, ſolus ſoli cæleſti ſponſo Cruci affixo plaudebat: vt de ipſo dicere valeam, quod dicebat Bernardus, qui Franciſcum, aut conſimilem, vel oculis, vel mente prouiſū alloquens clamabat. l *O' anima ſancta ſola eſto, vt ſoli omnium ſerues teipſam, quem ex omnibus tibi elegiſti.*

l Serm. 4. in Cant.

62 Nec tamen adeò ſola eius anima, vt libera eſſet à Dæmonis inſultibus, nam nullibi atrociora tela iacere conatur Satanas, quàm in ſolitudine; ſcit enim ei bene eſſe, in foro diſſeminare lites, & iurgia, & inducere homines ad malum quodlibet perpetrandum; teſte Gregorio, qui expendens verba Iob. m *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt*, (ait) *pulſare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit*: at in deſerto quanto id difficile ſibi agnoſcit, *tanto acrius ſæuit, & acriores tentationes admouet*

m Cap. 21 15.

Sed fruſtra expandit rete ante oculos pennatorum, & fruſtra iuueni Franciſco bellum indixerat, videndo illum amplexari, & ſecum ſemper habere Crucem diabolum expellentem; & inter bracchia Crucifixum tenere, ac ex eius ore ſingulis momentis audire imaginabatur, quod apud Ioannem, dixit: n *Confidite ego vici Mundum*. Vnde Sanctus Auguſtinus dixit: o *Ideò tentatus eſt Chriſtus, ne vincatur à tentatore chriſtianus*. Et Damaſcenus reddens rationem tentationis Chriſti, inquit: *Tentatus eſt Dominus, & ſuperauit, vt nobis victoriam compararet, naturaq; noſtra frangendi aduerſarium vim tribueret*. Crucifixi ergo virtute, & gratia ſolus in deſerto Franciſcus, & ſolitarius Satanam præliando ſuperauit.

n Cap. 16. 33.

o In Pſal. 90. p. 2.

Ita vt ſancto, & ſolitario adoleſcenti adaptare poſſimus, quæ bona tribuit Ieremias ferenti iugum ab adoleſcentia ſua, ait enim. p *Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*. Et per ly bonum intelligimus multiplex commodum in hac vita; & primum vtile, aut commodum eſt ſolitudo: *Sedebit*

p Tren. 3. 27.

V. 28. *ſolitarius, & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe:* quaſi diceret; erit ita à Chriſto edoctus, vt vale mundo, & ijs quæ ſunt in mundo ſciat dicere. Et quāuis in ſolitudine habeat Deum ſibi loquentem, *(ducam eam ad ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius.)* Ipſe tamen, quem alloquatur, non habebit; & ideo (*tacebit*) quod vt rectius ſilentium ſeruaret: Ecce ſe-
V. 29. cundum cōmodum,*(ponet in puluere os ſuum.)* In ſignum taciturnitatis ore quaſi conglutinatus adhærebit pulueri, ne etiā loqui appareuter videatur. Cumque neq; hoc ſufficiat, vt à Satana ille, qui ſolus eſt, & ſolitarius liber euadat; ſuperaddit aliud bonum ſeu commodum, ſcilicet: *(dabit percutienti ſe maxillam.)* Sed hoc difficile admodum videtur, & inintelligibile. Nam ſi ſolus, & ſolitarius tacebit, quis eum percutiet? non eſt, qui officiat non habenti ſocium; Et ſi eſt, qui alapam inferat, non erit ſolus: imò ſi ponet in puluere os ſuum, abſcondit faciem à percuſſione. Quomodo ergo verum eſſe poterit, ly *dabit percutienti ſe maxillam*; ſi abſcondendo faciem ictum alapæ fugit? aut quid inſinuare voluit propheta per illa verba; *Dabit percutienti ſe maxillam*? Voluit, vt arbitror, indicare, quantum ſit ſemper annexa ſanctitas perſequutionibus. Fugiat ſæculum, quomodocunque voluerit Dei amicus, abſcondat ſe in ſpeluncis, teneat deſertum, & aſperam quamlibet ſolitudinem amplexetur; quia nec ipſa ſolitudo, nec mundi fuga, nec ſilentium, nec vlla alia diligentia eum poterit totaliter à diabolica perſecutione liberare; licet iuuaminis ſint omnia ad ſuperandum dæmonem.

Solitudo quot afferat bona.

63 Nihilominus ad commune ſolatium dicamus quod licet in ſolitudine acriorem aciem dirigat & non cum mile, vt alibi pugnare conſueuit, ſed decem millia ordinet, *decem millia à dextris tuis*, tamen ad bellandum, & reſiſtendum nulla eſt ipſa ſolitudine aptior fortitudo. Etenim ſolitarium viuere, ſæculi fugam rete occaſionum mundi frangere, propria demonis arma auferre; & ab ipſis tartareis faucibus ſe eripere eſt, ſolum ſoli crucifixo inhærere. Sit nobis dux Regius vates. q *Inimici defecerunt framea in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti*. Enſes, & lanceas perdidit dirus noſter inimicus Satan. Quid ais Propheta Rex? Satan abſque armis? imbellis ad pugnandum Diabolus, quomodo vincet? Vnde nobis tantum & incredibile bonum? Non aliunde reſpōdet Rex, niſi ex ſolitudine: Nam eo ipſo quod homo mundum, & ea quæ in mundo ſunt relinquit, vtq; ſoli Deo in eremo, aut cellula ſolitarius ſeruit, omnia, & quæuis arma à Dæmone aufert, itaut non amplius eum lædere valeat. Quod ſi mihi fidem minimè datis credite Hieronymo, qui per ly, *defecerunt framea*, iuxta rigorem Hebræum legit: *Completa ſunt ſolitudines*. Loca deſerta, ſeu Eremi loca ſolitaria plena ſunt hominibus ſolitariè viuentibus, quid mirum ſi victoriam ſunt contra dæmonem adepti.

Dæmon arma perdit in ſolitudine.

q *Pſ. 9. 7.*

Exemplum habemus in muliere illa, quam Dæmon tātopere perſequebatur, vt in Apocalipſi habemus r Videns (ait Ioannes) Drago, quod proiectus eſſet in terram perſecutus eſt mulierem; quam ipſe viderat in Cælo, dicens: *Signum magnum apparuit in Cælo. Mulier amicta Sole*. Quam Deus liberare volens, alas aquilæ ei dedit. *Data ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum locum ſuum.* Quo facto oſtendere voluit Deus nullum ſub Cælo aptiorem locum inueniri, vbi ſecurius quiſque perſecutiones cum victoria ſuſtineat, & ab inſultibus diaboli liber euadat; ſicut eſt ſolitudo; *Vbi defecerunt framea*. Imò adde quod Dæmon contra creaturas exiſtentes in Cęlo, ideſt contra viros perfectos ſæculi, cauda ſolum pugnat, *traxit tertiam partem ſtellarum*; at contra mulierem in deſerto poſitam, pugnare non eſt auſus, & tanquam in bellis à muliere deriſus; *Abijt facere prælium cum reliquis de ſemine eius*. Gaudeat ergo Franciſcus, atq; omnes religioſi gaudeamus ſimul; nam ſi volumus in ſolitudine religionis exiſtentes; arma, quibus Dæmon nocet ſæcularibus, minimè contra nos valebunt. *Completæ ſunt ſolitudines, defecerunt framea*.

r *Cap. 12. 1.4.14.*

Mulier ſecurior in ſolitudine, & cellula.

64 Rurſus certum eſt nos Deum propinquiorem habere in deſerto, vbi ad cor loquitur, & nos à tumultu mundi liberi diuinas voces facilius audimus. Propterea Regius vates in Pſalmo illo cuius initium eſt. ſ *Exaudi Deus orationem meam:* Videns ſe contriſtatum, & conturbatum in ſæculo à voce inimici, & tribulatione peccatoris, ſibique in mundo omnes eſſe moleſtos, inſtanter petijt abſcondi in deſerto, vt ibi ſecurius ſeruet bona, quæ receperat; quaſi diceret; eſt vrbs Ieruſalem ita plena iniquitatibus, vt circundata videatur iniquitate, quaſi muris, ibi perſecutiones iuſtorum abundant, ibi vigent, & ſuperant iniuſtitiæ, fallaciæ furta, omniaque mala, dico ergo: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Quaſi diceret, de medio harum iniquitatum, vix poſſem liberari, niſi volans; da ergo mihi Domine alas columbæ, aut quia leuiores ſunt, & velociores: aut quia in columbæ ſpecie apparuit Spiritus Sanctus cuius auxilium ad fugiendos Dæmonis laqueos, nedum vtile, ſed neceſſarium omninò eſt, nec aliter liberabitur quis, aut ſua in deſerto abſcondere quibit bona, & cæleſtia dona. Ideò ſubiuxit Dauid; *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*. Obtentis igneis alis Spiritus Sancti, tranſibo volatu in ſolitudinem, ibi ſecurus verā quietem ſumam nullo Satanæ agitatus timore. *Expectabam eum, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate*. Ideſt, declarat Geaebrardus eum qui hactenus me ſaluum fecit ab omni anguſtia, & ab animo vehementius tumultuante, quam tempeſtas; vt quæ accepi bona ſecurius ſeruem, duc me Domine in deſertum, ne à Dæmonis impetu agiter in vrbe, in qua turbulentis procellis proſequitur iuſtos, nec talem ferocem inimicum poterimus ſine tua ſuperare potentia. Eloquenter Sanctus Greg. Nazian. hæc expreſſit deſideria, dicens: *Forum quoque ipſum ſi fieri poteſt cum præclaro comitatu fuge; aquila, vel vt magis appoſita dicam, columbæ* pen-

ſ *Pſ. 54. 1.*

Digitized by Google

pennis conueſtitus. Arripe animam tuam ex hoc mundo, Sodomam fuge, incendium fuge, irretorto oculo gradere, ne in Salis lapidem cócreſcas, in montem ſalutis cauſa te confer.

65 Hęc age, vt Franciſcus tam cito, quaſi natiuitatis diluculo præſtitit, quando clauſtra Seraphici Fráciſci petijt, in ijs voti cauſa per annũ permanſit. Poſtea peracto voto ad inuiſendam Virginem Lauretanam diſpoſuit deuotis ſuis precibus parentes, quod ſtatim obtinuit; & regreſſus maiori diuini amoris calore ſuccẽſus ſæculum exhorrens Dei templa aſſiduis orationibus frequentabat, & continuis laboribus puerulus vacabat, vſquequo tertium decimum attingens annum ſumptis columbæ alis velociori quo potuit curſu ab Vrbe in Eremum tranſuolauit, & inibi prædicta in ſpelunca recluſus à mundo, & Satana abſconditus ſoli Chriſto crucifixo inhærens, pœnitentijs propemodum incredibilibus auditu, vacans; prima illic diuinæ militiæ ſtipendia fecit, & ad decimum vſq; nonum annum tirocinij rudimenta poſuit, & inde ab ipſo Deo vexillifer factus, egreſſus eſt, huius Minimæ Religionis vexillum, ſeu inſignia (nempe CHARITAS) ferens nouos Chriſti militiæ adſcribere cępit, vt adimpleretur in ipſo, quod Salomon ad locum ſupra expoſitum ſubiunxit. Videlicet: *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tua diuide.* Ad coniugum ſimilitudinem loqui videtur ſapiens, quaſi diceret ex illis plures in illis plures in lucem edentur filij, qui riuorum in morẽ vberrimis ex fontibus promanent. Et per illud; *In plateis aquas diuide,* inſinuauit, tot procreare filios, vt illi vicos, & plateas compleant.

Franciſcus vexilifer milites recipit.

66 Tandem Auctor ille in catena græca expendens Pſalmum qui incipit; *Attendite popule meus legem meã.* Vbi hortatur populum, ne duritiam anteceſſorum imitetur, cum eos propter peccata reprobauerit Deus; Etenim, *Tribum Ephraim non elegit, ſed elegit Tribum Iuda*, ex qua Tribu Dauidem in Regem eleuauit, & iuxta hoc textus dicit in eodem Pſal.
t 77. 70. t *Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium: de poſt fœtantes accepit eum.* Ecce Dauid ex gregum paſtore; Rex, & hominum paſtor effectus. Nunc dicit auctor catenæ græcæ. Iſai Dauidis patrem multos habuiſſe filios, quorum alterum aulas frequentare Regias diſpoſuit; alterum militiæ incumbere voluit; nam eos, quos in orbe honoratiores futuros optabat, rebus mundi vacare decreuit, vbi, & peccata vigent, & vitia florent, & quandoque virtutes etiam ſpernuntur. Tantum parui, aut nihili Dauidem faciebat, cumq; ad mundi honores eum non dirigeret, in agro eum fecit gregis cuſtodem. *Et quidem* (ait iſte auctor) *pater eum in terra abyciebat, Deus vero deſuper adoptabat.* Nihilominus quem terrenus pater in ſolitudine ſpreuit; ibi cæleſtis pater in filium adoptauit, ad futurum Regem nutriuit, & tanquam Dei filium laboribus aſſueuit; fecitque paſtorem. Nobile factum fuiſſe quis non videt; ſi conſideret Dauidem ſolitudini veluti carceri mancipatum, duros in deſerto patientem labores, aſtrictum proprijs bracchijs, cum Vrſis, & Leonibus bellum gerere. Et tamen: Veluti Regium puerum regali, hoc eſt paſtorali ſcientiæ primum vacare inter irrationabilia præparauit, vt omnibus notum eſſet à Deo patre exaltandum, quem mundus proprij; parentes ſpernunt, & qui tanquam minimus in ſolitudine fuerat reiectus, vt coram Deo eſſet magnus nutriebatur, quem in Eremo abſcondit à Mundo fouit, & nutriuit, vt paſtor eſſet, & Rex.

Hæc etiam Franciſco adaptare haud dubitamus, ipſum enim eum à mundo abſconditum, duris pœnitentijs, vigilijs, ieiunijs, & orationi, atque contemplationi vacantem erudiuit, nutriuit, & per quinque ferè annos ad debellandos dæmones præparauit poſtea ipſemet Cæleſtis Imperator, quia tam egregium militem ducendis hominibus in Eccleſia deſtinarat, milites adſcribere ſuo Ordini, & Fratres in cęnobium recipere, voluit. Vt qui aquam de ciſterna corporis Chriſti crucifixi, & ſacris vulnerum puteis hauſerit, & arborem ſuam ſcilicet animam perfectè irrigauerit ijs quos in filios adoptabat, communicaret; & per totum terrarum orbem, fontes aquarum ſpiritualium ita efflueret, vt in plateis etiá remotiſſimis diuiſa perueniſſet aqua, quam ipſe potabat. Eamque, quam potauerit numeroſa multitudo ſub Cruce religionis, & ſub vexillo Charitatis ab inſultibus ſatanę occultetur. Ideo Franciſcus relicta ſolitudine, vt Vexilifer Chriſti innumerabiles milites, ac filios vt pater, Crucem ſecum ferentes; Deoq; obtemperantes habuit, de hac Franciſci, & religioſorum ſolitudine ad exemplum Chriſti iterum redibit Sermo, in tract. 4.

TRA-

TRACTATVS TERTIVS.

DE MATERIA, SEV SPECIE arboris Crucis Chriſti, cum allegoria ad virtutes Cruciformis Religionis.

Materia Crucis.

ARbor illa decora, & fulgida an fuerit diuerſæ ſpeciei ab alijs arboribus Mundi, an eiuſdem cum illarum aliqua; an fabricata ex materia vnius arboris, an diuerſarum arborum? non eſt vna omnium opinio, ſed quot ferè capita, tot ſententiæ ſunt. Adducemus aliquas opiniones, quarum probabiliorem ſequemur; & virtutes, quas in materia Arboris Crucis ſignificatas apparere, teſtantur doctores; nos in Cruciformi Religione ſplendere probabimus, ſeu magis ſequendas in Religione ab ijs, qui verè Religioſam Crucem ferre deſiderant, proponemus per capita ſequentia.

CAPVT PRIMVM.

Referuntur varia Doctorum placita circa materiam Arboris Crucis.

a In Ioſue cap. 18. ſ. 2. art. 1.

1 REferam primo, quod retulit Maghellanus a nimirum. Viam Bethleem vineis, roſis, herbis odoriferis aromaticis amœniſſimam eſſe, qualem decet eſſe eam, quæ ducit ad domum panis hoc eſt Chriſti in ea nati, qui nobis, eſt cæleſtis, & viuificus panis &c. Inter Emaus, & Hieruſalem intra duas ferè leucas viſitur caſtrum ad Sanctam Crucem nuncupatum, quod munitiſſimum eſt propter incurſus Arabum. Incolunt illud Græci Monachi. Iuxta maius altare cœnobij arborem quandam fama eſt ſuccreuiſſe, de cuius ligno fabricata eſt Domini Crux hoc refert ex Salignia, ſed non dicit ex qua ſpecie fuerit; videtur tamen ſingularis.

Crux arbor ſingularis ſpeciei.

Hanc opinionem fortaſſe ſequutus noſter Franciſcus Tamaio non ſine ſufficienti coniectura, & auctoritate affirmauit, lignum Crucis fuiſſe ex arbore ſingulari, & indiuidua ſolius illius ſpeciei, ad effectum paſſionis Chriſti tantum condita, nec aliam vllam eiuſdem ſpeciei arborem poſtea remanſiſſe, etiam inquit. Quod non obſcurè (addit) indicat Eccleſia canens. *Nulla Sylua talem profert.* Et Diuus Ambroſius vim præbuit huic coniecturæ, dum inquit; ædificantes templum nullo modo potuiſſe lignum illud componere, iuxta aliorum menſuram; aut forte labori, & ferro reſiſtebat, eo quod à Deo tantum erat conditum, vt ex eo fieret Crux Chriſti.

Crux ad ignem appoſita non cōburitur.

2 Vlterius ait, quod hæc coniectura ſuaderi poteſt ex miraculo in reliquijs Crucis comprobato experientia; nam quædam Crucis Reliquia ad ignem applicata, tanquam ferrum ignitum euenit, & ipſa ignita, non comburitur. Et opinatur idem Tamaio non eſſe miraculum, ſed proprietatem naturalem, quam potuit Deus præciſè, & ſingulariter conferre huic arbori; minime verò alijs eandem dare voluerit. Cum ſpernenda non ſit multorum doctorum opinio de quorum numero ſunt Vbaldenſis b Chriſoſt. c Sāctus Ephrem, d & alij, qui dicunt Crucem non eſſe reſoluendam in elementa, vt aliæ reſoluuntur arbores; ſed ſuo quodam modo fore reſurgendam, cum omnes ſimul Crucis partes, ſeu reliquiæ per vniuerſum nunc iam diuiſæ, ſint coaptandæ, & coniungēdę in vnum; eadem veluti quantitate reſurrectura, & qualitate lucis, & ſplendoris ornata ſit poſtmodum viſura. In cuius rei confirmationem adducit Hippolytum Martyrem inter veteres prophetias Ciuitatis Hiſpalenſis, hæc proferentem carmina. e

b To. 3. de Sacram. tit. 20. cap. 158.

c Hom. de Cruce, & latrone.

d Lib. de vera pænit. cap. 4.

O' Lignum fælix, in quo Deus ipſe pependit,
Nec te terra capit, ſed Cæli tecta videbis,
Cum renouata Dei facies in illa micabit.

e Lib. 6.

Crux diuiſa nunc; reſurget integra in fine.

3 Alij opinantur Crucis materiam fuiſſe ex arbore vitæ deſumptam, & ex illa Crucem fabricatam huius opinionis fuerūt aliqui Hebræi, & præſertim Rabbi Simeon apud Galatinum f loquens de virga illa Moyſis, quam noſtrates, & alij quoq; Hebræi aſſerunt fuiſſe amygdalinam, ait, ipſe fuiſſe exciſam ab ea arbore, quam Deus Moyſi oſtēdit in deſerto, vt dulces faceret aquas amaras. Et iſtam arborem dicit fuiſſe plantatam à Seth cui dederant Angeli ramū illius arboris vitæ ab ijſdem exciſum, & iuſſum plantari in deſerto; vt aquæ per illam poſt modum tactæ dulces fierēt. Et in hac arbore impoſuit Moyſes ſerpentem æneum, & per eandem arborem Deus vniuerſum orbem ſaluum facere inſtituit, & mittere miſericordiam ſuam ſuper Adam cum venerit Rex Meſſias: Tunc enim hæc arbor fructus geſtabit, quibus purgabit omnia peccata; tum adæ, tum aliorum. Quare videtur ille inſinuare Crucem Chriſti ex hac arbore factam eſſe. Sed quia multa redolent

f Lib. 6. cap. vlt.

Crucis materia ex arbore vitæ.

Digitized by Google

lent Iudæorum commenta, & fabulas, diſplicet opinio, alias placeret.

g Lib. 2. Obſeruat. cap. 88.

4 Alij opinantur cum Bellonio, g qui terram ſanctam, & totum Orientem peragrauit, materiam Crucis Chriſti fuiſſe ficũ, eo quod hæc arbor frequens ſit in Palæſtina, & frequens in fabrorum officinis. Sed præcipuam coniecturam fundãt in hoc, quod arbor ſcientiæ boni, & mali fuerit ficus. Licet hoc non ab omnibus concedatur, nam alij volunt arborem ſcientiæ boni, & mali fuiſſe malum, alij pyrum, alij prunum; &c. imo Abulenſis, h ex eo, quod primi parentes conſueuerunt folia ficus, vt eorum pudenda tegerent, probat non facili argumento arborem ſcientiæ non fuiſſe ficum. Sic ſtatim vt comederunt fructum vetitum, ſenſerunt malum, in quod incurrerant, & bonum, quo fuerant priuati, ſed tunc dubium non eſt, quin eos ingens illius arboris horror, & odium cępiſſet, ex qua tantum damnum, accepiſſent; ergo timuiſſent eius folia contrectare, & ſibi in vſum veſtis admouere, maius aliquod malum ex ea ſibi metuentes, quod confirmat, quia, iam conſtat ex Geneſi cap. 3. Arborem illam fuiſſe pulchram oculis, & viſu delectabilem, quod profecto in arborem ficus minimè quadrat.

Arbor ſciẽtiæ boni, & mali an fuerit ficus.

h In cap. 13. Gen. q. 164.

i Quæſt. 28 in Gen.

k Lib. de Paradiſo.

Verum abſq; controuerſia Theodoretus i affirmat arborẽ ſcientiæ fuiſſe ficum. Et Moyſes Barcepha. k Sequutus Philoxenem, & alios multos hoc idem abſolutè cenſet, & non leuiori argumento probat; ait enim credibile eſſe ſimul atque de ea arbore primi noſtri parentes edifſent, tum patrati ſceleris animaduerſione, tum pudore nuditatis, quæ pudenda ipſis, & probroſa eſſe cæperat, eo quod proxime ad manũ erat, ſubligacula ſibi comparauiſſe; quibus ſua obuelarent pudenda. Ea verò ex ficulneis facta teſtatur ipſa ſcriptura; nec eſt ſimile veri, ipſos proxima eis arbore prætermiſſa ad aliam longius diſſitam feſtinaſſe, ex cuius folijs ſubligacula ſibi concinnarent, quibus ſuam contegerent nuditatem.

5 Placet mihi dicere fuiſſe ficum cum Theodoreto, & exinde magnam colligo coniecturam, ex ficu ſcilicet fabricatam fuiſſe Crucem; non ſolum, quia Symbolicè ficus eſt Chriſtus, & Chriſti Crux, vt diſcurrit à lapide, l expẽdens illa verba: *ficus protulit groſſos ſuos.* Dicẽs: ſicut ficus ramos, & folia habet rara, vaga, & vilia: ita Chriſtus, & Crux ſpecie externa mũdanis vilis fuit, & deſpectus. Item ficus nullos flores emittit, ſed pro floribus dat illico fructus, eoſq; dulciſſimos: ſic Chriſtus illico dedit ſuauiſſimos fructus, cum Iudæos, & gentes ſaluauit ſed. Etiam quia ſi aſſeramus pomum vetitum, quod comedit Adam fuiſſe ficum decuit Chriſti Crucem vel fieri ex ficu, vel ea ſignificari, *vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur*; & qui ligno, & morte pugnabat, eodem ligno, & morte victus abiret. Et ligno non quomodocunq; ſed ſcientiæ boni, & mali, quod lignum ex ſententia S. Ioannis Chriſoſtomi Sanctæ Crucis antitypus fuit, & ſignum expreſſum ſiue proprium Symbolum deuictæ Diaboli aſtutiæ, ait enim Chriſoſtomus. m *Lignũ, & mors cladis noſtræ fuerunt ſymbola, ſed attende rurſus, lignum, & mors victoria ſigna extitere: nam loco ligni ſcientia boni, & mali lignum Crucis, loco mortis Adam mors Chriſti. Vides eum per quæ vicit, per eadem, & victum eſſe? circa arborem proſtrauit Diabolus Adamum; circa Crucem debellauit Diabolum Chriſtus.* Si ergo Adam peccauit comedendo ficum, quod nõ eſt abs re, cum ſtatim aperti ſint oculi eius, & ex eiuſdem ligni folijs coopertus ſit, ne aliunde quærens velamina, affligeretur interea magis pudore nuditatis optima eſſet coniectura, qua ex ficu voluerit, Deus Crucem fieri: vt ſcilicet auctor mortis, morte ipſa periret, & vita ipſa in eadem ligni ſpecie, mortem noſtram moriendo deſtrueret.

l In Cant. cap. 2. 13.

Crucis materia, an fuerit ex ficu.

m Apud Gretſ. to. 2. de Cruce.

6 Alij conſiderantes textum Hieremiæ. n *Mittamus lignum in panem eius*, & expoſitionem Sanctorum Patrum, & Sacrorum Doctorum videlicet Tertulliani, o Hieronymi, p Gregorij, q & Origenis, r dicentium lignum illud, quod phariſaica indignatio, & ira poſuit in panem vitę Chriſtum, fuiſſe Chriſti Crucem: amplectantur ſententiam, Nicolai de Lyra dicentis lignum illud fuiſſe arborem dictam Taxum, (ex qua arbore nomen ſumpſit toxicum) baccaſq; quibus lethale venenum ineſt, profert ad ſimilitudinem oliuarum, imò ſi qui ſub ea arbore Taxo dormiãt vt dictum eſt in principio præcedentis tractatus vel cibum capiant moriuntur, & inde dicunt fortaſſe ex hac arbore fabricatam fuiſſe Crucem, cuius naturã vertit Chriſtus in ea clauatus, vt dictum eſt ibi, &c.

n Cap. 11.

o Lib aduer. Iud. cap. 10.

p In locũ Hierem.

q Lib. 12. moral. c. 3.

r Hom 8. ſuper Hierem.

Alij dicunt cum Lipſio, ſ Crucem ſeruatoris noſtri è quercu fabricatam fuiſſe, tum quia fide aſſerunt, ſacratiſſimi huius ligni ſpeciem hanc proferre: Tum etiam, quod arbor ſit frequens in Iudæa; & tandem, quia hoc lignum firmum eſt, & fixioni, exportationiq; aptum. Hæc mihi probabiliſſima eſt; & in quercu figuratã Crucem ex ſacro textu deducere non erit difficile. Legite quæſo Abrahami hiſtoriam, t & inuenietis, quod ille à Deo vocatus ex Chaldæa patria ſua cum ampla promiſſione peregrinatus eſt in Chanaan, in quã cum veniſſet (ait ſacer textus.) *Pertranſiuit Abraham terram vſq; ad locũ Sichem. vſq; ad conuallem illuſtrem.* Quid autem ſignificet conuallis illa illuſtris, declarat Hebræa dictio, quæ habet (*ad Elon Moreh*) vbi Chaldæus vertit, *vſque ad quercetum Moreth*, ſeptuag. vſq; *ad quercum excelſam.* Sumunt ly *Elon* pro quercu, vel querceto: *Moreb* autem dicunt eſſe nomen loci ex amœnitate illuſtris, & dicitur conuallis quercubus conſita. Vocatur etiam vallis oſtendentis ex radice, *Raab*, quod eſt aſpexit, & in *Hiphil* ſignificat, oſtendit, ſeu videre fecit, eo quod ex ipſa oſtenderit Deus pulchritudinem Chanaan Abrahamo, quod in eodem quaſi incidit illud Geneſis. *Vado in terram viſionis*, Moria enim ponitur in Hebræo loco viſionis. In hac amæniſſima valle ſub quercu frondoſa, & opaca poſt laſſitudinem, ac tædium ex longiſſima peregrinatione conquieuit Abraham; eique

ſ Lib. 3. de Cruce c. 13.

t Gen. 12. 6.

Quercus materia Crucis.

Digitized by Google

eiqne apparuit ibi Deus, dicens: *Semini tuo dabo terrã hanc*; ſtatimq; ædificauit ibi altare Domino, obtulitq; ſacrificium, & perrexit ad montem Bethel.

7 Quibus ſuppoſitis conſiderans ipſe Abraham ſub quercu quieſcentem in valle Moreth, aut monte Moria expreſſam Crucifixi imaginem præoculis habeo, & totam Abrahami hiſtoriã, Chriſti in Cruce affixi figuram fuiſſe arbitror. Etenim ſi Abraham patriam relinquens alienam in regionem peregrinatus eſt: Etiam Chriſtus Cœlum, & Patris ſinum relinquens (licet ex conſideratione in eo maneat ſemper) venit in mundum, iuxta illud; *Exiui a Patre, & veni in Mundum*; qui licet per ipſum factus ſit; veniens tamen tanquam hoſpes, *ſui eum non receperunt*.

Abraham ſub quercu Chriſti in Cruce figura fuit.

Vlterius ſi quercus illa in qua poſt peregrinationem Abraham requiem ſumpſit, erat in Moreh, ſeu Moria. Hoc idem videtur mihi de Chriſto, dum baiulans Crucem exiuit in Caluariæ locum, & ibi Cruci affixus in Cruce requieuit, Et iure Montem, qui Golgotha dicitur Moreh, aut Moria vocamus, qui in plures partes, ſeu monticulos, vel colles diuiſus eſt, in quarum altera parte orientali fuit Sion, vbi erat arx Dauid, & arca Iebuſei à Dauid coempta, in qua ædificauit Salomon Templum Domini, vt ex ſacro textu habetur. u Pars verò altera Moria, quæ extra Ciuitatem Ieruſalem manſit, Mons Caluariæ dicta fuit; cumq; Moria amaritudinem denotet iuxta Oleaſtrum, & Ildephonſum Remon in ſuis etymologijs ſacris, eo quod *ferax ſit Mirrhæ*, aut quia amarus fuit Abrahamo immolanti, & Iſaacho immolando. Amariſſimus fuit locus Caluariæ Chriſto, tãquam damnatorum patibulo deſtinatus, tabo, & ſanie fætens, ſanguine purulentus, & effoſſis cadauerum oſſibus conſtratus. Verum ibi peruenit, non quieturus, vt Abraham ſub quercu, ſed ſub quercu paſſurus; pro noſtra tamen ſalute, tunc conquieuit, cum in ligno crucifixus pependit. In Moria igitur, id eſt in Monte Caluariæ, tam Abrahamum ſacrificantem, quàm Iſaac, & Chriſtum per Iſaac ſignificatum, immolatum eſſe, docet S. Hieronymus, & S. Auguſtinus, x qui ait: *Hieronymus presbyter ſcripſit ſe certiſſime à ſenioribus Iudæorum cognouiſſe, quod ibi immolatus ſit Iſaac, & Adam ſepultus, vbi poſtea Chriſtus eſt crucifixus*, ſic & alij.

u 1. Paralip. cap. 3. 1

x Lib. 16. de Ciuit. cap. 32.

8 Mons item Caluariæ, quod fuerit mons Moria, probat Cornelius pluribus rationibus allegoricè tamen, ex amaritudine Crucis, ex holocauſto, quod ibi obtulit Chriſtus offerẽs ſemetipſum immaculatum agnum tanquam Sacerdos, & hoſtia in ara Crucis oblata; ex loco dicto viſionis, ſe enim ibi Chriſtus præbuit ſpectaculum Cœlicolis, & terrenis, &c. Si ex loco pluuiæ, iam pluuia ſanguinis Dei effuſa eſt, & tandem dicimus, quod fælix fuerit mons Moria non amœnitate, & naturalibus gratijs ornatus, ſed ſanguine Chriſti impinguatus; quem contemplans Ambroſius dixit. y *Et mens mea in illo crucifixa eſt, atq; ſub vmbra illius ego ſedeo, & fructus eius dulcis animæ meæ; O' montem illuſtrem, illuſtriſſimi triumphatoris campum*. Quare ſi mons Moreh, aut Mora, eſt Caluariæ mons, & in illo erat quercetus, & ſub quercu quieuit Abraham, qui typum Chriſti geſſit in omnibus, nõ mihi difficile videtur creditu Chriſti Crucẽ fuiſſe, ex aliqua illius montis quercu fabricatam.

y In c. 23. Lucæ.

Et eo magis ad hoc credendum facile moueor, quia Cruciformis Religionis figuram exinde colligo; nam in quercu, quæ eſt arbor vmbroſa, D. Gregorius explicans illud; *Cumq; veneris ad quercum Thabor*, z vt dixit Sauli Samuel. Et in Thabor, quod *veniens lumen* interpretatur, vitam contemplatiuam recognoſcit, nam qui vitam agunt contemplatiuam, & in vmbra, & in luce verſantur; in vmbra quidem quia extra tentationum æſtum ſunt. *Huius* (inquit) *conuerſationis viri dum ad exteriora opera actiua vita non exeunt, quaſi in vmbra ſunt, quia incendia tentationum ſentire non poſſunt. Quia enim in cæleſti deſiderio requieſcunt, quo longius amoti ſunt ab amore mundi, eo quietiores manent in vmbra refrigerij*. Addi poſſet idcirco rerum diuinarum contemplatores eſſe in vmbra, quia in ſecreto oratorio includuntur, nõ in publico foro ſpatiantur. In luce autem ſunt. *Quia ſecreta* (inquit) *conuerſatio terrena deſpiciendo agit, quo intimam conditoris lucem clarius aſpiciat, ſecreti namq; ſumus, quando ſenſus noſtros in Dei timore cuſtodimus. Et tunc quidem veniens lumen cernimus, quia cum bene reguntur membra corporis menti noſtræ refunditur, gratia conditoris*. Obſeruat vlterius D. Gregorius non immerito ſub quercu, quæ fortis arbor eſt vitam contemplatiuam adumbrari. *Quia* (ait) *conuerſatio Sanctorum tanto validius terrena deſpicit, quanto parius in amorem cæleſtium ſurgit. Fortis eſt etiam, quia aduerſa ſæculi potenter tolerant, qui ſola cæleſtia, quæ vident amant*.

z 1. Reg. 10. 3.

9 Ecce hic in hiſtoria Abrahã ſub quercu patens Religionis, & Religioſi ſymbolum: reliquit enim religioſus ad inſtar Abrahami patriã, & parẽtes: quieuit ſub quercu Abraham, & quieſcit ſub quercu, & arbore religionis, religioſus. Quercus ſita in Moreh, & Religio ſita eſt in amaritudine carnis, cũ in ea cõtinuis mortificationibus exerceatur religioſus: in illo monte oblatus eſt Iſaac, & in monte religionis ſemetipſum offert in holocauſtum religioſus. Quercus vmbroſa ſignat contemplationem; & contemplatio viget in religione, & eſt etiam in luce Thabor, cum ſe Religioſus exercet in ſalutem fideliũ, & omnium hominum, vnicus vitam contemplatiuam; cũ actiua, vt inde elucefcat mixta Crux, ad inſtar Crucis Chriſti figuratæ in quercu.

[A]braham ſub quercu figura religioſi.

10 Vltima, & communior opinio videtur illa D. Bernardi, & aliorum, qui dicunt Chriſti Crucem, quatuor genera lignorum continere; nempe Cupreſſum, Cedrum, Palmam, & Oliuam, & conſtat veritas huius opinionis, quia de ijs lignis Crucem fuiſſe fabricatam oſtendit Gloſſa in Clementina de ſumma Trinitate: cum dicit. *Ligna Crucis, Palma, Cedrus,*

Digitized by Google

Crux ex quatuor diuerſis lignis.

drus, Cupreſſus, & Oliua. Imò lignum tranſuerſum dicunt fuiſſe Palmam, cui manus, & bracchia, quaſi ad apprehendendum fructum adhæſerunt. In Crucis trūco Cedrum agnoſcunt, in ſtipite Cupreſſum, ac in titulo ſeu parte ſuprema Oliuam; ſic ſantur antiqua carmina, quæ ab omnibus ferè notantur.

Pes Crucis eſt Cedrus, corpus tenet alta Cupreſſus,
Palma manus retinet, titulo lætatur Oliua.

Alij autem nil contra, ſed paulo aliter legunt, ſcilicet:

De Cedro truncus Crucis eſt, ſtipeſque Cupreſſo,
Bracchia de Palma, pars eſt Oliua ſuprema.

Hanc opinionem amplector, non quia præcedēs, aut prima probabilitate careat, nam probabiliſſimas eſſe iudicaui. Sed illis pro nunc relictis, hanc vltimam ſequar, tum quia omniū quaſi ore profertur; tum etiam, quia fauorabilior meæ Religioni videtur, etenim ſi eam Cruciformem diximus, quatuor lignis etiam fabricatam ad inſtar Crucis Chriſti, nempe quatuor votis feciſſe, oportet: & hoc patet ex primo tractatu. Nunc autem videndum eſt, quomodo de Cruce, & Cruciformi Religione quatuor illa ligna allegoricè dicantur.

CAPVT II.

De Cedro, & Cupreſſo allegoricè ſumptis pro Cruce, & Cruciformi Religione.

11 NOtandum, quod quando nos loquimur de Cedris libani, non illas arbores intelligimus, quas abundanter in Italiæ viridatiis conſpicimus, & quæ mala cedrina proferunt: Sed alterum arborum genus, quod in monte Libano potiſſimum habetur, aut gignitur: illę quidem arbores cedrinæ in miram creſcunt altitudinem; & exinde dicimus Cedros Libani, & Cedros Dei: de ijs arboribus legatur Plinius, & alij. a Hac ratione Cedro fuiſſe ſimilem Pharaonem deſcribit Ezechias, dicens: b *Ecce Aſſur quaſi Cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, excelſuſq; altitudine, & inter condenſas frondes eleuatum eſt cacumen ipſius*; & cætera quæ per ſeriem totius capituli narrantur, & ad magnificentiam Pharaonis tribuuntur. Nam ſicut Cedrus alias Libani arbores altitudine ſuperat; ita Pharao gloria, diuitijs, potentiaq; omnibus erat ſuperior, & ob amplitudinem ramorum, ideſt prouinciarum Cedro comparatur; ac etiam ob animi altitudinem, & faſtum: ab ea enim Cedrus à Poeta; *ardua vocatur*: vel quia Cedrus eſt odorata; Vnde Virg. 3. Georg.

a *Lib. 13. natur. hiſt. cap. 5.*
b *Cap. 31. 3.*

Cedri virtutes etenim vrinæ, & aluo cōfert, &c.

Diſce, & odoratā ſtabulis accendere Cedrū.
& lib. 7. Aen ——— *Tectiſq; ſuperbis.*
Vrit odoratā nocturna in lumina Cedrum.

Similes odores, & honores ambiebat Pharao. Inſuper Cedrus cariem non ſentit; qua propter Cedro digna dicuntur, quæ promerentur immortalitatem, & æternæ poſteritati conſecranda ſunt. Hinc, & cedri ſucco libros illinebant, ne tineas ſentirent, quos libros vocat cedratos Plinius. Vlterius cedrus fructum fert ſuauem, eius pix dolores dentium ſedat. Addit etiam Plinius. c *Cedri ſcobe ſerpentes fugari certum eſt. Cedrides ideſt fructus cedri tuſſim ſanat vrinam cient, aluum ſiſtunt*: Ideoque Pharaonem habuimus comparatum cedro, quia iactabat ſe Iudæorum infirmitatem, & clades ſanaturum.

c *Lib. 24. 5.*

12 Quibus ſuppoſitis dicimus, non ſine magno fundamento dixere Patres Crucem Chriſti fuiſſe cedrinam. Primò quidem ex odore, quem ſcribūt naturales habere Cedrum; nam ſatis conſpicuus eſt odor paſſionis Chriſti, & pretioſi eius ſanguinis inſtar vnguēti in Cruce copioſiſſimè effuſi. Hinc enim ortus eſt clamor Sponſæ dicentis, d *Oleum effuſum: nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. O oleum* (exclamat Bernardus) e *vſquequaque effuſum: effuſum ſanè, quod non ſolum Cælos, terraſque perfudit; ſed aſperſit; & inferos; adeo vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium terreſtrium, & infernorum. Et quid mirum ſi ſponſi effuſum eſt nomen, cum ipſe quoque in Cruce effuſus ſit?* Iure ergo omnes currere debemus in odorem vnguentorum ſuorum. Superat enim odor Sanctæ Crucis qualemcumque cedri odorem: quando (vt ait Philo Carpathius). f *Se totum per viſcera ſuæ pietatis effudit, cum pro nobis vel crudeliſſimè mori non recuſauit; & ſua ſe ſponte pro ſalute noſtra deuouit.* Et magis ad intentum Theodoretus explicans huius vnguenti effuſionem atque fragrantiam ex ea dicit Rex Meſſias innotuit, & ſuum ipſum Meſſiæ, ideſt vnti ſeu Chriſti nomen late diffundit. *Non vnguētum ſimpliciter* (inquit) *ſed effuſum dixit Sponſa: quemadmodum enim vnguentum in vaſe concluſum incluſam continet, & ipſam odoris fragrantiam; ſin autem effundatur ipſum quoque aerem replet; Sic Dominus Chriſtus ante paſſionem paucis notus erat; & poſtea quam Crucem, mortemque ſuſtinuit, ac veluti corporis vas aperuit, continuo odoris ſuauitate Mundus vniuerſus completus eſt.* Hæc Theodor. & verè tantus effuſi olei odor veloci curſu traxit poſt ſe adoleſcentes, nempe credentes. Imò prædicatores per vniuerſum mundum prædicantes Chriſtum crucifixum non ſolum hoc pro ſeipſis replebantur odore: ſed ab alijs quoque cedrinæ Crucis Chriſti circumquaque tranſmittentes habebantur, tanquam odores: quod quidem Paulus teſtatur dicens. g *Chriſti bonus odor ſumus*, idq; explicans Chriſoſtomus, ait; *quod Chriſti immolatio bonus ſit odor.*

d *Cant. 1. 2.*
e *Ser. 15. in Cant.*
f *Lib. hom. in Cant. hom. 1.*

Crux ex Cedro propter odorem.

g *2. Cor. 2. 15.*

13 Item odoris huius myſterium ſignatū fuit, quando venit Magdalena. h *Habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius.* Quod explicuit Chriſtus cum dixit. *Ad ſepeliendum me fecit.* Hancque morti ſuæ vicinam vnctionem Chriſtus Dominus eidem morti veluti eius typum aptauit; ſignificans non ſine myſterio factum eſſe, vt mulier illa mortem inſtantem à Chriſto forſitan edocta præ di-

h *Marc. 14. 3.*

Chriſti paſſio odore replet mundum.

pulis, dolens, & magiſtro ſuo, quem ardenter amabat, compatiens, gemebunda corpus paulo poſt ſepeliendum inunxerit fracto alabaſtro, vt etiam ipſa fractura corporis fractionem, mortemq; ſignaret. Et quod dixit Ioannes. i *Domus impleta eſt odore vnguenti.* Non caret myſterio; nam id etiam, quod probamus expreſſum tradidit, vt inſinuaret, quod ſicut tota illa domus effuſo vnguento repleta eſt odore; ita pariter totus mundus Chriſti paſſione, eiuſque ſanguinis odore repleretur. Vnde Ambroſius pulchrè ait: k *Si quis fidei congreget flores, & prædicet Ieſum Chriſtum crucifixum in omnem Eccleſiam, quæ Chriſti corpus eſt, fidei ſuæ transfundit vnguentum; olere incipit tota domus Domini paſſionem olere incipit mortẽ Crucis, ſpirat odor, redolet vnguentum in corpore, vt vnus quiſq; dicere poſſit: mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

i Cap. 12. 4.

k Lib. de Elia & ieiunio c. 10. & in cap. 7 Luc.

14 Faxit tamen Deus, vt ſua virtute trahamur, & nos, & in odorem vnguentorum ſuorum currentes Crucem ob eius amorẽ, quam ipſe pro nobis tulit, feramus. Et dicamus cum Bernardo, l *Curremus in odorem vnguentorum tuorum, non in noſtrorum fiducia meritorum. Tu quidẽ in virtute tua curris nos niſi vnguẽta tua ſpirauerint, non curremus. Tu curris in ipſa vnctione, nos in illius odore curremus.* Sed vereor ne ſimiles illis reperiat nos, poſt quorum vnguẽtorũ odorẽ non currunt, eorumq; ignauiam arguens, expẽdit illud (*poſt te*) quod notanter dictum fuiſſe idem Bernardus ait, & non (*ad te*) vt nos tollere Crucem oportere, doceat; eumque ad vnguentorum fragrantiam ſequi. *Quam pauci* (inquit) *poſt te, ô Domine Ieſu ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo ſit, qui nolit. Volunt omnes te frui; ſed non ita, & imitari, tecum regnare cupiunt, ſed non compati, & Crucem tollere.* (Et ſermone ſequenti) *Quis non poſt illum libenter, atque alacriter curreret? quam excuſationem habet, qui in odorem horum vnguentorum non currit? Niſi ad quem forte odor nondum peruenit: Sed enim in omnem terram exiuit odor vitæ; quoniam miſericordia Domini plena eſt terra. Ergo qui vitalem hanc ſparſam vbique fragantiam non ſentit, & ad hoc non currit, aut mortuus eſt, aut putridus.*

l Ser. 21. in Can.

Religioſi currant in odorem paſſionis.

15 Et cedrum quoq; ſuperat odore cupreſſus, cuius altera Crucis pars efformata dicitur. *De Cedro truncus Crucis eſt, ſtipeſque Cupreſſo.* Erat, vt exteri fabulantur adoleſcens quidam pulcherrimus, nomine Cypariſſus, qui cum Ceruum, quem ſumma cùm voluptate alebat, imprudens peremiſſet; tanto fuit dolore affectus, vt mori omnino ſtatuens ab Apolline, qui ardenti amore Cypariſſum proſequebatur, in Cupreſſum fuerit commutatus. Inde Cupreſſus inter funeſtas arbores cõnumerata eſt. Et ex eo, quod tarde creſcat, & ſucciſa non repullulet, funebri ſigno, ante defunctorum ædes eam poſuere maiores. Quod exprimit Ouidius m dicens.

Cupreſſus & vnde dicta.

m 3. Triſt. elog. 13.

Funeris ara mihi ferali cinta cupreſſo.

Si Aſclepiadi prout oportet fides datur hamus à Borea Celtarũ Rege filiam, Cypariſſam dictam, iam mortuam ſepulturæ tradi fuiſſe præceptum; at prope ſepulchrum in ſignum doloris & meſtitię arborem illam plantari, & Cupreſſum vocari. voluit; Et iure quidem cum triſtis arbor ſit viſu, luctuoſa, funeſta, & lugubris, ac infructuoſa ad cuius exemplum nobilium ſepulchra prædictæ arboris ramis ornabantur in Symbolum nobilitatis. Vnde Lucanus. 3. Pel. ait.

Et non plebeios luctus teſtata Cupreſſus
Tunc primum creſcere comas.

n Lib. 2. c. 19.

Inſuper eſt arbor procera; & teſte Vitruuio, n immortalis eſſe putatur, quia Cariem non gignit, à qua, vt pleraque alia ligna, corrumpatur; cuius eam dicit eſſe cauſam, quia illi ſapor quidam ineſt amarus, qui à carie defendit, & vermiculos abigit, qui eam gignunt. Verum Cupreſſi nullus eſt fructus, ſed ſolis frondibus conſpicitur elegans, arboris quidẽ pulcherrima ſpecies, & odorifera eſt, itaut vehementi odore cæteras ſuperet: in altum aſſurgit, ac ſemper eſt virens, nõ vetuſtatẽ, aut cariẽ ſentit, quamobrẽ, & materiæ perpetuitate, & ſuaueolẽtia fabrefaciẽdis olim Deorũ ſimulachris adhibita fuit, & arcis conſtituendis ad Heroum oſſa efferẽda, vel aſſeruanda, qui mortem pro patriæ ſalute appetiuiſſent.

Cupreſſi natura & proprietates.

16 Aſpicite nunc ad caluariæ montis Cupreſſetum, & videbitis, quàm congruè ex Cupreſſo formata appareat Crux. Quid niſi ſepulchretum dicemus proceram Cypariſſum, Crucem; ad illius Herois, ſub Cypariſſi figura, ſignandum funus, qui generosè, ac ſtrenuè pro totius mũdi ſalute mortem oppetijt, cuius odor bonus, ac ſempiternus gloriæ decor, ſemper virens nullam omnino cariem ſentit, nulla vetuſtate ſeneſcit. Excellens quidem Chriſti ad Crucem ſymbolum eſt; nam eius mortem proprijſſimè ſignat; qui in Monte Sion non humi mori elegit, ſed in altam, & ſublimem Crucem extolli, & in aera eleuari. Vnde Cardinalis Hugo explicans illud Eccleſiaſtici. o *Quaſi Cypreſſus in altitudinem ſe extollens:* ait; *ipſe Cupreſſus fuit in exaltatione Crucis, quando ſcilicet fuit eleuatus in Cruce.*

Crux ex Cupreſſo.

o Cap. 50. 11.

Ad Cedri tandem, & Cupreſſi ſimilitudinem altera inſpicitur formata Crux, nempe Religio ſi harum arborum attendatur proprietas. Ad cuius claram intelligentiam; dicamus cum Sponſa. p *Tigna domorum noſtrarum cedrina: laquearia noſtra Cypreſſina.* Quænam peto, iſtæ domus, quæ plures dicuntur? ſi vna eſt Eccleſia catholica, quæ (vt inquit Apoſtolus) q eſt domus Dei viuentis: cuius caput eſt Chriſtus Dominus, & Vicarius eius Pontifex Romanus Petri ſucceſſor: Cur plures dicuntur? Reſpondebis, & bene; quod Eccleſia Romana eſt adeo ampla, vt ſingulæ eius partes, ſeu particulares Eccleſię proprios habentes Epiſcopos, & Paſtores, domus etiam vocentur, & Chriſti, & noſtræ, quia tam ipſe quam nos in illis habitamus, & ideo Sponſa Chriſtum alloquens, non domos meas, vel tuas, ſed noſtras vocat, licet ipſius magis ſint, quia fundauit eas, tantaque pulchritudine, & decore fundauit & ornauit, vt in eis ſummus eius decor, & diuinitas conſpiciatur iuxta illud

p Cant. 1. 16.

q 1. Ad Thim. 3. 15.

Religio cedrina, & cupreſſina.

lud

r *Pſ.47. 4.* Illud Dauidis. r *Deus in domibus eius cognoſcetur, cum ſuſcipiet eam,* ideſt cum poſſeſſionem cœperit Eccleſiæ, eamq; in Sponſam, ac protectione ſua ſuſceperit; tunc ex magnalibus, quæ in ea operari dignabitur eius maieſtas, Sapientia, bonitas, & omnipotentia cognoſcetur.

17 Et totum hoc, vt oſtendamus Cedrinam, & Cypreſſinam eſſe religionem, quæ vere religioſorum Crux eſt, & nominatur: peculiaribus religionibus, religioſiſq; familijs cum

ſ *Ser. 46. in Cant.* Diuo Bernardo optare poſſumus. ſ *Omnes enim Chriſti ſunt domus, quas Dauid vocat eburneas, bene terſas, politas, candidas, mundas, nitidas, & pretioſas, quæ etiam continent myrrham, guttam, & caſſiam, ac omnis generis aromata, quia omni ex parte ſunt pulcherrimæ, & odoratiſſimæ, gloriam Chriſti manifeſtantes, intra Eccleſiam vniuerſalem, quæ hac mira varietate domorum eſt valde amabilis, vt liceat, cum Pſalmiſta dicere: Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.*

Tigna quid pro eccleſia. Quid autem per *Tigna* cedrina domorum, ſcilicet religionũ noſtrarum; & quid per laquearia cypreſſina intelligatur, in promptu eſt. Si quidem ly *Tigna*, vertunt ſeptuaginta. *Trabes domorum noſtrarum Cedri*, quæ ſignificãt, prout Eccleſiæ aptantur, diuina præcepta, quibus habentur inſignes virtutum actus ad ſalutem, & vitam æternam conſequendam omninò neceſſarij, quorum obſeruantia fulciuntur, & conſeruantur. Et tanquam per laquearia condecorantur per conſilia Euangelica, quæ inſigniores virtutum actus conſulunt, ac ſtabilimentum magnum præſtant, & decorem.

Quid pro anima. Si verò eadem verba ad animam cuiuslibet fidelis applicentur, veluti ad domum ipſius ſponſi, cũ quælibet anima ſit vna peculiaris domus; prout Paulus ad Hebræos dixit his verbis:
t *Cap.3.6.* t *Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos, ſi tamen fiduciam, & gloriam ſpei vſq; ad finem firmã retineamus:*
u *Hom.4.* dicendũ eſt cum D. Greg. Niſſen. u *Trabium cedrinarũ nomine intelligi virtutes animæ internas, firmas, ac validas: per laquearia cypreſſina virtutes externas; quæ inſtar laqueariorum ornant, ac inſtar Cypreſſi benè olent: vt per hæc innuatur animæ domum, non modo internarum virtutum robore contingnandam: verum etiam externæ quoque conuerſationis bonæ exornandam decore.*

Quid pro religione. Tandem *Tigna*, & laquearia aptare poſſumus Religionibus, ſeu Religioſis domibus, quatenus trabes ſunt vota ſubſtãtialia, quibus præcipuè fulciuntur, vt ſubſiſtant: laquearia verò conſilia, & ſalubria perfectionis monita, quæ in regula, & conſtitutionibus traduntur ad votorum obſeruantiam, & ad maius religionis incrementum, & decorem; En ergo quantum vnde quoq; ſint Cruciformes Religioſi. En quatuor noſtræ Religionis vota, tanquam quatuor Crucis partes. Ecce quam vera, & Sancta Crux dicatur Religio; nam ſi formata eſt Crux, & Cedro, & Cypreſſo etiam religio, & trabibus ſcilicet votis cedrina eſt; & ex conſilijs tanquam laquearijs Cypreſſina apparet. Fulciantur ergo Religioſi, & ſubſiſtant in votorum obſeruantia, vt ſint Cedro ſimiles, ornentur per conſilia; vt inſtar Cupreſſi benè oleant: ſic verè Crucem Domini ferent.

CAPVT III.

Palma, quæ bracchia tenet, ſignat allegoricè Crucem, & Cruciformem Religionem.

18 Bracchia Crucis de palma fuiſſe dicunt, & non immeritò cum cæteras omnes arbores, fructuum ſuauitate antecellat. Ipſa enim palma ſecus decurſus aquarum plantata, gaudet iuxta Plinium irriguis, totoq; anno bibere; neq; quidem contenta eſt ſolis pluuijs. *Crux ex palma.*
Vnde Theophraſtus affirmat; a magis gaudere aquis ſcaturientibus, quam pluuijs. Palma enim eſt arbor ſitibunda, & forte tanta afficitur ſiti, quia in calidis regionibus oritur. a *Lib.2.de plan. cap.4*
Vnde Plinius dixit. b *Nullam palmam eſſe fructiferam, niſi in terra, & ſolo feruido, & nitroſo, aut ſalſo, &c. quibus conditionibus ſitiendi habetur cauſa.* b *Lib. 13. cap. 4.*
Vt vlterius addit. c *Palmam eſſe ſolis amantiſſimam.* c *Lib. 17. cap. 44.*

O nobile, vt inde exordiamur, encomium. Quid enim eſt palmam eſſe Solis amantiſſimam, niſi Sanctam Crucem à Chriſto, & ab omnibus Chriſti fidelibus amari; etenim palma ex ſe etiam ſi ex illa formata nõ eſſet Crux, adhuc Crucem deſignabat: iuxta illud Canticorum.
d *Statura tua aſſimilata eſt palmæ,* quod explicans Gregorius dicit: *poteſt per palmam Crux Chriſti intelligi, palma enim ſublime valde creſcens dulciſſimos fructus gignit: Et Crux Chriſti cæleſtem cibum nobis præparauit: cui ſtatura ſponſæ aſſimilatur, quia pro Chriſto mori non dubitat quiſquis Chriſtum valde diligens imitatur.* d *Cap.2.7*
Hoc idem confirmans Rupertus Abbas, dicens: *Aſcendi in palmam manibus militum, qui diuinæ dignationi meæ neſcientes, militabant. Quantum in ipſis fuit crucifixerũt hominem miſere moriturum: quod ad me attinebat aſcendi in palmam tanquam Rex triumphaturus: de qua quidem Iudæi diuinæ diſpenſationis ignari deſcendere monuerunt, dicentes: Si Rex Iſrael eſt, deſcendat de Cruce. Aſcenderam in palmam, & ideo nolebam deſcendere, nondum formatis fructibus (adhuc florebat palma, cum ei talia dicerentur) cum autem guſtato aceto dicerem. Conſummatum eſt, & inclinato capite traderem ſpiritum, iam redemptionis Mundi fructus in palma erant.* *Palma ſymbolum Crucis.*
Quod autem ſequitur vbera ſponſæ botris eſſe ſimilia; & ad palmam aſcendere; vt fructus eius apprehenderet, fuit vt oſtenderet Crucem eſſe inſtar vberũ in principio in exhibitione lactis doctrinæ, & eruditionis, deinde fructus, non tam palmæ, quam illius, cui ſimilata eſt, palmæ veræ Chriſti crucifixi; fructus in quam virtutum, quas illa in ſe repræſentat, vt Chriſto confixa eſt Cruci.

Et fructus palmæ dicitur vnus, & multiplex, quia tota ſponſa nititur in vna Chriſti Cruce, Chriſtoq; crucifixo, ſedet in pluribus virtutum actibus eiuſdem Chriſti crucifixi, ſimiles ſuas exhibet virtutes in ſancta conuerſatione.

19 Nec ſolum ex præfatis patribus veritas iſta patet, ſed eſt communior opinio, & ferè omnium dicentium per palmam ſignificari Crucem Domini. Etenim ſicut caudex eius aſper eſt, & ſcabroſus, viſuq; iniucundus, & tota fortis, & recta nulliſq; ponderibus cædens, & in ſummitate dulces ferens fructus; Indeq; ſymbolum victoriæ eſt. Sic Crux tam Chriſti, quam alia cuiuſq; propria, Chriſti amore aſſumpta) horribilis viſu eſt, carni aſpertima & ſcabroſa, ſpinis, & aculeis eam acriter pungens; nihil enim acerbius illi, & moleſtius eſt, quam caſtigatio, & abnegatio ſui, & appetituum cohibitio, licet ſit voluntariè aſſumpta: qui tamen eam patienter fert, & complectitur, per ipſam Crucem redditur fortis, & robuſtus, vt pondere tribulationum non opprimatur; ſed in cæleſtia ſubleuetur, & dulces ſibi apprehendit fructus, præclaraſq; adipiſcitur victorias virtute Saluatoris, qui in Cruce mori, & triumphare dignatus eſt.

Victoriæ Crucis ſymbolũ eſt palma.

Et ſi palma, vt dictum eſt, Crucem ſanctam ſignat, congruè dicemus per palmam, ſicut per Crucem ſignificari Religionem, & Religioſos, ſicut Cruciferos, aut Cruciformes appellamus, ita, & palmam ferentes palmiferos dicimus; quia ſicut palma non cedit ponderi, ſed ſurgit ad verum pondus: ſic religioſorum vita oneri pœnitentiæ grauata non cadit; ſed ad ſuperna, & cæleſtia cor attollit, & dirigit, nec vllis aduerſis frangitur, ſed in vita perdurat, & regnat: & ſi victoribus palma traditur premio, quod non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint; etiam religiones palmiferas in ſignum victoriæ nouimus quandoquidem fundatores, aliiq; religioſi viſibiles, & inuiſibiles inimicos fortiter pugnando vicerunt.

20 Aſpicite vlterius palmam tenuis ab imò proficere, & iuxta ramos, ac fructus ampliori robore exurgere, vaſtioremq; ſuccreſcere; & colliges inde religionem plus finiẽdo per agere, quam inchoando proponere, ſemper enim religioſus Cruce onuſtus inchoare ſe exiſtimat, & idcircò infatigabilis in nouitate perdurat; Vnde progreſſus ſpiritualis in religione adũbratur, ab imis ad ſuprema aſcendendo: & facit ad hoc, quod ait S. Gregorius Papa: *Sicut* (inquiens) *dum palma creſcit deorſum ſtringitur, & ſurſum dilatatur, ſic anima ſancta ab imis ad minima incipiat, & paulatim ad maiora creſcens, vſq; ad plenitudinem perfectæ charitatis perueniat.* Multaq; alia perbellè, ait; e maximè cum differentiam inter mũdanos, & eos, qui vitæ ſpirituali incumbunt ex cuius doctrina colligitur, quod Mundi dilectiores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles, fortes ad inferiora ſubſiſtunt, ſed ad ſuperiora deficiunt; nonnulli etiam imperfecti, cum huiuſmodi noxia facta derelinquunt, & cœleſtia appetunt, ab inchoatione ſua quotidie, conſtanti in puſillanimitate deficiunt, nec tales quales cæperunt, perſeuerant; ſed more arborum inchoatione vaſti ſunt, ſed tenues creſcunt, quia paulliſper per augmenta temporum, patiuntur detrimenta virtutum, ſenſim quippe in eis deſideria cæleſtia langueſcunt; & qui robuſta, ac fortia propoſuerant, debilia, ac infima conſumunt. Iuſti nequaquam ſunt in terrenis ſtudijs fortes, & in cæleſtibus debiles; ſed è conuerſo more palmæ plus ſe Deo ſtudioſos exhibent, quam circa terrena, in ſæculo fortes eſſe meminerint, quorum conuerſio plus finiendo peragit, quàm proponit inchoando.

e Lib. 10. cap. 16.

21 Demum aſpera dicitur Crux, quia ipſum nomen Crucis, quod Paulo teſte, f *Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitia videbatur, ſonum habet horridum.* Etenim, vt pulchre Auguſtinus docet. g *Crux propterea dicta eſt, quod ipſius etiam verbis aſperitas cum doloris, quem Crux efficit, aſperitate concordet.* Sic, & religio maximè noſtra, voto quadrageſimali ornata aſperiſſima iudicatur, tamen eſt veluti palma, quæ in inferioribus aſpera videtur, in ſummo autem pulchritudinem, & ſuauitatem oſtendit fructuum: Expertis notum eſt, quam aſpera abſtinentiæ Crux inchoantibus videbatur, ſed ſuauis proficientibus, ac ſuauiſſima finientibus, ſeu perfectis. Omnis etiam Religio fert in terra labores, & veluti aculeos pœnitentiæ ſuffert; Sed ad celſitudinem perfectionis, & palmæ peruenire ſperat, & mercedem à Domino gratiſſimam ſe accepturam in Cœlo nõ dubitat.

f 1. Cor. 1. 23.

g Lib. de princ. dialect.

Abſtinẽtia a carnibus velut palma.

Aſcendant ergo Religioſi in palmam, & libenti animo attendant Crucis, & Cruciformis Religionis victoriam; nam per hanc Crucis ſcalam peruenient ad ſolium victoris; minuitur Crucis, & Religionis labor, non ſentit dolorem, qui aſcendit, dum fructuum in arbore ſentitur odor. Palma eſt Chriſtus crucifixus, fructus eius ſalus: ſpes ſalutis in ligno Crucis. Tolle, & tu Crucem tuam, & ſequere eum. Sis veluti palma in ſolo calido, exeat Crux à corde amante, ferueat in te religio interno caloris ardore; Et ſi in religione aliquem gradum perfectionis accepiſti; Inſtar palmæ, te viridem ſerua, vt virorem, & candorem gratiæ, & munditiam non amittas; ſed iugiter in in ſanctitate creſcas. *Palma* (inquit D. Ambroſius, h *virens ſemper manet conſeruatione, & diuturnitate, nõ immutatione foliorũ. Nam quæ primo germinauerit folia, ea ſine vlla ſubſtitutionis ſucceſſione conſeruat. Imitare ergo, ò homo, vt dicatur, & tibi; ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ ſerua viriditatem pueritiæ tuæ, & illius innocentiæ naturalis, quam à primordio recepiſti, vt plantatus ſecus decurſus aquarum fructum tuum in tempore tuo habeas præparatum, & folium tuum non defluet, &c.* Hæc tibi ò Religioſe aptentur, vt ſerues, ne dum pueritiæ tuæ, ſed, & tuæ probationis innocentiam.

h Lib. 3. exam. c. 17

22 Cũ autem fructus palmæ Euangelicæ perfectionis, illa duo premia, complectantur de quibus Dominus dicit. i *Centuplum accipies in tempore hoc, & in ſæculo futuro vitam æternam.* Notanter ait Marcus, centies tantum

i Matt. 19 29. Marc. 10. 30.

tum

Digitized by Google

tum cum perſequutionibus, vt ſupremum palmæ, cum imò coniungeret. Perſequutiones enim ad aſperum truncum pertinent, per quem aſcenditur ad faſtigium, vbi inuenitur centuplum, quod plena eſt perfectio, & omnimmoda iuſtitia, cum pace, & gaudio cum Spiritu Sancto. Inſuper piè Religioſe aduerte diligenter, quod dum audis. *Aſcendam in palmam*, id fieri intelligas animo progrediendi ad perfectiora ſemper. Aliud enim eſt appropinquare, aliud aſcendere: qui à peccato per pœnitentiam recedit, ad palmam appropinquat; & illi incipit adhærere, ſed non dum ſublimes eius fructus carpit. Oportet enim, vt vlterius aſcendat non volando ſicut auis, hoc enim noſtras ſuperat vires, & ſpeciale priuilegiũ eſt eorum, qui ſaltu quodam, & volatu ſpiritus ab imo gradu eleuantur ad ſupremum. Aſcendendum igitur eſt gradatim per ſcalam non diuerſam à Palma, ſed in ipſo caudice Palmæ exiſtentem, per varios abnegationis propriæ gradus, à minori procedendo ad maiorem. Aſcenſus in arborem non fit, niſi aliquam violentiam ſibi ipſi inferendo: deſcendere enim facile eſt homini, aſcendere verò ſurſum difficile, maxime vſq; ad faſtigium ſublimis Palmæ: Nam ideò, *regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, quia rapiunt aſcendendo in cacumen Palmæ vbi huius regni fructus cõtinentur. Sic ergo frater mi aſcendas obſecro, ſi vis prout oportet de perfectione in perfectionem vſque ad palmam peruenire,

Religioſos quomodo aſcendis in palmam.

23 Nam tibi minimè proderit, ſi Crucem Religionis ferre gloriaris, & palmam ſcilicet Crucem in ſignum victoriæ præ manibus habere præſumas, etenim nondum viciſti, non dum cacumen attigiſti; dum in Cruce Religionis permanes, in caudice manes. Quid ergo tibi fas eſt, vt fructus apprehendas? quid arborem aſcendere credis? non ſic ſimpliciter aſcenditur: vis ſcire, quomodo fiat aſcenſus iſte? manibus, & pedibus fit; ideſt affectibus, & operibus: ad perfectionem ergo Euangelicam, vtriſq; ſimul aſcendendum eſt; quia nec affectus ſine operibus, nec opera ſine affectibus aſcenſum perficere poſſunt.

Ad huius rei veritatem facit, quod legitur in Prouerbijs. k *Stellio manibus nititur, & moratur in domibus Regum*. Sed quid per ſtellionem, qui in palatijs Regum habitat, intelligere debeamus explicat Marcellinus apud Salazar dicens: *Stelliones in nouis domibus cernuntur; forte hi, quos Romanorum vulgus tarantulas vocat, albas, innocuas, & puſillis lacertis ſimiles*. In palatijs autem Regum habitat per manuum operationem. Vnde D. Gregorius Magnus. l Simplicibus Chriſtianis ſtellionis nomen adaptat; ſicut, & ſapientibus nomen auis; dicens: *Stellio manibus nititur, &c. plerumq; enim aues, quas ad volandum penna ſubleuat, in vepribus reſident; & ſtellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus Regis ædificium tenet. Quia nimirum ſapè ingenioſi quique, dum negligentia torpent, in prauis actionibus remanent, & ſimplices quos ingenij penna non adiuuat ad obtinẽda æterni regni munera, virtus operationis leuat. Stellio ergo dum manibus nititur in regijs ædibus moratur, quia illo ſimplex per intentionem, recti operis peruenit, quò ingenioſus minime aſcendit*. Et Anaſtaſius Nicenus ait: m *Stellio nitens manibus, cum ſit captu facilis habitat in munitis palatijs Regum; Latro ſcilicet in manuum extẽſione Ieſu Chriſti Cruce nitens habitat in Paradiſo trium Regum munito palatio Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

k Cap. 30. 28.

Virtus manibus, & pedibus quæritur.

l *Lib.* 21. *mor. c.* 20.

m *Quæſt.* 46. *in ſcrip.*

24 Habetur etiam, & aliud exemplum in ſcriptura. n Vbi de victoria Ionathæ aduerſus Philiſtæos loquitur, dicens: *Aſcendit Ionathas manibus, & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum*. Reptando ergo Ionathas manibus, & pedibus non per parietes, vt ſtellio, ſed per loca quædam aſperrima aſcendit, non ad regiarum ædium tecta; ſed ad ſtationem Philiſtinorum: vbi erat difficilis aſcenſus, eo quod eſſent eminentes petræ ex vtraque parte, & quaſi ad modum dentium ſcopuli hinc inde prærupti, & tali aſcenſu victoriam de Philiſtæis obtinuit. Vt videas, quam facilis ſit ad malum via; quamque difficilis, & ardua ad virtutem, ad quam non niſi manibus, & pedibus peruenitur. Et hoc innuit Heſyodus dicens. o

n 1. *Reg.* 14. 13.

Via ad malum facilis.

Malitiam quidem cumulate etiam capere
Facile eſt: breuis quippe via eſt, adeoq; proxima.
Ante virtutem quoque ſudorem Dei poſuerunt
Immortales: longa verò, atque ardua via eſt ad ipſam
Primumque aſpera. Vbi verò ad ſummum ventum fuerit,
Facilis deinde eſt, quãtumuis difficilis fuerit.

o *Lib.* 1. *opera, & dici.*

Tu ergo Religioſe ſi virtutem quæris, manibus, pedibuſque vtere, ſic enim ad ſtationem peruenies ſic palmam reptando obtinebis, non aliter; nam virtutem poſuere Dij ſudore parandam, & ſic etiam per ſcopulos difficultatis, vitiorum victoriam conſequeris, & præclaros, dulceſque fructus virtutum adipiſceris. Non enim aſcenditur in Palmam, tantum, vt fructum videas, & contempleris, ſed vt apprehendas, & tibi carpas, ac poſſideas, proprioſque facias. Ne ſis obſecro ſimilis illis, qui ſe fructus virtutis apprehendere putant, cum non ſint niſi fructus vitij, virtutis calore fucati: Videlicet inanis gloriæ, iactantiæ, hypocriſis, &c. Si enim abſtineas, & ieiunes, vt hominibus placeas, non eſt verus Palmæ fructus. Memento ergo ſtellionis, & Ionathæ manibus, & pedibus ambulantium, vt fructus apprehendas non fictos, ſed veros; non inanes, ſed ſolidos, non immaturos, ſed maturos, & perfectos; æmulans ſemper excellentiores:

Religioſus alter ſtellio, aut Ionathas ſit.

CAPVT

CAPVT IV.

De Oliua ſuprema Crucis parte. Ad Crucem, & Cruciformem Religionem allegoricè applicata.

25 DIctum eſt, quod Crucis, *pars eſt Oliua ſuprema, vel titulo lætatur Oliua*; & inter præcipua pars mihi videtur Oliua: nam tria continet mirabilia; quæ ſunt, eſſe perpetuitatis ſignum, miſericordiæ ſymbolum, & pacis indicium; de quibus omnibus plura ad Religionem, & Religioſos ſpectantia ex ſcriptura, & patribus adducemus. Et primo tanquam verum ſuppono: Oliuam (quæ olim non omnibus communis erat, & tantum in maritimis regionibus oriebatur extra Italiã, & Hiſpaniam, Africamq; vt ſcribit Feneſtella) nunc eſſe omnibus familiarem, ſemperque fuiſſe receptam in æternitatis ſignũ, eo quod eius lignum eſt; illudq; nec tempeſtas, nec caries, nec vetuſtas labefactat.

Crux ex Oliua propter perpetuitatem.

Mirum ergo non eſt, ſi pars ſuprema S. Crucis dicatur facta ex Oliua; Quid enim æternius Cruce quid ſolidius illa? Ecce Oliua Crux, quæ gloriam æternam, æternumque Chriſti crucifixi regnum ſignat: Non audis Pſalmographum dicentem. p *Dominus regnauit à ligno*; & vtiq; regnauit quippe, *qui ſolus ipſe*, ait Tertullianus.) q *nouus Rex, nouæ gloriæ poteſtatem, & ſublimitatem in humero extulit*. Et Auguſtinus in eodem Pſalmo executionem regni per Crucem, quouſq; alij non armis peruenerunt, probat de Chriſto, dicens: *Quo nõdum porrectum eſt Romanorum Imperium, iam Chriſtus poſſidet: quod adhuc clauſum eſt eis, qui ferro pugnant, non eſt clauſum illi, qui pugnat ligno. Dominus enim regnauit a ligno. Quis eſt, qui ligno pugnat? Chriſtus de Cruce ſua vicit Reges, & ſubiugatis eis ipſam Crucem in fronte fixit.* Et conuenienter hoc feciſſe Chriſtum, pugnat Tertullianus, r ſcilicet: vt diabolus, qui iam victor per illatam mortem in ligno regnabat, excluderetur à regno, & victus regnum amitteret. *Si enim* (inquit) *per lignum mors ab Adam regnauit, vſq; ad Chriſtum. Cur Chriſtus non regnaſſe dicatur à ligno, ex quo Crucis ligno mortuus regnum mortis excluſit.*

p *Pſal. 95. 10.*

q *Lib. ad. uer. Iud.*

Crux regnũ, et principatus Chriſti.

r *Lib. 3. ad uer. Marcion.*

26 Et nedum mortem excluſit; & Regno tyrannum Dæmonem ſpoliauit, ſed perpetuum obtinuit principatum, per ſupremam Crucis partem oſtenſum; & hoc ſubijciens ſe Cruci fecit, vt & peccata noſtra ipſe portaret, eaque omnia, quæ Iſaias Propheta prædixerat, euenirent, fierentq; orbi nota. Audite textum: ſ *Factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis pater futuri ſeculi, princeps pacis*. Omnia illa ab ipſo natiuitatis initio prælucere cœperunt in Chriſto, & tandem victoriam, & principatum, ſuumq; acquiſitum regnum per Crucem acclamant. Sed quid per principatum humero impoſitũ intelligit Iſaias Propheta? nil aliud meo videri, ita clarius inſinuat, quam Crucem Domini, per quam principem ſe fecit, & Regnum obtinuit. Sed vbi *Principatum* legimus, *Principium* legerũt ſeptuaginta; quod explicans Ambroſius, ait: *Principium illud Crux Domini eſt*. Principiũ fortitudinis, quo via Sanctis reſerata eſt martyribus, ad ſacri certaminis paſſionem. Quod ſi *principatum* mauis legere, vt noſter vulgatus legit; quam humile admodum, & contumelioſum ſceptrum Rex noſter acceperit, ſcilicet lignum Crucis perſpicies. *Illo enim*, vt inquit Hieronymus, t *nihil eſt contumelioſius*, atq; adeo quanta in humilitate exinde regnauerit, habebis clare; Si verè Crucem principatum fuiſſe, & eſſe intelligas, eaq; victum eſſe Diabolum, & vniuerſi imperium vindicatum non dubites; pro qua re adduco Auguſtinũ u dicentem: *Verè Chriſtus principatum ſuper humerum habuit, quando Crucem ſuam admirabili humilitate portauit. Nec incongrue Crux Chriſti principatum ſignificat: nam per ipſam, & Diabolus vincitur, & totus Mundus ad notitiam, & gratiam reuocatur.*

ſ *Cap. 9. 6.*

Principatus humero imponere quid ſit.

t *Contra Heluid.*

u *Ser. 71. de temp.*

27 Sed o Rex gloriæ ſuper humerum tuum principatum imponis? Cur non inſtar Principum aliquorum, & Regum terræ imponentium onera ſubditis: alijs tuæ Crucis onus imponis, & non tibi: Ne mireris lector ſi hoc in Mundo fiat ab illis, qui veluti tyranni Dæmonem ſequentes, virgam, & ſceptrũ pura onera imperij ſui, ſubditorum humeris imponunt quia veluti tyranni, aut ſunt, aut illorum perſonam repreſentant. Chriſtus verò, qui eſt Rex Regum ſceptrum imperij ſui puta Crucẽ humeris ſuis baiulauit, & proprijs humeris principatus ſui onus portauit; & dum alijs ſuadet portãdũ; Si quid graue, & arduum in onere fuit, abſtulit ipſe, & alijs leue, & ſuaue præbuit. *Quis* (ait Tertullianus) *omnino Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert; & non aut in capite diadema, aut in manu ſceptrum? Sed ſolus Rex nouus nouorum ſeculorum Chriſtus Ieſus nouam gloriam poteſtatem, & ſublimitatem ſuam in humero extulit Crucem, ſcilicet, vt exinde regnaret.* Diſcant ergo Reges, & Principes a Chriſto quale ſit ſui imperij onus (Si vere ſceptrum oleaceum, ſeu oleaginum portant) hoc eſt, non exiſtimare principatum ad voluptates, delitiaſque comparandas ſeſe obtinuiſſe, ſed ad labores. *Quare* (vt bene ait Hector Pintus) *eam ob causã voluit Chriſtus Rex titulum Regiæ ſuæ dignitatis varijs literis ſcriptum fuiſſe affixum Cruci, vt intelligerent omnes Principes Chriſtiani, Regiam dignitatem eſſe cum Cruce coniunctam, & cum laboribus, & afflictionibus copulatam.*

Principes velut tyranni ſunt qui non ſibi ſed ſubditis onus imponunt.

28 Et ſi addas titulum Crucis voluiſſe Chriſtum ex Oliua, quæ eſt perpetuitatis ſignum & quæras quid per hoc inſinuauerit non dubito quin voluiſſet Chriſtus oſtendere Regnũ eo magis perpetuum eſſe quo magis Cruci, & laboribus Rex affligitur; ideo cum Cruce titulus, & in titulo oleagino *Rex Regũ* quaſi dicat in laboribus durans, perpetuo lætatur honore. Sed ò Regem mirabilẽ in Cruce, & laboti-

botibus Regnum,in contumelijs dignitas? ita ſane. Nec mirum, ſi tibi mirum videtur cum propterea additum ſit. *Et vocabitur nomẽ eius admirabilis*. Licet enim Meſſias Rex futurus eſſet vndequaq; mirabilis; ſingulariter tamen ob ſingularẽ arduum difficilem,& extra communem vſum regnandi modum. Admirabilis planè,qui hęc operatur mirabilia: & ſi vocem hanc ſequenti addas: nempe admirabilis conſiliarius habebis, quod à pueritia ſingularia, altiſſima,ardua,arcana,& quouis captu ſuere ſuperiora conſilia, ſeu cogitationes (vt legit Cyprianus) de imperio ſuo, ſuper humeros ſuos tollendo.

Fortis eſt oliua, & fortiſſima oleacea Crux, & Chriſtus ſemper fortis fuit, ſed fortiſſimũ in Cruce ſe oſtendit: nam per fortitudinem Crucis potentiſſimum Diaboli regnum peccati, & concupiſcentiæ euertit, tantas, & tales difficultates ſuperauit, ac mortem tam crudelem, conſtantiſſimè pertulit. Et inde *Pater futuri ſaculi* dictus, quia futuros chriſtianos ad nouam, & Euangelicam vitam à Cruce traxit (*cum exaltatus fuero omnia traham ad me ipſum*) atque ad ſanctitatem futuri ſæculi inſtituit,& ſicut Noe ità, & Chriſtus noui ſæculi fuit auctor, & Parens. Vndè de eo canit Sibilla apud Virg. x

x *Eglog.4.*

Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, & toto ſurget gens aurea Mundo
Caſta faue Lucina.

Vlterius ęternitatẽ oliuę oſtẽdit in Cruce Chriſtus. Nã,ſi Adã nos tempori genuit; Chriſtus per Crucem nos genuit æternitati: Si Adam morti, Chriſtus reſurrectioni: Adam terræ, Chriſtus Cælo. Fortaſſe ideo *Pater futuri ſæculi* etiam dictus. Ideoque Chaldæus hæc eadem verba; tranſtulit: *Vir permanens in æternum*. Et Magis propriè Vatablus: *Pater æternitatis*, quia æternitatem nobis per Crucem contulit, ad cuius rei veritatem facit, quod d. Marcialis dixit nimirum: y *Triumphus Crucis vita noſtra in æternum per Crucem vita noſtra reſtaurata eſt, & mors mortua eſt*.

y *Epiſt.ad Tholoſan.*

Oliuæ proprietas in Cruciformi Religione.

29 Verum ſi perpetuitatis, & æternitatis ſignum eſt oliua in Cruce: Non minus in Cruce Religionis in qua dum perſeueratur in bono, oliuæ proprietas relucet, & fit quodam modo perpetua, & æterna, ſi vſque ad finem perſeuerabit; fietq; in Religioſo Crucem ferente quædam vita continuata, ſcilicet præſens cum futura; Vtramque enim coniungit diuinus amor, in quo perſeuerans,ſemper creſcit, quouſque ad ſtatum perueniat. Et ſi ratione Crucis aſperum perſeuerare alicui videatur. Sciat hoc in principio aliquando euenire, ſicut, & in qualibet alia virtute, quæ ex ſe, vt ait phyloſophus verſatur circa difficile verum in illa perſeuerando, quod difficile eſt, facile fit. Sic in religione ea, quæ dura, & aſpera initio videntur, perſeuerantia, ſuauia fiunt, & in progreſſu ſuauiora. Afferunt quidam ad hoc explicãdum exemplum veſtis, qua cũ quis induitur,aſpera videtur;imò quaſi ligat, & ſtringit hominem; poſtea aſſuetus, non eſt, ita. Et quid eſt religio niſi virtus animæ; & hriſti Cindumentum. *Eſpoliantes vos* (dixit Paulus.) a *veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum*. Et alibi. *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum*,imitatione ſci icet virtutum eius. Qui ergo tollet Crucem religionis, vt Chriſtum ſequatur, ſtatim ac habitu illius religionis induitur, moleſtam veſtem ſe fetre timet, in exercitio tandem, & perſeuerantia,ne dum facile indumentum portare agnoſcit; ſed ſuauiſſimum.

a *Ad Coloſ.3.9.*

Probat hoc Sapiens. b Similitudine quadam dicens: *Ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris non arctabuntur greſſus tui; currens non habebis offendiculum*. Promittit his verbis Salomon non ſolum ſapientiam docere,& documentis ſuis viam ſapientiæ monſtrare, ſed etiam ducem fieri, & quemlibet per ſemitas ducere æquitatis, id eſt per viam iuſtitiæ, & honeſtatis, quas (ait) *Cum ingreſſus fueris non arctabuntur greſſus tui*: ſeu vt ſeptuaginta vertunt;*ingredi te facio orbitis rectis*; ideſt ducam te per vias planas, & æquabiles, & per orbitas, ſcilicet per vias curſiles. Pro intelligentia huius textus aduertere licet; quę ſit differentia inter ſemitam,& viam? ex Auguſtino, *illa eſt arcta, iſta lata, & patens*. Vel vt explicat Lyra, qui per ſemitam intelligit viam ſed quæ *per alta, & mõtana loca tendit*. Inde virtus ſemita dicitur, ideſt via arcta; ſed illa quæ ducit ad perditionem lata, & ſpatioſa videtur. Et iure quidem, quia vitium pergit per plana, virtus per ardua, Cum autem noſter vulgatus dicat ſemitas, vias virtutis, ideſt arduas, & LXX. Legant vias orbitas ideſt planas; non ſunt contrarij;nam vtrumq; verũ habita conſideratione,& ad principium, & ad progreſſum. Si verbi gratia Religionis initia tibi videntur dura, veluti via aliqua, cuius initium aſcenſum aſperum continet,rupium, vel lapidum aſperitate, lætari debes planitie amœniſſima, quam poſtea inuenies; & illa quæ tibi difficilia videbantur iam ex perſeuerantia paulatim faciliora,& facillima viſa ſunt. Optimè de hac re Heſyodus quem refert Clemens Alex. lib.4. ſtrom. in hunc modum.

b *Prou.4. 11.*

Via Relig. in principio dura ſed ex perſeuerantia fit facilis.

Longa via inflexa eſt arcta, atque acclinis ad ipſam:
Ardua namque prius: ſed cum ad faſtigia ventum eſt,
Fit facilis, quæ difficilis valdè ante elueret.

30 Et ſi dicas, hoc eſſe verum accipiendo Religionem, aut quamlibet virtutem pro diuerſis temporibus tamen ex litera textus debet ſimul, & ſemel, & pro eodem tempore ſumi. Nam ſemper virtus dicitur ſemita, ſeu arcta via, & eadem vox à LXX. vertitur via orbita, ideſt plana: eſſe planum, & eſſe aſperum, ſibi eodem tempore contradicunt; ergo vel ſemper aſpera, vel ſemper plana erit religio? Sed dicendum eſt religionem, vt ſonat, quia Crux eſt, & difficilia multa præcipit, atque ardua, dici natura ſua aſpera, & ardua, ſicut, & arcta eſt via cuiuslibet virtutis. Sed dum Religioſi ſpontanea volũtate religionem ingrediuntur, & Crucem ferunt,& hanc virtutis viam conſcendunt, in eo ipſo tunc cum ipſum religionis initium incipit, euenit Religio

non in

Digitized by Google

non in totum aſpera, cum tantúdem de aſperitate detrahat voluntas noſtra, quantum ipſa ad ſuſtinenda præcepta religionis procliuis eſt. Et hoc teſtatur Chryſoſtomus cum dicit. c *Si anguſta via eſt, & aſpera, quomodo rurſus leuis, atque facilis dicitur? illud quidem dictum propter naturam afflictionum: hoc vero propter ſpõtaneam voluntatem aduentium.*

c Conc. de Laz.

31 Confirmat intentum Auguſtinus, qui ſuper illa verba, *Poſuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.* d Mouet hanc difficultatem; *Quomodo ſpacioſum, ſimul, & anguſtum eſt virtutis iter?* Reſpondet; *Certè anguſta via eſt; laboranti anguſta eſt, amanti lata eſt.* Ergo ſpontanea volũtas viam virtutis ex aſpera planam reddit (ex mente Chryſoſt.) amor verò eandem ex anguſta latam facit: vt Auguſt. docuit. Reſpectu igitur religionis, quæ nuper, ſemita dicebatur quia religioſi ſpontanea voluntate, & Chriſti amore ducti Crucem laborũ ferunt, ſemper lata via dicitur; & quo magis perſeuerant, eo amplius ſpacioſa, & ſuauiſſima videtur. Alias vana eſſet cuilibet Religioſo ſua Religio, & fruſtra pœnoſam Crucẽ portaret, ſi deficeret ab incepto bono: ſi in obſeruantia ille non perſeuerat, ſi labitur in malum, & non reſurgit, quid ſperare poteſt? *Quid enim prodeſt* (ait Bernardus.) e *Chriſtum ſequi, ſi non contingat conſequi. Ideo Paulus aiebat: ſic currite, vt comprehendatis. Ibi Chriſtiane fige tui curſus, profectuſque metam, vbi Chriſtus poſuit ſuam. Factus* (inquit) *obediens vſque ad mortem. Quantumlibet ergo cucurreris, ſi vſque ad mortem non perueneris; brauium non apprehendes.* Oportet ergo, vt appareat in Cruce oliua, id eſt vt fiat quodam modo religioſus æternus; nam officit potius, quam proficit fieri religioſum, & ferre Crucem religionis, ac inchoaſſe bonum, ſi in bono non perdurat vſque ad mortem, teſte Auguſtino, qui ait. f *Non eſt igitur magnum inchoare, quod bonum eſt; ſed conſummare, hoc ſolum perfectum eſt.* Et Hieronymus hoc idem confirmat, dicens: g *Non quæruntur in chriſtianis initia, ſed finis: Paulus malè cæpit, ſed benè finiuit: Iudæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur.*

d Pſal 30.

Perſeuerantia neceſſaria religioſis.

e Ep.253. ad Abb. Gar.

f Serm. 8. ad Frat. in Eremo.

g Epiſt. ad Furiam Virg.

Hinc ergo meritò faſcinationem, ſeu illuſionem Dæmonum vocat Paulus retro ab incepto redire. Ideo ad Galatas ſcribens ait, h *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati.* Cæperant bene Galatæ, ſed poſtea à ſeductore quodam decepti, legẽ Moſaycam, quam iam reiecerant, iterum aſſumere cæperant: & ideo eos vocat inſenſatos: nam inſenſatus eſt, qui aliunde bonum extra Deum, in quo eſt, quærit, & tãquã faſcinatos Chriſtum ante quorum oculos præſcriptum habent, non vident: vt rectè Eraſmus in explicatione huius textus, ait: *Quis vos incantauit, & oculis aſpectu maleficis, veluti præſtigio impoſuit, vt quod coram cernitis non videatis, & quod non eſt, id vos videre putetis.*

h Cap. 3. i.

Nota vnum, & idem eſſe incantationem, & faſcinationem, ſecũdum Eraſmum, & hanc fieri à Dæmone, vel eius virtute, apud omnes clarum eſt. In bono ergo iam cœpto non perſeuerare ars Dæmonum eſt; ſicut ars Dei eſt, ſeruare iuſtis ſemitam iuſtitiæ, & viam mandatorum cuſtodire ſanctis. Vnde Gregorius Nazianz. in poemate de virtute humana, Dæmonis aſtutiam deſcribit, dicens.

Religioſi retrò aſpicientes faſcinati, & incantati dicuntur.

Sæpè mihi rurſus delectum callidus hoſtis
Virtutis, vitijq; adimens, mea lumina fallit:
Vt fera ſigna pedum, quæ ſignis callida delet,
Hac venatorem virtutis lædat vt arte.

Quia Dæmon tanquam Leo rugiens circuit, quem deuoret. Sumit Gregorius à Leone metaphoram; etenim de Leone ſcribunt, eum cum fugit oblique incedere, & ſigna pedibus impreſſa, cauda euertere, atq; delere; ne ſcilicet venator veſtigijs inſiſtens illum aſſequatur. Ita ait Nazianzenus ſæpè mihi accidit, cum ſit animus virtutem amplecti, atq; vitia inſectari, vt inter vtramq; virtutis, atque vitij ſemitam anceps hæream, nec facilè vtramque dignoſcam: Vitij quidem ſemitam ſatis ego cognoſcerem, (ait Gregorius,) ſi Diaboli illam tenentis aſſiduo veſtigia diſtinguere liceret. At ea eſt efferatiſſimi Leonis verſutia, vt ſua ipſe veſtigia deleat, vt virtutis, atq; honeſtatis ſectatorem eludat, & à recto tramite exilire faciat.

Diabolus, & Leo ſimilitudo.

32 Faſcinanti ergo obedire videntur Religioſi, qui Chriſtum ſequentes, tanquam faſcinati retro aſpiciunt, nec aliud à nobis incantatores infernales quærunt, niſi vt veritatis iter nunquam incipiamus, vel ſaltem ab incepto deſiſtamus. Poterunt etiam dici infantes, & pueri, ſi relicta in ſæculo, iam iterum aſpicere conantur; nam puerorum eſt retro conuerti, & ab incepto deſiſtere: Virorum verò eſt vlterius ſemper progredi obſtacula tranſgrediens, dicente Apoſtolo. i *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.* Non eſt autem legitimum certamen illius, qui ante certaminis finem pugnam deſerit, vertens cum opprobrio terga, *nam qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.* Vnde Chriſoſtomus hunc Pauli textum exponens, interrogat, dicens. k *Quid eſt legitimum?* & reſpondens, inquit: *Non ſufficit ſi quis in certamen tantummodo deſcendat ſi ſolum vngatur, aut congrediatur tantum, ſed niſi per omnia certaminis ſeruauerit legem; omniaq; prorſus obſeruet, quæ certantibus congruunt nunquam profectò coronabitur.*

i 2. Tim. 2.6.

k Hom. 4.

33 Vel inſuper faſcinati dicuntur tanquam pueri, quos faſcinat prauus oculus ex inuidia forte motus. Nam, vt ait Hieronymus: Qui apud nos inuidus, apud Græcos ſignificantius dicitur faſcinator, faſcinum item etiam incantationis genus dicitur, quo pueri ita ligantur, vt liberi non ſint, nec mentis compotes, vel ſæpè per faſcinum ad extremam maciem deueniunt. De quo faſcino, aut faſcinantis, vel faſcinationis arte, quam plures tractant. Sed multa quidem non ſine impia ſuperſtitione, olim veteres ſcripſere de faſcinatione: tamen, quia ſæpè quos intuitu, vel halitu lædunt homines, aut mulieres, faſcinatos dicimus; eſt aduertendum, quod Hippocrates dixit: *Habitum ſcilicet, qui ad ſummam bonitatis pertingit, eſſe periculoſum.* Et Cornelius Celſus: Qui

Inuidi dicũtur faſcinatores.

Faſcinum quid ſit.

Digitized by Google

Qui nitidiores ſolito ſunt ſuſpecta ſua bona eſſe debere, ſæpeq; contingat hos, qui ita affecti ſunt mirum in modum laudari, & curioſius ſpectari; Si contingat eos repente morbo corripi, cum ſubitæ mutationis cauſam vulgus ignoret in laude, vel aſpectu, quandam faſcinandi vim ineſſe putat. Sed quidquid ſit de hac vulgi fabula; Inuidiam pro faſcino alij melius recipiunt. Symmachus ait: l *Nunc quoque nuntio ſi dictum, nullus fortunæ liuor effaſcinet, in concordiam mecum ſanitatem redire. Inuidia etenim Moyſi, qui nos faſcinatores vocamus, videntes Galatas ſequi Chriſtum, veram bonorum ſcientiam, & iuſtitiam tenentes, audacter illis faſcinum imponebant, conantes eos ſuo liuore, ab optimo rerum ſtatu in periculoſam conditionem mutare:* Sic, & Religioſi à filijs Belial liuore, & improbitate decipiuntur, & faſcinantur, ſiue ſit ab ijs, qui extra, ſiue ab alijs qui intra religionẽ (quod Deus auertat) exiſtunt; quando doctrinam iam præceptam deſerunt, quando velut pueri infirmantur in bono, & roborantur in malo, & vomũt cibum tanquam faſcinati, & tanquam incantati ſunt cum deſerunt Crucem, quam ferre cœperunt.

l *Lib. 6. Epiſt. 78.*

O'vtinam poſſemus, & nos dicere cum Paulo, m *Verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Chriſti, qui non in vacuum cucurri.* Supponit habere materiam gloriandi, quia, & diſcipulos habebat dociles, & in doctrina conſtantes, & ideò non in vacuum cucurriſſe affirmat, quia extare ampliſſimum ſui laboris, ac ſollicitudinis fructum nouerat. Item meminit ſuæ gloriæ, & laudis, qua victores celebrari conſueuiſſe affirmant interpetres, & diem illum extremum commemorat, quem vocat Iſelaſticum, de quo loquuntur Sibillica oracula, & dicunt ſæculum Iſelaſticum, illa extrema tempora, quibus electi, ac prædeſtinati tanquam plena Luna circumdata ſplendore, cum ingenti gloria in cæleſtem patriam ingredientur. Cucurrit Paulus, ſed curſum peregit perfectum, ideò gloriatur: Vtque, & nos gloriari poſſimus ſit vita noſtra non Lunæ deficienti ſimilis; ſed perfectæ, & completæ, vt completo curſu laborum coronari mereamur: alias ſi ab incepto deſiſtimus, omnia euaneſcunt, & perduntur. Audiant Chriſoſtomum. n *Qui currit ſi decem circuitionibus tam factis poſtremam omittat, totum perdit; ita, & nos ſi ab incepto bonorum operum curſu defecerimus, totum perdidimus, totum corrupimus.* Hæc ille ad perſeuerantiã reſpiciens.

m *Ad Philip. c. 2. 16.*

Perſeuerãti corona datur.

n *In eadẽ epiſt. hom. 1*

34 Dixi ſupra, potius officere fieri religioſum, & ferre Crucem non oleaceam, id eſt ſine perpetuitate, quod eſt idem, ac non perſeuerare, nõ quia bene cæpit; ſed quia non bene finiuit, & inde damnatus maius tormentum patietur: *Nam potentes potenter tormenta patientur.* Vnde D. Petrus dixit: o *Si refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora, deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti; ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato: Contigit enim eis, illud veri prouerbij; Canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti.* Vide quantum malum pro caducis, & vilibus mundi rebus æternam ſubire damnationem, & Deum optimum, & maximum offendere; Sed cur ait poſteriora eis fieri deteriora prioribus? alludit Apoſtolus ad ea, quæ Chriſtus dixit, nempe: p *fiunt nouiſſima hominis peiora prioribus,* & alibi. q *Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Prouocat enim in ſe iram Dei, & maiori ſupplicio dignum ſe efficit, ſi poſt acceptam iuſtificationem ad lutum ſordidatur. Audiant Chriſoſtomũ. r *Indulgentiæ ingratus eſt, qui poſt veniam peccat: ſanitate indignus eſt; qui ſemetipſum poſtquam curatus eſt, vulnerat, nec mundari meretur, qui ſemetipſum poſt gratiam ſordidat.* O'quam ingratus eſt religioſus, ſi Crucẽ, quam accepit deponat. Quis nõ videt, eum ſe noui criminis reum feciſſe, ſi ſanctam ipſe vocationẽ deſerit: ſi in illa ſpeciali gratia, Dei beneficio recepta, non perſeuerat; Si vota, & legis ſtatuta, quæ ſeruare promiſit non ſeruat, & ab incepto deſiſtit: Non ne deteriora meretur ſupplicia; non ne tanquam apoſtata puniendus venit? Apoſtata quidẽ non ſolum eſt, qui habitum dimittit, aut qui fidem deſerit, ſed etiam qui è fidelitate debita Deo, & Religioni: ait enim Gregorius. *Sicut, qui à fide recedit apoſtata eſt, ita qui ad peruerſum opus, quod deſeruerat redit apoſtata à Deo iudicatur, etiam ſi fidem habere videatur.* Vnde maiori pœna credimus affici nunc Iudam, qui Apoſtolus fuit, quam afficeretur ſi nunquam in collegio Apoſtolorum extitiſſet.

o *2. Epiſt. cap. 2. 20.*

Religioſus non perſeuerans veluti ſus ad lutũ.

p *Luc. 11*

q *Ioan. 5*

r *Hom. de lapſu primi hom.*

35 Et facit ad hoc intentum, quod legimus de Chriſto apud Lucã, ſcilicet: ſ *Et ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Hieruſalem.* Nunc quæro, quid ſibi vult Euangeliſta per ly *firmauit faciem?* Reſpondet Beda: *Sponte crucifigendus, locum quo crucifigendus erat firmata facie, id eſt obſtinata, atq; imperterrita mente petiſſe.* Et quare dices, tam imperterrita mente, & conſtanti animo, & obſtinata facie, negotium redemptionis humanæ operari voluit? Fuit arbitror, vt oſtenderet, quam delicata ſit res pietatis, & religionis in qua non licet fidelibus; & eo magis religioſis, mente quidem nec cogitare à pio Religioſi inſtituti propoſito deflectere, ſed inhibere oculos retro ſpectãtes; ne informidabiles timendæ apoſtaſiæ minas incurrant. Sic nouitio cuidam ſeu nouo diſcipulo, qui reuerti petierat ad paternam domum pro breui tempore ſpacio. Reſpondit Magiſter Chriſtus paulo poſt pręfata verba Lucæ. *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei.* Ad quod explicandũ Beda adducit exemplum Vxoris Loth, quæ Sodomam fugiens, ne quid ab igne pateretur; & ad religionis montẽ confugiens, reſpexit retro, & verſa eſt in ſtatuam Salis, & ſupplicium ſaliat, quod putreſcit ex intuitu ſæculi relicti. Nam (inquit Beda) *Si quis incipiens cum Vxore Loth ad ea quæ reliquerat, aſpicere delectetur futuri iam iam regni muneris priuatur.* Vt nobis religioſis ſi feren-

ſ *Cap. 52.*

v. 62.

Digitized by Google

ferendo Crucem ad Oliuam de qua fabricata eſt,nō reſpicimus. Væ nobis ſi portantes Oliuarū ramos, non perpetuitate Oliuæ delectamur. Et væ nobis ſi à bono recedētes paternas domos inquirimus, & relicta iam in ſæculo intuemur. t *Sequar te Domine*,(dixit quidā) *ſed permitte mihi primū renuntiare his,qui domi ſunt,&c.* vbi Beda: *Si autem ſequuturus Dominum diſcipulus,quia vel domi renuntiare velit arguitur, quid fiet illis qui nulla vtilitatis gratia,ſæpè viſitant domos illorū,quos in Mundo reliquerunt?* Audiant Religioſi,& caueant, nam experientia conſtat,quam verū ſit, quod innuit Beda.

t *Luca 9. 61.*

CAPVT V.

Ex Oliua in Cruce, Crucifixi miſericordia relucet, & ex Cruce Religionis debet relucere in Religioſo.

36 TAnta afficitur pœna,qui alium rogat, vt det, quod petenti opus eſt, quod potius ſuam pati velit indigentiam, quam flexis genibus ab alio petere: vnde qui liberalis eſt,deberet egeno ſubuenire, antequam cantilenis adulatorijs repleat potentis auditum. Quapropter Seneca dixit. *Moleſtum verbum eſt onerosum,& demiſſo vultu dicēdum:rogo. Huius faciēda eſt gratia amico,& vnicunque, quē amicum ſis promerendo facturus. Properet licet ſero beneficium dedit,qui rogāti dedit. Ideò diuinanda cuiuſq; voluntas, & cum intellecta eſt neceſſitate grauiſſima rogandi liberanda eſt. Illud beneficium iucundum victurumque in animo ſcias,quod obuiam venit.* Optima quidem doctrina, & vera, idque teſtatur Lucas, cum de Filio Prodigo hiſtoriam texit: quippe conſummatis ſuis, in ſe reuerſus venit ad Patrem ſuum, & ait textus. u *Cum autem adhuc longe eſſet,vidit illum Pater ipſius,& miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius,& oſculatus eſt eum.* Mirarer equidem Patrem non exſpectaſſe Filium, vt peteret,eo modo,quo petendi propoſuerat in mente ſidicendo,vt poſtea dixit; *Pater peccaui,&c.* imò extenſis bracchijs præuenisse,& cum ſtatim, ac vidit à longe, non in amicum, ſed in proprium Filium recepiſſe, eiq; filiationis beneficium contuliſſe. Niſi ſcirem eſſe Patrem, & liberalem, qui totum, quod erat Filio concedendum conceſſit. Ideò non ſolum beneficium filiationis conceſſit; ſed præces quoque pro venia impetranda condonauit, cum nil ſit ita moleſtum,& onerosum;quam vt teneatur quis dicere rogo.

Miſericordiam ab alio petere nil durius.

u *Luc.cap. 15. 20.*

37 Ecce Chriſtus fatigatus ex itinere ad fontem Samariæ venit;& dum ſitiens *ſedebat ſic ſupra fontem, venit Mulier de Samaria haurire aquam*; & ab eâ paululum aquæ petens, dixit: *Da mihi bibere*;at illa,quo vilior, eo inſolētior facta eſt,videns ſe rogari,ait. x *Quomodo tu Iudæus cū ſis bibere à me poſcis,quæ ſū mulier Samaritana?* O'fera inhumanitas, ad quid tantum laborare in afferenda nationum diuerſitate?quid tua poterat intereſſe dare potum aquæ Chriſto, etiam ſi alterius nationis ſit? & eo magis ò viliſſima fœmina cum fatearis tādem proprio ore tam Iudæos, quàm Samaritanos ex vna Abrahami ſtirpe oriundos, & conſequenter conſanguineos eſſe? Verum mirari minimè debemus. Nam attenta infami Samaritanorū conditione,eorumq; more crudeli, ceſſat ſtupor. Conſueuerant enim Samaritani videntes Iudæos aliqua calamitate oppreſſos,ſiue famis, ſiue belli, aut alterius afflictionis pœna grauiter affectos,negare omnem cum eis cognationem: è contra verò quando eos fœlices,& fortunatos videbant,tunc eiuſdem ſanguinis prognatos eſſe fatebantur. Sic refert Ianſenius, dicens: y *Tradit Ioſephus hoc ingenio fuiſſe Samaritanos, vt quoties aduerſis rebus Iudæa premeretur, Iudæos ſe eſſe pernegarent, nec genere eos communicare. Quando verò videbat fœlices eſſe Iudæos, cognatos eos appellabant, quaſi de Ioſeph nati videantur.*

x *Io. 4. 8.*

y *Lib. 9. cap. vlt. in Ioan.*

Quibus poſitis non leuis inſurgit difficultas, & quidem ponderatione digna, cur eo tempore illa mulier Samaritana, dum Chriſtus potum aquæ petijt, negauit cognationem habere, cū Hebræis? videratne Hebræos, tunc aliqua calamitate oppreſſos; vbi tunc famis erat, vbi bellum, vbi captiuitas ,aut alia afflictio, qua moleſtè afficerentur?nulla quidem apparet,& eos negat cognatos eſſe. Cur ergo? non alia ratione arbitror,niſi quia videt Chriſtum petentem potum aquæ; cum nulla miſerior calamitas poſſit inueniri,quę ſufficiat ad pernegandum aliquem eſſe ſuum cognatum; quam illa, qua cogitur ad petendum. Iure ergo Samaritana non coutuntur dixit, cum infœlicitas fœlicitati oppoſita maior non ſit,quam rogare, & petere. Hic Plinius ille iuuenis de Traiano loquens dixit: a *Ciuibus alimenta daturus; Hoc maximum præſtitiſti, ne rogarent.* Et Auguſtinus, inquit. b *Perfecta miſericordia eſt, vt ante occurrat eſurienti cibus, quam roget mendicus.* Perpendite ò Potentes mundi, quanta ſit affectus miſeria, qui rogat, & petit:occurrite indigēti ante præces, ne ſit beneficium tanto graui onere grauatum.

a *In panegir.*

b *Lib. 59 hom.29. in Ioan.*

38 Magnanimitatis exemplum præbuit Rex Dauid, & præmiſſæ veritatis mirabile documentum reliquit; vt in ſacro textu legimus. c Saulis enim perſequutionem fugiens,vna cum ſuis interiorem partem cuiuſdam ſpeluncæ petijt: & dum ibi lateret; Ecce Saul neceſſitate compulſus ingreditur ſpeluncam, in qua neminem eſſe exiſtimabat: porro viri,qui erant cum Dauide conſurgere in Saulem volebant, ſed prohibuit Dauid, tantum ora clamydis abſciſſa latenter cōtentus. Et exurgens Saul, & de ſpelunca, *Egreſſus pergebat cœpto itinere, & Dauid etiam de ſpelunca egreſſus clamauit poſt tergum Sauli, Domine mi Rex. Et reſpexit Saul poſt ſe: & inclinauit ſe Dauid pronus in terram; adorauit; dixitq; ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduerſum te? Ecce hodie viderunt oculi tui; quod tradiderit te Domi-*

c *1. Reg. 24. 10.*

Opprobriū magnum pro neceſſitate rogare.

Dominus te in manu mea in ſpelunca; & cogitaui, vt occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus. Siſte parum ò Rex Dauid, cur iſta, quæ extra ſpeluncam, poſito Sauli, tam humiliter exclamans dices; non prius in ſpelunca, dixiſti? non aduertis Saulem non tanti facere extra, quanti intra ſpeluncam poſitum feciſſe, certum eſſe? Quis non videt, magis æſtimari beneficium ab eo, quando certam mortem ante oculos ſibi inſligendā ab inimico conſpicit? Verum eſt; ſed reſpondere poſſet Dauid; Vitam Sauli condonare ſtatueram, & magna nō foret venia, ſi eam præcibus emiſſet Saul. Etenim cum ſe aggreſſum videret Saul, à Dauide, & circumdatum à militibus illius, coactus neceſſitate pro vita ſibi condonanda ſuppliciter rogaret. Ideò generoſus Dauid nihil feciſſe arbitrabatur, ſi condonando illi vitam, non condonaret etiam præces quas ad impetrandam vitam effuſurus erat. Huius imaginationis auctor fuit doctus Abulenſis, qui ait. d *Si videret ſe poſitum in manu hoſtium ſuorum procideret coram eis, & pro vita oraret: Ideò Dauid non ſolum voluit eum à morte eripere, ſed etiam ab opprobrio, & deiectione.* Ecce quomodo verum eſt, quod alter alterum rogare, vt det, aut parcat, &c. opprobrium eſt cuilibet alteri miſeriç, non inferius: imò alio quolibet malo importunius, & moleſtius.

d *Quæſt.* 18

39 Hinc fortaſſe Gentiles ad impetrandam veniam, & miſericordiam, ramis vtebantur oliuarum, ne præces aliquando effunderent, & ſola oſtenſione oliuæ impetrarent, tum etiam quia ſi præcibus vti cogerentur, oſtenſa oliua, quæ perpetuæ miſericordiæ ſymbolum eſt, certiſſimè veniam obtinerent. Vnde non pauci ex Ethnicis, ſic oliuam manibus ferentes miſericordiam adepti ſunt: de qua re T. Liuius ait. e *Decē legati Locrenſium, obſiti ſqualore, & ſordibus, in comitio ſedentibus conſulibus velamenta ſupplicium ramos oleæ, vt Græcis mos eſt; porrigentes ante tribunal cum flebili vociferatione, humi procubuerūt,* & alibi etiam inquit. *Secundum talem orationem vniuerſi prociderunt, ramoſque oleæ ſupplices tractauerunt.* Hoc idem de Athenienſibus ſcripſit Demoſtenes. Et Siculos etiam ait: *Hoſtium obſidione perterrita Sydoniorum vrbs, quæ vndequaq; armis cincta erat, timentes valde ciues ex communi ſenſu ex principalioribus ciuibus quingentos elegerunt, & portantes manibus ramos oliuarum; miſerunt, vt ante Ducem proſtrati, & humiles miſericordiam peterent, & pacem. Victi quoq; Carthaginenſes conſilio Annibalis freti, decem ex maioribus principibus elegerunt qui naui quadam ramis cooperta oliuarum euntes ad Scipionem petentes miſericordiam ſe præſentarunt. Tandem viduas mulieres,* ait Apuleius, *vt iuſtitiam pro ſe peterent, Tribunalia petiſſe, geſtantes oliuarum ramos. Sicque Iudices earum mæſtitia moti ad clementiam erga eas, pietatemq; inclinabantur.* Idq; confirmat pluries. Virg. Æneid. lib. 4.

e *Lib. 9. decad. 3.*

Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes.

Aduertit Seruius non iuiſſe ramis oliuarum coronatos oratores, quia non videbatur habitus triſtibus conueniens, ſed tantum lachrymantes ramos ferebant manibus ad inſtar miſericordiam petentium. Verum quando à Dijs miſericordiam petebant, vel alias res ſacras tam ab vrbe deputati, quam Sacerdotes oleis coronati incedebant: ait enim.

Hinc gemini vates ſanctam canentis oliuæ
Fronde comam, niueis ornati tempora vittis.

Imò, & Virgilius ſequenti libro introduxit Æneā oleis coronatum cum vellet ad ſedandos maris fluctus, Deos obſecrare; ideòq; dixit.

Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ,
Stans procul in prora pateram tenet, extatque ſalſos
Proijcit in fluctus: ac vina liquentia fundit.

& *lib. 6. ait. Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ*
Sacra ferens?

40 Quod autem mos iſte peruenerit, vſque ad Hebræos refert Philo agens de legatis, quos Cayo miſerat Rex Agrippa. Et ſi ſequamur præfatum Gentilium morem; habebimus, vt arbitror veram intelligentiam textus Zachariæ, & quale fuerit oliuæ ſymbolum proſpiciemus. *Egredietur Dominus* (inquit Propheta) f *& præliabitur contra gentes, ſicut præliatus eſt in die certaminis, & ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum.* Hic textus ſi legatur iuxta Hebrços, *præliabitur in gentibus, ſeu cum gentibus*; ſignificat prælium habitum à Deo, cum Tito & Romanis contra Iudços. Si in gentes legere mauis, id eſt contra gentem iuxta vulgatam: Loquitur de prælio temporali, ac etiam de ſpirituali. Primum patet in prælijs Machabæorum miraculis, & prodigijs peractis contra Antiochum, in quibus Deus per Angelos etiam viſibiliter apparentes, pro Iuda decertare viſus eſt, vt in 2. Macchab. g

f *Cap.* 14.

De prælio verò ſpirituali ſub Macchabæorum typo ſignificatur victoria Chriſti contra gentes fidei noſtræ inimicos, ſed dices quibus armis præliatus eſt, vt victoriam reportaret, eoſque ſibi ſubijceret, eorumque peccata deleret? Non alijs, niſi Cruce ſancta. Ideo ſubiunxit Propheta prçliaturum Dominum contra gentes ſicut præliatus eſt in die certaminis; ſcilicet famoſi illius & celeberrimi, quo contra Pharaonem decertauit, eumque & ipſum ſequentes demerſit in mari rubro. Et ſi petas quibus armis tunc victus apparuit Pharao? non alijs, quam virga Moyſis, quç Crucis figuram gerebat. De hac enim virga cecinit Dauid. h *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion*: quem textum exponens Eugubinus ait: *Intelligere poſſumus ſanctam Crucem Chriſti, quid enim ea potentius eſt, aut efficacius cum tam facile inimicos omnes in fugam conuertat?* Sed proprius eamdem Moſaycam virgam prodigiorum operatricem, Crucis vmbram fuiſſe teſtatur Origenes, i inquiens: *Virga per quam à Moyſe geruntur hæc omnia, per quam Ægyptus ſubijcitur, & Pharao ſuperatur, Crux Chriſti eſt: per quam mundus hic vincitur, & princeps huius mundi cum principatibus, & poteſtatibus triumphatur.*

g *Cap.* 10. *c.* 11. 8. & 15. 12. *Cruce præliatus eſt Dominus.*

h *Pſ.* 109.

i *Hom.* 4. *in exod.*

41 Subiunxit poſtea Propheta: *Et ſtabunt pedes eius ſuper montem oliuarum*. Vbi præter alios ſenſus, quos (partim tradunt Patres, mihi valde probatur illorum ſenſus, qui dicunt montes oliuarum eſſe Romanos, qui totius orbis imperio potiebantur, & per Crucem ad Ieſu Chriſti pedes ſe ſubiecerunt, eique ſe totos tradiderunt. Nec minus montem oliuetũ in quo ſæpe Chriſtus verſatus eſt; ibi enim orando pernoctauit, paſſionem inchoauit, & ex eo coram diſcipulis glorioſus aſcendit in Cælum; ſignificare dicimus Eccleſiam, quæ eſt collectio gentium Chriſto obedientium; in quibus ſtant, & requieſcunt pedes Chriſti. hac de cauſa fuit mons ille à Chriſto viſitatus, dum erat in orbe carne mortali indutus: *Vt* (ait Ambroſius.) k *oſtenderet in Eccleſiam gentium ſe tranſiturum, & in eam miſericordiam ſuam, & munera diffuſurum.* Quam miſericordiam per Crucem obtinendam ſignificabat Oliua ſuprema Crucis pars.

Mons oliuarũ quid ſignificet.

k *In cap. 11 Luc.*

42 Etenim in Cruce verè, & ſuperabundanter miſericors apparuit. Vnde Paulus ad Hebræos dixit: l *Debuit per omnia fratribus aſſimilari vt miſericors fieret, & Pontifex fidelis.* Sed cur, vt miſericors fieret? nonne antequam Deus homo fieret, & antequam Crucem ſubiret, miſericors erat? nonnè verum cæcinit Dauid, m *Miſericordia Domini ab æterno, & vſque in æternum?* Vtique affirmatiuè Reſpondebis. Nam iuxta ipſum Dauidem. n *Miſerationes eius ſunt ſuper omnia opera eius.* De nouo ergo non potuit fieri miſericors. Sed hoc intelligitur de Chriſto quatenus eſt Deus, & in natura diuina: factus tandem homo debuit fieri miſericors, & fidelis Pontifex experientia. Nam qui nihil experti ſunt aduerſitatis duriores ſunt ad miſerendũ, quia experientia nõ cognouerunt miſeriam, quæ eſt obiectum miſericordiæ; & ideò Chriſtus eam voluit experiri, vt melius miſericors eſſet. *Neq; enim* (vt ait Ambroſius) *alia poteſt afferri cauſa, cur fratribus ſimilis eſſe debuerit, niſi vt miſericors, & fidelis Pontifex noſtra cauſa fieret* (& addit) *non eſt altera totius huius mirandæ diſpenſationis cauſa, quam hæc ſola.*

l *Cap. 2. 17.*

m *Pſ. 102. 17.*

n *Pſ. 144.*

Chriſtus quomodo factus eſt miſericors.

43 Vlterius, vt *miſericors fieret* alio etiam ſubintelligitur modo, ſcilicet, meritoriè, promerendo nempe nobis miſericordiam. Chriſtus enim, vt Deus miſericors erat, effectiuè non meritoriè; quia ad hoc requiritur inferioritas merentis, & ita minor, vt homo factus eſt, vt miſericors eſſet meritoriè; non quia aliquis ſit magis miſericors Deo; aut quod Deus ipſe aliter fiat miſericors in natura diuina, eo quod ſit noſtras miſerias expertus; ſed quia in natura humana accepit proprium affectum miſericordiæ, nõ tantum quo ad opitulationem, ſed etiam quo ad compaſſionem, & miſericordiæ meritum: Quæ omnia tunc operata fuiſſe ſcimus; quando (vt ait Chryſoſtomus.) o *Non ſolum paſſiones noſtras, vt Deus cognouit, ſed experimento etiam pati, & compati nouit.* Et quia nunquam miſerabilior apparuit, quam in Cruce: ideo in Cruce miſericors experientia eſt factus. Et Bernardus miſericordias miſerijs iungens, & vtraſq; inter ſe conferens, ait. p *Flagellis cæſus eſt, ſpinis coronatus, clauis confoſſus, affixus patibulo, opprobrijs ſaturatus. Hinc multæ miſeriæ corporis; Hinc multæ miſericordiæ cordis: hinc dolores, hinc miſerationes; Hinc oleum exultationis, hinc ſanguinis guttæ decurrentis in terram. Miſericordiæ Domini multæ; Sed & miſeriæ Domini multæ. Vincentne miſeriæ miſericordias? an miſericordiæ miſerias ſuperabunt?* Optimè Bernardus. Etenim ad menſuram miſeriarum, quas pro nobis ſuſcepit, & effuſi ſanguinis pretij, quo nos redemit, ſuam Dominus erga nos profundiſſimam in Cruce miſericordiam demonſtrauit, atque inter omnes miſericordiæ gradus, & ordines, qui varij ſunt, gradũ in Cruce ſupremũ exhibuit, ſupremã in illa paſſus pro nobis miſeriã. Et talem miſericordiam per oliuã, quæ ſupremam Crucis partem obtinet, ſignificauit.

o *Hom. 5.*

p *In Ser. feriæ hebd. pœnoſæ.*

Chriſti miſericordia in Cruce.

44 Sed difficultas quædam remanet pro concluſione aſſumptæ propoſitionis. Si enim diximus oliuam ſymbolum eſſe miſericordiæ, & probauimus ex gentilibus eos manibus tuliſſe ramos; qui miſericordiam ab alijs nitebantur præcibus obtinere: Non Chriſtus oliuam ferre debebat, ſed ferendam nobis præcipere; vt ipſe inſpiciens in noſtris manibus ramos oliuarũ, miſericordia motus, peccata nobis condonaret, cum ipſe ſit, qui nobis indulgentiam, & miſericordiam quando vult concedere dignetur. Nihil ergo facit oleacea Crux; Sed ex dictis veritas patet. Etenim non ſolum oliua illa ſignificabat Chriſtum effectiuè miſericordem erga nos; ſed etiam meritoriè, ideſt rogando Patrem pro nobis; idq; in Cruce præcipuè fecit; quando, *Exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Et quia Chriſtus eſt pro nobis fidelis Pontifex, & aduocatus non apud Principes huius mundi, ſed apud Deum, nec ſubijciebatur homini, ſed Deo; dum confixus in Cruce orabat, & Deo pro nobis ſacrificium offerebat. Ideo conueniens fuit ipſum ramis coronari oliuarum. Sic enim, vt notauit Seruius ſupra oliuis coronabantur Sacerdotes dũ res ſacras faciebant, & Ioui ſacrificabant; eodemque modo cæteri omnes cum Deos obſecrare vellẽt; vt fecit Æneas quem oliuis coronatum deſcripſit Virgilius.

Titulus Crucis cur ex oliua ſupra Chriſti caput.

45 Et quia regnum Chriſti expreſſum erat in titulo Crucis, quem delere voluiſſent Hebræi quando, vt ait Theophylactus. q *Chriſto etiam inuidebant. Et quid dicunt? Scribe non quod ſit ſed quod ille dixerit: nam nunc quidem communis ſententia Iudæorum apparet: ſi autem appoſitum fuiſſet, quod ipſe dixerit ſe Regem, viſum fuiſſet crimen temeritatis, & arrogantiæ illius.* Et D. Cyrillus r pulchrè dixit: *Non poſſunt ferre huiuſmodi titulum principes Iudæorum, ſed acri turbati inuidia regnum pernegant Chriſti: nunquam enim inquiunt Rex iſte fiat, quẽ nos in Regem vnquam ſuſcepimus, ſed ipſe huiuſmodi verbis vſus eſt.* Nihilominus conſtanter Pilatus exclamat, *Quod ſcripſi, ſcripſi*, vt ſciant omnes ipſum eſſe Regem tribus linguis in titulo ſcriptum, vt ab omnibus cognoſcatur, quod ſit Rex Iu-

q *In cap. 19. Ioan.*

r *Lib. 12. cap. 21.*

dæo.

deorum, & hoc fecit diuina prouidentia preordinante Pilatum, vt diceret; *Quod ſcripſi, ſcripſi*. Hebraicè, Latinè & Græcè, vt Regem ſignaret, vnde Laurentius Iuſtinianus. ſ hoc factum eſſe *dictante Spiritu Sancto*(ait)*qui vt fecit Iudæorum principem prophetare, ita coegit Gentilem præſidem ſcribere*. Et Sedulius agnoſcit in titulo Deum trinum, terq; ipſum Regem. t

ſ De triũphali Chriſti agone cap.17.

t Lib.4. paſch.car.

Scribitur,& titulus: Hic Rex eſt Iudæorum
Quod nihil à Deitate vacet: nã cælitus actũ:
Hoc Hebræa refert, hoc Græca, Latinaque lingua,
Hoc docet vna fides, vnũ ter dicere Regem.

46 Ex titulo ergo cognoſcitur Rex: Ideo Ambroſius agens de Helena Domini Crucem inueniente; ait. u *Non potuit obliterari Chriſti triumphus titulo Crux patuit ſalutaris*. Et Auguſtinus x etiam dixit: *Non corrumpitur inſcriptio tituli, Rex Iudæorum. Rex veſter eſt Chriſtus, quia omnium Rex Chriſtus. Quoniam ipſius eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium.* y Si ergo per titulum cognoſcimus Chriſtum Regem; *Et titulo lætatur oliua*. hunc titulum dicemus fuiſſe coronam oleis contextam; quam inquit Ioannes *poſuerunt ſuper Crucem*, & Matthæus dixit: *ſuper caput eius*, ad oſtendendum primo quanti faceret Chriſtus regalem titulum per Crucem & coronam ſpineam partum; & deinde, vt in illo quaſi regio diademate, & ſacra lamina caput ornaret. Vnde Origenes per titulum ait ſignificari Chriſtum Pōtificem, & Regem, dicens. a *Chriſtus Rex pronunciatur, & pro corona ſuper caput eius ſcriptum eſt, hic eſt Ieſus Rex Iudæorum. Et princeps quidem Iudæorum ſecundum literam legis portabat in capite ſuo formam ſigni, & ſanctificationem Domini ſcriptam in metallo. Verus autem Princeps Sacerdotum,& Rex Ieſus, in Cruce habet ſcriptũ, hic eſt Rex Iudæorum*. Poſuerunt ergo ſuper caput hanc oleaceam coronam, vt tanquam Rex noſter, & Sacerdos oleis coronatus Patrem pro nobis oraret, eique pro omnibus ſacrificium offerret. Rectè ergo Crucis ſuprema pars eſt oliua, vt Regis perpetua radiaret maieſtas. *Lucet in altũ poſita* (inquit Eutymius.) b *Regnum eius clare promulgabant*. Et Rabanus. c *Supra Crucem, Regis maieſtas fulgebat*. Ecce ergo ex Oliua: *Rex,& Pontifex vndequaque miſericors*.

u De obitu Theodoſij Imper.

x In Pſ. 57.

y Pſal.21. 29.

Titulus Chriſti regnum oſtendit.

a Tract. 15. in Matt.

b In Cap. 27. Matt.

c In eundẽ locum.

47 Deueniamus nunc ad Sanctam Religionis Crucem, non dubito quin poſſim affirmare eam eſſe ex Oliua Symbolicè formatam: ita vt ferentes illã in operibus miſericordię ſplendere eiuſdem Crucis virtute, appareat: Indeque Religioſi, ſicut Cruciferi, aut Cruciformes dicuntur, eo quod portantes Crucem Religionis conformes Crucifixo videntur: ita per miſericordiam eidem Chriſto Crucifixo conformes fieri ſtudeant. Quare etiam Chriſtus ad hanc ſimilitudinem habendam hortatur dicens. d *Eſtote miſericordes ſicut,& pater veſter miſericors eſt*. Vbi notari debet, ly *ſicut* non ſignificare æqualitatem; ſed tantum ſimilitudinem, qualis eſſe poterit inter Deum, & hominem; & quæ non eſt inter homines ad inuicem; & qui quo ad poſſe in operibus miſericordię Deum imitari curant, tanta, & talis eſt virtus miſericordię, quæ licet ſolummodo Deo ſit propria, nulliq; creaturæ appropriari valeat, per ipſam tamen ſimiles Deo efficimur, teſte D.Cyrillo qui ait: *Magnum eſt præconium pietatis, reddit enim hæc virtus Deo nos conformes, & quaſi quadam ſigna ſublimis naturæ imprimit noſtris animabus*. Et D. Gregorius Niſſenus confirmat hoc idem inquiens. e *Si miſericordis appellatio Deum decet, ad quid aliud te ſermo hortatur, niſi vt Deus etiam quodammodo fias*.

d Luc.6.

e Lib. de beatitud.

48 Floreant ergo Religioſi in virtute miſericordiæ; quando, & vt oportet, vt vere Cruciferi, & Chriſto miſericordi conformes appellentur. Sed Reſpondebunt fortaſſe; nobis nec nummi, nec bona aliqua ſunt; nam ijs omnibus renunciauimus in actu profeſſionis per votum paupertatis. Nequimus ergo pauperum, & ægenorum miſereri. Sed aduertant obſecro Tobiæ Cōſilium vbi dicitur. f *Quomodo potueris, ita eſto miſericors; ſi multum tibi fuerit abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude*: Optant Religioſi videri Deo conformes per miſericordiam; ſed procul à voluntate. Dicunt nequire propter paupertatis votum: Verum eſt, Sed meminiſſe eos oportet, nunquam miſericordi deeſſe de alijs officioſe merendi facultatem, modo voluntas adſit, quam intuetur, & remunerat Deus. Atq; ideo non monet, vt facultatibus erogandis miſerorum ſubleuet inopiam, ſed ne obliuiſcamur miſericordiæ, quæ multis modis poteſt pauperibus impendi. Ideo ait quomodo poteris eſto miſericors. Quaſi dicat ſi parum facultatis habes, parum da pro ſubleuanda pauperum neceſſitate; aut duo minuta, vel calicem aquæ frigidæ, quæ Deus qui explorator rerum eſt, & voluntatem magis, quam cenſum intuetur non faſtidit, ſed pro voluntatis pondere compenſat cumulate. Neq; ſolum in largienda pecunia, aut neceſſario corporis ſubſidio exercetur miſericordia ſed in multis alijs, quibus eget multiplex humanæ naturæ quotidiana neceſſitas.

f Cap.4. & 9.

49 Eget homo mærens conſolatione, infirmus auxilio, ignarus quiq; proximus eſt periculo ne ſe in interitum deſperatione præcipitet, Conſilio; miſericors eſt, qui illos conſolatur, & reficit, qui manum porrigit, regit conſilio, confirmat laborantem, & deſperantem animum, qui pro illo orat qui alienam pro illo aduocat miſericordiam; dum pro illius expendenda cauſa, aut dolore leuando, ſupplex intercedit. Hæc, & alia multa optime, & latè ſcribit Auguſtinus expendens illud Pſalmi. g *Qui ſeminant in lachrymis*, & tandem, ait: *In quo quiſq; pauper eſt, ibi illum vide, quia tu forte in eo diues es, in quo ille pauper eſt, & habes vnde accommodes Forte membra tua accommodas, & plus eſt, quàm ſi pecuniam accommodares. Conſilio indiget, tu plenus es conſilio; ille pauper, tu diues es. Ecce nec laboras, nec aliquid perdis; das conſilium, & præſtitiſti eleemoſynam.* Subdit etiam varijs locis ad hoc decla-

g Pſ. 125. 6.

decla-

declarandum. *Si potes dare, da: ſi non potes affabilem te fac. Coronat Deus intus bonitatem, vbi non inuenit facultatem; nemo dicat non habeo, Charitas de ſacculo non erogatur.*

Audiant hæc Auguſtini verba Religioſi Crucem ferentes in quibus relucere debet Charitas pluſquam in ſæcularibus; & per conſequens in eo quod poſſunt ampliori miſericordia fratres proſequi debent; maxime eos qui ſecum Crucem portant. Memores dicti illius D. Pauli ad Galatas. h *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Vbi licet Paulus omnibus communiter fidelibus loquatur: tamen conuenire Religioſis maxime in vno, eodemq; conuentu commorantibus, nemo eſt qui neget. Conſpicitur enim ibi alter altero ſapientior, alter altero ſegnior, &c. Illi ergo veri Religioſi nuncupantur, & ſunt qui videntes alios aliquo onere preſſos ſubleuant, & ſua patientia ac tolerantia ſubſidio ſunt. Putantes in eundem errorem incidiſſe in quo lapſos illos vident, & illis benigne opitulentur, vt eis illi viciſſim opem ferant, ſicq; viciſſim alij aliorum onera baiulant; & amoris legem à Chriſto datam adimplent. *Tantum aliquis portat* (ait Gregorius) *proximum quantum amat, ſi amas portas ſi deſiuiſti amare; deſiuiſti portare.*

h Cap. 6.

Religioſus alterius onera portet.

50 Sed quid ex fratribus, aut pro eorum amore portandum eſt? forte eorum mores, an eorum peccata? Vtrumque, vt verum fatear; portare enim, non eſt ſolum patienter ferre, & tolerare, ſed etiam ſubire humeris, vt quaſi partito onere leuius fiat. Ideo mores portare dicitur, qui diſſimulat, ſuoq; ſtomacho, non irritat alium, & exacerbat. Cum autem de peccatis alienis, tanquam proprijs dolet, & omnem adhibet diligentiam, vt peccantem ad pœnitentiam trahat peccata portare videtur: ſic adimpletur lex Chriſti, idq; explicans Chryſoſtomus ait: *Simul omnes implete vos inuicem ferendo: Velut ille eſt iracundus tu ſomnolentus: tolera igitur illius acrem impetum, vt viciſſim ille tuam ferat ſegnitiem. Ita fiet, vt nec ille peccet, dum abs te toleratur; neque tu dum in his in quibus moleſtus es, ſuſtineris à fratre tuo. Ad hunc autem modum vobis inuicem, vbi lapſus imminet periculum manum porrigentes mutuis officijs implete legem, ſic vt vnuſquiſq; quod proximo deeſt, ſua tolerantia ſuppleat.*

51 Quiſq; Religioſus præcitata verba Chryſoſtomi continuo deberet mente retinere; quia non tam ſanctus eſt, qui ab alio eiuſdem familiæ non indigeat tolerari. Si hoc conſideratur, certe omnes fratres Religioſi mutuam fraternitatem conſeruabunt, & adimplebunt, quod adimplere tenemur. Suppono etenim Religioſos eiuſdem Religionis dici fratres, & vere eſſe, non ſolum quia, & proximi dicuntur fratres; ſed quia magis fratres, quam vterini, & ab eadem ſtirpe prognati, & tanto magis, quanto ſpiritualis coniunctio, & fraternitas ſuperat carnalem. Ideo Paulus, qui ſpiritu ambulabat, ſemper Romanos, & Corinthios fratres vocabat; & hac voce vtebatur ſæpiſſime fratres: *Ego cum veniſſem ad vos fratres; fratres voluntas cordis mei.* Dulce nomen, & dulcedine plenum. *Quaſi eiuſdem vteri partum* (ait Chryſoſt. i) *& doloribus pregnatum eundem habentem patrem eiſdem alimentis educatum.* Et ſi de quolibet peccatore, dixit idem Apoſtolus. k *Nolite inimicum exiſtimare, ſed corripite eum, vt fratrem,* cui vt auxilietis ponat calcaria ſanguis, & natura.

Fraternitas ſpiritualis ad plus tenetur quam carnalis.

i Hom. 6. in prim. ad Corint. de cura ſalutis proximi habenda.

52 Mirabile exemplum de hac re habemus in Sacro Textu l vbi narratur hiſtoria duorum fratrum Ioab, & Abiſai, quos miſerat Rex Dauid ad præliandum contra Ammonitas, & Syrios, & licet illi duces inuicti forent, nihilominus agnoſcentes ex vna parte quod varius eſt euentus belli; & ex alia parte potentiam aduerſariorum non ignorabant, diuiſo inter eos exercitu hinc inde direxerunt aciem; contra Syrios Ioab, & Abiſai contra filios Ammon, præmiſſa etiam conuentione quadam inter ſemetipſos, de ſubuentione indigenti fratri facienda ſic: *Et ait Ioab Abiſai fratri ſuo, ſi præualuerint aduerſum me Syri, eris mihi in adiutorium: ſi autem filij Ammon præualuerint aduerſum te, auxiliabor tibi eſto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & ciuitate Dei noſtri; Dominus autem faciet, quod bonum eſt in conſpectu ſuo.* O quam magna eſt aduerſariorum noſtrorũ numeroſitas, ò quam potentes. *Multiplicati* (dicebat Dauid) *ſunt qui perſequuti ſunt me inimici mei, multiplicati ſuper capillos capitis mei.* Et de eorum potentia aiebat Apoſtolus: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & poteſtates tenebrarum harum.* Eſtote ergo fratres fortes; & vigilate ad inuicem, vt alter alteri pugnanti fratri, ſi aduerſum illum aliquo modo præualuerint inimici; ſtatim præbeat auxilium: in hoc conſiſtit vera confraternitas. Videbis Religioſum forte cupidum, aut luxui aliquantulum deditum, iracundum, ambitioſum, murmurantem, aut inobſeruantia regulæ pigrum; ſubleua tunc illum à miſeria charitatiuis monitionibus, alijſq; opportunis remedijs, vt vere impleatur lex onera portandi, &c.

k 2. ad Teſſal. 3. 25.

l 2. Reg. 10. 11.

Religioſus ex lege aliũ corrigat.

53 Nec minus curioſum eſt, & notabile exemplum, quod de Ceruis habemus apud Auguſtinum. m *Cum enim fretum ad inſulam tranſeunt paſcuorum gratia; ſic ſe ordinant, vt onera capitum ſuorum, quæ geſtant in cornibus, ſuper inuicem portent, ita vt poſterior ſuper anteriorem, ceruice proiecta caput collocet: & quia neceſſe eſt vnum eſſe, qui cæteros præcedẽs nõ ante ſe habeat, cui caput incliner, vicibus id agere dicuntur, vt laxatus ſui capitis onere ille qui præcedit, poſt omnes redeat, & ei ſuccedat cuius ferebat caput cum ipſe præiret: ita inuicem onera ſua portantes fretum tranſeunt, donec veniant ad terra ſtabilitatem.* Diſcamus igitur ſaltem nos religioſi, ex ceruis ratione carentibus, officium charitatis eſſe onera noſtra portare; quod officium ſempiternum non eſt, ſed ſicut, & ceruicum vſq; ad ſtabilitatem terræ, ideſt vſq; ad æternam beatitudinem, in qua nulla prorſus erunt onera noſtra, quæ inuicem portare iubeamur. Dum autem peregrinamur, & in via ſumus multis indigemus, & licet portantes

m Lib. 23. quæſt. 9. 71.

Cerui ad inuicem onera portant.

tantes Crucem ad patriam properemus ad huc perfecti non ſumus, ſed omnes ad perfe-ctionem charitatis tendimus. Quiſque ergo alter alterius onera portet, ſi Crucem ex oliua factam portare gloriatur, alias maiori erit pœna afficiendus.

54 Ad facti euidentiam expendit D. Ambroſius indignationem illam, quam habuit Deus contra Idumæos, quos minis terribilibus affecit per Abdiam Prophetam; eiſq; prænunciauit ſe fore conuocaturum omnes nationes ad bellandum contra eos, & conterendum eos gladio, & morte, &c. & dixit; *Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula, & ſuccendetur in eis, & deuorabunt eos.* n Vnde, ò Domine Deus tanta terribilitas? Reſponde Dominus eius Prophetę oraculo. *Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & peribis in æternum.* Et qualis fuit percontor, hæc iniquitas contra fratrem ſuum? Non aliam arbitror, niſi quia Idumæi, & Iſdraelitæ cũ eſſent patrueles, vtpote quia illi ex Eſau, iſti verò ex Iacob germanis fratribus, & vterinis, originem ducebant. Cumque commune eis eſſet genus, & patruelis origo, fratres appellabãtur; non ſicut fratres ſeſe gerebant. Nã euenit, quod Iſdraelitæ à Chaldæis aggreſſi, & ſuperati in captiuitatem deuenerunt, boniſq; omnibus ſpoliati captiui ducti à potentioribus fuere. Tunc Idumæi videntes fratrum ſuorum anguſtias lętabantur; & cum eis auxiliari deberent potius ſe aduerſarijs iungebant; & Iſdraelitas patrueles deridebant; & innuit ſacer textus Abdiæ; loquens Idumææ: *In die illa cum ſtares aduerſus eum,* (ſcilicet populum Iſraeliticum) *quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper Ieruſalem mittebant ſortem; tu quoq; eras quaſi vnius ex eis.* Inde indignatus Deus contra talem, & tantam iniquitatem exclamat, obiurgando eos, tanquam immemores veræ fraternitatis, quod non currerint in adiutorium pro dictis fratribus ſuperatis, & victis, ſecundum præceptum legis dicentis. *Non deſpicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lataberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum; & non magnificabis os tuum in die anguſtia, &c.*

n Cap. vnico. v. 18. v. 10.

Ira Dei contra fratrem non adiuuantem in neceſſitate.

V. 11.

V. 12.

55 Nunc alloquens nos omnes Ambroſius ait: quomodo poterit quis videre fratrem ſuum aggreſſum ab infernalibus Chaldæis, atq; ab eis ita ſuperatum, vt paulatim ad vitam animæ perdendam, ipſum eundem decurrentem videat; & nihilominus lætari, gaudere, ridere; aut eundem fratrem deridere. Hei mihi, quia frater non eſt, quin potius perfidus inimicus, illis ſimilis, de quibus lamentabatus eſt Regius vates dicens. o *Ne quando ſupergaudeant inimici mei, & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.* Crudeliores, quidem inimici ſunt, qui cum vident me in baratrum peccati deiectum derelinqunt, nec ſunt mihi in adiutorium, ſed derident me. *Non ergo* (ait Ambroſius,) *gaudeamus, quia ſcriptum eſt, ne læteris inimica mea, quia cecidi, &c. nec immerito, quia qui lapſu alieno gaudet, Diaboli gaudet victoria, & ideò doleamus magis cum audimus periiſſe hominem, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* Mirabilis doctrina, & quidem veriſſima; quis enim captam audiens aliquam ciuitatem à Turcis, non abundat lacrymis, ſed deridet, & illudit? nemo certè, aut aliquis crudeli fera ſæuior. O quanto amplius frater, pro fratre, qui perit, lugere debet, & à peccato, vt ſurgat, opitulari; Alias ſi lętatur, & ridet Satanæ miniſter, non frater illius eſt.

o Pſ. 37. 17.

55 Demum, quia Chriſtus ex oleacea Cruce pietatis, & miſericordiæ oleum effudit, nos religioſi ſi Crucem etiam oleaceam habere gloriamur, oleum eiuſdem miſericordiæ in noſtris vaſis habere debemus, vt in alios effundamus; vt Cruciformes ſimus: Et ſi filij gratiæ ſumus, ſi filij Chriſti, ſi quid ſpiritualis olei à Deo in nos eſt infuſum, hoc ſatagamus, vt pro viribus aliquid in proximos effundamus. p *Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat, & fratrem ſuum.* Oleum enim non ſolum effunditur in lampades, vt ignem nutriat, ſed etiam in corpora, vt illa vngat. Ex Euangelio iam nos ſcimus Mariam Magdalenam, quæ prius iniunxerat pedes Ieſu, fracto alabaſtro effudiſſe ſuper caput ipſius vngens illud. Sed cur non ſemper pedes, vel ſemper caput? fuit ad nobis oſtendendum quod, qui Ieſum diligit, vt hæc mulier, ijs vnctionibus dilectionem teſtetur, ſpiritualiter ipſam bonis operibus inungendo; pedes vngat etiam operibus vitæ actiuæ ſequendo veſtigia eius, & imitãdo greſſus, quos vt homo propter nos in hoc ſæculo fecit. Caput verò, quod eſt eius diuinitas vngat operibus vitæ contemplatiuæ varios erga ipſum orationis, & deuotionis affectus, & actus exercendo, & maieſtatem eius alijs manifeſtando. Nam vt dicit Gloſſa: *Quiſquis Chriſti maieſtatem prædicat, caput eius vngit. Rurſus ſi amor tuus eſt perfectus, etiam Chriſtum, ideſt corpus eius myſticum vngere debes: pedes vngis cum proximorum neceſſitatibus per opera miſericordiæ libenter ſubueniſ.*

p Ioan. 4. 21.

CAPVT VI.

Oleacea Crux ſymbolum pacis, & Cruciformis Religionis pars ſuprema; Pax.

56 SYmbolum relinquendæ pacis fuit aſcēſio Chriſti ad montem Oliuarum, & illic ad Cœlum: eamq; innuens pacē ſua illic reliquit veſtigia, vt Poeta Amænus olim dixerat in his verſibus.

Montis Oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum
Ad Patrem rediit ſignans veſtigia pacis.

Cui etiã ſe adſcripſit ille alter chriſtianus Poeta Aratus dicens.

———————— *Cœlum petiturus Oliuæ*
Progreditur luſtrare nemus, quo germine ſacro
Luminis, & pacis locus eſt.

Oliua ſymbolum pacis.

Qui-

Digitized by Google

Quibus omnibus habetur, totius vitæ Chriſti complementum fuiſſe pacem relinquere, pacem dare,& ducere nos per ſemitas pacificas, quia pacificus erat, & verba pacifica loquebatur. Vnde Hieronymus in expoſitione illius textus. q *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus; cum loquebar illis impugnabāt me gratis*, quod ex Hebræo conciſe vertitur: *Ego pacem loquebar, & illi bellum*; ideſt, *Ego pacifica, illi bellantia*, ait Hieronymus. *Cum odientibus pacem pacificus erat, vt eis pacem liberius prædicaret: ille pacem annunciabat; ſed pacis inimici non ſolum eam non recipiebant, verum etiam prædicatorem pacis ſuis nequitijs impugnabant*,& alibi. r *Omnia iuſſa eius* (inquit) *quæ in carne geſſit ad reconciliandos Deo mortales, ad pacificandum cum Angelis genus humanum, ad demonſtranda ſui ſeruanda ad inuicem pacis, & dilectionis exempla pertinent.* Ideò mundum ingrediens vexillum pacis præferente Angelo obtulit mundo, hominibus ſcilicet bonæ voluntatis: & ex Monte Oliuarum ad Patrem reuertens pro militari vexillo Eccleſiæ militanti pacem reliquit. Propterea ſæpè ab eo dictum Euangeliſtæ teſtantur: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*. Etenim inquit Hieronymus ad locum Pſalmi: *Chriſtus pax eſt, & princeps pacis; quia verus Salomon princeps noſter, qui vadens ad Cœlum ſuum nobis vexillum dimiſit, dicens; pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.*

q *Pſalm. 119. 6.*

r *In cap. 3. Prouerb.*

57 Et ſi ſcire cupis, quibus medijs pacem obtinuit; & mundum Deo reconciliauit? Cruce mediante id feciſſe, ſcias: vbi, & mori, & ſanguinem effundere voluit, iuxta teſtimonium Pauli Apoſtoli dicentis. ſ *Per eum reconliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in Cœlis ſunt.* t Quæ verba Chryſoſtomus, tanquam admiratione plena commendat, atq; ſingula examinat; præſertim illa quinque, quæ vt ipſe ait; Sunt hic præcipua,& admirāda, vt puta Deo, recōciliauit, *in ipſum, per mortem per Crucem. Cum dixit Deo nos reconciliaſſe, ne credas eſſe alteri, extra ſe. nam addendo in ipſum, ipſummet Chriſtum deſignat, qui & reconciliat, & cui fit reconciliatio*. Hinc Theophilatus dixit: *In ipſum, ipſe ſibi omnia reconciliauit*, & alibi, *Deo communia igitur ſunt Filio etiam, quæ ſunt patris*.

ſ *Ad Coloſſ. 1. 10. 20.*

t *Hom. 1.*

Cruce nos Chriſtus reconciliauit.

Cum autē dixit: reconciliare, fuit ad oſtendendā perfectam conciliationem, qua ratione non amplius inimicarentur Deus,& homo; terra, & Cœlum. Sic explicat eidem Theophilatus his verbis: *Non dixit conciliare, ſed reconciliare, hoc eſt perfecte pacem facere, vt non porro ſit infenſus: non enim conciliatio tantum reddebatur, verum etiam modus reconciliationis, hoc eſt occiſio Filij plurimum valuit.*

Subiunxit, per ſanguinem Crucis, vt oſtenderet hunc mūdum conciliationis, & pacificationis ſingularē, ac mirabilem per Crucem exequutum fuiſſe, ſeu per ſuum perfuſum in Cruce ſanguinem reconciliaſſe, vbi etiam mori pro pace dignatus eſt. *Magnum quidem conciliari* (inquit Chryſoſtomus) *quod verò hoc per ipſum maius, atque hoc quoque ipſo maius eſt iſtud, quod per ſanguinem eius factum eſt, ſed quod amplius etiam eſt, per Crucem. Itaq; ſunt hæc admiranda per ſe ipſum, per mortem, per Crucem*. Totus ergo mundus diſcordans in Chriſti morte,& Cruce concordatus eſt, pax terris reddita, ima ſummis reconciliata,& denique omnia reſtaurata. Ita & taliter, quod cum Eccleſiaſtico u canere debemus: *Et in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*. De Noe loquitur qui tempore diluuij per ipſum facta eſt reconciliatio. Sub cuius nomine allegoricè Patres intelligunt Chriſtum per arcam Crucem, & per aquam ſanguinem: vt clare noſcamus per ſanguinem Crucis factam reconciliationem. Vnde Rupertus ſignificatum nominis Noe inſpiciens, omnia accommodat Chriſto, dicens: quod *Noè interpretatur requies*; & poſtea ſubdit. *Quæ autem eſt requies, vel conſolatio, qua conſolatur nos iſte verus Noe, ſcilicet Filius Dei, niſi peccatorum remiſſio? vnus erat Noe, & in illo vno ſaluatum eſt ſemen ad recuperationem orbis terrarū; quia videlicet vnus eſt Chriſtus, in quo eſt noſtra ſalus, & non in alio; nec enim nomen aliud ſub Cælo datum eſt hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

u *Cap. 44. 17.*

Per Crucē Chriſtus nos Patri reconciliauit.

58 O mira Dei miſericordia, ſemper enim quando ad iracundiam erat prouocatus magis, quando delere potius quàm mundum reconciliare, & redimere, videbatur congruentius; tunc nè interficeretur aquis diluuij omnis caro, fœdere ſempiterno promiſit & in ſignum fœderis arcum ſuum poſuit in nubibus, dicens. x *Et erit arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni inter Deum, & omnem animam viuentem*. Sed quis eſt arcus, quod e ſignum? arcus eſt Crucifixus Chriſtus, & ipſe eſt ſignū æternæ recordationis in Dei patris oculis, & ſempiternum memoriale noſtræ pacis. Audi Rupertum. y *In eo Deus pactum cum hominibus pepigit, per Chriſtum filium ſuum, quod illo in Cruce moriente mundum ſibi reconciliaret. Et talis Chriſti Filij Dei arcus iſte, qui in nubibus apparet ſignum eſt.*

x *Gen. 9. 16.*

y *In Gen. cap. 36.*

Vrget amplius, quod in tempore iracundiæ facta ſit iſta reconciliatio; quod & Paulus multoties expreſſit a dicens: *Cum adhuc infirmi, cum adhuc peccatores eſſemus*. Ideſt cum adhuc peccabamus, & cum Deo inimicitias gerebamus, & adhuc feruens, & recens eſſet iniuria, Crucem miſericorditer ſubijt. Idq; conſiderans Bernardus dixit: b *Abundante iniquitate, feruor refriguerat charitatis, pranimia vtiq; duritia hominum, & obſtinatione. At ego aut Filius, tunc dixi: Ecce venio*. Et D. Hieronymus Pauli ſenſum explicans, ait: *Miratur Apoſtolus bonitatem Chriſti, quod pro impijs, & infirmis, & peccatoribus mori voluerit, & mori opportuno tempore, quando omnes peccauerunt, & ſimul inutiles facti ſunt.*

a *Ad Coloſ. 1. & ad Rom. 5.*

b *Ser. 1. de Aduen. Dom. & ſex circunſtanc.*

59 Verè tunc adimpletum eſt, quod Euangelicus Propheta cecinit. c *Ecce ego declinabo ſuper eam, vt flumus pacis, & vt torrētem inundantem gloriam gentium, quam ſugetis*. Iſta promiſſio facta eſt Eccleſiæ cui per Crucem, ita exuberantem pacem dedit, vt non tam videa-

c *Cap. 66 12.*

Digitized by Google

Religioſi fælicitas ex pace.

deatur eſſe pax, quam torrens, & fluuius pacis, & tamdiu ea pace, quiſq; gaudet, quandiu ſub Cruce manet. Et exinde fælicitatem religioſi colligendam exiſtimo; nam fæliciſſimus, eſt, qui ſub Cruce religionis viuit; & ex ea parte, qua Oliuæ ſymbolo fruitur; vltra miſericordiam, & perſeuerantiam, habere pacem oſtendit.

Quid enim in religione potiſſimum conſpiciendum putas, niſi pacem? vel vt melius dicam fluuium pacis. Perſpice quamlibet religioné, & omnium æternorumq; bonorum torrentem eſſe fateberis. Et quare? quia pax in ea eſt. Conſtat ſiquidem ex ſcriptura, nomen, hoc pax, quandoq; ſignificare proſperitatem, bonorumq; abundantiam; quo ſenſu loquebatur, Dauid dicens. d *Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns.* Miror equidem, quod dicat pacem malorum, quomodo enim poſſunt, qui peruerſi, & impij ſunt habere pacem? Non dixit apertè Iſaias. e *Non eſt pax impijs dicit Dominus*, ita ſane; ſi ergo idem Deus nõ habere impios pacem, dicit; cur Dauid ſe non poſſe eorum pacem patienter ferre, demonſtrat? Niſi quia de pace, quæ proſperitatem ſignificat, & abundantiam, loquatur; qua pace gaudent impij, & quanto magis ſunt impij, tanto abundantiores perſpiciuntur, & gaudẽt in ſæculo, veluti ſi ſæculum hoc eſſet omne noſtrũ gaudium; ſed vt ait Auguſtinus f *Seculi lætitia, eſt impunita nequitia; luxurientur homines, fornicentur, ebrioſitate ingurgitentur, turpitudine fædentur, nihil mali patiantur, &c.* Sint omnia in rerum abundantia in pace carnis, in ſecuritate malæ mentis. At illi, qui in religione ſunt, gaudent non iſta impiorum pace; nec bonorum abundantia, quæ ex nequitia proueniat. Sed illius pacis Chriſti torrente fruuntur, qui & mori pro pace dignatus eſt; & noſtra mala ſuſcipere non abhorruit; vt ſua nobis libentiſſimè bona donaret. Gaudeamus igitur in veritate non iniquitate; nam vera pax torrentem bonorum affert, vbi enim ipſa eſt, ibi bonum eſt: ita vt etiam Athenienſes, pacem lactaſſe Plutonem dicebant, hoc eſt diuitiarum, & proſperitatis Deum ditaſſe, & proſperaſſe: Hinc Tragicus Seneca dicebat: g

d *Pſ.* 72. 3.

e *Cap.* 48. 2.

f *Ser.* 37. *de verbis Dom.*

g *In Medea ver.* 63

Martis ſanguineas, quæ cohibet manus.
Quæ dat belligeris fœdera gentibus,
Et cornu retinet diuite copiam.

60 Dea, quæ Marti imperat, quæq; Plutoni, facit vt ille bellum, ne gerat; iſte vt fructuum copiam ferat. Eſt enim Pluto Opis filius, & qui puer à pace nutrice portabatur, claues ferunt habuiſſe terræ; quod Orpheus in hymno in Plutonem affirmat, dicens:

Pluto, qui terræ claues, & regna gubernat.

Pluto abundantiæ cauſa, quia ex pace nutritus.

Et inde dictus fuit opulentiæ Deus, & Deorum omnium opulentiſſimus; qua fabula neminem ignorare arbitror homines, & ciuitates, aut communitates opibus per diuturnam pacem repleri, quare, pax, merito dicitur fuiſſe illius nutrix; & per Plutonem diuites fieri homines; vt etiam Orpheus dixit.

Nã facis ipſe omnes opulẽtos fructibus anni.

Itaq; ſi fluuius pacis fuit Chriſtus in Cruce, & pacem ſe dare Eccleſia promiſit, & in Cruce religionis pax iſta reperitur, nulli dubium eſſe debet bonis omnibus temporalibus, & æternis abundare, Eccleſiam, & religionem. Et nota, quod fluuius dicitur eo, quod ſemper fluat perennis, & continuè decurrens ad quærendum, quos madeat ſuo naturali beneplacito abſq; eo, quod ab indigentibus quæratur. Nec ideò, quia perennis eſt, aliquod præiudicium affert, aut deficiendo, vt puta ſolent flumina hyberno tempore quæ non parum turgent, verè autem calore, & ſiccitate deficiũt; Nam ideò non ſe flumen dixit; ſed fluuium, quia ſemper fluit; neq; decurrens ita excreſcit, vt aliquando noceat, vt amnis, de quo Virg. h *Ruunt de montibus amnes.* Et Seneca. i *Amne maligno radit arenas.* Iſti enim ex damno illato cornibus tanquam tauri pinguntur. Vnde Virg. Aen. 8.

Ex pace religionis abundãtia.

h *Lib.* 4. *Aen.*

i *In Hyp. v.* 16.

Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarũm:
Et gemina auratus taurino cornua vultu;
Euridanus.

61 Redemptor verò noſter fluuius eſt, qui ſemper fluit, non ſolum, vt æternum verbum eſt: qua ratione, amnis dicitur perpetuo fluens; quia perpetuo, & ſemper à Patre procedit; ab inexauſto Patris ſinu ſemper manans; ita vt nunquam, nec aliundè transferri, nec ſinum Patris relinquere valeat. k *Vnigenitus* (ait Ioannes,) *qui eſt in ſinu Patris. Tu Pater in me, & ego in te.* Sed etiam, vt homo, & redẽptor noſter, ex fluuio pacis perpetuo fluens intra terminos Eccleſiæ, quam vt ditaret bonis, boniſq; æternis, theſauriſuè indeficiẽtibus fluuium ſe fecit pace in Cruce, vbi copioſa fuit eius ſanguinis effuſio.

Chriſtus fluuius pacis.

k 1. 18. & 17. 11.

Nec minus, imò magis in Cruce religionis fluuius iſte pacis apparuit quandoquidem completum in religione videtur illud Iſaiæ vaticinium. l *Habitabit Lupus cũ Agno, & Pardus cum hædo accubabit: Vitulus, & Leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & Vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum, & Leo ſicut Bos comedet paleas.* Mira quidem res eſt. Quomodo enim fieri poteſt, vt tam ferocia animalia, cum Agnis, alijſq; manſuetis animalibus ſine præiudicio cohabitent? Errant Hebræi putantes textũ eſſe ita literaliter intelligendum, vt tempore Meſſiæ mirabiliter ſimul, & cõmorentur & hominibus minimè noceant: Quod fingũt, & ſuadeãt Chriſtũ non adhuc veniſſe; ſed venturũ eſſe, quia Leo lacerat, Lupus vorat, &c. Alij reſpondẽt textum pro martyribus loqui, quibus multoties non nocuerunt viperæ, aliæque feroces beſtiæ immiſſæ. Alij, & benè intelligunt concordiam, & pacem Eccleſiæ; quia per Leonem, Lupum, & Aſpidem intelligunt quoſuis homines fortes, potentes, rapaces, & noxios: per Pardum accipiũt homines varijs irretitos vitijs, quæ ſunt Pardi maculæ; per Agnum hædum vitulum &c. accipiũt pauperes, infirmos, manſuetos, & laborioſos. Sic explicant multi Patres.

l *Cap.* 11. 6.

In religione cõmoratur Lupus, & Agnus.

62 Verius tamen mihi videtur dicẽdum, quod Iſaias de qualibet religione ſit vaticinatus, vbi

Religioſorũ concordiæ prophetia.

ſumma pax, & concordia viget. Supponamus ergo eſſe in orbe terrarũ aliquos elatos, & ſuperbos velut Leones (attenta naturę corruptæ propenſione) alios iracundos, & feroces vt ſunt pardi; & inſtar luporum alios voraces, & rapaces, aut laſciuos, vt vrſi; quibus in omnibus concordia deeſt. E contra verò alios humiles, mites, moderatos, continentes velut agni, oues hædi, & vituli. Hoc ſuppoſito intuere ſacras religionum familias, & videbis eas ex multis, qui in ſæculo erant velut Leones, Vrſi, & Pardi, congregatos, poſt reuerſionem autem ad Deum, ita eſſe immutatos, vt non ſine ſtupore dicas, illud Canticorum. m *Quid videbis in ſulamite niſi choros caſtrorũ*; ideſt in religione choros Monachorum, & Monialium, choros virorum, & fæminarum; quos mutauit dextera excelſi, in quibus nihil aliud reperies niſi laudes Dei, & pugnas contra inſidias Diaboli, & continua lucta pro tuendis votis ad domandas paſſiones, acre prælium contra omnia vitia, vna eſt plurium caſtrorum acies ordinata; quia omnes vnanimiter ad eaſdem pugnas conueniunt, non coacti, nõ triſtes non amarulenti: ſed ſpontanei, hilares, & iucundi, ſimul ducentes choros, & caſtra; laudes, & arma veluti milites illi de quibus dicitur. n *Quod prælibantur prælium cum lætitia*, (& rurſus) *per orationes congreſſi ſunt, manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes, præſentia Dei magnificè delectati*. *Quid* (inquit D. Baſilius.) o *Eo beatius dici? quid hac coniunctione, vnitate, ac neceſſitudine aptius excogitari? homines ex diuerſis nationibus profectos per exactam morum, ac diſciplinæ ſimilitudinem adeo in vnum veluti coaluiſſe, vt in pluribus corporibus vnus modo animus eſſe videatur, viciſſimque plura corpora mentis vnius inſtrumenta cernantur*.

m *Cap. 7. 1.*

n 2. *Machab. c. 15. 27.*

o *Cap. 19. de conſtit. monaſt.*

63. His ſuppoſitis dicamus cum Regio vate p omnibus religionem amantibus: *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram*: Sed quænam hæc prodigia? *auferens bella vſque ad finem terræ: arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni*. Iſta omnia prodigia vocat? Cur ita? quia nos adeo peruerſi ſumus, & à propria humanitatis natura degenerauimus, vt prodigium reputetur; quando ſine bello, & armis degimus; ergo in religione vbi pax colitur, & concordia viget, opus Domini eſt, & tãquam prodigia ad eius intuenda opera inuitamur. Hanc ergo pacem diligamus, & filios Dei fieri minimè dubitemus, etiamſi nobis videatur prodigium. Nam Chriſtus dixit. q *Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur*. vbi Gloſa ordinaria inquit: *Maximam ergo dignitatem habent pacifici; ſicut qui Filius Regis dicitur, in domo regia ſummus eſt*. Sed cur ſint vocandi filij Dei illi, qui pacifici ſunt? rationem affert Bernardus. r *Quia filij Dei opus impleuerunt; ipſe enim eſt per quem reconciliati pacem nos habemus ad Deum*. Sit ergo in religione pax, vt vera ſit ex oliua Crux, & omnem Cœli beatitudinem, & fælicitatem conſequetur.

p *Pſ. 45. 9.*

Pax prodigium Religionis.

q *Matt. 5. 9.*

r *Ser. 1. omn. 55.*

64 At ſicut omnia bona ſecum affert concordia, & pax in religione, ita è conuerſo rixæ, lites, & contentiones auferunt bona, & mala omnia inducunt. Ex diuiſione enim ferè deſolantur religiones; ſi non totaliter, ſaltem in obſeruantijs. Vnde congruè dicere poſſumus. *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur &c. Si autem, & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt quomodo ſtabit regnum illius?* ſ Eſt ita certum, nec Dæmonis regnum abſque concordia permanere; vt hoc pro principali argumento ab ore diuino ſumatur ad probandum ſe non in virtute Beelzebub, ſed in digito Dei eijcere Dæmonia. Ergo Dæmones inter ſe concordiam quandam ſeruando inuidiam religioni faciunt, ſi adinuicem diſſentiunt religioſi. Væ nobis ſi dum ſe illi in ſua malitia, & noſtra perſecutione pacem conſeruant, & confœderantur; nos à regno Chriſti ſcilicet à religione (ſunt etenim omnes veluti regna ſub vno Chriſto Rege; licet varij tanquam proreges ſint inſtitutores) tollamus pacem, concordiam expellamus. Minuitur quidem regnum Chriſti à religioſo, qui dum pacem & concordiam diſſoluit, deſolationis, & ſuæ religionis ruinæ cauſa erit: audiant ad rem Patres, & primò Ambroſium dicentem. t *Quamdiu ſententijs diſcrepamus, quodammodo regnum Chriſti minoramus: quia nondum ei ſubiecta ſunt omnia; cuius regnum vnitas eſt*. u D. Hieron. *Quomodo concordia res paruæ creſcunt: ſic diſcordia res maximæ delabuntur*. Greg. Naz. x *Quid* (ait) *turpiſſimum, & pernicioſiſſimum? voluntatum diſiunctio*. Et D. Auguſt. y *Inimicitias in protoplaſtum dum ſerpens exerit, interficitur: dum Adam cupit decipere ipſe primitus iugulatur. Quare aut charitatem amplectere, aut diſcordiæ auctori parem te eſſe cognoſce*.

ſ *Lucæ 11. 17.*

Diſcordia in Religione, quam peſſima ſit.

t *In Pſ. 61.*

u *In Mat. 12.*

x *Orat. de moder. in diſput.*

y *Ser. 57 de verb. Dom.*

65 Sed non tãtum pateat hæc veritas Patrum teſtimonijs roborata, verum & ex Ethnicis demonſtretur. Illi enim veritatem hanc non ignorarunt. Et quod ita ſit accipe teſtes. Et primus ſit Plato qui ait: a *Nihil eſt tam periculoſum ciuitatibus, quam cum delecti Ciues inter ſe diſſident*. Ariſtoteles. b *Quod inter ſe diſſidet infirmũ eſt*. Titus Liuius c etiã ait: *Cõcordia victoriã, diſcordia exitium attulit*. Et alibi. d Quincium Conſulẽ dixiſse refert: *Diſcordia venenum eſt vrbis*. Et Cicero de amicitia, ait: *Sine cognitione minimus, ſine domo eſt ille qui bellũ amat inteſtinũ*. Et alibi etiã dixit: e *Omnia sũt in bellis ciuilibus miſera, ſed nihil miſerius, quã ipſa victoria*. Mirabilis ſententia, cum enim diſſentiones, & lites ciuiles, vel criminales inter ciues, ſint veluti, & abſq; dubio inter patres, & fratres, victoria erit infelix miſeria, nam ſi vicerit, contra parentes, & fratres, nõ contra exteros victor extitit: ad quod alludens Lucanus plorans dixit. d

Gentilium dicta contra diſcordiam.

a *Epiſt. 1.*

b *S. Polit. cap. 6.*

c *Lib. 36.*

d *Lib. 3.*

e *Lib. 4. Epiſt. 9.*

d *Lib. 7.*

—— *Videre parentes*
Frontibus aduerſis, fraternaque comminus arma
Cognataſque acies.

Et hoc etiam reſpiciens Seneca addidit: e *Caſtra ex vna parte contraria, & parentum liberorumque ſacramenta diuerſa*. Sæpe enim videtur ex bello ciuili differre à patribus filios, etiam

e *Lib. 2. de ira.*

Digitized by Google

etiam religione, & ſe inuicem adnegare, & tandem gladio, ac igne conſumuntur omnes. *Sicut incendium* (ait Plutarchus) f *ex incenſa palea flammam ingentem edit, & publicam calamitatẽ affert: pari modo diſcordiam ciuilem priuata negotia accendunt, & totam felicitatem ciuitatem*. Ex Saluſtio ſumpſit Hieronymus illud ſupra poſitum, nempe: *Concordia res paruæ creſcunt: diſcordia maxima dilabuntur*. Et Paulus Æmilius g ait: *Aureum eſt, & Adamantinum vinculum concordia, diſcordia vaſtitatem ſolitudinem orbitatem regnis affert*: Homerus Illiad. 1.

f In Prapoli.

g In Carol. 3.

Ille nepharius, & ſine gente, tribuq; mihi eſto
Qui ciuile cupit ferum, & execrabile bellum.

Apianus dicit: h Propter ſeditiones Rhodum à Demetrio captum. Tyrus ab Alexandro magno Siracuſæ per Marcellum. Numantia per Scipionem, Cantabria, per Auguſtum, dixit oratione ad Senatum Trayanus Imperator. Et Tacitus ait. i *Diſcordiarum appetentes in publicum exitioſi ſunt*. Et ratio eſt, quia mortales inimici patriæ iudicantur dum diſcordiam mouent, ideo retulit. k *Veſpaſianum, vt inimicum, deſtrueret potius diſcordia, quam fame vſum cum armis omnibus potentiores infelices ſint diſcordia*. Quamobrem ille Petronius Arbitr. depictam offerens oculis diſcordiam noſtram, ait:

h Lib. libici.

i Lib. 11. annal. nu. 17.

k Lib. 3. hiſtor. n. 48.

Diſcordia depicta crudelitas.

——— Sciſſo diſcordia crine
Extulit ad ſuperos ſtygiũ caput, huius in ore
Concretus ſanguis, contuſaq; lamina flebant
Stabant iratis ſcabra rubigine dentes,
Tabo lingua fluens obſeſſa dragonibus ora
Atque inter toto laceratam pectore veſtem
Sanguineam tremula, quatiebat lampada dextra.

67 Ecce quam ferox, crudelis, & ſanguinea depingitur diſcordia: quis ergo eam amare, atque nutrire audebit? quis religioſus omni ſtudio, & conatu illam à religione expellere non laborabit? ſi ſecundum tot philoſophorũ dicta, & aliorum plurium innumerabilia mala à diſcordia cauſẽtur, ea enim, ſi quod Deus auertat religionem aggreditur, graue imminet religioni periculum, infirmatur obſeruantia, venenum religioſus bibit, iniuſtus euadit, infælix, & miſer; ignem incendit, & igne comburitur. Sed parum eſſet hic comburi; niſi & comburẽdus perpetuò foret ſimul cum eo, cui ſe parem fecit amando, & ſeminando diſcordiam. De qua re habemus pulchrum teſtimonium ore Salomonis prolatum cum dixit: l *Semper iurgia quærit malus: Angelus autem Crudelis mittetur contra eum*. Quod clarius ad noſtrum intentum verterũt ſeptuaginta: dum legendum textum dixere: *Contradictiones ſuſcitat omnis malus; Dominus autem Angelum immiſericordem immittet*. Aut cũ Simmacho: *Angelũ ſine viſceribus, ſeu euiſceratum*. Ille igitur religioſus, qui in religione ſeditiones excitat, & rebelliones non ſolum eſt dicendus malus ex procliuitate ad malitiam; ſed etiam rebellis, & amarus, & ſeditioſus quique ſeditionibus, & litibus gaudet: Sciat tamen Angelum crudelem contra ipſum à Deo mittendum: ideſt Deus iuſto ſuo iudicio mittet contra religioſum excitantem diſcordiam & ſeditiones aliquem immaniſſimũ Dæmonem; qui illum in hac vita moleſtijs, atque laboribus excruciet; & demum cum illa exceſſerit ad ſupplicia rapiat æterna.

Diſcordiarum ſeminatoris pœna.

l Prouer. 17. 11.

Sed ſi quęratur quę pax ſit neceſſaria in religione? Ex diuiſione pacis, quam doctores cõmuniter aſſignant, non erit difficile reperire, & agnoſcere pacem, quæ religioni competit. Diuidunt enim pacem, in pacem fictam, ſeu oris, in pacem inordinatam ſeu operis, & in pacem chriſtianam ſeu cordis.

Vt autem Religioſi omnes ex mea Religione, & Chriſti conſerui, omni ſtudio curent expellere diſcordias, etiam minimas, & pacem diligere; non inutile fore iudicauimus diuiſæ pacis explicare partes, vt illarum cognitionem habentes, reijciant, quas falſas nouerint paces; & veram totis viſceribus amplectãtur.

CAPVT VII.

De Pace ficta à Religione expellenda.

68 PRima diuiſionis pars dicitur, pax ficta, vel oris: nam qui ore tantum pacifice loquitur non corde, iſte fingit habere pacem cum ijs, quos alloquitur, opera peruerſa ſunt, & erunt: non aliter ac de Ioab legitur; huic enim occurrens in via Amaſa; quem ſtatim Ioab pacis, & amicitiæ ſimulatione recepit, & ſic incautum interfecit. m *Dixit itaque Ioab ad Amaſam: Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amaſe, quaſi oſculans eum. Porro Amaſa non obſeruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percuſſit eum in latere; & effudit inteſtina eius in terram, & mortuus eſt*. Ecce ficta, & ſimulata pax Ioab, qui ei, quem fratrem ore vocauit; ſecreto cordis inimicus erat, & vt talis lethali vulnere incuſſo illum occidit. Ideo Horatius hoſce homines fugiendos ſuadens; dixit, & optime.

m 2. Reg. 20. v. 9. 10.

Pax ficta ſeu oris quæ ſit.

Nunquã te fallant animi ſub vulpe latentes.

Et iure quidem nam intus mordent, quos cauda blãdiuntur. Quid enim aliud fecit Iudas Chriſtum oſculans, niſi hoc idem, quod, & Ioab, imo & atrociori vulnere occidit, quam Ioab occiderat Amaſam. Iſte enim, quaſi non vere oſculans illum, interfecit, nam fuit quoddam ſignum apud Hebræos vſitatum, quo genas, aut barbam illorum tangebant, quorum ſe profitebantur familiares, & amicos; vt probat ibi Doctor Sanctius at Iudas vere oſculatus eſt Chriſtum; & dixit: *Aue Rabbi*, & oſculum dederat in ſignum proditionis, dicens. *Quemcunq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum*. Ecce quam ficta, & diabolica pax. Propterea Chriſtus eam deteſtatur dum ore Dauidis lamentatur, dicens. n *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique; & ſi is qui oderat me, ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu vero homo onanimis dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibum, in domo Dei*

Talis fuit pax Ioab, & Iuda.

n Pſal. 54. 13. 14. 15.

Digitized by Google

ambulauimus cum conſenſu. Si horum verborum ſenſum literalem quæras, non vnum, & eundem, ſed diuerſum à doctoribus accipies. Illorum enim aliqui de perſequutione Saul, & alij de Abſalonis bello interpetrantur. Tamen in proditorem ea transferunt Patres multi, quos citat Lorinus hic; & videntur maximo dolore prolata, quia non ab inimicis, ſed ab amico fraudulente pacis datæ ſuſtinuit oſculum, de quo nephando ſcelere, Ambroſius explicans illud quod Chriſtus dixit Iudæ: *Iuda oſculo filium hominis tradis. Hoc eſt* (ait Ambroſius) *amoris pignore vulnus inſligis, & Charitatis officio ſanguinem fundis, & pacis inſtrumento mortem irrogas, Seruus Dominum, diſcipulus prodis magiſtrum, electus auctorem*.

69 Inſuper diſſimulanti Iudæ ſe eſſe amicum dicere poſſum, quod alteri dixit Virg. Æney. 4.

Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas?

Qui pacem odit pacem perdit.

Timeat Chriſtianus, dum Iudæ proditionem obiurgantes Patres conſiderat, ſi ipſe eſt ſeditioſus, & malus, & eo magis proportione ſeruata quiuis Religioſus à quo vocatio ſua, & ſtatus, gradus, & dignitas maiorem exigit perfectionem: & is cui cum fuerit plus datum, & plus requiretur ab eo, ne fiat Iudæ ſimilis, qui pace tantum ore prolata, & pacem perdidit, & in ignem æternum, ruptis viſceribus, abijt. Dixi perdidiſſe pacem, quia fuit ſimilis illis de quibus Dauid dixerat. o *Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum*: ad inſtar Columbæ ferentis in ore pacem tranſacto diluuio cum Oliuæ ramo virentibus folijs ad arcam regredientis; corde autem lethale odium iſti enim, qui ore pacem, corde autem bellum ſic ferunt; quippe qui manus, quas deoſculantur, mallent trucidatas videre; merito pacem amittent exemplo Iudæ.

o *Pſ.* 27. 3.

Vtique hæc explicentur, quæres primo: Cur Filius Dei oſculo pacis tradi permiſerit à proditore? cur tam grandi amicitiæ ſigno proditionem voluerit exequi ab eo? Ne mireris, obſecro, quia in illo oſculo depoſuerat Chriſtus Iudæ ſalutem; & per oſculũ exoptabat ipſum ſaluare. In cuius probationem adduco illud Lucæ p inuitatus enim à leproſo Chriſtus doluit ſe non fuiſſe ab eo oſculatum, dicẽs (*Oſculum mihi non dediſti*) ſed cur ò bone Ieſu oſculum à leproſo cupis? Quid immundius, quidue magis pollutum, quam os, & labia leproſi? verum eſt, ſed tamen ſi leproſus eſſet Chriſtum oſculatus, cum oſculum ſit quædam ſpirituum participatio, ſalutem obtinuiſſet animæ, & corporis; quam, vt daret Chriſtus noſtram non faſtidiuit lepram. Sic docuit Sanctus Gregorius Niſſenus q ſuper illud. *Oſculetur me oſculo oris ſui*, dicẽs: *Re vera fuiſſet mundatus ab ægritudine, ſi ore attraxiſſet puritatem*. Hac etiam ratione dicimus permiſiſſe Chriſtum à Iuda pacis oſculo tradi, & militibus conſignari, vt ad ipſum per os ingrederetur ſalus: quaſi diceret; & ſi vinctus ego remaneam, vellem tamen, vt infidus iſte, & ingratus diſcipulus à ſua lethali mundaretur lepra. Maiori enim dolore afficiebatur Chriſtus ex perditione Iudæ, quàm ex propria paſſione, & morte.

p *Cap.* 7. 45.

q *Hom.* 1. *in Cant.*

Iuda oſculum accepit Chriſtus cupiẽs eum ſaluare.

70 Et pro eiuſdem rei confirmatione, quæres iterum. Cur voluerit Chriſtus fore Iudam in collegio procuratorem? vt reſpondeam, meminerint Religioſi eius quod in Religionibus bene ordinatis obſeruari videmus; nimirum egredientes nos ad aliqua extra conuentum peragenda negotia; ac poſtea regredientes in ſignum humilitatis, & ſubiectionis dicere ſolemus ſuperiori (*benedicite Pater*) hoc idem ſeruabatur in collegio Apoſtolico, quando exibant diſcipuli, & reuertebantur ad Chriſtum, eumq; in ſignum obedientiæ oſculabantur, ſed in altera ex maxillis, ita docet Hugo inquiens: r *Conſuetudo erat, vt Iudas, & alij diſcipuli vndecunque venirent, accederent ad Dominum in oſculo pacis*. Vlterius eſt notandum id quod diximus per oſculum haberi quandam ſpirituum communicationem; & hanc optabat ſponſa, dicens. ſ *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Quod fuit, ac ſi diceret da mihi Spiritum Sanctum; quia vt ait D. Bernardus. t *Spiritus iure optimo appellatur Patris, & Filij oſculum, quo ſe inuicem oſculantur, & quaſi ſignum illius æterni amoris, quo ſe inuicem ſemper amant; ideoq; clamat ſponſa oſculetur ad Patrem, & Filium vnum Deum, vt detur ei Spiritus Sanctus, qui eſt oſculum oris ſui; vt ipſemet oſculetur me, & vniat me ſibi ipſi*. Hac ratione apparens Apoſtolis inſufflauit, & dixit eis: *Accipite Spiritum Sãctum: quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*, per illum enim flatum ſeu tenuem aerem ex ore ſuo emiſſum ſignificauit ipſum Spiritum Sanctum ex Dei ore procedentem; & eundem eſſe quem illis communicabat, vt digne exercerent poteſtatem dandi in Sacramento pœnitentiæ ipſummet Spiritum Sanctum; qui eſt remiſſio peccatorum, & mortuorum viuificatio.

Oſculum eſt communicatio ſpirituum.

r *In Lucam.* 22.

ſ *Cant.* 1. 1.

t *Serm.* 8. *in Cant.*

71 His præmiſſis, ſi ſcire cupis, quare Iudam, quem Chriſtus ſciebat ſe proditurum fecerit procuratorem? dico hoc meo videri feciſſe, vt ſæpius egrediendi, & regrediendi occaſionem haberet (procuratores enim cõuentuum ſæpius, quam alij, imò & alij forte nunquam, at ipſi ſemper ratione officij poſſunt, & debent,) & hac occaſione multoties ore proprio, Saluatoris os oſculari poſſet. Et ſi cum Hugone eodem loco dicas; *Quare ſuſcepit Dominus oſculum Iudæ, & permiſit os pollutum contingere labia?* fuit iuxta prænotata vt ei daret Spiritum Sanctum, & quoties in ore Chriſtũ oſculatus eſt, toties ei Spiritum Sanctum tribuit; vt Saltem ex ſuperabundanti dono, ſuum cognoſceret reatum, & non deſperaret, ſed de commiſſo facinore miſericordiam expeteret. *Tantæ enim pietatis eſt Dominus* (ait Ambroſius) u *vt ipſe donaret veniam, ſi Chriſti expectaſſet miſericordiam*.

Iudæ pænitentia cur fuerit nulla.

u *In annotat. ad Leuit.*

Sed quia oſculum ſiuum erat pacis oris, & fictè, corde autem tenebatur auaritia, & per conſequens cor habebat Dæmonibus plenum, ingredi Spiritum Sanctum per oſculum non ſinebat, & tantum per os, aut ore geſtabat

Spiri-

Digitized by Google

Spiritum Sanctum: ideoque ore tantum pœnituit dicens: *peccaui tradens ſanguinem iuſtum*. Cor autem longe erat à Chriſto. Propterea nulla fuit eius pœnitentia; quia parum referr eum, qui Dæmones in pectore nutrit, os Spiritu Sancto plenum habere, teſtatur hoc eſſe verum Ambroſius. x *Sic caſſa eſt pœnitentia proditoris, quia peccauit in Spiritum Sanctum*, & D. Hieronymus ait: y *Iudas de Apoſtolatus faſtigio in proditionis tartarum labitur, & nec familiaritate conuiuij, nec intinctione buccellæ, nec obſequij gratia frangitur, ne quaſi hominem traderet, quem filium Dei nouerit.*

x *In Luc. 22.*
y *Ad Ruſticum monacum.*

72 Tandem cum videret Chriſtus ſe tanta beneficia erga Iudam eſſe operatum, nec quicquam profeciſſe (non Saluatoris voluntate, & amore, ſed eiuſdem Iudæ obſtinatione ponentis obicem cunctis beneficijs) amicum vocauit, & oſculum ſuſcepit; & exinde ſumpſit Iudas ſe laqueo ſuſpendendi motiuum, & amittendi pacem. Quaſi diceret infælix Iudas. Cur veniam ſpero, qui tantæ patientiæ Dominum proditoriè offendo? dum eum morti trado, vocat me amicum? iſtis motus cogitationibus, & hinc inde agitatus; demum plus cũ ferre non poſſet, veniamq; impetrari exiſtimans nequire laqueo ſe ſuſpẽdit. *Nec immerito* (ait Amb. a *grauiore telo tãta dignationis percuſſus eſt Iudas, quam ſi cum fulmine percuſſus eſſet; deniq; patientiam Domini ferre non potuit, qui maieſtatem prodidit, adeò vt ſibi ipſi tanti ſceleris reatus non poſſet ablui.* Inſuper oſculum à proditore in ſui criminis pœnam non tam Chriſtus ſuſcepit à Iuda, quam abſtulit, vt pacem, quam ei toties dederat auferret, ne ſimul cum eo ſuſpenderetur etiam pax. Audi S. Paulinum dicentem: *Oſculum non ideò ſuſcepit, vt pacem proditoris ſuſciperet, ſed vt ſuam ab alienato reciperet.*

a *In Pſal. 39.*

73 O' vtinam in religione non eſſent aliqui diſcipuli Iudæ, qui eum imitantur aliorum manum deoſculantes, eiſdemq; ſigna beneuolentiæ oſtendentes, & poſtea eos ſecreto lacerãt; & quo ad affectum ſuis verborum laqueis iugulant; cum Iuda hominum ſceleſtiſſimo vim ſceleris inſimulantes, ſpecie pacis traditionis ſignum, ſæuiore omnibus telis oſculo præbẽt. *O' ſignum ſacrilegũ* (clamat Chryſoſtomus.) b *Vbi ab oſculo incipitur bellũ, & per pacis indicium rumpitur ſacramentum.* Verè de quolibet religioſo, qui inter fratres iurgium diſſeminat, quiq; diſcordiam amat, & corde peruerſo ſe fingit amicum dicere poſſumus, quod Sedulius dixit inuehens in Iudam traditorem. c

b *Tom. 5. Serm. 1. de Paſs. Dom.*
c *Lib. 4. de oper. paſch.*

Tu ne cruente ferax, audax, inſane rebellis,
Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,
Traditor, immitis, ferè proditor, impiè latro,
Prauius horribiles, comitaris ſignifer enſes?
Sacrilegãq; aciem, gladijs, ſudibus minacẽ
Commoueas ori ora pramis, melliq; venenũ
Inſeris, & blanda Dominum ſub imagine prodis?
Quid ſocium ſimulas, & amica fraude ſalutas?
Nũquid terribiles, aut pax coniurat in enſes,
Aut truculẽta pio lupus oſcula porrigit agno.

Religioſus iurgia ſeminans alter Iudas.

Hæc omnia nomina inhumana, & crudelia conuenire religioſo, qui pacem fingit nemo eſt, qui neget, & niſi curreret opus extra intentũ, ſigillatim omnia ita eſſe probarem exemplis experientia habitis.

74 Sufficiat tantũ conuenire religioſo diſcordiam ſeminanti illud, quod Salomon dixit, d *Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. Huic ex templo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam.* Suppono iam hunc textum exponi à nõnullis Patribus de eo viro apoſtata, qui à fide apoſtatauit, quiq; hæreticus dicitur; ab alijs verò de homine perdito prorſus impio, & ſcelerato, vel impudico, & ſcortatore, vel de ſuperbo, & arroganti, vel de eo, qui iurgia, & diſcordias in vulgus ſpargit. Mihi autem perplacet cum Hugone accipere virũ apoſtatam, non qui à fide, ſed qui à recta viuendi ratione, & proprijs, probiſque moribus deſciuit, qualis mihi videtur religioſus deuians ab obſeruantia regulæ, & à religioſo more, quo cæteri religioſi morigerati viuunt, & ideò tali religioſo omnia, & ſingula verba ſequentia conueniunt.

d *Prou. 6. 12.*

75 Et in primis vocatur apoſtata ille religioſus, qui iurgia ſeminat, quia prius auerſione mentis ab obſeruantia regulæ, & mandatorũ Dei cecidit, & deinde foras poſtmodum inter fratres ad ſeminanda iurgia pergit, & membrorum cuſtodiam minimè ſeruans nunc oculos huc, illucq; vertens, cæteraq; membra incompoſita oſtendens, vel incontinentiæ, vel ſuperbiæ, vel prauitatis cordis ſignum præbet; Vnde Gregorius hoc idem docens ait: e *Interior eſt cuſtodia, qua ordinata ſeruat exterius membra. Qui ergo ſtatum mentis perdidit, ſubſequenter foras inconſtantia motionis fluit, atq; exteriori mobilitate indicat, quod nulla interius radice ſtabilitatis ſubſiſtat.* Qua ergo, dices ratione religioſus dici poterit apoſtata? ex inobſeruantia regulæ, an ex iurgijs diſſeminatis? Vtroq; modo dicendus erit apoſtata, tum quia deuiat ab eo, quod profitendo promiſit; & ideò apoſtata dicitur, ſeu obſeruantię deſertor, vel vir abſq; iugo: *vt pote* (ait Hieronymus) *qui non ſeruando promiſſa ſe iugi, & ſubiectionis expertem fecit.* Tum etiam quia ex Hebræo ly *apoſtata*, legitur, *homo calumniator:* & Chaldæus legit, *& homo Belial.* Religioſus igitur, qui calumnijs vtitur, & iurgia diſſeminat apoſtatæ nomine afficitur. Et ſi dicas quare? Reſpondebo, quia ab Angelo apoſtata deſcendit, & Diabolus, aut Diaboli filius vocari debet; pro Diabolo enim in ſcripturis ſolet vſurpari nomen Belial, & interpretatur, peruerſus vel abſq; iugo, & afferr Remon in ſuis Etymologijs ſacris. Itaq; talis religioſus poteſt iure appellari homo apoſtata, homo Belial, peruerſus, aut diabolicus, quia ſeminator diſcordiæ à Diaboli moribus non abit. *Audiant* (inquit Gregorius vbi ſupra) *iurgiorum ſeminatores, quod ſcriptum eſt; Beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur: atque è*

Religioſus qui ſupra dicitur apoſtata.
e *In paſtor. par. 3. admon. 24.*
Religioſus iurgia ſeminas dicitur diabolicus, & filius diaboli

diuerſo

Digitized by Google

diuerſo colligant, quia ſi Filij Dei vocantur, qui pacem faciunt proculdubio Satanæ ſunt filij, qui confundunt.

Sequitur aliud verbum (*vir inutilis*) ſeptuaginta vertunt (*vir iniquus:*) Tigurina legit, *vir vanus*. Et verè religioſus dici debet vir vanitatis, mendacij, & iniquitatis, qui diſſeminatis iurgijs vllam ſibi, nec religioni affert vtilitatem, omnibuſque prorſus inutilis fit: deberet quidem veluti ſal cæteris condimentum ſapientiæ, & ſanctitatis afferre; ſed iurgia diſſeminando fit ſal infatuatum ad nihilum valens niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Spreuit miſericordiam, qua omnipotens Deus ad religionem eum vocauit: gratiam, qua Chriſtus eum inter ſuos prætioſos milites annumerauit, parui fecit. Et potius inter ſanctos religioſos habitans Diabolum ſequi diſcordem maluit; quam eiuſdem religionis pacificum ſanctum fundatorem.

Eſt etiam inutilis.

76 Oſtenditur conſequenter, quod idem religioſus (*graditur ore peruerſo*) dum fictè, & blande loquens cordis venenum vomit, & vt ſuis mendacijs alios fallant, ſimplicium corda in peruerſitate oris ambulans, demulcet; ò quanta loquitur, quantamq; perniciem alicuius molitur corde, qui ſe amicum ſimulat ore, & quod profert inſinuat ſocio, illo peruerſo oris motu, ea omnia eſſe falſa. Et inde ſequitur ad complementum totius ſententiæ, quod (*annuit oculo, terit pede, & digito loquitur:*) quid ſit annuere oculis declarat Eccleſiaſticus, dũ ait: f *Annuens oculos, fabricat iniqua*. Et tunc eſt quando verbi gratia, in circulo religioſorum adeſt vnus, qui alteri loquenti, vel aliqua narranti aſſentitur; & ſibi ea, quæ vel audit, vel videt probari, oſtendit, ſed ad ſocios nutu oculorum ſe vertens, ea exprobrat, deridetque. Nec contentus ore peruerſo, etiam alijs loquitur membris, & terit pede; ideſt, *ſignum dato pede*, vt vertũt LXX. quod eſt idem, ac dicere; *loquitur pedibus*, vt legit Pagninus; nam vel complicibus ſceleris ſignum, eorum præmendo pedem tacitus dat, ne credant; vel eo geſtu notat eum, cui exprobrat: & tandem digito loquitur, quod ferè in idem recidit loquebantur enim antiquitus digitis ſuis teſte Ouidio lib. 1. de Triſt.

f Cap. 27. 25.

Mẽbris omnibus peruerſo loquitur.

Vtq; refert digitis ſæpe eſt, nutuq; locutus,
Et tacitam menſa duxit in orbe notam.

77 Locutiones ergo iſtæ, quas facit, qui malum cogitans corde prauo, omni tempore iurgia ſeminat; religionem turbant, & inquietant, & religioſo talia ſeminanti duram, ſed cõdignam afferunt pœnam; nam, *Huic ex templo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam*. Hoc eſt ſubita illum inuadet ruina, nec habet vnde remedium, & medicinam expectet: Nam ly ex templo aduerbium eſt, celeritatem indicans, vt ſtatim, illicò, &c. Nec impropriè eſt, ſi noſtro modo loquendi dicamus ex templo, ideſt ex Eccleſia, ſeu (ad rem noſtram) ex religione diſcedere talem religioſum ad ruinam; ex Deo, ad diabolum ex domo ſanctitatis ad tenebras, & ignes, quia decet illum religioſum, diſcordiarum ſeminatorem, qui ſociorum amicitias diſtraxit, & diſrupit, diſtractum quoque, ac diſruptum manere, ita vt ſecum ipſe pugnans inteſtinis diſcordijs ſolutus pereat. Meminerint illud Iudæ ſimulantis amicum ex templo diſceſſit; quando proiectis argenteis *laqueo ſe ſuſpendit, & diffuſa ſunt viſcera eius*, de quo Sedulius dixit:

Pœna talis religioſi.

Sceleriſq; ſui commercia reddens
In caſſum facti pretium, non facta reliquit

Fratres mei. *Periculum ex alijs facio*, vt dixit Terentius; & mente ſemper retineatur, quod Eccleſiaſticus, ait. g *Nempe, omnis amicus dicet: & ego amicitiam copulaui. Sed eſt amicus ſolo nomine amicus. Nonne triſtitia ineſt vſq; ad mortem: ſodalis autem, & amicus ad inimicitiam conuertentur*. Alia lectio apud Iantenicum habet: *Nonne triſtitia manet vſque ad mortem, quando ſodalis, & amicus conuerſus ad inimicitiam*. Vbi Rabanus dit: *Maximum malum eſt; & continuo dolore gemendum, quod vbi ſperatur fidelitas, ibi inuenitur malignitas, & vbi amicitiæ aſſimilata eſt charitas; Ibi inimicitia reperitur peruerſitas*, vſq; ad mortem religioſus iurgia ſeminans tribulabitur, & in morte infælicisſimum exitum manifeſtabit, vt de infælicisſimo Iuda cecinit Sedulius lib. 4.

g Cap. 37. 1.

Exitus hic mortis: tamẽ, & ſublime cadauer
Oſtendit populis, quanto de culmine lapſus
Pridẽ diſcipulus, qui nũc reus alta relinquẽs
Sydera tartareũ deſcẽdit ad vſq; profundũ;
Tunc vir Apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.

Inſpiciebat, vt arbitror, interioribus oculis Iudã, infidum ex patibulo pendentem, & eum tanquam horrendum ſpectaculum conſpiciendũ à Cælicolis, & terrenis eleganter proponit, vt ſuſpenſo cadauere inſpecto, agnoſcant, omnes, quàm miſerè, & omni infamia dignus publicus altitudinem à qua corruit, ſcilicet ab Apoſtolatus dignitate; ad patibulum, & à ſyderibus, ad inferni profundum; & à viro Apoſtolico, nunc vilis apoſtata factus. Caueat ergo Religioſus ne ſe præbeat in ſimile ſpectaculum Mundo, & Cœlo dum fictam pacem, ſeu oris ſectatur, & lites, & iurgia diſſeminat.

CAPVT VIII.

De pace, quæ inordinata dicitur, ſeu operis non minus à religione eijcienda.

78 PErnitioſa pax eſt prima, nec minus hæc ſecunda, cum enim opus, quod agis erga proximum ad Deum non tendit ordine charitatis, inordinatum dicitur. Sed quæres, quæ illa opera, quæ inordinata propriè ſunt? Reſpondeo eſſe illa, quæ vel pacem tollunt, vel ad malum hominis conuenire faciunt, demus vtriuſq; pacis exempla.

Quotieſcunq; aliqui religioſi conueniunt ad aliquod malum faciendum dicuntur habere pacem inter ſe, ſed iſta eſt pax diabolica, & inordina-

Pax operis inordinata

dinata, quia operantur malum, & in malo pacifici ſunt, & gaudent. Nam tunc religioſus amaret ſocium, dum ambo conficiunt illud malum; & ab illo licet non diuideretur tanquam à proximo, verè tamẽ ab ipſo, & à Deo diuiditur (horum enim alterum, ſine altero non fit,) ac proin le pax peſtifera, & execrabilis erit. Exemplum habemus in primo noſtro parente. h Ille enim, quia non ſeruauit pacem cum Deo, ſed ſerpentis, & vxoris conſilium ſequutus, diuiſit ſe ab eo, & conuenientes ſimul in trãſgreſſione præcepti, quo Deus præcepit, ne de ligno ſcientiæ boni, & mali comederent, expulſus eſt à paradiſo. Mundus diluuio perijt propter conueniẽtiam filiorum Cain, omnis enim eorum caro corruperat viã ſuam. Rurſus fratres Ioſeph aduerſus fratrem cõuenientes dixerunt: *Venite occidamus eum.* Et vt dixit Rex Dauid de alijs nouiſſimis. i *Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.*

h Gen. 3.

Eſt in peccatis cõuenire.

i Pſal. 2.

79 Quid de iſta pace dicendum? niſi quod diabolica ſit? Etenim ſicut Diaboli inter ſe conueniunt aduerſus animas noſtras, ita, & eorũ ſequaces conuenire curant aduerſus proprias animas; & dum in pace omnia eſſe demonſtrant; tunc eis immane bellum operantur, vt ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo totum hominem, aut omnes ſimul poſſideant. Hoc certè agit Diabolus, vt omnem diuini iudicij metum, hominum animis eximat, vt in ſumma pace, ac tranquillitate peccent, quos irretitos peccatis tenet, imò facit, vt peccando rideant, ſuauiterq; in peccatis ludant, canant, triumphent. Sic nec pœnas infernales, nec mortem metuunt; quia eis omnia ſalua promittit Satan.

Vtinam liceret mihi totaliter affirmare, fore ſemper liberos religioſos à peſtifera, & inordinata hac pace, quæ operis dicitur, ſed praui, & peſſimi. At vereor ne multoties aduerſus non ſolum alios obſeruantes, ex eadem familia, ſed etiam aduerſus ſuperiorem conueniant, & opere Diaboli ab obſeruantia diſcedant; & illos, quos obſeruantes vident, exturbent; & in tantum cum aliquibus concordent, in quantum ſimul ad peccatum concurrunt: ad hoc facit, quod eleganti carmine dixit Gregorius Nazianz. in illo poemate de virtute humana.

Religioſi ſe interimunt Sardonico riſu.

Id facio, quod mens mea damnat, & odit:
Oblector q; malis, mortemq; in pectore fixam
Rideo Sardonico riſu, &c.

80 Quid ſit Sardonicus riſus diuerſimmode explicatur, ſemper autem demonſtrat horum hominum taliter operantium infæliciſſimam miſeriam. Senes parentes Zenodoto, teſte Sardone more Saturno filijs ſacrificabant, & riſu, ac mutuis complexibus fletũ cohibebant. Similes ijs ſunt aliquando nonnulli religioſi, qui dum erga patres, & ſuperiores ſubieuantur, animas proprias omni parente cariores Diabolo ridentes ſacrificant. Rurſus ſi Sardonicus riſus dicatur, quia in Inſula Sardone, vt ait Dioſcorides, k & etiã Plinius. l *Naſcitur herba, qua ſi quis vtitur in eſum, aut potum, ita euaneſcit, quod tanquam inſanus, & mente captus more ridentium mouet labia, ſicq; coactus moritur.* Vnde Saluianus de populo Romano, dixit: m *Sardonicis herbis omnem Romanorum populum putes exſaturatum moritur, & ridet.* Hac etiam herba exſaturati videntur illi religioſi, quando ſuæ profeſſionis obliti, venenum in obſeruantiæ animo concipiunt, horrent obedire, nec pacem amant, niſi cum ijs, quos fautores, aut participes in culpa habent. Sed væ illis, quia proximi ſunt morti, & Sardonico riſu rident.

k Lib. 6.
l Lib. 25.
m Lib. 6.

Hos enim eos eſſe arbitror de quibus Salomon, dixit: n *Qui lætãtur cũ male fecerint, & exultant in rebus peſſimis,* ex Hebræo, *qui rident in rebus malis.* O' quam verè deplorandi ſunt religioſi, qui in ambitione rident, qui in vanitate gaudent, qui in murmurationibus lætantur, & in tranſgreſſione votorum, & regulæ delectantur, quiſq; eſu, & potu fruuntur non conceſſis, & paſſim ad inferos Sardonico riſu deſcendunt. *Exultant in rebus peſſimis,* (ait Euſebius emiſſ.) o *& de ſui perditione lætantur, ſimiles illis, qui forte ſumẽtes exitiales herbarum ſuccos cum riſu perire dicuntur.*

n Prou. 2. 14.
o Ad locũ.

81 Difficile mihi videtur poſſe inter religioſos in malum conuenientes, aliquem reperiri qui aliorum malitia careat, rectumq; religionis teneat iter: nam ſi peccantem religioſum videt, & non corrigit, nec ſe à conuerſatione illius ſeparat; dat ſignum, quod vel in peccato participat, vel ſaltem laudat, & adulatur. Et contra hoſce laudantes, & adulantes loquitur Ezecchiel Propheta dicẽs: p *Væ illis qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas, & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum.* Pro intelligentia textus notandum eſt, quod conſuere puluillos, quibus ſine moleſtia incubant cubiti, & aptare molliq; fomento, ac pluma implere ceruicalia, quæ capiti ſubſtrata illud placide ſuſtentent, nil aliud reor eſſe, quàm anxium, ac perturbatum animum alicuius à metu liberare. Sicut enim aliquis videns ſocium ſuũ in duro ſolo dormire, vbi graui moleſtia afficitur, aut ſpinarum ſtimulis pungitur puluillos ſubſternit, & ceruicalia efficit, vt abſq; vlla perturbatione dormiat. Sic fallaces illi religioſi, qui cum tranſgreſſoribus ambulant, nec corrigunt, ſed vt pacem cum ijs habeant, laudant peccatum, & prauas actiones, ſunt abſq; dubio ſimiles illis, qui fallaci blandimento omnia pro votis futura promittunt; quiq; ſpinas culpæ adimunt, ne illarum ſentiatur dolor, & peccator infælix hac Dæmonis arte, & aſtutia, quieto animo dormiat; & vt dicunt in vtramque aurem. Auoco hic Gregorium dicentem. q *Ad hoc puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit; vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat.*

Religioſi mali cõueniunt pacifice in malum.
p Cap. 13. 18.
q Lib. 18. mor. cap. 3.

82 Quid dicam de Superioribus Prælatis, continéturne etiam ipſi ſub hac Ezecchielis prophetia? O' vtinam, & non eſſent, imò & vtinam

Digitized by Google

diuerſo colligant, quia ſi Filij Dei vocantur, qui pacem faciunt proculdubio Satanæ ſunt filij, qui confundunt.

Sequitur aliud verbum (*vir inutilis*) ſeptuaginta vertunt (*vir iniquus:*) Tigurina legit, *vir vanus*. Et verè religioſus dici debet vir vanitatis, mendacij, & iniquitatis, qui diſſeminatis iurgijs vllam ſibi, nec religioni affert vtilitatem, omnibuſque prorſus inutilis fit: deberet quidem veluti ſal cæteris condimentum ſapientiæ, & ſanctitatis afferre; ſed iurgia diſſeminando fit ſal infatuatum ad nihilum valens niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Spreuit miſericordiam, qua omnipotens Deus ad religionem eum vocauit: gratiam, qua Chriſtus eum inter ſuos prætioſos milites annumerauit, parui fecit. Et potius inter ſanctos religioſos habitans Diabolum ſequi diſcordem maluit; quam eiuſdem religionis pacificum ſanctum fundatorem.

Eſt etiam inutilis.

76 Oſtenditur conſequenter, quod idem religioſus (*graditur ore peruerſo*) dum fictè, & blande loquens cordis venenum vomit, & vt ſuis mendacijs alios fallant, ſimplicium corda in peruerſitate oris ambulans, demulcet; ò quanta loquitur, quantamq; perniciem alicuius molitur corde, qui ſe amicum ſimulat ore, & quod profert inſinuat ſocio, illo peruerſo oris motu, ea omnia eſſe falſa. Et inde ſequitur ad complementum totius ſententiæ, quod (*annuit oculo, terit pede, & digito loquitur:*) quid ſit annuere oculis declarat Eccleſiaſticus, dũ ait: f *Annuens oculos, fabricat iniqua*. Et tunc eſt quando verbi gratia, in circulo religioſorum adeſt vnus, qui alteri loquenti, vel aliqua narranti aſſentitur; & ſibi ea, quæ vel audit, vel videt probari, oſtendit, ſed ad ſocios nutu oculorum ſe vertens, ea exprobrat, deridetque. Nec contentus ore peruerſo, etiam alijs loquitur membris, & terit pede; ideſt, *ſignum dato pede*, vt vertũt LXX. quod eſt idem, ac dicere; *loquitur pedibus*, vt legit Pagninus; nam vel complicibus ſceleris ſignum, eorum præmendo pedem tacitus dat, ne credant; vel eo geſtu notat eum, cui exprobrat: & tandem digito loquitur, quod ferè in idem recidit loquebantur enim antiquitus digitis ſuis teſte Ouidio lib. 1. de Triſt.

f Cap. 27. 25.

Mẽbris omnibus peruerſo loquitur.

Vtq; refert digitis ſæpe eſt nutuq; locutus,
Et tacitam menſa duxit in orbe notam.

77 Locutiones ergo iſtæ, quas facit, qui malum cogitans corde prauo, omni tempore iurgia ſeminat; religionem turbant, & inquietant, & religioſo talia ſeminanti duram, ſed cõdignam afferunt pœnam; nam, *Huic ex templo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam*. Hoc eſt ſubita illum inuadet ruina, nec habet vnde remedium, & medicinam expectet: Nam ly ex templo aduerbium eſt, celeritatem indicans, vt ſtatim, illicò, &c. Nec impropriè eſt, ſi noſtro modo loquendi dicamus ex templo, ideſt ex Eccleſia, ſeu (ad rem noſtram) ex religione diſcedere talem religioſum ad ruinam; ex Deo, ad diabolum ex domo ſanctitatis ad tenebras, & ignes, quia decet illum religioſum, diſcordiarum ſeminatorem, qui ſociorum amicitias diſtraxit, & diſrupit, diſtractum quoque, ac diſruptum manere, ita vt ſecum ipſe pugnans inteſtinis diſcordijs ſolutus pereat. Meminerint illud Iudæ ſimulantis amicum ex templo diſceſſit; quando proiectis argenteis *laqueo ſe ſuſpendit, & diffuſa ſunt viſcera eius*, de quo Sedulius dixit:

Pœna talis religioſi.

Sceleriſq; ſui commercia reddens
In caſſum facti pretium, non facta reliquit

Fratres mei. *Periculum ex alijs facio*, vt dixit Terentius; & mente ſemper retineatur, quod Eccleſiaſticus, ait. g *Nempe, omnis amicus dicet: & ego amicitiam copulaui. Sed eſt amicus ſolo nomine amicus. Nonne triſtitia ineſt vſq; ad mortem: ſodalis autem, & amicus ad inimicitiam conuertentur*. Alia lectio apud Ianſenium habet: *Nonne triſtitia manet vſque ad mortem, quando ſodalis, & amicus conuerſus ad inimicitiam*. Vbi Rabanus ait: *Maximum malum eſt; & continuo dolore gemendum, quod vbi ſperatur fidelitas, ibi inuenitur malignitas, & vbi amicitiæ aſſimilata eſt charitas; Ibi inimicitia reperitur peruerſitas*, vſq; ad mortem religioſus iurgia ſeminans tribulabitur, & in morte infælicisſimum exitum manifeſtabit, vt de infæliciſſimo Iuda cecinit Sedulius lib. 4.

g Cap. 37. 1.

Exitus hic mortis: tamẽ, & ſublime cadauer
Oſtendit populis, quanto de culmine lapſus
Pridẽ diſcipulus, qui nũc reus alta relinquẽs
Sydera tartareũ deſcẽdit ad vſq; profundũ;
Tunc vir Apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.

Inſpiciebat, vt arbitror, interioribus oculis Iudã, infidum ex patibulo pendentem, & eum tanquam horrendum ſpectaculum conſpiciendũ à Cælicolis, & terrenis eleganter proponit, vt ſuſpenſo cadauere inſpecto, agnoſcant, omnes, quàm miſerè, & omni infamia dignus publicus altitudinem à qua corruit, ſcilicet ab Apoſtolatus dignitate; ad patibulum, & à ſyderibus, ad inferni profundum; & à viro Apoſtolico, nunc vilis apoſtata factus. Caueat ergo Religioſus ne ſe præbeat in ſimile ſpectaculum Mundo, & Cœlo dum fictam pacem, ſeu oris ſectatur, & lites, & iurgia diſſeminat.

CAPVT VIII.

De pace, quæ inordinata dicitur, ſeu operis non minus à religione eijcienda.

78 PErnitioſa pax eſt prima, nec minus hæc ſecunda, cum enim opus, quod agis erga proximum ad Deum non tendit ordine charitatis, inordinatum dicitur. Sed quæres, quæ illa opera, quæ inordinata propriè ſunt? Reſpondeo eſſe illa, quæ vel pacem tollunt, vel ad malum hominis conuenire faciunt, demus vtriuſq; pacis exempla.

Quotieſcunq; aliqui religioſi conueniunt ad aliquod malum faciendum dicuntur habere pacem inter ſe, ſed iſta eſt pax diabolica, & inordina-

Pax operis inordinata

Digitized by Google

dinatæ, quia operantur malum, & in malo pacifici ſunt, & gaudent. Nam tunc religioſus amaret ſocium, dum ambo conficiunt illud malum; & ab illo licet non diuideretur tanquam à proximo, verè tamé ab ipſo, & à Deo diuiditur (horum enim alterum, ſine altero non fit,) ac proin ſe pax peſtifera, & execrabilis erit. Exemplum habemus in primo noſtro parente. h Ille enim, quia non ſeruauit pacem cum Deo, ſed ſerpentis, & vxoris conſilium ſequutus, diuiſit ſe ab eo, & conuenientes ſimul in trāſgreſſione præcepti, quo Deus præcepit, ne de ligno ſcientiæ boni, & mali comederent, expulſus eſt à paradiſo. Mundus diluuio periit propter conueniētiam filiorum Cain, omnis enim eorum caro corruperat viā ſuam. Rurſus fratres Ioſeph aduerſus fratrem cōuenientes dixerunt: *Venite occidamus eum.* Et vt dixit Rex Dauid de aliis nouiſſimis. i *Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.*

h *Gen. 3.*

Eſt in peccatis cōuenire.

i *Pſal. 22.*

79 Quid de iſta pace dicendum? niſi quod diabolica ſit? Etenim ſicut Diaboli inter ſe conueniunt aduerſus animas noſtras, ita, & eorū ſequaces conuenire curant aduerſus proprias animas; & dum in pace omnia eſſe demonſtrant; tunc eis immane bellum operantur, vt ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo totum hominem, aut omnes ſimul poſſideant. Hoc certè agit Diabolus, vt omnem diuini iudicii metum, hominum animis eximat, vt in ſumma pace, ac tranquillitate peccent, quos irretitos peccatis tenet, imò facit, vt peccando rideant, ſuauiterq; in peccatis ludant, cantant, triumphent. Sic nec pœnas infernales, nec mortem metuunt; quia eis omnia ſalua promittit Satan.

Vtinam liceret mihi totaliter affirmare, fore ſemper liberos religioſos à peſtifera, & inordinata hac pace, quæ operis dicitur, ſed praui, & peſſimi. At vereor ne multoties aduerſus non ſolum alios obſeruantes, ex eadem familia, ſed etiam aduerſus ſuperiorem conueniant, & opere Diaboli ab obſeruantia diſcedant; & illos, quos obſeruantes vident, exturbent; & in tantum cum aliquibus concordent, in quantum ſimul ad peccatum concurrunt: ad hoc facit, quod eleganti carmine dixit Gregorius Nazianz. in illo poemate de virtute humana.

Religioſi ſe interimunt Sardonico riſu.

Id facio, quod mens mea damnat, & odit:
Oblectorq; malis, mortemq; in pectore fixam
Rideo Sardonico riſu, &c.

80 Quid ſit Sardonicus riſus diuerſimmode explicatur, ſemper autem demonſtrat horum hominum taliter operantium infæliciſſimam miſeriam. Senes parentes Zenodoto, teſte Sardone more Saturno filiis ſacrificabant, & riſu, ac mutuis complexibus fletū cohibebant. Similes iis ſunt aliquando nonnulli religioſi, qui dum erga patres, & ſuperiores ſubleuantur, animas proprias omni parente cariores Diabolo ridentes ſacrificant. Rurſus ſi Sardonicus riſus dicatur, quia in Inſula Sardone, vt ait Dioſcorides, k & etiā Plinius. l *Naſcitur herba, qua ſi quis vtitur in eſum, aut potum, ita euaneſcit, quod tanquam inſanus, & mente captus more ridentium mouet labia, ſicq; coactus moritur.* Vnde Saluianus de populo Romano, dixit: m *Sardonicis herbis omnem Romanorum populum putes exſaturatum moritur, & ridet.* Hac etiam herba exſaturati videntur illi religioſi, quando ſuæ profeſſionis obliti, venenum in obſeruantiæ animo concipiunt, horrent obedire, nec pacem amant, niſi cum iis, quos fautores, aut participes in culpa habent. Sed væ illis, quia proximi ſunt morti, & Sardonico riſu rident.

k *Lib. 6.*
l *Lib. 25.*
m *Lib. 6.*

Hos enim eos eſſe arbitror de quibus Salomon, dixit: n *Qui lætātur cū male fecerint, & exultant in rebus peſſimis,* ex Hebræo, *qui rident in rebus malis.* O' quam verè deplorandi ſunt religioſi, qui in ambitione rident, qui in vanitate gaudent, qui in murmurationibus lætantur, & in tranſgreſſione votorum, & regulæ delectantur, quiſq; eſu, & potu fruuntur non conceſſis, & paſſim ad inferos Sardonico riſu deſcendunt. *Exultant in rebus peſſimis,* (ait Euſebius emiſſ.) o *& de ſui perditione lætantur, ſimiles illis, qui forte ſumētes exitiales herbarum ſuccos cum riſu perire dicuntur.*

n *Prou. 2.* 14.
o *Ad locū.*

81 Difficile mihi videtur poſſe inter religioſos in malum conuenientes, aliquem reperiri qui aliorum malitia careat, rectumq; religionis teneat iter: nam ſi peccantem religioſum videt, & non corrigit, nec ſe à conuerſatione illius ſeparat, dat ſignum, quod vel in peccato participat, vel ſaltem laudat, & adulatur. Et contra hoſce laudantes, & adulantes loquitur Ezecchiel Propheta dicēs: p *Væ illis qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas, & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum.* Pro intelligentia textus notandum eſt, quod conſuere puluillos, quibus ſine moleſtia incubant cubiti, & aptare molliq; fomento, ac pluma implere ceruicalia, quæ capiti ſubſtrata illud placide ſuſtentent, nil aliud reor eſſe, quàm anxium, ac perturbatum animum alicuius à metu liberare. Sicut enim aliquis videns ſocium ſuū in duro ſolo dormire, vbi graui moleſtia afficitur, aut ſpinarum ſtimulis pungitur puluillos ſubſternit, & ceruicalia efficit, vt abſq; vlla perturbatione dormiat. Sic fallaces illi religioſi, qui cum tranſgreſſoribus ambulant, nec corrigunt, ſed vt pacem cum iis habeant, laudant peccatum, & prauas actiones, ſunt abſq; dubio ſimiles illis, qui fallaci blandimento omnia pro votis futura promittunt; quiq; ſpinas culpæ adimunt, ne illarum ſentiatur dolor, & peccator infælix hac Dæmonis arte, & aſtutia, quieto animo dormiat; & vt dicunt in vtramque aurem. Auoco hic Gregorium dicentem. q *Ad hoc puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit; vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat.*

Religioſi mali cōueniunt pacifice in malum.

p *Cap.* 13. 18.

q *Lib.* 18. *mor. cap.* 3.

82 Quid dicam de Superioribus Prælatis, contineturne etiam ipſi ſub hac Ezecchielis prophetia? O' vtinam, & non eſſent, imò & vtinam

nam

Digitized by Google

Prælati mali ſuos fouēt fœderatos.

nam peiori conditione ne forent aliqui, quam ſubditi (ſit tamen hoc dictum bonorum Prælatorum venia, & pace) quando, vt ſubditorũ beneuolentia captent, peccata diſſimulant, & gaudent nomine pacifico; ſed inordinata pace fœderatos ſuos fouent, eorumq; grauia peccata paruifaciunt, quando non confœderatos pro minoribus grauiter puniunt; ad hoc quidem peruenit ambitio, vt Prælati alias virtute præditi, imò, & apparenti ſanctitate conſpicui dixerint aliquoties: *Vos ex noſtris non eſtis, illi autem ex noſtris ſunt;* & inde illos inſequebantur rigore, & aſperitate; iſtos verò luxui, & libertati deditos confouebant. Sed væ illis, aut melius væ nobis, nam ingens calamitas religionis eſt, & certa ruina; quando Prælati, & Paſtores ſubditorum vitia, pari lance non inſectantur: ſed ſuis confœderatis in vitijs, ſe conformant, vel adulantur, & non puniunt; quia vt ſequitur textus: *Viuificant animas eorum,* capiendo aliorum animas, occidunt paſſione bonos non confœderatos, & vitam fœderatis impijs ſeruant. Audiant D. Gregorium, qui ait: r *Non morientem viuificat, qui iuſtum damnat, & non victurum viuificare nititur, qui reum a ſupplicio abſoluere conatur.*

r Hom. 27 in Euang.

83 Qua propter eos Prælatos obſecratos velim, vt ſi non aurem mihi præbere conantur, ſaltem oculos corporis à textu ſacro, aut mentis ab eo, quod geſſit Patriarcha Abraham ne amoueant, quod ſi fecerint abſq; dubio, quæ ſit bona, & mala pax addiſcent, & qualis pax ſit ſua potentia, & auctoritate fouenda, aut extirpanda. Legitur enim in ſacra Geneſi, ſ quod poſtquam Deus promiſerat Abrahæ ſe illi daturum terram, & poſteritatem innumerabilem, prout ſunt Stellæ Cœli, & arenæ Maris: vt ſe Patriarcha certum redderet de promiſſione, & de modo, quo eſſet complenda diuina promiſſio, ſignum aliquod optabat; quare ipſe Deus Abraham alloquens, dixit: *Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam.* Potuit omnia hæc animalia ſuper altare, obtulitq; ea Deo in ſacrificium; hac tamen differentia, quod terreſtria diuiſit per medium, non verò volatilia. Vnde ſequitur textus. *Tollens vniuerſa hæc diuiſit ea per medium aues autem non diuiſit.* Oritur inde difficultas ad dignoſcendum, cur non etiam volatilia diuiſerit, ſicut & terreſtria? quare in illis animalibus diuiſio, & in auibus vnio?

ſ Cap. 15. 9

Diuidendi sũt Religioſi confederati in malum.

84 Hoc factum fuiſſe arbitror, vt diſcant Superiores non omnem vnionem eſſe Deo gratam, nec omnem diuiſionem ei diſplicere; ſed qualem? ex intelligentia textus colligere ſatis poterunt. Quid enim per animalia terreſtria ſignificare intendit, quidue per aues? nil proprius meo videri, quam homines carnales, & ſpirituales. *Vacca enim* (ſeu vitula prout ex Hebræo legitur, teſte Ambroſio) t *caro noſtra eſt, quæ a laſciuia cupiditatum, cohibenda eſt, & iugo diuinæ legis domanda, per arietem vero ſignificari dicimus, peccatorem, qui publicè peccat, & cæteris eſt ſcandalo præit reliquos ad infernum, & in grege reproborum incedit tanquam Dux gregis inter oues.* De Capra verò idem docet Ambroſius dicens: *Senſus noſtri caprarũ modo velut ſaltu quodam alij exiliunt, & paſcuntur præruptionibus impetu ſuo ipſi excitantes animæ, & concutientes eam ad omnem occaſionem præſto ſunt, &c.* Vbi peccata, quæ inde ſequuntur eleganter deſcribit. Per aues verò, *quæ in altum tolluntur homines ſpirituales ſignificantur, quatenus vel inſtar turturis amant ſolitudinem propter Deum, vel inſtar columbæ manſuetudinem diligunt, & caſtimoniam in vtriſque ſignificatam.* Vnde S. Auguſt. diuerſæ Abrahę poſteritati omnia attribuens, inquit: u *Per iuuencam ſignificata eſt plebs poſita ſub iugo legis. per capram eadem plebs peccatrix futura, per arietem eadem plebs regnatura. Nec vllo modo dubitauerim ſpirituales viros in eo populo præfiguratos additamento turturis: ita eoque dictum eſt aues autem non diuiſit, quoniam carnales inter ſe diuiduntur; ſpirituales autem nullo modo.*

t Lib. 2. de Abr. c. 8.

u Lib. 16. de Ciu. Dei c. 24.

Prælati optimi inſtar Abrahę.

85 Ex quibus omnibus diſcant Pręlati per hęc animalia, quæ Abrahæ poſteritatem ſignificabant, figurari etiam quamlibet religionẽ, quæ ſui Sancti Fundatoris poſteritas dici poteſt, & per filios Abrahæ religioſos adũbrari. Cũ ergo ex filijs Abrahę aliqui per terreſtria, & aliqui per volatilia ſignificentur, non erit difficile ſic pariter religioſos conſiderare, Ideo per vaccam, ſeu vitulam intelligimus Religioſos ſub iugo regulæ poſitos; per capram eoſdem, iugum proijcientes, & minimè promiſſa ſeruantes; per arietem verò ipſoſmet religioſos, qui ſuper alios regnare quodammodo dicuntur, dum malo eorum exemplo quandam vim inferunt alijs ad perpetranda mala, quæ ipſi agunt, & tanquam duces gregis, gregem ad inferos ducunt: Per aues autem illas innoxias ſpiritualem religioſorum ſtatum configurari dicimus. Quid ergo exinde diſcere tenentur Prælati? hoc nempe diuidere terreſtria animalia, ſcilicet religioſos illos, quos viderint à recto tramite deuiare; quantumuis eos nouerint pacem inter ſeſe habere, quia cum ſit pax, non in bono, ſed in malo fundata, tollenda eſt mediante diuiſione inter eos ſtatim facienda: ne hac pace durante mutuis inter ſe internis diſſidijs, aut externis inimicorum noſtrorum bellis attriti, diuinæ poſtea vindictæ extremis ſupplicijs cõſumpti remaneant: Illorum enim concordiam, & pacem odit Deus, ideo diuidantur. Quos vero nouerint eſſe veluti candidas puritate colũbas, & veluti turtures vitam religioſam Deo viuentes amant, quaſi in ſolitudine ſemper vnitos, & fœderatos habeant, foueant, & curent eos nunquam, gratia Dei mediante fore diuidendos; vt Dei, & regulæ præceptis obſeruatis, omnes ſimul ad æternam perueniant fælicitatem. Hæc pax erit fouenda, quæ placet Deo ſicut diſplicuit illa. Adduco in teſtem S. Greg. Nazian. dicentem. *Nec quiſquam ſuſpicetur, quod pacem omnem amandam, complectendam eſſe exiſtimem, nam vt optimam quandam diſſentionem, ita pernicioſiſſimam quandam concordiam eſſe perſpectum habeo.* Ergo inter ſpirituales nutrienda eſt pax inter carnales vero, & pec-

Pax impiorum à prælatis extirpanda.

Digitized by Google

& peccatores nullo modo ſed penitus extirpandæ.

86 Exemplum quoq; huius veritatis dederunt nobis Sācti, qui licet ſemper pacis, & concordiæ, ſeminatores extiterint, aliquando tamen diſcordiam ſeminarunt, ſed hoc inter iniquè fœderatos, legite textum actuum Apoſtolorum, x & inuenietis Paulum in maximo vitę periculo conſtitutum quando videbat contra ſe Phariſæos, & Saducæos fæderatos, & tunc prudenti conſilio Paulus, cum non reperiret vllam iuris, vel æquitatis rationem apud tales iudices diſcordiam inter illos iniquè in malum concordes diſſeminauit. Propterea dixit: *Viri fratres ego Phariſæus ſum, & filius Phariſæorum, de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego iudicor*. Quibus auditis ab ijs, qui aderant (aſſert S. Lucas) diſſentionem inter eos ortam, dicens. y *Et cum hæc dixiſſet facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, & Saducæos, & ſoluta eſt multitudo, vel, & ortum eſt populi diſſidium*: vt vertit Syrus. Sed dices cur Paulus in Phariſæis diſſidium & Saducæis excitauerit? Paulus Crucifixus; Paulus pacis, & amicitiæ prædicator, nunc factus ſit diſcordiæ ſeminator. Cur? non alia ratione, niſi quia nouerat eos in malo concordes, & ſic procurare potuit inſtar antidoti, ſeù veneni contra venenum haberi diſcordiam inter eos, & diſſidium. Hoc ita conſiderans D. Gregorius dixit. a *Prædicator egregius graui phariſæorum, ſaducæorumque perſequutione deprehenſus, inter ſemetipſos diuidere ſtuduit, quos contra ſe granite vnitos vidit*.

x Cap. 23. 6.

Diſcordiā ſeminare aliquando licet.

y V. 7.

a 3. p. de vita Paſt. admonit. 24.

87 Laudandus ergo eſt, qui tempore oportuno diſcordiam ſeminat, quiq; facit, vt ſaluentur iuſti, dum diuidūtur iniuſti: diuiſit enim Deus mare rubrum, & illa diuiſione facta perijt perſequens Pharao cum ſuis, quādo Iſraelitæ ſicco veſtigio tranſeuntes terram petière promiſſam. Linguas etiam eorum diuiſit quando auſu ſuperbo, & temerario Babel turrim ædificare conabantur. Vnde ijs ſimiles reſpiciens Dauid Deum præcabatur, dicens. b *Præcipita Domine, & diuide linguas eorum*. Quia, vt pulchrè docuit Chriſoſtomus. c *Eſt, & mala concordia, & diſcordia bona: Siquidem, qui turrim ædificabant, concordes erant in malo ſuo, inde, & ſi inuiti ad bonum tamen diſſenſerant; & ſocij Chorè malè conueniebant, ideò benè diuiſi ſunt*.

b Pſal. 54. 10.

c Hom. 53. in Io.

Tandem cum benedictione concludamus. Erat Patriarcha Iacob iam morti proximus, quando vt legitur in libro Geneſis d ſuos filios benedixit: Cumq; perueniſſet ad Simeonem, & Leui eos fratres appellauit, dicens: *Simeon, & Leui fratres*. Nec alios quoſcunque fratres vocauit, præter hos duos. Et mirum profectò videtur; nam ex cap. 34. ſcitum eſt, eos eſſe fratres quando vindices extiterunt illa graui, & ſanguinea vltione pro ſorore Dina capta à Principe Sichem, qui illius virginitatis extitit ſtuprator. *Simeon, & Leui fratres ingreſſi ſunt vrbē, interfectiſq; omnibus pariter maſculis Hemor, et Sichem pariter necauerūt.* Si ergo habemus Simeonem, & Leui, fuiſſe illos fratres fæderatos, aut coniuratos ad tollendum opprobrium ſororis, & exinde magis cautos ſe fuiſſe oſtenderunt, dum ipſi, & non alij facti ſint vindices iniuriæ. Cur de iſtis tantum Patriarcha Iacob indicat fuiſſe fratres, & non de alijs, de quibus non habebatur tanta explicita notitia? Ah Domine Deus, & quis ignorat veram, bonamque fraternitatē eſſe illam vnionem, quæ Dei honori, & gloriæ conſecratur; quæ autem Deum offendit, & fraternitatis, & vnionis, & veræ pacis nomine caret; nec aliud nomen meretur niſi diſcordiæ, diſſidij, ſeù peſſimæ pacis. Quapropter cum vnio Simeonis, & Leui fuerit ad occiſionē deſtinata, nunquam minus fratres viſi ſunt, quàm tunc, ideò prænotat ex induſtria eos eſſe fratres; quaſi diceret Patriarcha, ſi deletam ex mala concordia creditis fraternitatem; Scitote eos eſſe fratres; propterea replicat: *Simeon, & Leui fratres*. Sed poſtea ſubiunxit: *Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael*. Et quare ò Patriarcha Sancte? ne ita iniquè, & peruerſa pace vniantur amplius. Nam, vt aduertit Oleaſter. e *Cōſultum eſt reipublicæ, vt qui in ea ad malum facile ſociantur, diuidantur*.

d Cap. 49.

Sancti & Chriſtus diuidūt, & ſeparant pacificos.

e In moral. comm.

88 Eſt ita neceſſaria iſta diuiſio, & ſeparatio, vt etiam Chriſtum eam voluiſſe, fateatur Lucas referens verba eiuſdem Saluatoris, dicentis. f *Putatis, quia pacem veni dare in terram? Non dico vobis, ſed ſeparationem*. Ergo ſi inter religioſos iſta concordia, quæ malum operatur, fuerit à Superioribus inuenta, tanquam pernicioſa procul expellatur, & facta horum fœderatorum diuiſione, eos hinc, illincque ſeparent, ne amplius ſe videant. Sic pro certo habeant ſe Deo, & religioni rem gratam facturos. Nam etiam Chriſtus alibi g ad diſcordiam ſeminandam veniſſe fatetur hiſce verbis: *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium*. Ecce nunc belli, non pacis amator Chriſtus: ſed ſicut pacem iuſtis reliquit, ſemperq; dat: ita, & peccatoribus, vt veram pacem aſſequantur, bellum dicit, & ſeparationem. *Quare* (ait S. Cryſologus.) h *quia coniunctio cæleſtis eſt in iſta ſeparatione terrena*. Diuidantur ita religioſi in malo fæderati, & ad inuicem taliter ſeparentur, vt amplius nequeant Chriſti conſeruos inquietare; nec vnquam vox illa audiatur: Ego ſum Cæphæ, ego ſum Apollo, vos eſtis ex noſtris, vel non eſtis.

f Cap. 12. 51.

g Matt. 10. 34.

h Ser. 164.

Sed heù mihi nequeo, quin fleam, cum tali voce roborētur ſubditi fœderati (quibus conuenit ly *eſſe ex noſtris*) ad peccandum: & ipſi ſuperiores hiſce, & ſimilibus verbis videntur commouere ſubditos ad peccādū, qua ratione magis puniēdi ſunt à Deo, quā eſſent puniēdi pro delictis proprijs, & prauis eorū operibus. Teſtis ſit Regius vates, qui ait: i *Odiſti oēs, qui operantur iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mendacium*. Norēt verba, & ſignent myſterium: odio habere dicit eos, qui ſub iugo legis ceruicem ponere fugiunt, & omnes operantes iniquitatem: ſed loquentes menda-

Superiores male dicūt fœderatos eſſe ex noſtris.

i Pſ. 5.

cium perdere minatur. Quare miratur Hieronymus in expoſitione huius textus, & ait; ***Rem nouam video, qui malum operatur odio habetur, qui mendacium loquitur perit.*** Et certè non poſſum, & ipſe non mirari, quod pro opere malo quis tãtum odio habeatur, & pro fallaci loquutione morti tradatur ab omnipotente manu Dei. Quid enim infælicius, & miſerabilius eſſe credimus; Deum contra nos indignari, noſque odio habere; an nos perdere, morti tradere, & in nihilum reducere? dicam certè, hoc vltimum eſſe infælicius, & magis horrendum; nam primum, quod eſt nos odio haberi, & ſi magnum malum ſit, tamen dum viuimus, ſemper ſpem habemus Deum placandi, & oramus quouſque veniam impetremus. Sed hanc ſpem qui moritur, & perit totaliter amittit. Ita Hieronymus inquiens: ***Infelix quidem eſt, qui odio habetur à Domino, ſed adhuc viuit. Qui autem loquitur mendacium, & perit, & iam eſſe deſiſtit.*** Igitur ſi Deus odit operãtes iniquitatem, & deſtruit loquentes mendacium; caueant ſuperiores verbis fallacibus fœderatos ſubditos adulari, & ſub verbo nequiſſimo (*ex noſtris*) eos fouere; quia inde ſubditi velut equi effræni, & indomiti currunt ad præcipitium; & Deus ad iracundiam prouocatur contra ſuperiores, magis, quia fautores mali fuerunt, quam pro proprijs peccatis per ſemetipſos commiſſis.

89 Vlterius legimus in actibus Apoſtolorum, quod Petrus cupiens ſubrogare virũ aliquem
k *Act. c. 1. 16.* iuſtum in locũ Iudæ proditoris; dixit. k ***Viri fratres oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum.***
l *Pſ 68. 26. & 108. 8.* prophetia Dauidis fuit. l ***fiat commemoratio eorum deſerta, & non ſit, qui inhabitet in ea, & epiſcopatũ eius accipiat alter.*** Vt ergo ſubſtitueret alterum qui acciperet locum Iudæ non aliam inſinuauit iniquitatem; niſi quod
Similes ſũt Iudæ. fuerit dux comprehendentium Ieſum. ***Non dicit*** (vt inquit Chryſoſtomus) ***de ſceleſto illo, & omnibus ſceleribus inquinato, ſed qui fuit dux eorum.*** Innumerabilia certè erant peccata cõmiſſa, & ſcelera perpetrata à Iuda, fuit cupidus, auarus, maledicus, & in malo pertinax, & obſtinatus, quaſi alter Diabolus; quapropter dixit Chriſtus: ***Vnus veſtrum Diabolus eſt.*** Et tamen nihili faciens Petrus cætera omnia ſcelera proditoris iniqui, tantum meminit, huius iniquitatis, ***qui fuit dux eorum;*** vt doceat nos grauiora eſſe peccata, quibus alij ad peccandum docentur, vel ducuntur, vel quia adulantur, & fouentur; perſeuerãtq; ideò ſolum mentionem fecit de ducatu, quem geſſit. Similes Iudæ ſunt illi ſuperiores prælati, qui peculiariter gloriantur eſſe duces eorum ſubditorum, quos (***ex noſtris***) vocãnt fœderatos; ſed melius effrænatos vocare poſſent: nam fræno legis excuſſo regi nequeunt; & tota culpa eſt ſuperiorum, qui ne ſequelam confœderatorum amittant; ſinit eos in ruinã labi; dum nec imperio premunt, nec vinculis, ac carcere frænant, deinde ſi tranſacto tempore officij ducis fautoris, vt ſubſint ſucceſſori prælato non habẽti talem paſſionem; & volenti frenum inijcere male morigeratis, magnum opus, & labor eſt. Nam aut frænum detrahunt, ſi poſſunt, aut mordent, & obluctando oſtendunt nouum ſuperiorem grauiter ferre, eius iuſſa (cum frænum excutere nequeant) arrodunt, & coactos, ac inuitos ſe frænum ore recipere, velut equi indomiti, oſtendunt. Culpa ducis fouentis quos, *ex noſtris*, &c.

90 Factum mirabile etiam ad hanc veritatem comprobandam legimus in primo libro Regum. Cum enim Saul vidiſſet ex aduerſo caſtra Philiſthijm, m ***Timuit valde, & expauit*** m *Cap. 28. 7.*
cor eius nimis. Conſuluitq; Dominum, & non reſpondit ei, Quapropter ſtatuit conſulere, ***mulierem pythonem habentem***, ſcilicet mulierem magam, quod, & opere compleuit; & illa mediante, aut verè, aut apparenter reſurrexit Samuel, à quo audiuit Saul infælicem ſui belli exitum, vbi translatio regni de manu ſua ad Dauidem ſequenda erat, ac ipſe Saul, & filij ſui occidendi in eo bello forent. Et ſubiugati Iſraelitæ erant Philiſthijm in captiuitatem ducendi. Sed ponderandum id, quod textus ait n referens mortem Saul, & filio- n *Cap. 31. 2.*
rum eius. ***Irrueruntq; Philiſthijm in Saul, & filios eius, & percuſſerunt Ionathan, & Abinadab, & Melchiſua filios Saul.*** Vbi videtur quod inter alios filios mortuus eſt Iona- ***Eorũ grauiſſima erit pœna.***
thas. Agitatur hic non facile quoddam dubium: qua ſcilicet de cauſa voluerit permittere Deus, ita infæliciter mori Ionathan in bello? Cum videretur Deus quodammodo teneri ad eum liberandum; cum non praua aliqua, ſed bona generoſi huius principis facta legantur à nobis. Erat enim Ionathas Regi Dauidi coniunctiſſimus. Nam ait textus
o ***Inierunt autem Dauid, & Ionathas fœdus*** o *Cap. 18. 3.*
diligebat enim eum quaſi animam ſuam. Et ſigna amoris oſtendidit: ***Nam expoliauit ſe Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſque ad gladium***, &c. Vltra hæc omnia nimium laborauit, vt reconciliaret Dauidem Patri ſuo Saul; & ſemper ei fuit in adiutorium, & defenſionem apud patrem: Si ergo pro ſancto tam ardenter laborauit, & tanta bona operatus eſt; non videtur eſſe concedendum illum fuiſſe ſceleſtum, & prauum, qua ratione meritus ſit mori in bello. Mortem ergo illam, quæ eſt pœna, cuius neſcitur culpa; cuius culpæ pœnam fuiſſe arbitrandum fore dicemus? Reſpondet Iſidorus Peluſiota p cauſam p *Lib. 1. epiſt. 130.*
mortis huius fuiſſe: ***Quia patrẽ Pythoniſſam quærentem, minimè prohibuerat, obidque ante eum, qui ſcelus admiſerat, is qui prohibere poterat, in belo interijt.*** O mirabilis Deus, quia Ionathas non arcuit patrem, & non prohibuit ne Pythoniſſam conſuleret; miſerè mortuus eſt in bello. Et quod maius eſt, pœnam mortis incurrit, qui culpam non prohibuit, prius quam, qui illam commiſit, cum mortuus ſit Ionathas, antequam mortuus eſſet Saul; filius prius quam pater. Si ergo Ionathas, quia potuit culpam arcere patris, & non fecit, indignationem omnipotẽtis Dei incurrit,

Digitized by Google

rit, & infælicitèr mortuus eſt; quam pœnam mereri credimus illos ſuperiores, qui fœderatorum peccata fouent,& dum non prohibent, & adoperiunt, adoptant, & aſciſcunt, non eſt dubium quin, etiam ſi aliunde prælati ſuperiores boni eſſent, propter peccata eorum, quos (*ex noſtris*) vocant, indignationem Omnipotentis Dei grauiter incurrent.

Hæc dicta ſint de pace operis, quæ reperitur inter concordes in malo, qui verè diſcordes ſunt: modo autem de illa inordinata operis pace agendum eſt; quæ eſt oris pax; ſed aliquid operatur contra proximum, vnde videatur peſſima diſcordia oriri: Quare ſit.

CAPVT IX.

De Pace operis, altera ſignificatio quæ ſit?

Pax operis quæ ſit.

91 OMnes ſciunt, ſæpe inter religioſos diſcordiam oriri ex doloſis, iniquiſque ſubditorum operibus, & confabulationibus contra ſuperiores, vel ſuperiorum contra ſubditos, temerariæ ambitionis cauſa ortis. Etenim ſuperiores, ne à dignitate per ſuperiorum informationes ſubmoueantur: & ſubditi, vt prælatos à culmine deijciant; ſeque, vel amicos in ſublimitate collocent, per iniquis operibus pacem turbant, & ea opera ad inuicem moliuntur, ex quibus pax vera omnino tollatur; ſed remanet pax tantum operis, quæ conſiſtit in eo, quod nullum opus efficimus, ex quo pax, & concordia non periclitetur: id ſcilicet efficiendo, quod proximi voluntati contrarium ſit; quodque proximus fieri contradicit, vel factum eſſe nollet, vel ex quo diſcordiæ oriri poſſunt.

Ambitio nunquam dicit ſufficit.

Oriuntur diſcordiæ inter religioſos, quando prælati, vel quod ſupra ſe eſt, vel quod non infra ſe eſt conſiderant. Primum euenit, quia ambitionis æſtum, & impetum feruentem non comprimunt, nullo enim ſunt ſatis honore contenti; de quibus dico, quod & Seneca de conſimilibus dixit. q *Nemo eorum, qui in republica verſantur quos vincat, ſed à quibus vincantur, aſpicit: Et illis non tam iucundum eſt, multos poſt ſe videre, quam graue aliquem ante ſe.* Vtinam hodie in religione idem, quod tunc in republica locum non haberet: Ad honores, & ad maiores dignitates feſtinant quocunque periculo,& quocunque aliorum religioſorum detrimento. Velim ne Neronis matrem imitentur, & ſicut illa dixit; *Occidat ego modo imperet ille*. Sic & aliquis eorum dicat: peream ipſe, & omnes oriantur lites, veniant bella, & diſcordiæ ſuſcitentur, modo in religione honoratus viuam.

q *Epiſt.74.*

Ambitioſus vmbrã ſequitur.

92 Rurſus ſecũdò oritur hæc Prelatorũ ſtultitia imò, & ambitioſorum temeritas,& impietas, quia vmbraticos, & falſos honores, veris ex virtute honoribus anteponunt, non minus, ac pueri equos baculinos, & pupas magis amant, quam equos, & veras imagines rerum, & fruſtra credit eos eſſe verè magnos, qui ex ſolo honore, aut dignitate, quam obtinent, magni ſunt. Audiant ad rem Senecam. r *Nemo iſtorum, quos diuitiæ, & honores in alto faſtigio ponunt, magnus eſt, ſed ideo magnus videtur, quia illum cum baſi ſua metitis Pumilio magnus non eſt, licet in monte conſtiterit. Coloſſus magnitudinem ſuam ſeruabit; etiam ſi ſteterit in puteo. Sic nobis imponitur, quod neminem æſtimamus eo, quod eſt, ſed adijcimus illi ea, quibus honoratus eſt*. Quare quod Archidamus Lacedæmon ſuperbienti Philippo Macedonum Regi propter victoriã adeptam, & per literas inſultanti reſpondit: *Si metiaris vmbram tuam haud quaquam reperies illam maiorem factam, quam erat ante victoriam*. Idem prorſus reſpondere licet prælatis omnibus, qui ad prælaturam euecti ſe propterea, maiores putant; indeq; ſunt velut ægroti, aut grauidæ mulieres terram auidiſſime comedentes, aut carbones, aut aliquid ſimile; & dum illo cibo delectantur, non poſſunt non torqueri, aut non affici maximo ſalutis detrimento. Et gloriam quam ambiendo acquirũt, miſerè perdunt.

r *Ep.77.*

93 Patebit hæc veritas conſideranti non minus eſſe infidam,& mendacem peccatorum gloriam; ac ipſi mendaces ſunt, & infidi, & indignus dignitatis poſſeſſor, eo ſpoliatur honore, quem acquiſiuiſſe imaginatur. Priuatus homo, qui dum iuris ſui erat, quippe qui à publica cura abſtinebat, & eum omnes magnifaciebant,& honorabant; ſi per fas,nefaſq; indigne obtinet prælaturã aut magiſtratum; omni prorſus ſplendore denudatur, & honore quia vt bene dixit Philo. ſ *Gloria inſipientis malitiam reddit illuſtriorem*. Et Greg. Nazian. loquens de quibuſdam Epiſcopis, qui fauorum meritis, non proprijs ad dignitatem fuere euecti, dixit, quod erant: t *Pietate miſeri, dignitatis ſplendore infelices*. Sed ad rem memento mirabilis illius facti, quod legitur in libris Regum, u quando Philiſtijm intulerũt arcam Domini in templum Dagon; & ſtatuerunt eam iuxta Dagon: ſed altera die ſurgentes diluculo, inuenerunt, quod Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini, quem tulerunt,& reſtituerunt in loco ſuo: ſed vt ſequitur textus ſimiliter euenit altera die, imò, & quid peius: *Nam inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen: Porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo*. In huius textus expoſitione dubitat Hugo, & bene, dicens: *Si inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra; quomodo Dagon remanſerat in loco ſuo*. Magnũ quippe altare erat in templo, vbi locabatur Idolum; ſi ergo humi iacebat, quomodo potuit remanere in loco ſuo? ſi turpiter pronus iacebat, quomodo poterat templi ſublimem aram glorioſè tenere? Vertitur ne Idoli ignominia, & infælicitas, in eius glorioſam fælicitatem, & honorem? minimè quidẽ, ſed voluit textus inſinuare, quod Idoli vilitati locus ſublimis

ſ *Lib. de plant. Noe.*

t *Oratio 1.*

u *1. Reg. 5. 4. 5.*

Superior nõ proprijs meritis exaltatus vilior fit.

eſt nuda terra; aut truncus ille Idoli, ſiue ligneus fuerit, ſiue ęreus, dũ viliter iacet in loco ſuo, dicitur eſſe in ſublimiori ara, quaſi pudore ſuffuſus diuinos recipere honores, quibus erat indignus, renuebat. Ecce ergo Idolum nullis ſuis meritis exaltatum, & turpiter in ara templi collocatum ad honores recipiendos, quorum capax non fuerat, quomodo iacet in terra; Locus quidem vilitati, & inſufficientiæ ſuæ proptius, ſed pro ipſo reputatur ſublimis: nã viliſſimus locus, eſt viliſſimi hominis honor; & ſolium ſublime in erubeſcentiam vertitur illi, & ignominiam.

94 Hinc Regius vates, cũ de Gentilium Idolis fuerat loquutus, ſubiunxit. x *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.* Scire optarem fuit ne adorantibus Idola laus, & benedictio, an verò horrenda execratio, & maledictio? ex vna parte aſpicio Idola multis honoribus affecta; & in eorum ſacrificijs lumina, & figuras, & multa aduiſum ſpectantia Gentiles addiderunt, quorum aræ ſublimes ſtruebantur, ſuper quibus accendebantur lumina, & victimæ cæſæ imponebantur. Et cum fiebant ſacra Superis, ac præcipuè Ioui extruebantur aræ in ſublimibus locis. Vt inquit Melanthes, y loquens de ſacrificijs: Omnis autem mons Iouis mons appellatur, quoniam mos fuit antiquorum, vt altiſſimo Deo exiſtenti in loco ſublimi ſacrificarent. Et ſic è Iouis ipſius oraculo ſacra fiebant in montibus apud Apollonium, quem refert eodem loco Natalis; ſic:

x *Pſalm. 113.8.*

y *Apud Natal. Com. lib. Myth. 1.cap.10.*

Ingentem Iouis humentis tunc extruit aram,
Et ſacra impoſuit in mõtibus: hic quoq; ſacra
Sirius accepit, ſic Iuppiter ipſe volebat.

Et ex Argonautis Apollini ſacrificantibus, refert idem, quod aram in littore erexerunt, & quia mons ibi nullus erat, ſublimem illam fecerunt.

Iuſtaq; ſoluentes in primo ereximus aram
Littore ſublimem.

Superiores indigni ſimiles Idolis.

Sic in ſublimi loco poſitum quodlibet ex ſuperis Idolum reputabatur apud omnes glorioſum, eiq; dabantur honores, pretioſa offerebantur dona, & humi proſtrati adorabant. Et tamen cum nihil tanti fecerint, quanti Idola Gentiles, non propterea eos commendat Dauid, ſed vult eos ſimiles illis eſſe: *Similes illis fiant, qui faciunt ea, &c.* optat fortaſſe Rex vates, vt illi tanquam Dij gentium munera reciperent, & adorarentur? cupiebat hoc amore, an odio præmotus? Tertullianus vnico verbo difficultatem ſoluit dicendo. a *Tales fiant, qui faciunt ea.* Quid enim eſt Idolum illud? niſi dignitatis incapax quoddam ſimulachrum: illudq; venerantur, & honorant, quod ligneum aut æneum eſt? rem quidem vilem in ſublimi ara, ad ſui maiorem ignominiam poſita. Atrox ergo maledictio fuit, dicere Dauidem *ſimiles, aut tales fiant, qui faciunt ea.* Quaſi diceret: non aliud malum, adorantibus Idola, & in eis confidentibus, niſi quod ipſi tales fiant; ideſt quod fas, nefaſq; & immerito euehantur ad dignitates; & eleuentur ad præ laturas, & honores ſine eorum meritis: nam honor indebitus, deshonorat: Et officij ſplendor male promoti inſufficientiam publicat: imò ipſa dignitas, indigno proditionẽ machinatur: propterea dixit Ennodius. b *Nec plus aliquid humiliat potiſſimos, quam obtenta ſublimitas.*

a *Lib. de Idolatr. cap.4.*

b *Lib. 9. epiſt.45.*

95 Inſuper habemus apud Ezecchielem extollentem Tyriorum ciuitatem fortiſſimis muris circumdatam, & turribus munitam; quod, *Pygmæi, qui erant in turribus pharetras ſuas ſuſpenderũt, &c.* c Pro quibus Pygmæis traducunt alij apud Hieronymum, cuſtodes, & alij bellatores. Nunc ſcire cuperem, num illi erant veri Pygmæi; ſi tales verè repetiuntur ſtatura, vt dicunt cubitales (quos fortè neminem vidiſſe certius eſt) eoſq; viuere in cauernis, ait Ariſtoteles? Sed tales, eos eſſe illos, de quibus loquitur Propheta non videtur veriſimile; quomodo enim poſſet ſignificari tutiſſimum, & validiſſimum præſidium Tyriorum, & eorũ Vrbis, per cuſtodes, & bellatores Pygmæos; quos tantum (legimus) pugnare cum Gruibus, & vinci. Eorum exercitum ſi quis formauerit, habebit pedites parum, aut nihil expeditos, vtpote qui cubitales ad altiũ ſunt: & ſi equites eos deſiderat, arietũ caprarumq; dorſis inſidentes, ſagittiſq; armatos, obtinebit: vt fama eſt Pygmæos bellare, ſemperq; fugari, & irrideri. Ad quod adduco illud Iuuenalis ex Sat.13.

c *Cap 27. 11.*

Pygmæorũ deſcriptio.

Ad ſubitas Thracũ volucres, nubẽq; ſonorã
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti, raptuſq; per aera curuis
Vnguibus, à ſæua fertur Grue. Si videas hoc
Gentibus in noſtris, riſu quatiere: ſed illic
Quãquã eadẽ aſſidua ſpectẽtur prælia ridet
Nemo, vbi tota cohors pede nõ eſt altior vno.

Non ergo propriè de Pygmæis debet textus intelligi, nam facilè cum talibus victoriam Tyrij amiſiſſent, & turpiter victi forent à Chaldæis, Aſſyrijſque circumcirca bellantibus ex aduerſo. Quare igitur cuſtodes, & bellatores appellat Pygmæos? Reſpondet in expoſitione textus doctor Prado his verbis. Dicuntur turrium cuſtodes Pygmæi, quia præaltitudine turrium, hominibus infra ſtãtibus deficiente viſu, non homines videbantur, ſed Pygmæi, ideſt ſtaturæ cubitalis. Itaque turrium altitudo (quibus tutabatur Tyro) euidens cauſa erat, vt milites, etſi fortiſſimi, & bellatores robore, & magnitudine perſpicui, viderentur Pygmæi. Nunc dico, quod aliquando inueniatur aliquis priuatus homo, quem, vt probum virũ, & benè morigeratum, omnes tanquam ad omnia habilem, & ſapientem magnifaciunt. Hic euehitur ad officia, in ſublimi ſolio collocatur: & ſtatim minoratur, paruulus, & inhabilis, ac incapax ad ea officia exercenda redditur. Altitudo ergo dignitatis poteſt ne ab homine magno, illiuſmet auferre eminentiam? iſte, qui nunc paruus, & Pygmæus eſt in throno gloriç collocatus, nõne erat magnus antequã ad dignitatem e leuaretur? ita. Verũ quilibet vir magnus in loco ſublimi poſitus grandi titulo, & illuſtri minimè creſcit; ſed puſillus, & Pygmæus deuenit, ſi ad dignitates vltra ſua merita collocatur; imò ſolo officij titulo gaudet ſine homine, ideſt non tantum deuenit Pygmæus, paruus homo, ſed non eſt ho-

Pygmæi ſũt qui ſine meritis dignitates habent.

Digitized by Google

eſt homo;eſt titulus ſine re,perſonatus ſine perſona;Principatus ſine homine. Ita perbellè dixit Saluianus his verbis. d *Nomen ſine actu,& officio ſuo nihil eſt. Quid eſt aliud principatus ſine meritorum ſublimitate, quam nominis titulus ſine homine.* Quid elegantius dici potuit, *quam nominis titulus, ſine homine;* hoc peruoluatur mente,& retineatur.

d *Lib.* 4. *guber. Dei.*

96 Huius magnæ temeritatis cauſa ambitio eſt, quæ vſq; adeò peruenit, vt efficiat ambitioſos,non conſiderare eum,qui per tectorum culmina ambulare vult, forti admodum, & firmo cerebro eſſe debere, alioquin certo ſe præcipitio, & promptæ necis periculo obijcere. Sic certè, qui honorum faſtigia conſcendunt,niſi valde cordati,& firmi ſint in amplectenda religionis Cruce; & in amore Dei ita perſiſtant; quod ſuos ſubditos eandem Crucem ferentes, prout oportet diligant, certo ſe æterni barathri præcipitio per ſuperbiam exponunt. Meminerint etiam,quod maiores piſces piſcatorum retia ingreſſi capiuntur, minores autẽ per foramina ſæpè elabũtur. Vnde, & Sapiens dixit. e *Grauiſſimum iudicium fiet his, qui præſunt.* Et ratio eſt,quia vt de ſe loquitur Bernardus: *Quoties hominibus præeſſe deſidero, toties Deum meum præire contendo,& tunc verè non ſapio quæ Dei ſunt.*

Periculum graue incurrunt.

e *Sap.*6.6

97 En peſtis religioſorum ambitio, vera ambientium Crux. Contenti non ſumus ferre communiter ſanctam religionis Crucem; ſed ad aliam amplectendam anhelamus Crucem, ſcilicet ambitionis, quaſi ſuauius iugum foret hanc,quam Chriſti Crucem ferre. Sed quod mirandum eſt,illos,qui (vt docet experientia) indoctiores ſunt, & fortaſſe valde ignari ad ferendam illam Crucem, eandem tamen cupiunt ferre, & ſub titulo ſanctioris vitæ viribus, & poſſe procurant; ſed ita vt videantur inuiti ad dignitatem conſcendere. Vnde non aduertunt, quod ſanctitas illa eſt tantum exterius oſtenſa, nam cum ambitione intus ſanctitas eſſe non poteſt. Vtinam ne eorum aliqui ſint ſub ouina pelle Lupi, vt capiant prædam. Sed dato, quod ſanctioris vitæ ſint, & ignari;ambire eos Prælaturas non decet:quia, vt quis Eccleſiæ miniſter ſit vltra ſanctitatẽ, oportet habere ſapiẽtiam: Hinc Paulus Apoſtolus ad Romanos ſcribens, f Hebræorum fratrum cæcitatem deplorat, & quia Gentiliũ conuerſionem impedire minimè deſiſtebat: aitque. *Ignorantes enim iuſtitiam Dei,& ſuam quærentes ſtatuere,iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Hoc eſt dicere iuſtitiam Dei fugiunt. Sed cur ò Doctor gentium, & prædicator veritatis, ita dicis; ſi paulo ante eos plenos Dei zelo eſſe,ſcripſiſti, dicens. g *Teſtimonium perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent.* Si teſtaris, quod gloriam Dei æmulantur, vnde eſt, quod iuſti non ſint? quare non ſunt imitandi potius quàm abhorrendi? reſpondet idem Paulus dicens: *Aemulationem habent,ſed non ſecũdum ſcientiam; Ignorantes enim iuſtitiam Dei,& ſuam, quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Non ſufficit zelare, ſi in quo vera iuſtitia conſiſtat, neſciunt. Zelum habent, ſed ignari ſunt, eaque ignorantia deſtruit, quod bona vita ædificat. O quanti ex vulgo dicunt, errauit; ſed bono zelo. Fallax equidem excuſatio, & nequit admitti in ijs, qui zelo, doctrinauè regere debent; quidquid ſit de alijs: licet hic Paulus non loquatur hic de Prælatis,& Eccleſiæ miniſtris,qui aliorum curam gerunt; ſed de eo, qui ſui ipſius curam tantum habet; & in huic ſimilibus ignarum zelum non admittit; nam ſi Sacerdos, & Miniſter Eccleſiæ tenetur ſcire pro ſe, & pro alijs, quorum curam habet; non Sacerdos, vt bene ſe regat,ſcire debet;& quod neſcit, à docto Sacerdote quærat addiſcere: alias futuri ſunt omnes velut Hebræi zelatores ignari: & Superior indoctus parum,aut nihil iuuat: Audiant Ambroſium eleganter ad rem. h *Sed, & ipſe timor Domini, niſi ſecundum ſcientiam ſit nihil prodeſt, imò obeſt plurimum. Siquidẽ Iudæi habent Zelum Dei, ſed quia non habent ſecundum ſcientiam in ipſo zelo,& timore contrahunt diuinitatis offenſam.*

Superiores ignari bonitate non proſunt.

f *Cap.* 10. 3.

g *v.* 3.

h *Serm.* 5. *in Pſ.* 118.

98 Item loquens Iſaias de præcipuo,& meliori Sacerdote, quem Deus in mundo ſacri ſacerdotij inſigniuit honore;illius narrat prærogatiuas, & eminentias, quibus tale meruit officium;& ait. i *Et requieſcit ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ,& intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis.* Ecce Sacerdotem Spiritu ſancto plenum, tantiſq; decoratum donis,nempe *fortitudinis,conſilij,intellectus,& ſapientiæ:* deeſt ne aliquid aliud ò Propheta ſancte? deeſt, reſpondebit: Et quid, quod ſequitur; ſcilicet, *ſpiritus ſcientiæ.* Sed qua de cauſa?nõ erat ſatis dixiſſe;eum habiturũ,conſilium, intellectum, & ſapientiam? cur addidit ſcientiam? quia, & Ariſtoteles etiam diuiſit ſcientiam à ſapientia. Et quid aliud requiritur? id quod ſubiunxit: *Et pietatis,& replebit eum ſpiritu timoris Domini:* habebit ſpiritum pietatis, vt fidelium diligat animas: & timoris:vt Deum reuereatur, & legem:hæc omnia ſignant qualem fuiſſe Sacerdotem illum. Vna tantum res miranda mihi videtur, quod cum ſit naturalis Chriſto Domino ſanctitas, ſicut, & ſapientia, adhuc vt eum toto corde diligamus,prædictum omni ſapientia propoſuit; & poſtea in fine, ſolo timoris, & pietatis ſpiritu plenũ deſcripſit. Sunt ne à nobis magis æſtimanda dona naturalia, quam ſupernaturalia? eſt ne forte pluris æſtimanda doctrina, quam bonitas vitæ? nunquam id dicam: at bene dicere audebo, ſanctitatem parum intereſſe Sacerdoti illiterato ad ſuum exequendum officium bene gubernandi ſubditos, & aliquid amplius innuit Ambroſius, quod ego non auderem, inquiens, vbi ſupra: *Vide quantis ſubieceris timorem, vt faceret irreprahenſibilem, & bonum timorem. Tolle timorem Domini ab iſta eſt irrationabilis, & inſipiens timor.* Bona quidem eſt ſanctitas, attamen vnienda eſt cum litteris, aut non ambiendum regimen animarum.

i *Cap.* 11.2

Sanctitas indocta nõ ambiãt officia.

99 Audiant etiam Azariam Prophetam minantẽ multa mala ſuperuentura populo Iſraelitico, & dicentem in facie Regi Aſa, ſic. k *Tranſibunt multi dies in Iſrael, abſq; Deo vero,& abſq; Sacerdote Doctore, & abſq; lege;*

k 2.*Paral. cap.*15.3.

Cum-

Digitized by Google

Cumq; reuerſi fuerint in anguſtia ſua ad Dominum Deum Iſrael, & quæſierint eum, reperient eum. Itaq; habemus propter peccata Deum abſtuliſſe Sacerdotem Doctorē à populo Hebræo, & poſt conuerſionem illum eis reſtituiſſe. Nota quam magnum flagellum ſit habere Sacerdotem illiteratum, quod pro grauiſſima pœna tantis culpis datur: & non dixit velle auferre Sacerdotem, ſed Doctorem Sacerdotem, & relinquere ſtatuit Sacerdotē ignarum pro maximo ſupplicio; O mirabilis, & magne Deus non dicis impium Sacerdotem, & dicis indoctum? ita quia eſt maxima omnium pœnarum illiteratum habere, qui regat. Pondera nunc lector differentiam, quæ eſt inter veteris, & nouæ legis Sacerdotes: illi incenſum offerebant Domino, araſq; purificabant ab immunditijs ſacrificiorum. Hi verum offerunt Chriſti corpus. Illi Doctores eſſe debebant, vt alios legem docerent, & declararent leproſos mundatos fuiſſe à lepra, & à Deo mundatos: Hi mundant animas à peccatorum labe, & lepra illi operabantur coram teſtibus, vnde poterant ab errore emendari. Hi verò noſtri, non publicè, ſed in ſecreto operantur: non eſt ergo qui ignarū Sacerdotem corrigat niſi ſolus Deus. Qui ſanabit animam de manibus ignari exeuntem difficiliori ad curandam lepra tanto grauiter affectam, quanto certo credit eſſe curatam: periculum quidem maximè plorandum, nam quaſi remedio caret. Hinc optimè Hieronymus dixit. l *Sancta neceſſitas ſolum ſibi prodeſt, & quantum ædificat, ex vita merito Eccleſiam Chriſti tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat.*

Superior ignarus magnum flagellum.

l *Ad Paul. tom. 3.*

100 Sed quæres, num in electionibus ſit præferendus peccator, qui eſt doctus; an idiota ſanctus? vtrumq; malum eſt. Nam peccatorem ſapientem repræhendidit Deus per Regium Dauidem, & prohibuit, ne de ſua lege loqui auderet. m *Peccatori autē dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum.* Quaſi diceret: non te pudet, os pollutum, & immūdum cum habeas, velle alios meam docere doctrinam. Verum enim eſt, quod lex mea immaculata eſt, doctrina mea, omniaq; mandata ſancta ſunt; tamen mala eſſe poſſunt, eo quod per os tuum tranſeunt. Vnde Cyrillus, qui multa, & ad rē perbellè dixit, & tandē, ait. n *Clauſum ergo habeat os peccator, nam qui ſeipſum non docuit, quomodo alium docere poteſt.* Ex alia verò parte, ille qui ſanctus eſt, & ſi velit bene docere, nequit: impedimentū ignorantiæ detentus. Quem ergo ex duobus eligendum fore exiſtimabimus, tanquam minus malum? Mouit hoc dubium S. Ennodius, dixitque. inter benignos, & eruditos, quid eligatur incertum eſt, cum pars vtraq; det prætium. Sanctitas eſt bona, doctrina eſt bona; ſed quæ nō ex duobus melior, aut optima ſit ad regimen animarum ſub lite eſt.

m *Pſal. 49 16.*

n *Lib. 9. in Leuit. & in 6.*

Plus iuuat in Superiore ſapiētia, quam ſanctitas.

101 Sed quæſtioni huic reſpondit Hieronymus, dicens: *Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis, ait iuſtos fulgere ſicut Stellas: & intelligentes, id eſt doctos, quaſi firmamentum:* alij Stellis, alij Cœlo comparantur: iuxta verſionem ſeptuaginta, non diuiditur hic ſanctitas à ſcientia, licet aliqualis differentia inter eas inſinuetur. Et certum eſſe non ignoramus doctū ſanctum magnopere pretio, excedere, & præferri debere idiota ſancto. Tamen ſubiunxit poſtea Hieronymus. Quamquam iuxta Hebraicam vocem, vtrumque de eruditis poſſit intelligi; ita enim apud eos legimus: *Qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor fundamenti; & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates,* ita vulgatus legit. Vbi nulla ſit mentio de ſanctitate, & ſola commendatur ſcientia: & ratio eſſe poteſt, quia magis proficit nobis vir doctus, quam ſanctus, etiam ſi ipſe damnetur.

102 Ad huius rei veritatem facit, quod de Elia Propheta legitur o quando timens iram Iezabel, quæ cum audiuiſſet Eliam interfeciſſe Sacerdotes Prophetę Baal, fugam arripuit, abijtque quocunque eum ferebat voluntas. Cumq; veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum: laſſus itinere petiuit animæ ſuæ, vt moreretur, & proijciens ſe in vmbra iuniperi obdormiuit. *Et ecce Angelus Domini tetigit eū, & dixit illi: Surge, & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis.* Rurſus eidem Prophetæ præceperat Deus, vt recederet de Galaad, & iret contra orientem, & abſconderet ſe in torrente Carith, & cum feciſſet iuxta verbum Domini ſedit, ibi, & ait textus. p *Corui quoq; deferebant ei panem.* Quid eſt hoc? vt habeat ad veſcendum Propheta, tam diuerſo vtitur Deus miniſtro; cur non vbiq; vſus eſt miniſterio Angeli? forte nō poterat Deus id facere per Angelum in torrente Carith, quod fecerat ſub vmbra iuniperi? bene poterat. Sed docere nos voluit panem, quo viuit anima (vt ait Chriſtus.) q *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Non ſemper fore expectandum, & recipiendum ab Angelo, qui ſanctus, & ſapiens eſt; ſed quandoq; à Coruis qui peccatores ſunt; id eſt non ſolum à Superioribus doctis, & ſanctis, ſed etiam à doctis peccatoribus; nam bene viuere ſua refert; bene regere, & doctè ſubditos docere noſtra intereſt. Vt optimè docuit S. Hieronymus hac pulchra ſententia, & quidem digna, vt auro ſcribatur. r *Si benè vixerint lucrum ipſorum eſt; ſi benè docuerit veſtrum eſt: ſæpè enim de homine malo procedit doctrina bona; ſicut de terra vili procedit prætioſum aurum, & argentum, & ſicut accipitur aurum, ita accipite bonam doctrinam.*

o *3. Reg. 19. 5.*

Superior malus ſibi efficit, indoctus ſibi, & nobis.

p *Ibidem cap. 17. 6.*

q *Matt. 4*

r *Hom. 45 in Matth.*

103 Hoc idem confirmat Baronius in primo tomo annalium, cum dicit: non ſolum manibus Petrum curaſſe infirmos, ſed etiam vmbra: ad oſtendendum poſteris, non ſolum Petros poſſe curare; ſed vmbras quoque; id eſt non tantum Superiores, qui Petro ſimiles ſunt ſanctitate, & doctrina, curare poſſe; ſed etiam illos, qui ſolum repræſentant vmbram, id eſt docendi, & regendi munus, non ſanctitatem. Hinc colligo ambarum Chriſti ſententiarum veram intelligentiam. Videlicet, *Vos eſtis*

Vmbra Petri quid ſignificet.

ſal

Digitized by Google

Matt. cap. 5. 13. 14.

ſal terræ, & vos eſtis lux Mundi. Sed primæ mox adiunxit: *Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur ad nihilum valet vltra*; At verò ſecũdæ, non addidit: Quod ſi lux obſcurata fuerit ad nihilum valet vltra. Vnde hæc diuerſitas? nõ aliunde arbitror niſi, quia ſal doctrinã ſignificat: lux verò operũ ſanctitatem ſi doctrina deeſt, iã ſal infatuatũ ad nihilum valet vltra, nec illi, nec ſibi prodeſt. Sed ſi ſanctitas deeſt in Superiore, nõ tibi niſi parũ, aut nihil, ſed ſibi plurimum officit. Præcipuum enim damnum, quod nobis afferunt Superiores ex ignorantia ipſorum prouenit: propterea in Oſea legimus. f *Cõticuit populus meus eo quod non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi*: non dixit, quia abominaris virtutem, aut execraris ſanctitatem, ſed ſciẽtiam, & poſtea: *Miſericordiam volo, & non ſacrificium; & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta*.

f Cap. 4. 6.

CAPVT. X.

Excurſus damni allati ab ignaro Superiore.

Iudicij vicinitas ex ignorantia Sacerdotũ.

104 SEd videamus hoc ex damno, quod affert ignorantia. Narrare cæperat Chriſtus de die iudicij, quæ in mundo ventura, ſcilicet erant tot mala, quot apud Euangeliſtas legimus; quando erunt peſtis, fames, abominatio, ædificiorum ruinæ, bella, & opiniones bellorum, & magnæ tribulationes: & hæc omnia fient aſtutia dæmonis, vt corpora afficiat pænis, & ex animabus Chriſtum ſequẽtibus aliquas lucrifaciat. *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum*. Quid erit de nõ amãtibus Chriſtũ, ſi ab amore ceſſabunt amantes? Sed ad futuros hos euentus conſpicientes diſcipuli, atque mundo compatientes magiſtrum interogabant dicentes. t *Dic nobis quando iſta fient*? quando triumphalis tuę iuſtitię exiet currus? & Chriſtus reſpondit, *De die illo, vel hora nemo ſcit, neq; Angeli in Cælo, neq; filius, niſi Pater*. Quaſi diceret quod ſcire inconuenit; ẽius ignorantia, aut ſcientia pro eodem reputatur. Sed D. Hieronymus illius iudicij vicinitatem aſſignans dixit, futurum fore: cum Zachariæ prophetia compleretur: quando ſcilicet iratus Dominus aduerſus populum ſuum dabit illi ignarũ paſtorem. Ait enim Deus. u *Ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum nõ quæret, & contritũ non ſanabit, & id quod ſtat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum diſſoluet. O Paſtor, & idolum derelinquens gregem: gladius ſuper bracchium eius, & ſuper oculum dextrum eius: bracchium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur*. Nunc Hieronymus dicit, quod cum Paſtor animarum ignarus erit, tunc peruerſus, & malus erit populus quoniam augetur, & diminuitur cum ſapientia, aut ignorantia Sacerdotis; Charitas populi. Si ergo ſcire cupitis quo tẽpore refrigeſcet charitas, videte ſi deeſt in Sacerdote ſapientia, quia tunc propinquum erit iudicium. *Reor* (inquit Hieronymus) *in Euangelio Dominum prædicaſſe, quod in fine mundi, quando iuxta prophetam Zachariam, ſtultus paſtor eſſe cœperit, ſapientia decreſcente, refrigeſcet charitas multorum*. Veniet ergo Deus ad iudicium quum abundabit iniquitas, & hoc erit tempore, quo Sacerdotes parum docti erunt: itaquè tunc deerit virtus in populo, quando deerit ſapientia in ſacerdote. *Sapientia decreſcente, refrigeſcet charitas*.

t Marci 13. 4.

u Cap. 11. 16. 17.

105 Ex hac prophetia colligo damnum, quod inferunt Religioni paſtores ignorantes, & vtinam nequirem, id experientia comprobatum in aliquibus regionibus afferre. Vbi enim laxata obſeruantia conſpicitur? vbi cultus diuinus remiſſus? vbi antiqua deuotio obliterata? vbi orta ſunt ſcandala? vbi diruta quaſi religio? ibi pręcipuè, vbi viget ignorãtia. Etenim Paſtor ignarus timet derelicta viſitare, diſperſa quærere errores emẽdare, ſcãdala punire, & contrita ſanare; iuxta Zachariæ vaticiniũ, ne indignati malè morigerati ſubditi, aduerſus eum conſpirantes ab officio deponatur, quærelis aliunde accitis. Et quod peius eſt, imò peſſimum, non contenti tales paſtores ſua ignorantia, quodam apparenti ſpiritu deuotionis ſuadebant alijs, & maximè nouitijs in quodam cõuentu ne ſtudijs vacarent, propter rationes, quas modeſtè taceo, & hoc fortaſſe faciebant non ſpiritu deuotionis veræ, ſed æmulationis, & inuidiæ; quia omne ſimile appetit ſuum ſimile. Heu fratres mei rogemus omnes Deum, vt Eminentiſſimum Protectorem excitet, moueatque ſemper ad inuigilandum ſuper hunc Minimum gregem; & cum cura, & ſollicitudine vigilet; vt tota religio ſtudijs continuò vacet, eaque foueat Eminentiſſimus, qui ſua auctoritate poteſt, regat, & protegat; nam cæteris inſpectis religionibus, eas nouerit inter omnes eminere, & ſplendere, quæ magis ad ſtudia incumbere ſcimus. Pro certo habeo Eminentiſſimũ Protectorem (qui viuat fœlix) nuper nobis conceſſum à Sãctiſſimo Pontifice Vrbano, vt vigeant ſtudia, fore perſeuerãter effecturum, ita habuimus in votis, & verbis Eminentiæ ſuæ; quod ſi ſponte ad ſtudia fouenda ſatis incitatus eſt, nõ mihi opus eſt calcar currenti addere: ſed ſtimulus, vt adhuc vehementiùs inflammetur, ſit illi ſequens Zachariæ prophetia.

Eminẽtiſs. Protector ſupplicatur.

106 Inter alias Zachariæ viſiones altera fuit, x quando Angelus ei dixit: Quid tu vides? & reſpondenti Prophetæ ſubiunxit Angelus: *Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ*. Terribilis viſio in qua clauditur communis maledictio. Quid vidiſti ò Propheta ſancte? quid? ecce: *Leuaui oculos meos & vidi, & ecce uolumen volans longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum*. O mirabile volumen in quo ſignata eſt totius orbis damnatio. Sed quare hoc? an quia in eo volumine continentur ſcripti omnium viuentium proceſſus? haud credo, quia

x Cap. 5. 2. 3.

Ignorantia religionis, communis maledictio.

Digitized by Google

quia paruum ad hoc volumen eſt. Forte volumen illud volans ſignificare exiſtimabimus vanitatem, & præſumptionem illorum hominum huius mundi, qui cum ſint docti ſeſe extollunt inaniter, & ſuperbiunt, quos permittendo Deus, cæteros punit? non eſt multum abs re. Sed Hebræi aliud occultum myſterium in volumine agnoſcunt. Quare Nicolaus de Lyra accepit ex Rabi Dauid lõgitudinem, & latitudinem voluminis ſignificare veſtibulum templi, quod eiuſdem menſuræ fuerat fabricatum, & ita ait, *Quod volumen hoc exijt de veſtibulo templi*. Hoc ſuppoſito dicit Ribera (hic) Quis ignorat hoc veſtibulum Sacerdotum eſſe, laicîſque fuiſſe inacceſſum. Itaq; volans volumne exijſſe de veſtibulo illo, id eſt de habitatione Sacerdotũ; magnum ruinæ indicium fuit: aufugit enim ab illis, eoſque reliquit ſine literis, ſine doctrina, & legis notitia ad docendum populum; & exinde reliquit populum profunda cæcitate affectum ſine Dei notitia, ſine virtute, & ſanctitate, quænam maior maledictio? deeſt ſapientia. Hæc eſt maledictio, vnde cum deeſt ſapientia deeſt quoque ſanctitas, quia decreſcente ſapientia refrigeſcet charitas.

107 Et nihilominus ille magis dignitates affectat, qui ſtultus magis eſt, & ignarus, & ita annexum ignorantiæ, & cõglutinatum regimen animarum, vt vix aſſumptus aliquis ad gubernium pro ignaro habeatur. Elegiſſe Deum, legimus in libro numeri, a ſeptuaginta viros ſelectos in coadiutores Moyſis, eiſq; dedit de ſpiritu, qui erat in Moyſe, & prophetarunt. *Deſcenditque Dominus per nubem* (inquit textus) *& auferens de ſpiritu, qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Cumque requieuiſſet in eis ſpiritus prophetauerunt*. Dignum ponderatione eſſet inquirere, cur totus Moyſis ſpiritus ad regẽdum populum diuiſus in ſeptuaginta ſufficiens erat, & quãdo totus erat vnitus in ſolo Moyſe nõ ſufficiebat? fuit ad docendum nos, non eſſe nobis ipſis fidendum; nam in regimine animarum plus valet ſui diffidentia, quam ſciendi audacia, & confidentia. Et rectius iudicat diuiſus intellectus, quem multi participẽt, quorum alter alterius ope nouerit indigere; quam qui ſcire omnia præſumit. Et tantum ad rem noſtram inquiro, qua ratione viri illi ſtatim ac regnare incipiunt, prophetant, & nunquam poſtea ipſos prophetaſſe legimus? vbi nunc illud prophetandi priuilegium? cur tantum cæleſti dono diem illum, quo ad regimen fuere aſſumpti plenum manifeſtarunt, & non alios? facilis eſt reſponſio (vt fiſeam in præſenti, quemlibet ſuperiorem initio ſuç præfecturæ ſe oſtendere ſanctum) & dico, mirum non eſſe ſi aduertamus viros illos fuiſſe electos in ſuperiores: & hi quando eminent inter alios ſapientia, & cæleſti luce prophetant; ſed ingreſſi ad regendum populum deſinunt prophetare; ne prophetiæ dono regẽtem dicamus perfuſum. Ita inſinuare videtur Theodoretus; *Quamobrem* (inquiens) *ſeptuaginta ſtatim, vt præfecti ſunt prophetarũt, poſtea verò minimè? Non vaticinandi, ſed gubernãdi cauſa præponebantur*. Et hoc, quia Dei donum eſt, rectorem ſe, alioſque ſapientia regere.

a *Cap. 11. 25.*
Ignarus ſẽper magis ambitioſus.

108 Verbum diuinum adhuc in carne mortali exiſtens, gratias egit Deo Patri ſuo pro tantis beneficijs humilibus collatis, cum ſuſcitet de puluere egenum, & de ſtercore eleuet pauperem; & vltra hoc dixit, b *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo; & nemo nouit Filiũ niſi Pater; neque Patrem quis nouit niſi Filius &c.* Quaſi diceret vniuerſalis omnium creaturarum Dominus ſum, nihilominus tanta ſum præditus ſapientia, vt ſingulari notitia patrem meum agnoſcam. Ad quid mi Lector oportuit Chriſtum tam ſubtiliter ſuam oſtẽtare ſapiẽtiam, & notitiam? quando ſe oſtendit vniuerſalem Dominum, cur publicat ſe ſapientem? ratio eſt, quia de dominio agebat, & quia iuxta conſuetudinem annexum multoties videtur ignorantiæ dominium, & ignarus conſpicitur Superior: Ideò Verbum vt à tali nota liberaretur, cum ſuum manifeſtauit dominium, oſtentauit ſapientiam: vt qui ſciunt ipſum eſſe Regem imperantem; ſciant etiam eſſe Deum ſcientem. Ita Chryſoſtomus in Catena Diui Thomæ dicens: *Quid mirum eſt ſi omnium ſim dominator, cum aliquid aliud maius habeam, ſcilicet ſcire Patrem*. Ita communiter ſuſpicantur homines imperantem eſſe ignarum, vt Filius Dei fidem faciat ad regimen ipſi nõ deeſſe ſapientiam.

b *Matt. 11.17.*
Chriſtus teſtatur non eſſe ignarũ ad regimẽ, &c.

109 Petijt à Deo populus Iſraeliticus, vt daret ei Regem, annuit Deus, vt in libro Iudicum legitur. c *Et clamauerũt ad Dominũ, qui ſuſcitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Canez, fratrem Caleb minorem*. Doctiſſimus quidam mouit hic difficultatem, quærens qua de cauſa fuerit inter omnes alios ſelectus Othoniel ad regẽdum populum? & vt reſpondeat peruoluit mente, quod legerat in libro Ioſue, d nimirum Othoniel cepiſſe quandam vrbem & in lib. Iudicum, e loquitur textus de Caleb fratre Othoniel, & dicit: *Atque inde conſcendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariathſepher, id eſt ciuitas literarũ, Dixitq; Caleb: qui percuſſerit Cariathſepher, & ceperit eam dabo ei Axam filiam meam, cepitq; eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior*. Itaque Othoniel ſumptis armis pugnauit aduerſus quandam literarum vrbem. Quid ergo mirum ſi fiat Princeps inter alios, & votum habeat, vt eligatur in ſuperiorem, & gubernatorem populi. Verum quidem eſt quod ſi inſpiciamus electionem illam fuiſſe in Cælo factam, & à Deo proueniſſe: ſancta fuit electio, & dignè Othoniel meritis collata. Sed inſpiciẽtes nos ad ea, quæ geſſit; vt tropheũ ſuæ magnanimitatis, & eminentiæ virtutum ac, vt inde dignitatem acquireret dominandi fuiſſe repetimus vrbis literarum ruinam, & deuaſtationem. Itaque Othoniel deleuit Sapientiæ regnum, & præcipuum motiuum repertum ab hominibus, aut auiditate regnandi, aut vt quis ſuperiorem reipublicæ eligatur; eſſe experimus delere literas conculcare doctos, eoſq; exturbare ne doceant, aut lu-

c *Cap. 3.9.*

d *Cap. 15. 16.17.*

e *Cap. 1. 11.& 12.*

Digitized by Google

luceant; & ſic reſpublica in tenebris iacet immerſa.

110 Surrexit à cœna Chriſtus accintus ad exequendum talem humilitatis actum, quo maiorem nequaquam viderat Mundus, ſcilicet vt diſcipulorum pedes lauaret. Et ait Ioannes. f *Venit ergo ad Simonem Petrum*. Vnde hoc fratres, vt Chriſtus præcintus iam linteo, & poſita aqua in peluim aliorum diſcipulorum lauerit pedes, & nouiſſime veniat ad Petrum? Petrus Apoſtolorum caput, & Princeps eſt; cur ponitur in infimo loco? ne miremini, nam fortaſſe fuit, voluiſſe Chriſtum oſtendere primum, & antiquiorem in domo ſua illum extitiſſe, cui minor poſſet ineſſe vanitas. Vnde ſi maioris qualitatis loca antiquioribus danda forent, abſq; dubio primum locum affectaſſet Iudas, nam cum ignorantiſſimus omnium eſſet, ambiret certè præpoſituram, & inter alios præcipuum habere locum, hic audiant D. Gryſoſtomum: *Si Petrus primus erat, credibile eſt proditorem ſtultum exiſtentem ante eum recubuiſſe, quod Euangeliſta ſignificauit cum dixit; cæpit lauare pedes, deinde venit ad Petrum*. Sunt ergo, qui primas ſedes ambiunt, periæpe, & vt in plurimum illi, qui magis idiotæ, & ignari ſunt.

f cap. 13. 6.

Inde ignorantis ambitio.

Et quamuis hæc omnia vera ſint, ad ea tamen conſideranda minime vertimus; & nec pudet nos, nec tædet, qui Mundum pro Chriſto reliquimus, iam cum Chriſto agentes, ipſius Crucem amplexantes, honoribus appetendis, & perquirendis curam, ſtudiumq; impendere. Quid nobis cum ſæculi altitudine; qui Crucis humilitati vitam addiximus? quid quæſo tam dedecoroſum nobis religioſis? quid à noſtro inſtituto æquè alienum quàm honorum ambitio? Volumus honorari, eminere; Volumus nos haberi glorioſos? quis honor quæ gloria maior, quàm (& ſi reliqua deſint) religioſos eſſe? religio ipſa, & ſuos nobilitat, & totam Chriſti Eccleſiam illuſtrat.

111 Pro qua re expendantur verba Dauidis, qui religioſos præcipue alloqui videtur; cum dixit. g *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Communiter fere omnes Patres illa verba; *inter medios cleros*, legunt, *inter medias ſortes*. Vnde Pintus legit: ſi dormiatis ſiue habitetis inter medios cleros, ſiue ſortes ac terminos nempe duarum hæreditatum vel regionum, vbi nulla ſolet eſſe ſecuritas, & iuxta inimicos veſtros. Vos preſertim paſtores, & prædicatores non domi veſtræ, ac vobis, & genio indulgentes, ſed ſemper vigiles, & ad omnem hoſtis excitati rumorem, pulchra erit vobis commiſſa Eccleſia inſtar columbæ. Sed dicamus nos cum alijs, quod ſortes, quas per cleros intelligimus ſignificant hæreditatem. Vnde Auguſtinus ait: *Hæ ſortes ſunt terrena fælicitas, & æterna immortalitas. Dormire autem inter medios cleros (ſiue ſortes) eſt nec illam iam quærere ardenter, & iſtam expectare patienter*. Sumus quidem, qui viuimus inter haſce ſortes, ſed pauci ſunt, qui interim dormiant. *Nam multi* (adſtrigit Aug.) *dum quærunt in hac vita fælicitatem non dormiunt inflammantibus cupiditatibus agitati*. Inde non die, nec nocte nec in vita ipſa, hominem, quem acerbiſſimis licet etiam vaniſſimis exedit curis, patitur ambitio conſiſtere.

g 67.14.

Ambitio inquietum malum.

Fælix ille, qui dormit inter medias ſortes, qui ad appetentiam terrenorum plane ſenſu omni caret, & cæleſtium interea honorum, & bonorum affectu, & cogitatu ſomnians quodammodo ſe diuinis perfrui iam videt. Quis nam iſte eſt, niſi, qui vere religioſus eſt, & dormit ad terrena, quæ reliquit, & ſpreuit; ſomniat cœleſtia, quæ ſola concupiſcit? Huius ergo, qui ſic dormit, ſic ſomniat, *pennæ columbæ deargentatæ, &c.* efficit nimirum, vt pennæ columbæ hoc eſt religioſi fama, nomenq; Eccleſiæ candore prætioq; argentum imitentur; in mundo apud mortales in honore habeantur. *Quia* (ait Auguſtinus) *per eos qui ſic moriuntur Eccleſia diffamatur, & quaſi quibuſdam pennis excelſæ laudis attollitur*.

Somnia viri religioſi.

112 Ex pura, & ſancta hominũ vita pulchrior, & ſplendidior in Eccleſiam Chriſti laus, & fama conſurgit. Nec vlla gens eſt inter Chriſti fideles (vt plurimum loquor) quæ purius viuat, ſanctius operetur, & ardentius in Cæleſtia feratur, quam cætus ipſe religioſorum. Ideo Bernardus Religioſi ſtatus ſanctitatem commendans, ait. h *Credo nullum hic eſſe, qui ſi quartam partem eorum, quæ facit, in ſæculo actitaret, non adoraretur, vt ſanctus; reputaretur, vt Angelus. Nunc autem quotidie tanquam negligens arguitur, & increpatur*. Et vere quidem ita eſt, nam religioſus, & ſeipſum arguit, & à prælatis arguitur, etiam de minimis: quippe, & næuus quidem dedecet religioſorum. Iuſta, & celebris commendatio, nec illuſtrior honor, quam verè eſſe religioſum. Quod ſi religioſi perpenderent veram inter eos pacem conſeruarent, ſed vt patet ex dictis rixæ, iurgia, & diſſentiones ex turpi, & indigna religioſo ſtatu ambitione, quam ſi tollerent tollerentur, & venefica omnia.

h Ser. 4. in Pſal. qui habitat.

Religioſi eminent in Eccleſia Chriſti.

Sumamus exemplum ab eo, quod legitur in Sacra Geneſi, i vbi poſt quam conceperit Rebecca duos filios Eſau, nempe, & Iacob magnam in vtero ſentiebat moleſtiam propter eorum cõtentionem, inquit enim ſacer textus: *Sed collidebantur in vtero eius paruuli, quæ ait: ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Ex Hebræo alij vertunt, *exultabant*; alij *geſtiebant*, alij *ludebant*, ſiue *calcitrabant*: Symmachus *colluctabantur*; Aquila *confringebantur*. Itaq; pueri quod in lucta fieri videmus ſe ſe inuicem collidebant, impellebant, & dum vterq; geſtit, & nititur prior exire, ſe ſe inuicem impediendo coartabant, & motus ille erat matri moleſtiſſimus; ita vt exclamaret. *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* ex Hebræo, *ſi ſic, vt quid ego*. Idq; expendens Gerundenſis ſic interpetratur: *Si ſic mihi futurum erat, vt quid viuo in mundo, & non potius morior? coacta à timore abortiendi hoc dixit, & timens ſe cum fætu morituram*.

i Cap. 25. 22.

113 Ad quid, aut cur iſta atrox lucta? Vnde ortum habuit, quod bellatores iſti antequam nati tam male concordes, ſe ſe impellerent, & colliderẽt? ob futuram primogenituram fuiſſe

L docent

Ambitio litium, & odiorum cauſa.

docent Patres, & cum ea ſimul paternam ſubſtantiam decertabant. Impatiens quidem hominum ambitio, & cupiditas, quæ concordes diuidit, diſcordes facit antea vnitos, iurgia, lites, ac bella gignit. O' fælix religioſorum vita, in qua cum nihil proprium quis poſſideat, nulla debet eſſe litigandi, & diſſidendi occaſio. Qua de re ſcribit Sanctus Proſper. k *Quibus ſub vnius ordinatione viuentibus omnia communia fiunt, ijs vna ſit vita, ſicut vna ſubſtantia; & nulla ſit in eis diuerſitas animorum, quibus eſt communio facultatum: quia vt fieret, & eſſet animorum ſancta coniunctio, neceſſaria eſt facultatum iudicata communio. Cæterum quid eis prodeſt, quod facultates ſuas abiecerint, qui voluntates proprias non relinquunt*, huc vſq; Proſper.

k Lib. 2. de vita contempl. cap. 17.

114 Hoc igitur conſiderandum; & ſæpe plorandum eſt, videre fratres etiam colluctare in ventre matris; quid enim per ventrem efficacius intelligere poſſumus, niſi religionem? iuxta illud Canticorum. l *Venter tuus ſicut aceruus tritici valatus lilijs*. Etenim ſicut ex multis granis vnus cumulus coaceruatur, ita ex multis Chriſti fidelibus diuerſarum nationum vna omnium religio copulatur. Et ſicut venter conceptaculum eſcæ eſt, per quem vt ait Aponius, *tota moles corporis roboratur*; ita & religio conceptaculum eſt multitudinis fidelium: Et dicitur, *aceruus tritici*, quia in ea repetiuntur incrementa virtutum, quæ velut aceruus ab inferioribus ad ſuperiora creſcendo, conſcendunt. Et dicimus etiam religionem eſſe aceruum vallatum lilijs, quia religioſi bona quæ faciunt, pro deſiderio ſupernæ claritatis, & candoris agunt, nam per lilia cæleſtis illa deſignatur claritas. Sed infælicitas, eſt maxima, ſi inſtar fratrum Iacob, & Eſau, qui in ventre collidebantur, etiam religioſi adhuc in ventre, ſeu religione poſiti recalcitrarent. Vnde enim prouenit, aut poterit apparere in noſtro ventre diſſentio, ſi omnia ſunt ad vſum vitæ communia? non aliunde niſi quia voluntates mutuo diſcrepant, nec eſt illis vnum cor, & anima vna; ſed ſeruant prorſus primam radicem huiuſmodi ſeditionum, quæ eſſe ſolet ambitio dignioris loci, & gradus. Tolle ambitionem, & nulla erit inter fratres colluctatio. Sed heu nos miſeros, quos alioqui dignos honoribus ſola ipſa redit ambitio indignos. Nam, & Cœli honor ambitioſe petitus ideo negatur, quia per ambitionem petitur. Acceſſit enim mater filiorum Zebedei adorans, & petens. *Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram, & alius ad ſiniſtram tuam. Nimium* (vt exponit Euſebius Emiſſenus, m *cum ambitione loquitur mater, & carnali affectu ambitioſis filijs primas in Cælo cathedras poſtulat. Vnde, & merito eis à Domino dicitur, neſcitis, quid petatis: neque enim ita petere, neque ita dare conuenit primas ſedes.*

l Cap. 7. 2. Religio comparatur ventri, & aceruo.

Ambitio indignos facit honoribus ambientes.

m Hom. in qui quages. ma.

115 Quid ergo mirum ſi diſſentiant religioſi dum inter eos viget ambitio, tolletur hæc, & nulla inuenietur in religione diſcordia. Certe (ait Chryſoſtomus.) n *Hinc liuor, zelus, inuidia enaſcitur, qua tabe ius omne, vel etiã inter propinquos, ac fratres, aut perit omnino aut miſeru in modum elangueſcit*. An forte quia exinde melior dicetur, eritque Religioſus perexcelſior? minimè quidem, longe enim aliud eſt virtus, ac dignitas. Ideoque errat, & vehementer errat, qui ſibi de loco quaſi de vita; de dignitate quaſi de ſanctitate gloriatur. *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis*; dixit Iacob Labano. o Nunquid ergo meritis minor eſt Iacob, qui ſeruit, maior autem Labanus qui dominatur? non equidem, nam aliud eſt bonum opus, aliud eſt primatus honoris. *Opus autem bonum deſiderare, bonum eſt; primatum autem honoris concupiſcere vanitas eſt* (ait Chryſoſtomus) p *Quoniam bonum opus implere noſtra voluntatis, & noſtri laboris eſt, propter quod, & noſtra eſt merces; primatum autem conſequi iudicij Dei eſt; propter quod ex primatu honoris neſcio ſi aliquam mercedem Iuſtitiæ adipiſci meremus*. Non ergo melior eſt, qui primatum exercet cum de eo timeat Chryſoſtomus; an adſit in illo veræ iuſtitiæ merces. Et quid de religioſis credendum, niſi quod ambire nec vtile nec iuſtum; accipe eiuſdem Chryſoſtomi verba, ſubdit enim: *Secularem primatum deſiderare, & ſi ratio non eſt, vel cauſa eſt: quia, & ſi iuſtum non eſt, vel vtile eſt. Primatum autem Eccleſiaſticum concupiſcere neque cauſa, quia neque iuſtum eſt, neque vtile*. Ita Chryſoſtomus.

n Hom. 40. in Matt.

Ambire in Relig. cur ſit præſumptio vana.

o Gen. 29. 18.

p Ho. 35. in Matt. 20.

Vtrumque primatum ergo appetere, & ambire vana præſumptio, & arrogantia eſt. Verum, quia dignitas ſecularis magnum humanæ vitę importare ſolet emolumentum, dicitur cedere in corporis vtilitatem, ſi opere compleatur: at nihil eſt in primatu Eccleſiaſtico, quod eiuſdem commendet, aut ſaltem excuſet ambitionem. O' ſi oculos in Chriſtum Crucifixum attolerent Religioſi, qui facti ſunt Cruciformes cũ Chriſto, eius humilitatis exempla proculdubio imitarentur, & nullo modo deturbarent pacem, nec ambitione moti colluctarentur: diſcamus igitur in humilitate fieri diſcipulos Chriſti, qui iugum ipſius ſuaue eſſe dixit, & onus leue; vt nos portare potius, quam alijs illud imponere contendamus.

CAPVT XI.

Excurſus alter de vigilantia, & cura paſtorum.

116 CVm pacem inter religioſos conciliare teneantur Prælati, & inter ſubditos ſuos Epiſcopi omnes; viſum eſt aliquantulum excurrere circa curam Prælatorum, & Paſtorum; nam ſi quales eſſe debent Paſtores ſunt, facile eis erit, in concordiam diſcordes redigere, controuerſias componere, & facere compoſitos, ac placatos ab indignatione animi ad lenitatem redire. Et exinde ſimul cum Prælatis, & Paſtoribus ſubditi omnes pacati viuant, vitamque cum pace moriendo dimittant. Quanta cura, vigilantiaque paſtores inui-

Paſtor qualis eſſe debet.

Digitized by Google

inuigilare debeant extrahere ab eo, quod Sacer textus de Iacob narrat, dum in paſcendis gregibus Socero ſuo Labano ſeruiuit. q *Viginti annis fui tecum oues tua, & capra ſteriles non fuerunt: Arietes gregis tui non comedi; nec captum à beſtia oſtendi tibi. ego damnum omne reddebam quidquid furto peribat, à me exigebat: die noctuque aſtu vrebar, & gelu fugiebatque ſomnus ab oculis meis.* Tria dicit, quæ erunt præcipue ponderanda. Primum eſt fæcunditas ouium Labani toto tempore, quo eas paſcebat Iacob. Alterum eſt, Iacob ex ouibus ne quid parum, aut multum comediſſe, nec minus furandas oues à lupis permiſiſſe, quinimò ſi fortaſſe à lupo ereptam ouem, voratamque Iacob inueniſſet, damnum ſolutione compenſabat. Tandem vltimum eſt, abſtinuiſſe à ſomno, & inter ardentes calores, algoreſq; peſſimos ſemper vigilaſſe ſuper gregem: idque expendens D. Gregorius dixit: *Si ſic laborat, & vigilat, qui pauit oues Laban quanto labori, quantiſque vigilijs debet intendere, qui paſcit oues Dei.* Quilibet ergo Prælatus, & ouium Chriſti Paſtor ſe velut alter Iacob gerere curet; & hæc tria omni, quæ poteſt diligentia peragere ſatagat in ſui gregis vtilitatem.

q Gen. 31. 38.

117 Satisfacit Prælatus primæ parti doctrina, & vitæ ſanctitate; ſiquidè ſubditis bonis Prælati præceptis, & ſanctitatis exemplo fructus faciet æternæ vitæ. Primum ergo dixit Labano Iacob: *Oues tuæ, & Capræ ſteriles non fuerunt.* Et oues Chriſti doctrina Superioris, & Paſtoris fœcundantur. Ideo totaliter extirpanda venit ignorantia; quia vt dixit Lactantius. r *Omnium peccatorum mater eſt.* Concilium quoque Toletanum ſ idem affirmat. Et Clemens t poſt multa quę aduerſus ignorantiam ſcribit; hæc addit: *Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia deſcendit, & ipſa ſit omnium malorum mater, &c.* Et iterum addit: *Ignorantia nihil aliud eſt, quam non cognouiſſe quod expedit, cum autem cognoueris perit ignorantia; quæri ergo debet veritatis cognitio, quam aſſignare non poteſt niſi verus Propheta.* Huiuſmodi nomine vtitur, vt de Prælatis Doctoribus, & Paſtoribus ſe loqui oſtendat: illorum enim partes ſunt, ſubditos erudire, & docere; quapropter illos oportet eſſe doctos, & in ſcripturis ſanctis verſatos; vt apertè dixit Concilium Toletanum vbi ſupra citatum his omnibus verbis: *Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt: Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas freqnẽter admonet Paulus prima ad Timoth. 4. intende; ait, lectioni, & exortationi doctrinæ quoq; & ſemper permane in his: ſciant igitur Sacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione diuina, & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.* Hucuſque Concilium.

r Lib. 3. c. 26.
ſ 4. Ca. 23.
t Epiſt. 3. de off. Sacerd. & Cleric.

Ignorantia mater cunctorum errorum ideo tollenda à Prælatis.

118 Procul pellenda ergo eſt ignorantia, cum vt Auguſtinus contendit, u *Nulla paupertas poſſit cum ignoratia comparari.* Et ſit, vt Plato in Timeo ait, *extremum morbum*, & ignorantes appellat pueros; quo etiam loquendi genere vtitur Seneca. x Et olim Romæ locus erat ad alendos benemerentes milites deſtinatus; & ibi propriè dicitur fuiſſe, vbi naſcente Domino olei fons manauit: & ibi quoque hæc, quæ ſequuntur carmina legebantur aureis literis conſcripta.

u In Lib. de vita beata.
x Lib. 3. de legibus.

Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat:
Defunctis patribus, ſucceſſit praua iuuentus,
Cuius conſilio præcipitata ruis.

Iuuenes Superiores officiunt Religioni.

Et de conſimilibus dixit etiam Lucanus lib. 8.

Aetas Neliaci nobis ſuſpecta tyrranni eſt.
Ardua quippe fides robuſtos exigit annos.

Nichomacus Vopiſcus apud Vopiſcum in Tacito Imper. inquit: *Dij auertant Principes pueros, & patres Patriæ dici impuberes, quos ad conſulatos dandos dulcia, & circuli, & quæcunque voluptas puerilis inuitet.* Fabulantur inſuper Poetæ Phætontem Epaphi contumelijs inflammatum, vt nobilitatem ſui generis vniuerſis hominibus patefaceret, ad ſolem patrem ſuum cõtendiſſe, & præcibus tandem impetraſſe, vt is polliceretur iurando quidquid Phæthon popoſciſſet, ſe conceſſurum. Tum verò Phæthon rogauit, vt currum, luciſque adminiſtrationem ſibi per vnum diem concederet: id cum grauiter ferret Sol, neq; tamen negare poſſet, quod iurando affirmauerat; dixit.

Ignorantes dicũtur pueri.

Multa petis Phæthon, & quæ non viribus iſtis.
Conueniunt. ——

Multiſque alijs rationibus conatur filio perſuadere, ne rem tam arduam, tamque difficilem aggrederetur; quæ multò maiorem peritiam, & animi conſtantiam requireret. Propterea in ſacro textu legimus. y *Vſquequo paruuli diligitis infantiam.* Vbi ignorantes paruulos appellat. *Et omnes idiotæ.* (ait Strabo) a *& doctrinarum expertes, quodammodo pueri ſunt appellandi.* Et Quintilianus, b ignorantes nuncupat *Monſtra horrenda.*

y Prouer. 1.
a In Geogr. lib. 1.
b Lib. 1. cap. 1.

Sed quod magis mirandum eſt id, quod quaſi communiter Philoſophi, & Theologi dicunt, imò & Patres, & ſacra Concilia dum ignorantiam aut eſſe peccatum, aut ſaltem quod negari nequit cauſam peccatorum eſſe volũt, & Triſmegiſtus in Pimandro ait: *Ignorantiam mundum dextruxiſſe, animam corrupiſſe, neque ad ſalutem poſſe cum ea peruenire.*

119 Ne autem alicui videatur hæc doctrina parum veritati conſentanea; legat Ariſtotelem in Ethicis c vbi *Peccatores vocat, ignorantes.* Idq; etiam affirmat D. Thomas d quã rem multis probant Scholaſtici rationibus, & de qua ignorantia, & de quibus ignorantibus debeat intelligi, declarant. Sed quia de Superioribus agimus, & de regimine animarum dicam ſolummodo, quod ſinguli Superiores tenentur ſcire ea quę ad eorum ſtatum vel officium ſpectant; nam ſi quis neſcit ea, quæ ad ſtatum, & officium ſuum ſpectant, neceſſum eſt eum turpiter, & culpabiliter labi, nec poterit ſatis facere officio ſuo, ſi ea quæ ad officium ſpectant ignorat. Nec ſufficit ſcire ea, quæ

c 3. Ethic. cap. 1. & 6. cap. 2.
d P. par. q. 63. a. 1. ad vlt. & p. 2. q. 76. a. 2.

Ignorantia peccatũ eſt, aut cauſa peccati.

Digitized by Google

quæ ſunt fidei, & vniuerſalia iuris præcepta, & alia, quæ ad ſtatum vel officium ſpectant; ſed etiam circunſtantias nonnullas,quę ad res agendas ſpectant,quarum rerum cognitio vocatur à iuris peritis ſcientia facti. Certè tenetur Epiſcopus mores ſubditorum ſcire, & quemadmodũ ea,quæ ſunt diuini cultus exerceantur. Nam Prælati non ſolum tenentur ſcire leges ſecundum quas debent gubernare ſubditos,ſed etiam vtrum leges ſeruentur:hoc enim eſt officium paſtoris cognoſcere vultũ pecoris ſui, & mores ſubditorum ſuorum, & peccata, vt valeant corrigere, & emendare. Hæc ex Medina in prima 2. citata, vbi multa affert, & etiam ex ſcriptura probat.

120 Sufficiat nobis colligere ex his prælatos, & paſtores maximũ inferre religioni damnũ, licet non ſine ipſorum peiori damno, ſi pueri ſunt, tum ætate, tum ignorantia. Quare Spiritus Sanctus hoc malum, quod maximè per Religioné ſerpit,& in aliquibus prouincijs creſcit vehementer inſinuare fortaſſe voluit per Eccleſiaſticum dicens, e *Veh tibi terra cuius Rex puer eſt*. Veh tibi religioni aut parti eius (ſumitur enim totum pro parte per Synecdochè) vbi maior pars ſuperiorum dominantium, aut ignari, aut ætate pueri ſunt;fuit quidam zelantiſſimus Prælatus noſtra ętate, qui decreuit, nequire religioſum quemlibet aſſumi ad Correctoratus officium ante nonum religionis annum, vt ſic experientia, & doctrina diſceret, quæ ad illud munus peragendum ſpectant. Sed nunc, vt de Roma carmina dicunt. Defunctis patribus ſucceſſit, & praua aliquãdo, & inexperta iuuentus cuius regimine, & conſilio ruit præcipitata religio, ſeu religionis obſeruantia: Et hoc quia vt præcedenti capite diximus, maiores ſuperiores, vt in dominio conſeruentur; quos habent factionarios (*ex noſtris eſtis, vel non eſtis*,) & confæderatos, nec annum religionis nonum expectant, nec doctos eos volunt; ſed iuuenes, & ignorantes eleuant, vt ad ſui votum eos in electionibus habeant,& ea opera agant, ad quæ facienda ſæpiſſime mittuntur; eaq; ſilentio prætercam, ne aliorum aures offendam; ipſi tales ſciunt: Iuuenalis Satyra tantum vtar; ille de Sciano loquens dixit: ſaty. 10.

Pueri, & ignorantes veh Religio niſi præſunt.

e *Cap.* 10. 16.

Superiores ambitioſi eleuãt pueros, & ignaros.

———— *Qui nimios optabat honores*
Et nimias poſcebat opes: numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata, vnde altior eſſet
Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.

Et Seneca in Hercule inquit:

Dominare tumidus, ſpiritus altos gere,
Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.

121 Erigant ſe ſe igitur pueri, & ignorantes, & tumidis alijs dominari curent, præſumãtq; nam, quod Phætonti contigit, hoc eis contingere non erit alienum, ille (vt paulo ante innuere cæpimus) cum nihil neque monendo, neque deterrendo, neque rogando, vt ab re tanta abſtineret, proficeret, inuitus Pater eius ſol currum illi, habenaſq; equorum tradidiſſe ex alijs probat Natalis Comes. f Cũq; acceptum currum ob metum ſcorpionis retinere intra certam viam Phæthon ignoraſſet, effecit, vt modo terrarum orbis acerbitate caloris propinquioris conflagraret,regioneſq; vel ad cardines mundi inſuetum æſtum ſentirent, modoq; tellus Ætyopum grauiſſimis,& inſuetis frigoribus premeretur. Id cum ſenſiſſet Iupiter, veritus ne genus animantium penitus periret, fulmine cæleſti Phæthontem de curru deiecit: qui ad ripas Eridani fluminis cecidit, vt ait Apollonius lib. 4. Argonaut.

Phæthonti ſimilantur eiuſque caſui.

f *Lib.* 4. *Mythol. cap.* 1.

Vltima ad Eridani Minyæ venere fluenta,
Pectus, quo ardenti percuſſus fulminis igne
Semiuſtus cecidit Phæthon, currũq; paternũ
Liquit in aerijs campis. Ibi nunc quoq; fluctus
Vulnus olent vſtum grauiter, fumoſq; vaporant.

Et Lucretius lib. 5. inquit ſolem poſt mortem filij collegiſſe equos, atque ſuetum curſum peregiſſe.

At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phæthonta repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram: Solq; cadenti
Obuius æternam ſuſcepit Lampada Mundi
Diſiectoſq; redegit equos, iunxitq; trementes,
Inde ſuũ per iter recreauit cuncta gubernans.

122 Variant auctores in perquirendo antiquorum motiuo, cur ſcilicet hanc fabulam excogitarint. Sed voluerunt (aliqui dicunt) demonſtrare Antiquos per hanc fabulam rerum maximarum adminiſtrationem, ac ſumma imperia rerum publicarum iuuenibus,aut adoleſcentibus, aut imperitis non eſſe concedenda: Cum in cæteros imperium ſolis prudentioribus conueniat: Nam (ait Natalis) qui iuuenes Rebus publicis,imperitoſuè præficiunt, ij cum maximo ſuo, & præfectorum, & ſubditorum periculo ſæpe ſe errauiſſe intelligunt, hæc Natalis. Sed ſi religionem inſpiciamus vbi Phæthontes gubernant, veluti peruſtam eam videmus in bonis, & obſeruantia; vt deploranda ſit nimium ab exteris, qui nouerunt eam fuiſſe ab eo,quod eſt admodum diuerſa. Culpa Phæthontis currum ob metum ſcorpionis (detractionis, aut murmurationis, & ſubleuationis) intra certam viam retinere ignorantis; ſed pergentis non aſſueto, & legitimo itinere currum,regiminis ducere, omnia comburit; quouſq; verus Iupiter Deus fulmine cæleſti Phæthontem è curru deijciat, vt facere ipſemet Deus per Iſaiam fatetur. g *Dominus exercituum cogitauit hoc*, (ait Propheta,) *vt detraheret omnem ſuperbiam, & in ignominiam deduceret omnes inclytos terræ*.

Phæthontis fabula quid ſignificet.

g *Cap.* 23. 9.

123 Cumq; ſuperbiores, & dominandi cupiditate inflatiores ſint,qui pueri,& ignari ſemper ſunt, aut quaſi ſemper, qui fuerint in religione potentes deponant eos de ſede, nec regnare permittant memores illius ſententiæ diuinæ in Sacro textu poſitæ, v. g. h *Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium*. Propterea in maxima veneratione habiti ſemper fuere viri ſapientes,& docti apud antiquos qui ſolebant in regiam dignitatem eligere viros ſapientes, & doctos exiſtimabant enim nulla ratione fore permittendum virum illiteratum,

h *Cap.* 10. 3.

Digitized by Google

tum; & indoctum alios moderari, & regere. Vnde Marcus Tullius Cicero ad rem inquit. i *Non poteſt Rex eſſe Perſarum, qui non antea magorum diſciplinam perceperit*. Et Philo de Perſis,& ſapientia loquens ait: k *Non ſolum eam plebei ſectantur, ſed etiam Reges regum maximi; Præſertim perſici tam curioſi harum artium, vt regnare non liceat, niſi cum Magis verſato familiariter*. Rem hanc bene nouerat Philippus macedonum Rex, qui hanc vnam rem ſuo filio Alexandro ſuaſit, vt ſcilicet literarum ſtudia maxime coleret; quod intelligeret ignorantia multa imprudẽter fieri à Regibus, vnde non tam gauiſus fuit de Alexandri filij ſui natiuitate, quam quod natus fuerit Ariſtotelis ſummi philoſophi tempore, vt refert Aulus Gellius, l vbi verba Philippi ad Ariſtotelem ſcribentis ille attulit dicens. *Filium mihi natum ſcito, quod equidem Dijs habeo gratiam, non proinde, quia natus eſt, quam pro eo quod eum naſci contigerit temporibus vitæ tuæ: Spero enim fore, & edoctus; eruditusq; a te, dignus exiſtat, & nobis,& rerum iſtarum ſucceſſione*. Teſtatur poſtea Iuſtinus. m Alexandrum in literarum ſtudijs maximos breui tempore Ariſtotele magiſtro feciſſe progreſſus; & ait: *Alexander literarum ſtudijs eruditus fuit acerrimus, exacta pueritia per quinquennium ſub Ariſtotele doctore inclyto omnium philoſophorum creuit*

i Lib. 1. de diuinat.
k Lib. de ſpeculat. legis.
Reges olim ſapientes.
l Lib. 9. cap. 3.
m Lib. 12.

124 Nec tacendum eſt, quod ſcribit Æneus Syluius de factis memorabilibus Alphonſi Aragonum Regis, ſic: *Cum eſſet Alphonſo ſermo deliteris, ait ſe legiſſe librum diui Auguſtini de Ciu. Dei ex latino ſermone in Gallicam linguam translatum in cuius proemio ſcriptum eſſet Regem illiteratum nihil aliud eſſe, quam Aſinum coronatum*. Et Socrates eos tantum Reges appellabat, qui regere ſciebant, cuius verba referens Xenophon ait. n *Non illos Reges, & Principes, qui ſceptra ferunt* (dicebat Socrates) *neq; illos, qui aut à quocunque contigit electi aut ſorte, aut violentia, aut deceptione electi fuerunt, ſed qui regere ſciant*. Bohetius quoq; aiebat. o *Beatas fore reſpublicas ſi eas, vel ſtudioſi ſapientia regant, vel earum rectores ſtudere ſapientiæ contingat*. Hinc Prudẽtius in hymnis hoc idem affirmabat, dicens.

Reſpublica beata ſi ſapientia regitur.
n Lib. 2. de dict. ſ,& factis Socratis.
o Lib. 1. de cõſolat. proſa. 4.

Eſſet publica res tunc fortunata ſatis,
Si vel Reges ſaperent, vel regnarent ſapiẽtes.

Et Horatius Regem regum appellauit eum, qui regere ſcit, & ſapientia eſt præditus lib. 1. epiſt. 1. ad Mecoena.

Ad ſummũ ſapiẽs vno minor eſt Ioue diues,
Liber, honoratus, pulcher Rex deniq; Regũ.

Ad Superiores ergo paſtores, & prælatos religionis clamans, ſapientis vtar verbis. p *Si delectamini ſedibus, & ſceptris ò Reges populi diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis*. Et ratio eſt, quia vt Plato dicebat: *Tam neceſſaria eſt Principi ſapientia, quam anima corpori*. Sic referunt Marſilius Fic. q & Valerius Maximus. r

q In vita Plat.
r Lib. 7. cap. 2.

125 His tamen poſitis aduertant etiam, qui ſapientes, & docti ſunt non ſuperbè ſapere, nec doctrina inflati ſupra alios temerariè præſumant; ſed erga omnes humiliter ſe gerant, ſi Chriſti Crucem ferentes, Chriſtiferos fieri cupiant: Etenim Chriſtus dixit. ſ *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde*. *Quid eſt* (clamat S. Gregorio.) t *Dominum mitem ſe in magiſterio atque humilem dicere, niſi relictis exercendis elationis difficultatibus, quædam plena bene viuendi itinera demonſtrare*. Benigna ergo virtus, & mitis doctrina ſubditorum animos conciliat, & ſub iugo legis poſiti ad ſuperiorum voluntatem prompti ſunt ſemper, magis enim amore inflammantur, quam timore: quod his verbis explicuit Ambroſius dicens. u *David Rex cum omnibus æquabat ſuam militiam, fortis in bello, manſuetus in imperio; ideo non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à ſubiectis, quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis ſeruat excubias, neſcit diuturnitatis cuſtodiam*. Si hanc diuinam humilitatem? ſi hanc doctrinam humilem, & mitem, amplexati fuerint Superiores Prælati eaque fiant magis amore digni, quam timore, gloriari abſque dubio poterunt, ſe verum iter reperiſſe ad gloriam. Audiant ad rem eloquentiſſimus Cicero dum loquitur ad Antonium Patriæ inimicum. x *Illud magis vereor ne ignorans verum iter gloriæ* (ait) *glorioſum putes plus te vnum poſſe, quàm omnes, & metui à ciuibus tuis quam diligi mauis; quod ſi ita putas totã ignoras viam gloriæ: charum eſſe ciuem, bene de republica mereri, laudari, coli, diligi glorioſum eſt: metui vero, & in odio eſſe inuidioſum culpabilem imbecillem caducum, &c. Vtinã Antoni auum tuum meminiſſes, putas ne illum immortalitatem mereri voluiſſe, vt propter armorum habendorum licentiam metueretur? illa erat vita, illa ſecunda fortuna libertate eſſe parem cum cæteris Principem dignitate. Beatus eſt nemo, qui ea lege viuit, vt nõ modo impune, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit*.

ſ Mat. 11.
t Lib. 2. moral. cap. 30.
u Lib. 2. offic. cap. 7.
Sapientia, & doctrina mitis non ſuperba laudatur.
x Cicero Philip. 50.

126 Secunda Nicena Synodus cap. 2. *Sacrarum ſcripturarum ſcientiam hierarchiæ Eccleſiaſticæ* (ait) *eſſe ſubſtantiam. Ideo qui alios regit doctus ſit, & potens exhortari in doctrina ſana, & eos, vt dicebat Paulus, qui contradicunt redarguere*; & ex his Pauli verbis ſummopere ſacra Concilia curarunt euellendam penitus fore ignorantiam à Prælatis. Vnde Concilium Aquiſgrand. ſub Ludouico Pio, dixit: a *Quid enim docere poterunt, quod ipſi non didicerunt; deſinat locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere: Ignorantia quippe præſulum, vita non congruit ſubditorum*. Et Conc. Cabilonenſe ſecundũ cap. 1. ſtatuit hoc idem, dicens: *Decreuimus iuxta Sanctorum canonũ conſtitutionem, & cæterarum Sãctarum Scripturarum doctrinam, vt Epiſcopi aſſidui ſint in lectione, & ſcrutentur myſteria verborum Dei, quibus in Eccleſia doctrinæ fulgore ſplendeant, & verborum Dei alimentis animas ſibi ſubditas ſatiare non ceſſent; & cum Dauid quotidie Domino dicant. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua*. Inſuper non ſolum volumus Prælatos eſſe doctos, ſed probos, & virtute præditos.

a Cap. 16.
Concilia ſtatuũt doctrinã neceſſariam in Prælatis.

127 Legimus in primo Regum de Saule electo iam

ctoiam

Digitized by Google

ctio iam à Deo in Regem populi ſui, quod, b *Nō erat vir de filijs Iſrael melior illo ab humero,& ſurſum eminebat ſuper omnem populū.* Miror equidem quod Sacer textus, vt Saulis merita declararet inſinuare id voluerit per hoc quod ille erat cæteris omnibus ſtatura altior; quid refert fuiſſe Saulem paruæ, aut magnæ ſtaturæ; quodque fuiſſe ſciamus illum ab humeris, & ſurſum altiorem cuncto populo, quid refert? Hoc ſcilicet oſtendere corporis pulchritudinem conuenire Principi, & Prælato idque multis doctorum ſententijs probat Rangolius noſter. Et Virgilius ſuum Æneam deſcribit, vt Saulem Sacer textus: *Præſtanti corpore, & armis os humeroſque Deo ſimilis*. Dignitati enim pulchritudo, ſtatura, & forma, tanquam dotes approprian tur. Sed quia hæc exteriora ſunt; quæ nequeunt nos reddere certiores de fælici aliquo euentu; imò aliquando, vt experientia nos docuit in Saule, qui altior, & pulchrior erat alijs, qui pulchri ſūt ex bonis,& virtute prēditis mali efficiuntur peiores, & peſſimi, quouſque in baratrum præcipitentur.

b Cap. 9. 2.

Prælatis cū doctrina, virtus eſt neceſſaria.

128 Verum ſi illa verba myſticè intelligātur; abſconditum in illis myſterium per altitudinē Saulis manifeſtatur. Etenim in Saule, textus ſacer prælatum depictum nobis oſtendit; & in altitudine doctrinam deſcripſit, & paſtoris virtutem. Sicut enim Prælatus cæteros omnes ſuæ curæ deditos dignitate ſuperat; ita & eos ſuperare debet doctrina, & virtutibus. *Rex* (ait D. Gregorius) c *præcedit collo, præcedit capite: collo locutio: capite contemplatio deſignatur. Capite ergo, & collo ſubditorum omnium capita paſtor excellit ſi contemplationis altitudine mirabilis eſt, & ſublimitate doctrina.* Et idem Gregorius expendens illud Iſaiæ 40. *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion*, d *vt videlicet, qui cæleſti prædicatione vtitur ima iam terrenorum operum deſerens in rerum culmine ſtare videatur, tantoque ſubditos facilius ad meliora pertrahat, quāto per vitæ meritum de ſupernis clamat.* Et Saluianus Epiſcopus, qui Epiſcoporum dictus fuit: *Quid enim aliud Principatus* (ait) *ſine meritorum ſublimitate, niſi honoris titulus ſine homine? aut quid eſt dignitas in indigno niſi ornamentum in luto. Et ideo cunctos, qui ſacri altaris ſuggeſtu eminent tantum excellere oportet merito, quantum gradu.*

c Ad locū Reg.

d Lib. 1. epiſt. 24. ad Patriarcā Conſtātinopolit, & alios.

129 Ex quibus omnibus habemus; Paſtoribus, & Prælatis neceſſariam eſſe nō ſolum doctrinam, ſed virtutem laude dignam, ad hoc vt ipſi primi ſint ad ſeruandam legem, quam vel ferunt, vel promulgant. Nam Princeps, v.g. cui data eſt poteſtas à Deo ad condendas leges, liber non eſt ad ſeruandas leges, ſed legibus, quas tulit ſubiectus manet, licet non eodem modo, ac ſubditi. Princeps quidem virtutis directiuę impulſu; Subditi vero ex virtute coactiua tenentur. Hæc poſtrema cum petat punitionem, quæ legis tranſgreſſoribus datur, lex punitiua dicitur, & afficit non Principem carentem ſuperiore à quo puniatur, ſed ſubditos de tranſgreſſione puniendos. Sed directiuè tenetur Princeps legē ſeruare propter legis virtutem, & efficaciam, quam ſi tranſgreditur eodem peccato peccat, quo peccant ſubditi eiuſdem legis tranſgreſſores, de qua re videantur D. Th. Caietanus, Sotus, Suarez, & alij. Et in l. Princeps ff. de leg. dicitur: *Princeps legibus ſolutus eſt*, quod intelligitur de coactiua, qua coercitus non eſt Princeps, & in l. 4. cap. de leg. habetur: *Digna vox eſt maieſtate regnantis legibus alligatum ſe Principem profiteri, & reuera maius imperio eſt ſubmittere legibus principatum*. Vbi Gloſa verbo Principatum, declarat ita: *Maior eſt honor, & maior conuenientia ſubijcere legibus principatum, quam leges principatui, ſiue imperio*. Et vlterius illius ſententiæ meminerint omnes, cuius auctor, & doctor fuit Plato, e dum tribuere voluit modum, quo pax, & concordia Reipublicæ ſeruāda eſt, vt Regna, Prouinciæ, & Ciuitates pacatę viuant, aitque. *Interim enim paratum exitium illi Ciuitati video, in qua non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præſunt: ſalutem verò illi, vbi lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur.*

Princeps legi ab eo latæ ſubijcitur.

e Lib. de leg. dialog. 4.

130 Hinc ortum habuiſſe exiſtimo illud quod Ariſtoteles f etiam dixit: ſcilicet, *melius eſt omnia ordinari lege, quam dimittere Iudicium arbitrio*. Et rationem affert de hac re D. Thomas dicens. g *Quia Legiſlatores iudicant in vniuerſali, & de futuris, ſed homines iudicijs præſidentes iudicant de præſentibus, ad qua aſficiuntur amore, vel odio, aut aliqua cupiditate: & ſic eorum deprauatur iudicium*. Et iuxta Catonem ſubdatur Princeps legi ab eo latæ. Et Cap. cum omnes de cōſtitution. & in rub. & toto tit. ff. *Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur*. Vnde in l. 1. Incipit Vlpianus: *Hoc edictum ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel dici effecit?*

f 1. Rethor. cap. 1. in medio t. 6.

g 1. 2. q. 95. a 1. ad 3.

131 Confirmauit hanc veritatem Chriſtus quando Phariſæos increpans dixit: h *Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo, nolunt ea mouere*. Et Paulus Apoſt. i dixit: *Propter quod inexcuſabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc ò homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea quia tu effugies iudicium Dei?* Illa eadem ſententia reprehendit Natan Dauidem, & condemnauit, qua ipſe alium damnauerat. k Vt verum apud omnes ſit, quod teſtatur Apoſtolus dicens l *Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit*: quam obedientiam iuſtitiam, & debitam ſubordinationem ſi tollas; mox aufertur quies Reipublicæ, & pax. Ait enim Auguſtinus. m *Remota iuſtitia, quid ſunt regna niſi latrocinia?* & retulit poſtea reſponſum illius piratæ ſic: *Alexandro Magno quidam pirata comprehenſus reſpondit, cum ab eo interrogaretur. Quid ſibi vt mare haberet infeſtum? ille libera voce: Quid tibi* (inquit) *vt orbem terrarum? Sed ego quia exiguo nauigio facio, latro vocor, quia*

h Matt. 23. 4.

i Ad Rom. 2. 1. 2. 3.

k 2. Reg. 12.

l Ad Rom. 13.

m Lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 4.

Superior ſeruet quæ ſeruare mādat.

tu ma-

Digitized by Google

tu magna claſſe, imperator. Hinc optimè dixit Ariſtoteles. n *Sicut Iuſtitia continet omnem virtutem, ita iniuſtitia continet omnem malitiam, ſiue iniquitatem; vbi autem abundat iniquitas quomodo erit vera amicitia, & ſocietas.* Omnia hæc ad Principes abſolutos, quibus ferre legem competit, ſpectare videntur; ſed quandoq; etiam religionum prælatis, quibus etiam licet, aut ſemper, aut ſtatutis temporibus ex Regulæ præſcripto ſtatuta condere, quæ vim peculiaris legis, pro vna ſcilicet prouincia, aut vniuerſalis pro tota religione habere conſueuerunt: & ad ea ſtatuta prælatus maiori iure tenentur, quam Princeps ſecularis ſaltem ratione ſtatus. Sed de omnibus Prælatis, quocunque nomine in religione vocentur, non eſt dubium quin teneantur ad vnguem ſeruare quę ipſi ſeruanda à ſubditis promulgant, vt conſtat ex cap. Cum omnes de conſtitutionibus.

n 2. Ethic.

132 Si autem illa quæ docent ſeruare, ſeruauerint; certè doctrinam virtuti copulaſſe omnes clamabunt. Et hi proculdubio leniter in reprehenſionibus ſe habebunt: nam ſi ſolum doctrina præditi eſſent, non miſericordia, & pietate moti corriperent, ſed fortaſſe ex ſola vanitate, aut paſſione. Si verò ſola virtute ſplenderent, corrigendi modum ignorarent, & vt experti ſumus aliquando ſub Charitatis prætextu à feruenti ſpiritu impulſa reprehenſio limites egreditur, itaut non appareat ſupernaturali ex motione proueniſſe, & à diuino Zelo originem duxiſſe. Hoc declarat eſſe verum id, quod Moyſes aduertit: dicens. o *Si ſecuris fugerit manu, ferrumque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet, & viuet.* Erant iam deſignatæ nonnullæ Ciuitates, vt immunes ad aſylum delinquentium, & dum tractat de delictis propter quæ concedendum erat immune refugium, dat exemplum hominis de cuius manu, caſu proſiliens ferrum ſecuris amicum ſuum interfecit; quod quidem literalis ſenſus clare inſinuat, cum ita narret euentum. Sed quid myſticè innuat videndum eſt, & ſecundū doctrinam D. Gregorij inuenimus ſecurè, & ferrum caſu proſilire, eſſe correctionis verbum; quod caſu exiens à lingua Prælati, aut Concionatoris, vt audientis cor acutè penetret, & propter aſperitatem offenditur non emendatur ſubditus. *Ferrum de manubrio proſilit* (ait Gregorius) *cum de correctione ſermo durior excedit, & amicum percutiens occidit, quia auditorem ſuum prolata contumelia à ſpiritu dilectionis interficit.* Nec mirum cum reperiantur aliqui ſuperiores, quorum nonnullos nouerim, excedant; qui Charitatis igne accenſi erga proximum nimio feruore offendunt, & maiora damna inde ſequuntur idque etiam D. Gregorius explicauit, dicens: *Sæpe contingit magnis doctoribus, vt quo alta claritate feruent, eo modum correctionis exagerent, & lingua aliquid, quod non debet, dicat.* Tanti his temporibus ab omnibus æſtimatur in prælatis diuinus zelus, & feruens, quanti æſtimari poteſt; & nihilominus tanto Charitatis feruore aliquando offendunt, dum impulſi ardore proferunt, quæ non decent, nec debent. Inde ſecuris interfecit, & fuit propter linguæ velocitatem, quæ eo peruenit, quò fortaſſe intentio non acceſſit. Hinc diſcant ſuperiores ſimul cum doctrina adiungere virtutem; & cum Charitatis zelo, habeant doctrinam, vt corrigendi modum non excedant.

Corrector vt corrigat virtutem, et doctrinam habeat.

o Deut. 19. 5.

133 Sæpe in ſacro eloquio Prælatus vocatur ſol, ſed lucens non comburens. Ecce quomodo loquitur Chriſtus cum ſeipſum non ſolem, ſed lucem ſæpius appellat, vt Ioan. 11. *Quandiu ſum in Mundo lux ſum Mundi*; & cap. 12. *Ego lux in Mundum veni*; & Matt. 5. *Vos* (diſcipulos alloquens) *eſtis lux Mundi.* Sed cur tam ſibi, quam diſcipulis lucis, non ſolis nomen attribuit? fuit quia ſol lucet, & vrit: non ſolum enim proprium illi eſt ſuauitate lucis illuminare: ſed aſperitate etiam vrere. Vt ergo inſinuaret Chriſtus benignitatem ſuam, & lenitatem in corrigendis hominibus. Alteram ex proprietatibus ſolis ſe habere oſtentat nimirum ſuauitatem lucis. Alteram vero vrendi proprietatem à ſe procul pellit, & tantùm ait. *Ego ſum lux Mundi*; vt qui veluti ſoles in Mundo ſunt, nempe prælati, ſuperiores, & paſtores, ſciant ſi Chriſtum ſequuntur, illum imitari, ne ad inſtar ſolis vrant, ſed tantum vt luces ſuauiter luceant, & illuminent: ad hoc enim ad regimen animarum vocati ſunt, vt oleum cum manna ita miſceant, vt nulla in corrigendo ſola appareat aſperitas, ſed lucis ſuauitas ſplendeat. iſte enim eſt verus corrigendi modus; qua propter minime negandum eſt ſpectare ſapientiam ad ſuperiores, vt ſciant corripere, & ſi ignari ad tale munus peragendum fuerint, tanquam à Deo irato recipiendi ſunt; permittit enim tales eligi in ſuperiores, vt de peccatis noſtris vindictam ſumat nam inter grauiora flagella, quibus Deus punit peccatores, alterum, & non infimum eſt, non eis dare ſapientes, qui corrigant. Sic declarat Hieronymus verba illa Amos Prophetæ. p *Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta: Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt.* Quaſi diceret, quia tanta, & tam grauia ſunt peccata veſtra, claudam ora ſapientum, ne corrigant, at iratus ſinam vos in peccatis veſtris diu morari, vt infallibiliter inde oriatur veſtra damnatio, propterea plorans Propheta dixit. *Cecidit virgo Iſrael, & non eſt qui ſuſcitet eam.*

Corrector ſit Sol lucens non vrens.

p Cap. 5. 12.

134 Naſcitur Chriſtus, apparet paſtoribus, & hi poſt Beatiſſimam Virginem, & ſponſum eius Sanctiſſimum Ioſephum, meruerunt primi eſſe, qui Chriſtum adorarent: *Angelus Domini* (ait Lucas) q *ſtetit iuxta illos.* Sed cur præ alijs omnibus hominibus paſtores illos præcipuis fauoribus afficit? Cur non Regibus, & principibus tunc regnantibus apparuit? Si attente inſpiciamus ad id, circa quod occupati erant Paſtores nocte illa ſacratiſſima, & hora fælici natiuitatis Chriſti, facile reſpon-

q Cap. 1.

Digitized by Google

reſponſum inueniemus. *Paſtores erant* (ait Euangeliſta) *in eadem regione vigilantes, cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* Sed quid per hoc, dices, vult Euangeliſta inferre? quid tantum refert nobis ſignificare, quod erant vigilantes ſuper gregem in eadem regione? Reſpondet Hugo Cardinalis. t *Boni paſtores vigilant in eadem regione in qua Dominus natus eſt, quia eo fine, & ea intentione officium prælationis exequuntur, qua natus eſt Dominus ideſt ad ſalutem populi, & ſolo intuitu Charitatis.* Ideo tot beneficijs afficiuntur, quia vigilant, & regunt ea intentione, & fine, quibus Chriſtus naſcens in Mundo, Mundum curauit, illum, & eos, qui in ipſo ſunt, non comburens, ſed ſolum illuminans.

t In cap. 6. Iſaiæ.

135 Cœlum petiturus mox Chriſtus, & illuc aſcenſurus è terra, dixit diſcipulis ſuis. t *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra.* q. d. mecum congaudete amici, quia amicum, & magiſtrum habetis omnipotentem, cuius dominium ex profunditate abyſſi ad Cœlum vſq; conſcendit. Sed ad quid tam gaudenter oſtentare potentiam? an forte, vt Hieruſalem excidium, recinamq; euenturam, (vt fecerat Paulo ante) ſignificare voluit, eo quod habitatores ſui ipſum Cruci affixerant? An vt Petrum reprehenderet, qui tam viliter magiſtrum negauit? An vt Cæteros obiurgaret diſcipulos, qui recepti panis immemores, tantorum bonorum largitorem inter manus impiorum captum, & morti damnatum relinquentes arripuere fugam? minime dicit Chryſoſtomus: *De Iudæis quidem nullam mentionem facit, neque quæ geſta ſunt illis in medium adducit, nec Petro negationem exprobat, nec aliorum cuipiam fugam improperat.* Cum agit de potentia ſua nullam ſupradictorum mentionem facit. Cur ergo Domine mi, ita potentiam exageras, ita vniuerſale dominium oſtentas. Data eſt mihi omnis poteſtas? non ab aliam cauſam reſpondet, niſi ad id, quod innuunt verba ſequentia. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

t Matth. 28.

Chriſti poteſtati ſimilis ſit prælati poteſtas.

136 Perpendite quæſo illationē, & conſequentiam, quam elicit ab illo ſuæ omnipotentiæ antecedente. Sum Dominus, & mihi data eſt omnis poteſtas; ergo docete omnes gentes baptizantes eos. Nam ſi per doctrinam datur lux, & per baptiſmum gratia: hoc fiat; vt manifeſtetur mea potentia, quam ab omnibus in hoc experiri volo; vt vos qui per orbem meam fertis potētiam detis ad inſtar Solis lucem, non vrentem ardorem, & ex vobis prælati, cæterique ſuperiores ſe eſſe amantes Patres, non rigidos, aut tyrannos Dominos. Vnde Rupertus ait: Chriſtum poſt mortem obtinuiſſe illam potentiam; vt prædixerat Dauid dicens: *Dominus regnauit à ligno*, & nihilominus ait abbas hic: *Non continuo peremptoribus ſuis manifeſtus efflagrans inſultauit, aut meritas vindicta pœnas exigit.* Itaque vindictam de Crucifixoribus non ſumpſit, nec inpuniendis hominibus peccatoribus ſuam exercuit potentiam: ſed ea vſus eſt, vt inde luceret, non arderet, defenderet, non vreret ſubditos. Vtinam hoc imitarentur prælati, & Superiores noſtræ religionis, ſed non deſunt ex illis, qui baculo Sanctiſſimi Patris ex propria, & peculiari paſſione moti, ad vindictam vtuntur; ſed caueant ne ſi modo Crucem Chriſti ferunt, Crucem igneam poſtmodum in inferno ſuſtineant, &c.

137 Doloſe, & proditorie interfectus fuit Inclytus Dux ille Abner, à Ioab, vt legitur in libro 2. Regum. t *Percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt.* Et hoc fecit vt vindicaretur à morte fratris ſui Aſael. Quod factum, vt audiuit Dauid, initio regni ſui, maximo eſt dolore affectus, & multis ſignis id manifeſtare procurabat, dicens: *Mundus ego ſum, & regnum meum apud Dominum vſque in ſempiternum à ſanguine Abner filij Ner; & veniat ſuper caput Ioab, & ſuper omnem domum patris eius; nec deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane.* Et vlterius, vt innocentiam ſuam oſtenderet effuſis lachrymis exequias celebrauit, feretrum Abner Rex ipſe ſequebatur, populo plantum indixit, atque vt veſtimenta propria ſcinderent, & ſe ſacco accingerent, præcepit. Sed his omnibus minime contentus toto eo die abſtinuit à cibo; & tandem: *Iurauit Dauid dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat; ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem, vel aliud quidpiam.* Dubium hic mouit Toſtatus, & ait: Cur tanto dolore Dauid affectus ſit pro morte Abner, qui Dux erat exercitus Saul? quid referebat tanto ploratu, & ſignis innocentiæ ſuſpicionem auferre? hoc enim factum, vt docet Abulenſis; fuit nimis efficax ad excludendam opinionem conceptam contra eum de morte Abner. Sed cur tanta diligentia? Attendite quæſo ad electionem Dauidis in Regem, & inuenietis dubij ſolutionem: *Inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundum cor meum.* Sed quæ eſt Dei voluntas in ijs, qui præſunt? vt regnent, & præſint non vltionis cauſa, ſed miſericordiæ. Igitur interfecto Abner Sauli perſequutori ſuo coniunctiſſimus; populus erat nimis ſuſpectus de illa morte: putabatur enim quod Ioab feciſſet iuſſu ſuo, & vt excluderet iſtam præſumptionem voluit agere quidquid fieri poterat ad exprimendum dolorem; vt indicaret, ſe ad regnum fuiſſe ingreſſum iuxta Dei voluntatem, & conſuetudinem, non vlciſcendo, & ſanguinem fundendo, ſed ex corde lachrymas effundendo pro morte Abner. Alijs fortaſſe illa occiſio gaudium attuliſſet.

t Cap. 3. 27.

Superior regnet, vt Dauid iuxta cor Dei.

CAPVT XII.

Proſequitur excurſus indicans malos Prœlatos non proficere, ſed officere religioni.

138 NOn obſcure id aſſerit Cicero pro Milone dicens: *Omnia quæ vindicaueris in alio, tibi ipſi vehementer fugienda ſunt. Ete-*

nim

Digitized by Google

nim non modo accuſator, ſed ne obiurgator quidem ſerenaus eſt, qui quod in altero vetium reprehenderit in eo ipſe deprehenditur. Ideo Dauid loquens de modo, quo Deus vſus eſt in liberandis filijs Iſrael de Ægipto, & tyrannico imperio Pharaonis dixit. u *Deduxiſti populum tuum in manu Moyſi, & Aaron*. Quid literalis ſenſus indicet, notum eſt legentibus, ſed quid per eductionem hanc filiorum Iſrael velit myſticè ſignificare, D. Hieronymus declarat, dicens: exitum filiorum Iſrael ab illa ſeruitute Ægipti oſtendere peccatores egreſſuros à ſtatu, & ſeruitute peccati, ad ſtatum, & libertatem gratiæ mediante diuina prædicatione. Sed cur, ait Hieronymus, noluit Deus illos egredi de Ægipto in manu tantum Moyſi, & addidit etiam in manu Aaron, non poterat ſolus Moyſes eos liberare? minimè, ait Hieronymus, nam volens eos liberare, tanquam oues, vt dixit Dauid: (*Deduxiſti ſicut oues populum tuum*) vterque frater oportuit educere, quorum alter munus dicendi exercebat. alter vero faciendi, vt doceret nos quod ſi volumus educere aliquem de ſtatu, & ſeruitute peccati, non ſolum dicere, ſed facere debemus, quæ duo ſi fraterne coniunguntur, quemlibet peccatorem mediante diuina gratia, omni ferocitate dimiſſa, velut ouem manſuetam educemus à ſtatu culpæ. Faciat ergo Prælatus, quod iubet, Prædicator quod docet, vt exemplo magis moueat, quam voce. Hinc ait Chryſoſtomus. x *Qui docet verborum ſuorum ſit ipſe exemplum, vt magis opere doceat, quam ſermone*. Quod, & Seneca cognouit, & eleganter expreſſit, nec melius exprimi id poterat, dicens. y *Plus tamen tibi & viua vox, & conuictus, quam oratio proderit: primum, quia homines amplius oculis, quam auribus credunt: Deinde quia longum iter eſt per præcepta, breue efficax per exempla*. Quid melius dici poterat Prælatis, ad quos ſpectat monitionibus oues ſibi ipſis cõmiſſas iter ad Cœlum docere, ſi quod dicunt opere compleant, procul dubio breue, & efficax iter quo tendere queant, præſtabunt.

u *Pſal. 76. 21.*

Superior voce et opere moneat.

x *Super illud Matt. videns Ieſus turbas aſcendit in montem.*

y *Lib. 1. Epiſt. 6.*

139 Sed ſi male viuut Prælati, & Superiores, eorum mala vita Religionem corrui neceſſe ſequitur: quapropter Diabolus peculiari aſturia omnique arte vtitur, vt eos labi, & viuere in peccatis faciat, vt docet Chryſoſtomus dicens. a *Diabolus aduerſus eos armatur, maiorique fertur inſania, quippe cum ex eorum cadegregis quoque detrimenta ſequantur*. Ecce quomodo vtitur Dæmon aduerſus Prelatos, vt eorum malo exemplo in ruinam impellantur ſubditi. Cuius rei rationem affert idem Chryſoſtomus. *Nam* (ait) *qui ouem iugulat, gregem quidem minuit; qui Paſtorem ipſum de medio tulerit, totum ſimul gregem diſſipabit*. ita à pari, ſi vnus corruit religioſus minuitur bonorum Religioſorum grex, ſed nõ tota ruit Religio, ſicut fit ex mala prælatorum vita. Et multa Scripturæ teſtimonia ad hoc probandum habemus. Et in primis Paulus ſcribens ad Corinthios de ijs, quibus licitè vti poterat ad ſubleuãdum onus prędicationis iuxta aliorum Apoſtolorum morem, abſq; eo, quod culpabilis ex inde putaretur; nam hoc idem alij faciebant Apoſtoli, & ait. b *Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut, & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas?* Vbi notandum eſt Paulum non cõtentum dixiſſe, ſe habere eandem poteſtatem circumducendi aliquam religioſam mulierem, vt ſibi prædicanti inſeruiret ad anguſtias, & labores leuandos ſicut cęteri faciebant Apoſtoli, ſed addidit, & Petrus quem inſcripſit nomine Cephas, ideſt (ait D. Thomas) caput, quod eſt idem ac Prælatus, Paſtor, Superior, &c. Sed cur voluerit Apoſtolus tũc Petrum appellare Caput, quod exprimitur nomine Cephas? patet clare, quia inſinuare voluit, quod ſi Caput, & Prælatus leuamen laborum quærit; mirum eſſe nequit, ſi ſubditi, qui eiuſdem capitis membra ſunt, illud idem leuamen quærant, optentque cum à boue maiore diſcat arare minor, qualis Prælatus, talis ſubditus, quaſi ſemper; aitque ſi hoc agere Superiori licet, etiam & mihi ſubdito. Ideo Chryſoſtomus Dæmonem aſtutiſſimè dixit, laborare, vt deijciat Superiorem, quo deiecto, ruit facile totum corpus: *Qui Paſtorem ipſum de medio tulerit, totum ſimul gregem diſſipabit*.

a *Hom. 1. in primam ad Timot.*

Prælati caſus eſt totius gregis facilis ruina.

b *1. Cor. 9. 5.*

140 Phæthontis fabula, quam præcedenti capite retulimus, confirmat intentum præſuppoſita petitione facta Patri, vt currum ſibi regendum concederet, & licet inexperto iuueni concedẽdum non eſſe varijs modis affirmaret; adhuc tamen perfidioſus inſtitit Phæthon, & currum obtinuit: ſed vix auro curru ſubleuatus, & erga Cælum conſcendens præcipitanter corruit, & tota currus machina diſſoluta, & vna cũ equis diſſipata eſt, & miſerè terram incendit. Sed præcipue aduertit Ouidius totum aureum fuiſſe currum. c

Aureus axis erat, temo aureus aurea ſummæ
Curuatura rotæ radiorum argenteus ordo.

c *Lib. 2. Metamor. fab. 1.*

Axem apud nos ligneum, aureum fuiſſe in curru Phæthontis deſcribit, & hoc idem de temone & habenis ſeu partibus habenarum, quæ circa axes ponuntur, aut de fræno, & de alijs partibus, vt inde totus colluceat aureus currus. Cũq; Currus metaphoricè cõmunitatẽ ſeu rẽpublicam ſignificet, & auriga ſit Superior aurigans; optimè dixit, Currum Solis aureum totum ab inexperto iuueni aurigari certiſſimæ ruinę præſagium fuiſſe, vt inde tota communitas ab vno mente capto currum regente corruat facile. Hoc idem periculum incurrere totam Religionem nouimus experientia; inſpicientes ſæpiſſimè ſubditos quaſi auratos currus modeſtos, bene morigeratos, & ſanctos, donec aurigantes Superiores eorum malo exemplo trahant eos in præcipitium. Quid refert aliquem religioſum auro Charitatis plenum intueri, & alium candidum puritate eſſe conſpicere velut argẽtum; ſi paſtorem habent Phętontem temerarium, & mente captum? melius enim eſt, ſubditos ferreos, caput habere aureum, nam ex capite omnes facile aurei fient. Nam vt Ariſtoteles ait d *Impoſſibile eſt diligentis Domini ſeruos non eſſe diligentes.*

d *In Econom.*

141 Debent etiam Prælati lenes, & beneuoli erga ſubditos ſe gerere, & non è contra: decet enim Superiorem ſine venia exquiſitiſſimè multitudinem viuere velle, cum nimium ſibi indulgentes magnam aſſumunt indulgentiam (vt verbis Chryſoſtomi vtar) eorum enim oppoſita in Prelato, & Superiore requiruntur, vt ſcilicet aduerſum ſeipſum nulla vtatur venia, ſed ſeuerum in ſe iudicem exhibeat erga ſubiectos autem mitior, & ad dandam veniam pronior eſſe debet. Ad intentum perbelle loquitur ſponſa ſuam oſtentans pulchritudinem. *Nigra ſum* (ait) *ſed formoſa filia Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Pulchram eſſe dicit, nonobſtante nigredine. Et ratio eſt, mi Lector, quia Spōſa alloquitur filias Hieruſalem, veluti earum prælata, & dicit ſe formoſam non ſicut Salomon formoſus erat, ſed ſicut pelles Salomonis, quia non decet Superiorem eſſe ſimilem Salomoni, ſed benè pellibus Salomonis. Sed dices cur pellibus, & non Salomoni. Reſpondeo Salomonem ſuauem, & delicioſam vitam duxiſſe, & ſibi nimium indulgentem fuiſſe, magnamque pro ſe indulgentiam aſſumpſiſſe, quando pro ſubditis omni rigore, & aſperitate vtebatur. Sic fatetur Roboam gnatus eius dicens. e *Pater meus poſuit ſuper vos iugum graue. Pater meus cecidit (ſeu corripuit, aut caſtigauit) vos flagellis.* Iugum graue, & importabile onus poſuerat Salomon ſuper populos illos, & crudeliter eos flagellabat; dum tributa, & vectigalia imponebat, ita magna, & limites æquitatis excedentia, vt populorum vires ad contribuendū minimè ſufficerent.

Prælatus rigidus erga ſe, ſuauis erga ſubditos.

e 3. *Reg.* 12. 11.

142 Sed de ſemetipſo loqués ipſe Salomon ait: f *Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos & plantaui vineas, feci hortos, & pomaria, & extruxi mihi piſcinas aquarum, coaceruaui mihi argentum, & aurum, feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias filiorum hominum.* Hæc omnia feciſſe fatetur delicijs vacans. Et valde conſideranda ſunt illa verba, *Ædificaui mihi, extruxi mihi, coaceruaui mihi, feci mihi.* Oīa ad ſui oblectamentū, oīa vt ſibi deliciandi nullā deeſſet occaſio; Et pro ſubditis quid? flagella, impoſitiones tributorum, & vectigalium. Iuſtè ergo ait Sponſa, pulchritudiné ſuā non eſſe ſimilem pulchritudini Salomonis, qui ſibi indulgebat, & ſæuerum Regem ſe erga ſubiectos oſtendebat. Sed pellibus eius. Tabernacula enim operiebantur pellibus protegentibus, quod intus claudebatur, quando ipſæ met pelles pluuias ventos ac puluerem tolerabant. Ideo ſponſa ſe formoſam dicit, ſed nigram ad inſtar pellium, foris quidem nigræ quia ardore ſolis exuſtæ, imbribus, & puluere opletæ erāt. Intus autem formoſæ, qui in interiori parte tabernaculi pulchro fulget opificio auro, & margaritis rebuſque prætioſis abundat. Suppoſito nunc, quod ipſa ſponſa tanquam prælata loquebatur puellis Ieruſalem, dicens nigram, ſed formoſam; indicat formoſitatem ſuam eſſe illam pellium nigredinem, quatenus vt ſubditos iuuet, & protegat laboribus, & ſollicitudinibus præmitur: vt illi fulgeāt cæleſtibus affectibus ipſa ventis, & pluuijs; æſtu, & gelu concutitur. Sibi non indulget, ſed rigiditatem omnem in ſe attrahens, mitem, & ſuauem erga ſubditos ſe gerebat. Ideo non Salomoni, ſed pellibus eius ſimilatur ſponſa.

f *Eccleſ.* 2. 4.

Probat luculentiſſime hanc veritatem id quod factum legimus in ſacro textu g quando apparuit Dominus de monte Pharan ad dādam legem populo ſuo; inter alias circunſtantias legem igneam fuiſſe habemus, eam tuliſſe propria manu: *Et in dextera eius ignea lex.* Et quomodo, aut qualis ignis eſſe poterat ille, qui dextera portabatur manu? Reſpōdent aliqui, quod ignis, qui erat lex, quia tunc, cum dabatur videbatur fulgura, & tonitrua audiebantur. Sed hæc expoſitio nō videtur cōgruere verbis ſcripturę, nā fulgura, & tonitrua non exibāt de manu Dei, & ignea lex erat in manu ſua. Alij dicunt legem illam igneam duo importare amorem, ſcilicet, & rigorem, dum eam ſua ferr manu innuit eſſe legem benignam, & ſuauem; ſed neque hoc dictum placet, ſi inſpiciamus diſcrimen poſitum à diuo Paulo inter nouam, & antiquam legem. *Non enim* (dixerat Apoſtolus) *accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus abba Pater.* Neque voluit ſignificare, quod eſſet lex aſperitatis, & timoris, qui non eo procedebat lex, quo exibat ignis, vt Ioannes vidit, ex ore exijſſe gladium vtraq; parte acutum, eo quod diuinum verbum dicatur gladius, *penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ.* Si ergo nec amorem, nec rigorem ſignificabat, cur eam manu geſtabat? in dextera eius ignea lex.

g *Deuter.* 33. 2.

143 Reſpondeo, manibus portare legem voluiſſe Deum ad docendum Prælatos, & ſuperiores, vt aſperitatem legis, & igneum rigorem ipſi ſentiant, applicentq; ſemetipſis pœnas, & labores, non ſubditis, quibus ſolum competit amor, vt eos ſcilicet igne Charitatis foueant, & protegant. Et quod hoc ita ſit aut eſſe debeat experientia patet: Si enim habeat aliquis ignem in manu: certum eſt (ſi non alter Frāciſcus à Paula Patriarcha noſter ſit) manum eius comburi. Sed qui prope ipſum eſt fruitur calore, & luce. Superior ergo ſi dare vult legem igneam, habeat in manu ſua ignem, patiatur ipſe legis rigorem, vrat propriam ſuam carnem, & illuminet ſubditos, eoſque calefaciat, foueatq; igne amoris. Sollicitudo enim, & cura, atque vigilantia, quibus die; noctuq; afficitur Paſtor, & Prælatus, quid ſunt, niſi ignis? & hæc patitur ad vtilitatem ſubditorum. Ideo Arias mōtanus legit. *A dextera eius ignis lex.* Differunt enim valde portare in manu legem igneam, & portare ignem, qui erat lex. Quoniam lex precepta continet, & conſilia ad vtilitatem, & doctrinam recipientium data, ſiue ſit ignea lex, ſiue aquea ſiue aerea, aut terrea: Verum ipſum ignis nomen rigorem innuit, & ardorem. Itaque ſi Prælatus ſibi ſubditiſque proficere optat; ferat in manu ignem, qui ſit lex;

Prælatus eodem legis igne ſe vrat, foueatq; ſubditos.

Digitized by Google

lex; transformet ſe in ignem amoris diuini, vt vitæ eius exemplo, quod docet, aut faciendum iubet, ſi: ſubditis lex ignea ideſt ſibi ſit lex rigoris, & ardoris, ſuam comburens manum: ſubditis vero lex ignea amoris ſcilicet, & miſericordiæ. Hanc doctrinam docuit mirabiliter Bernardus ſcribens ad Eugenium, eumque docens quomodo cognoſcere debeat, ſi recto corde in regendis populis procedat; & ait. h *Si te conſolãtem in tribulationibus tuis inueneris, condolentem in alienis, gaude. Recti cordis hoc. E' regione peruerſiſſimi ſi cum in proprijs deprehendaris fortaſſe in patiens, minime tamen in alienis compatiens ſentiaris.* Superior ergo, & paſtor ſeu prælatus erga ſe omni vtatur rigore, erga ſubditos vero amore vtatur, & miſericordia.

h Lib. de conſiderat.

144 Hæc faciat ſuperior, ſi velut Iacob dicere vult; *Arietes gregis tui non comedi.* Nam qui propriæ vtilitati, & non animarum ſaluti incumbit, oues comedit. Prælatos alloquor. Dicito mihi, obſecro, quid in prælaturis quæritis ſanctitatem, an vtilitatem? vtinam ambiretis prælaturas pro ſanctitate, non pro diuitijs; ſed vereor ne potius ad lucra, & commoda aſpiretis, quam ad propriam, & animarum ſibi commiſſarum ſalutem. Dicebat quidam in primo Regum. i *Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.* Vnam tantum partem cupiebat, ſed quæ pars iſta? facile eſt inueſtigare, quæ nam ſit. Supponendo duas eſſe partes Sacerdotis; quarum vna eſt cura animarum; altera vero eſt ſemetipſum ſuſtentare, non quæſiuit ille ambas partes Sacerdotis, ſed poſtremam, nimirum, vt paſceret ſe, non oues. Et huic ſimiles non pauci hodie repeciuntur, qui commoda propria ambientes volunt miniſtrari, non miniſtrare: quod optime inſinuauit Hugo Card. dicens: *Facto multi dicunt hodie dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis: officiũ ſacerdotale habet duas partes vna eſt cura animarum, altera eſt ſuſtẽtatio tẽporalium prima eſt principalis, ſecunda acceſſoria, ſed de acceſſorio fit hodie principale.* Sed væ illis, quia nomine, non re paſtores ſunt, paſcũtur ouibus, non paſcunt oues ſibi ipſis concreditas, & perfidioſe ſacerdotales partes commutant. *Dum* (vt ait Bernard.) k *plus ſubditorum vacuandis marſupijs, quã vitijs extirpandis inuigilant.*

i 1. Reg. cap. 2. 36.

Superiores nunc paſcuntur nõ paſcunt oues.

k Ser. 67. in Cant.

145 An autem hac macula notentur etiam aliqui Superiores Religionis? illi qui Religionis Crucem ferunt apertiſſime ſciunt; & hoc ſufficit. Etenim ſi dicerem cupiditate prorſus iniqua id fieri, commaculatus euaderem. Si dicerem inferiores ad officia anhelãtes cõtribuere maioribus, vt eos euehat, & illi medijs pecunijs ad maiora tendant, eſſet fortaſſe eos ſimoniacos facere, cum tam venditor, quam emptor, qui pecunia nundinantur Eccleſiaſticas dignitates, quæ ſunt dona Dei; Simoniaci dicantur. Taceam hoc, haud enim eſſet delere à religione, ſed potius inſerre maculam. Tantum dico, & obſecro, vt inſpitiantur multi conuentus hodie, & quam deteriorati ſint ab illo, quod antiquitus erant, inuenient; & quanta nunc patiantur religioſi in victu, & veſtitu, qui ex concionibus, vel aliunde non habent, clare experientur. Culpa Superiorum, qui non paſcunt, ſed paſcuntur, & ne deponantur inuigilant, vt in officijs ſugant medullitus quidquid poſſunt, vt ſibi proficiãt. & aliunde munera mittant, ſubditi autem videntes anguſtias præmiſſas, marſupium ſeruare curant, vt tempore neceſſitatis habeant, vnde ſubleuentur; ita multos ſe excuſaſſe audiui, ne contra votum paupertatis viuere arbitrentur, ſed væ nobis. O' Superiores culpa veſtra eſt, vos ſcitis, quam acerbè per hoc puniendi eſtis: ſatagite: ne comburamini.

146 Adeo, hæc fiunt in Mundo, vt de conſimilibus exclamet in communi Bernardus. *Quis ea intentione gradus Eccleſiaſticos, & miniſteria ſanctuarij quæris, vt ſine curis ſeculi in ſanctimonia cordis, & corporis accedat ad Dominum, & ſuam pariter, & proximorum operetur ſalutem orationis ſtudio deditus, & prædicationi.* Quis ait, quaſi raro, infrequenter, & perdifficile poſſit inueniri vnus, (ex illis qui eccleſiaſtica officia quærunt) qui ſanctitatem, ac propriam, & poximorum ſalutem operari velit: qui enim ad id tendunt non quærunt officia, ſed ſunt ad illa tãquam Aaron vocati. Cæteri vero, vt in plurimum qui alio tramite dignitates obtinuerunt non ſudore vultus, ſed gratulanter, & magna cordis lætitia Chriſti panem proprio eius ſanguine emptum, comedere ſtudent; abutentes miniſterio, & deditiquibus vis delicijs, & voluptatibus Mundi. *Si quis* (ait Bernardus) *eccleſiaſticos gradus eo quærit, aut tenet animo, vt huius vita habeat neceſſaria, euangelizat, vt manducet; & peruerſo nimis ordine cæleſtibus terrena mercatur.* Illi qui commoda propria ſectantur, auctoritati Pauli Apoſtoli adhærent, nimirum: l *Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altario deſeruiunt, cum altario participant.* Et nihilominus peruertunt ordinem, ſi primaria intentione victui neceſſaria ex ſacerdotio quærunt, quia emunt cæleſtibus temporalia. Et ſi male agunt quærentes neceſſaria in officijs, quid dicendum de anhelantibus ad ſuperflua, & ſuperabundantia, vt ijs ad ſuam ipſorum cupiditatem, & voluptatem abuti valeant? Concedit quidem Paulus, vt viuat de altario, qui altario inſeruit. Verum, vt docet Bernardus. *De altario non ſuperbiat, non luxurietur, non ampla palatia fabricet, nec loculos congreget, nec in vanitate diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos; aut nepotes (ne filias dicam) nuptui tradat. Patrimonia pauperum facultates Eccleſiarum, & ſacrilega eis crudelitate ſurripitur quidquid ſibi miniſtri, & diſpenſatores non vtique Domini, vel poſſeſſores vltra victum accipiunt, & veſtitum.*

Ambitioſus terrena cæleſtibus mercatur.

l 1. Cor. 9. 13.

147 De his meo videri conqueritur Deus ore Dauidis, dum ait. m *Quia comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt.* Sed quinam locus iſte, quis Iacob? quomodo hunc comederunt, & locum deſolauerunt? locus eſt Eccleſia, eſt religio, eſt ſanctuarium: per domum autem Iacob pauperes ſignificantur, de qui-

m Pſ. 78. 7.

n Pſ. 13. 4.

Mali prælati ſponſã ſpoliãt.

-bus alibi etiam dixit. n *Qui deuorant plebem meam, ſicut eſcam panis*. Ita auidè pauperum ſanguinem ſugunt, eorumque carnes comedunt, vt quaſi videantur ſe ijs cibis ingurgitare; ac ſi omnes pauperes eſſent fruſtrum panis, ita eos deglutiunt: *Auidè cupidè* (ponit Genebrardus) *quanta auiditate ſolet deuorari fruſtrum panis à famelicis*. De domo autem Iacob, & ſanctuario Dei. Chaldæus ait: *Quoniam diſſipauerunt domum Iacob, & domum ſanctuarij eius vaſtauerunt*. Tales paſtores, & prælati multi ita auidi, & famelici, ac cupidi, vt ſponſam ſibi ipſis concreditam ſpoliare, & dilaniare non deſinant. Teſtes mihi ſint multæ Eccleſiæ, quæ nudatæ paramentis, immunditijs pleræ, & fortaſſe in aliquibus partibus, quaſi dirutæ videntur (ſic data proportione de domibus, ſeu conuentibus religionis dicimus, & ſupra innuimus,) & tamen paſtores deliciosè comedunt, & pretioſis veſtibus ornantur dum libenti animo ſufferunt ſponſam videre nudatam. Vnde Bernardus inquit.

o Ser. 77. in Cant.

o *Si quempiam talium procedentem aſpexeris, ſponſum potius putabis, quam ſponſæ cuſtodem. Vnde eſt quod illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, & exanguis: propter hoc non eſt hoc tempore, ornare ſponſam, ſed ſpoliare, non eſt cuſtodire, ſed perdere, nõ eſt defendere, ſed exponere; non inſtituere, ſed proſtituere, non eſt paſcere gregem, ſed mactare, & deuorare*. Tandem diuino motus zelo cuidam Sacerdoti cupido, & auaro ironicè loquens, dixit: *Age ergo feſtina multiplicare præbendas; inde ad Archidiaconatum euola; demum aſpira ad Epiſcopatum; ne ibi quidem requiem habiturus, quoniam ſic itur ad aſtra*. Sed hæc ad ironiam ſpectantia relinquit, & ad rei veritatem veniens, dicit: *Quo progrederis miſer? an vt ab altiori gradu, ſit caſus grauior? neque enim ſic paulatim decides, ſed tanquam fulgur in impetu vehementi, quaſi alter ſatanas ſubito deijcieris*.

148 Perpendamus aliquantulum, quod Paulo ante diximus: nimirum: *Dimitte me obſecro ad partem vnam Sacerdotalem, &c.* Et videamus, quis ille ſit, qui ita loquitur. Vnus eſt ex filijs Heli. Et quid petit? petit quid valde parum, vt vix viuere poſſit. Sed ſi Heli erat ille ſummus Sacerdos ditiſſimus inter omnes alios ex Iſrael: (omnes enim tunc Sacerdotes diuites erant, quia plurima offerebantur ſacrificia, quorum maior, & præcipua pars ad Sacerdotes ſpectabat, vt videre eſt in aſſumptione Salomonis ad regnum, quando, vt gratus ſe redderet Deo, tantam obtulit victimarum copiam, vt dicat textus. p *Oues, & boues abſq; æſtimatione & numero*, & in fine capituli habetur obtuliſſe Salomonem: *bonum viginti duo millia, & ouium centum viginti duo millia*. Sacrificijs enim diteſcens, opulentus nimium erat, cur filius tanta inopia laborat, vt vix quærat, vnde viuere poſſit? vbi ſuæ domus opulentia? vt modo tantum quærat, partem vnam Sacerdotalem ad hoc, vt poſſit comedere buccellam panis? cauſam ſi quæras aliam nõ inuenies, niſi Dei offenſam. Primo enim, & principaliter Sacerdos pro ſuo peccato vitulum offerre, tenebatur: iuxta præceptum Domini dicentis. q *Si Sacerdos, qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum Domino*. Hæc autem quaſi non ſibi dicta, minima quædam offerebat, & veluti coactè Sacerdos ille ex progenie Heli, vt ſacri textus verba teſtantur. r *Futurum eſt autem, vt quicunq; remanſerit de domo tua, veniat, vt oretur pro eo, et offerat nummum argenteum, & tortam panis*. Et Deo ita diſponente factus egenus dicat: *Dimitte me obſecro ad vnam partem, &c.* Chaldæus vertit: *veniet ad humiliandum ſe illi, ad megha argenti, & buccellam panis* Et Clarius ſeptuag. *veniet ad adorandũ eũ in obolo argenti, & pane vno*. Iuſta vltio pro ijs, qui paſcũtur, nõ paſcunt oues.

Prælatus malus diues depauperatur.

p 3. Reg. 8.

q Leuit. 4. 3.

r Loc. cit. Reg.

149 Ad rem dubium optime mouit Rupertus Abbas, & ait. ſ *Quam ob cauſam de numero Iudicum tollitur Heli?* Dubitat Abbas, & non ſine ratione; nam in libro Iudicum facta numeratione eorum, qui iudicarunt Iſrael, nulla facta eſt mentio de Heli, non obſtante quod 40. annis iudicauerit populum. Reſpondet Idem abbas: *Nimirum propter contemptum verbi Domini, quia in diebus eius calce abijcere verbum Domini nimia fere omnium licentia fuit*. Non eſt meritus ergo inter alios iudices annumerari, qui ſolo Iudicis nomine fruebatur, factis minime. Imo ſacer textus negat fuiſſe Iudicem cum ſua negligentia conculcare fecerit nomen Dei dicens. t *In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnus quiſq; quod rectum ſibi videbatur hoc faciebat*. Ah Domine Deus, quam bene in aliquibus locis etiam intra religionem veritas hæc comprobatur, dum videntur non ſecundum regulam, ſed licentioſè viuere religioſi in eiſdem commorantes iuxta vniuſcuiuſque placitum. Sed quid mirum, ſi deeſt iudex, non adeſt Superior, qui regat, qui animo corrigat, qui viribus diſrumpat ſubditorum iniquitates.

ſ Lib. 4. de Vict. verbi cap. 10.

t Iudic. 21. 24.

150 Verum quomodo poterit Superior ille diſſoluere colligationes impietatis, ſi innoxius non eſt, ſed iiſdem, aut peioribus vinculis irretitus iacet; & timet ne ipſi dicatur. *Medice curate ipſum*. Aut quod per belle Seneca expreſſit, dicens. u *Inique publico iraſceris crimini, ſtulte tuo. Vt abſoluaris ignoſce*. Et alibi oſtendens nõ verbis, ſed factis eſſe gubernandum dixit. *Quid me poteſt adiuuare rector nauigij attonitus, & vomitans? non eſt loquendum, ſed gubernandum*. Si exiſtente naui in medio mari à contrarijs ventis impulſa, à fluctibus vſq; ad ſydera eleuata, & tandem quaſi in abyſſum deiecta, ac vndiq; vallata procellis, & periculoſe agitata: Rector tunc qui naui præeſt, inciperet ſententias euomere periucundas, & nauis curam negligeret: eſſet nauclerus nomine non factis, non eſt loquendum ſed gubernandum; alias Nauiculario tunc illa conuenirent prouerbia, quæ olim loquacibus appropriabant: Vt, *Verba impertat Hermidorus*; & *Verbis pugnant*. Neceſſaria quidem ſunt verba legis, tempore congruo ſubminiſtrata à Superioribus, vt corrigant, & reprehendant, ſed ſi eorum opera mala fuerint intole-

u Lib. 2. de benefic. cap. 28.

Superior malus reprehenditur ſi reprehendit.

Prælatus doctus ſi non eſt iuſtus verbis pugnat.

Digitized by Google

intolerabiles fient eiſq; competeut carmina Iuuenalis. Satyr. ſecunda, &c.

Quis tulerit Græcos de ſeditione querentes?
Quis Cælū terris non miſceat, & mare Cælo,
Si fur diſpliceat verri, homicida Miloni?

Et iure quidem nam, qui iuſtificare ſubditos prętendit, iuſtus ipſe eſſe debet, ne corrigendo correptus maneat, & ipſe. Hinc eſt quod Deus non doctrinæ ſuperiorum, & doctorum promiſit, aut commiſit efficaciam conuertendi peccatores, vt ſic: ſed doctrinæ hominis iuſti, vt teſtatur Iſaias dicens. x *In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos*, quis eſt ille, qui peccatores ſua doctrina, & ſcientia iuſtificat? ſeruus meus, qui eſt vere ſeruus Dei propterea dixit Paulus ad Romanos ſcribens. y *Vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans*. Et ad Timotheum ſcribens ait. a *Attende tibi, & doctrinæ inſta in illis. Hoc enim faciens, te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.* Ecce quomodo, vt proſit doctrina ſocianda eſt operibus. Alias eſſet audire, vt docuit Auguſtinus. b *Iouem tonantem, & adulterantem.* Sic eſſet quilibet ſuperior, quamuis doctus, ſi opere maculat, quod ore docuit: Tunc enim comparandus eſt ſepulchro dealbato, vt docuit D. Gregorius Nazianzenus (relatus à Sancto Anaſtaſio Niceni Epiſcopo) dicens: c *Non enim qui in verbis eſt ſapiens is eſt mihi ſapiens, neq; qui linguam habet volubilem, animam autem ineruditam, non ſecus atq; ſepulchra, & plurimum tegunt fœtorem: ſed qui pauca quidem loquitur de virtute, multa autem in ijs quæ operatur oſtendit, & per vitam efficit, vt fides adhibeatur verbis.*

x Cap. 53.
y 3. 26.
a 1. Ad Th. cap. 4.
b Lib. 1. confeſſ. cap. 13.
c In orat. de grādine relatus to. 6. 66. pp. q. 79.

151 Et ſi aliquis Superior dixerit, ſat illi eſſe, ſi doctrina ſua dirigat ſubditos, ad viam ſalutis, & ſi eueniat, vt illi conuertantur, & boni fiant, ſatisfeciſſe videtur officio ſuo, ſed errat primo, quia vni, verbis prodeſt, officit multis, malis ſuis operibus, ſecundo quia maiori pæna dignus eſt, ſi dum alijs proficit, ſibi officiat, ſi dum alios viuificat, ſe ipſum interimat. Narrat ſcriptura d quod quidam homines ſepelientes mortuum viderunt milites Moab, qui eo tempore bellum gerebant aduerſus Iſraelitas, & vt vitæ periculum euaderent. *Proiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſei. Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.* Ecce ad tactum Eliſei mortuus homo reſurgit, & mortuus remanet Eliſeus. Expendit hoc factum Bercorius e ait viuam fuiſſe imaginem prælatorum, & prædicatorum, qui doctrina, & monitionibus dant alteri vitam, qui mortuus iacebat in culpa mortali: ipſi autem miſere mortui remanent. *Eliſeus mortuus* (inquit ille) *ſignificat prædicatorem doctorem, aut correctorem mortuum; ideſt malum infamem, & iniquum, quia ſcilicet iſte tactu ſuo, ideſt correctione, vel reprehenſione verbali, vel reali alios mortuos, ideſt alios peccatores conuertendo ſuſcitat; ipſe vero à morte criminum non ſe leuat.* Et elegantius D. Gregorius eoſdem comparauit aquæ baptiſmi dicens. f *Cui ergo rei, cui ſimiles dixerim, niſi aqua baptiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum Cælorum mittit, & ipſa poſtea in cloacas deſcendit.* Res quidem digna lachrymis, ait Gregorius: *Ingrediuntur electi Sacerdotum manibus expiati Cæleſtem patriam, & Sacerdotes ipſi per viam reprobam ad inferni ſupplicia feſtinant.* Prælatus doctus viuificat ſubditum peccatorem, & ipſe à morte non reſurgit; quid miſerius? Pœnitens ad pedes confeſſoris proſtratus à peccatis abſoluitur, & Cælum petit; ipſe autem in peccatis iacet, quid intolerabilius?

d 4. Reg. 13. 21.
Infælix prælatus qui dum alijs proficit, ſibi officit.
e In Moralib. hic.
f Hom. 17. in Euang.

152 Ad rem, Peſſimo vlcere percuſſus Iob, ſedebat in ſterquilinio ad eum conſolandum venerunt amici, cumque illum vidiſſent, ita vlceribus plenum multa mœroris ſigna dederunt, nec audebant ei loqui, ſed poſt ſeptem dies ſilentij, ſibi ſuadere nequibant Deum ita grauiter tetigiſſe ad ſuam probandam patientiam, ſed eum flagellaſſe propter ſua peccata: & quia ex alia parte omnibus nota erat ſuæ ſanctitatis fama, & qualiter curam de alijs habebat; dixit Eliphaz Themanites. g *Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti: Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti. Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti.* Quaſi diceret: te eſſe vlceribus plenum, filijs orbatum, atque diuitijs; & derelictum ab omnibus mirum tibi non ſit, quando quidem iſta, & maiora ſupplicia pati meretur, qui præeſt alijs, qui eſt paſtor, corrector, aut prædicator, ſi proficiendo alijs, non ſibi proficit, ſi alios ducens ad Cælum; ipſe ad inferos deſcendit. Propterea, *Nunc venit ſuper te plaga.* Vlcera iſta, vermes, & fætor ſunt diuinæ iuſtitiæ miniſtri, à Deo miſſi, vt tuæ culpæ pœnas luas. Deridendus quidem eſt tāquam opprobrio dignus, qui dat alteri ſalutem, ægrotus ipſe remanens. Sic inquit Sanctus Petrus Damianus his verbis. h *Ridiculum eſt abrūtum de voragine marini fluctus eruere, & ipſe erector ſub vndoſis procellarum ſpumātium cumulis remaneat.*

g Cap. 4. 3.
Deridendus eſt qui dum alios liberat ſeipſum ſuffocat.
h Opuſcul. 13.

153 Aduertat inſuper Paſtor, & Prælatus rationem ſe redditurum de ouibus ſibi concreditis, ſicut Iacob ſe feciſſe teſtatur, dum Socero ait: *Omne damnum reddebam, quidquid furtim peribat à me exigebas.* Quod etiam docuit D. Paulus ſcribens ad Titum, i eumque monens ad officium ſacerdotale, & ad Epiſcopatum debere eligi; qui ſine crimine eſt: *Vnius vxoris vir, filios habens fideles non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos.* Vult ergo D. Paulus quod eligendus, ordinandus, habeat vnam vxorem, & filios fideles, & ſubditos; & aſſignat rationem, quia *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe.* Sed dices quid refert, quod ſint, aut non ſint filij fideles, & ſubditi; cum hoc quod Prælatus ſit ſine peccato? multum intereſt; nam voluit apertè docere, nequire Prælatum ſine culpa inueniri, ſi iniquos, & malos ſubditos habeat, nec Patrem à culpa immunem dicemus ſi ſcæleſtos filios alit, & nutrit: propterea dixit Hieronymus. k *Quaſi vitia filiorum parentibus imputentur, coniunctionem cauſalem interſerens, ait, oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe. Non eſt ergo ſine crimine Epiſcopus, cuius filius non fuerit ſubditus.* Hinc Petrus Bleſenſis l aduerſus Ric-

i Cap. 1. 6.
Subditorū vitia imputantur prælatis.
k In cap. 6. ad Epheſ.
l Epiſt 5.

char-

Digitized by Google

chardum Archiepiſcopum Cantuarien. ſui prædeceſſoris operibus apprimè cōtrararium (ſcilicet S. Thomæ martyris) Ille quidem diligentiſſimè ſæcularibus rebus vacans, minimè ſpiritualibus attendebat; contra quem inuehitur Petrus Bleſ. aitq; tuæ culpæ tribuitur, quod captiua ducta ſit arca; quod rubigo gladium Diui Petri conſumat: quod Malchus armis Chriſtū aggrediatur: Aſſur Ieremiam; & alia multa huius generis contra Ricchardum adducit. Tandem ait: *Putatis quod de commiſſis vobis animabus in diſtricto examine, non oporteat vos reddere rationem? propter hoc irritauit impius Deum dixit enim in corde ſuo non requiret. Sed requiret exactiſſimè vſque ad nouiſſimum quadrantem; & vereor ne tempeſtiuius, aut durius quam credere, aut timere velimus.*

154 Quam pauca fuerint peccata Dauidis, nemo ignorat, & ſi parum ſit in ſacra pagina verſatus: leguntur quidem ex vna parte delicta ab eo contra vriam commiſſa; ſed ex alia parte ſuæ vitæ integritas comprobatur. m *Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ excepto ſermone Vriæ Hethæi.* Et licet ab alijs alia, ei imponantur peccata, vel excuſari poſſunt, vel non ſunt ita grauia, & deformia, vt optimè diſcurrit Pineda. n Si ergo pauca fuerunt, quæ ipſe commiſit; cur plorans exclamat ſe innumerabilia commiſiſſe? *Circumdederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem, multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei:* o Reſpondet Euthimius loqui Dauidē more iuſtorum, qui ſibi ipſis attribuunt propria, & aliena peccata propter fidei vnitatem, & communionē. Sanctus Auguſtinus ait: *Quis numerat iniquitates alienas, & proprias? hoc eſt quis certo numero poteſt eas definire.* Et poſtea Dauidem introducit dicentem: *Parua erant noſtra imponuntur aliena.* Admitto totum hoc, ſed vlterius, & clarius addo, appellaſſe Dauidem innumerabilia ſua peccata, licet pauca commiſiſſe conſtet; quia vnum Regis peccatum in ſubditis imitantibus multiplicatur: quod ſi ſubditi, qui peccant malo Regis exemplo innumerabiles fuerint, innumera quoque erunt Regis peccata; & Rex fit reus omnium culparum, quæ ſuo exemplo in regno committuntur.

m 3. *Reg.* 15. 5.

n *Lib.* 1. *c.* 3. *de rebus Salom.*

o *Pſal.* 39. 13.

Iuſtus aliena peccata ſibi imputat.

155 Conſtat hæc veritas in ſacro textu: Peccauerant Iſraelitæ peccato fornicationis cum filiabus Moab, & earum capti amore, vt illæ imperauerant, etiam comederant, & Deos earum adorauerant: Quando ad iram prouocatus Dominus Deus vocauit ad ſe Moyſen, aitque illi: p *Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael.* Sunt, qui dicunt ly tolle, idem valere, ac cōgrega, & conſule; ideſt quod ex conuocatis, & congregatis Principibus conſilium caperet puniendi reos: Hi enim arbitrantur ſenſuale peccatum eſſe valde alienum, & Principum dignitati ac grauitati quaſi impoſſibile. Idque inter alios aſſeruit Oleaſter dicens: *Non eſt credibile viros ad regimen populi electos tale facinus perpetraſſe.* Nihilominus quia nulla ferè dignitas etiam quomodolibet ſublimis, eſt ita libera, & ſecura, vt vel aere hoc peſtifero tacta non ſit, vel nequeat tangi: nec gradus, ſeu ſtatus perſonarum aliquis reperiri poteſt non accenſus flammis ignei amoris laſciui. Ideo cum alijs dico etiam Principes in illud cecidiſſe peccatū & hinc eſt, eos in patibulis fuiſſe ſuſpenſos. Sed quærendum eſt, cur Principes morte damnantur pro tam leui peccato quod communiter, etſi læthalis culpa ſit, non punitur capitali pœna, & tamen ſuſpenduntur; cur? Reſpondeo illos iuſtè ſuſpenſos fuiſſe, non tam quia peccarunt, quàm quia negligentes extiterunt in cura ſubditorum; tenebantur enim impedire ne populus delinqueret. Sic D. Gregorius. q *Quid eſt* (inquiens) *quod populus in luxuriæ voraginem labitur, & in eorum præpoſitos vendicatur? Subditi delinquunt, & principes in patibulo ſuſpenduntur? Alius eſt qui peccat, alius ille qui vapulat? Vnde hoc? niſi quia culpa ſubditorum in præpoſitorum redundat opprobrium, & quod ab ouibus erratur, negligentiæ paſtoris adſcribitur.* Origines quoque ait. r *Populus peccat, & principes ſuſpenduntur pro populo enim coguntur principes reddere rationem, ne forte non docuerint, non monuerint, non ſollicitè arguerint eos, qui primum peccauerunt. Hæc ſi cogitarent homines principatus non ambirent.*

p *Num.* 25. 4.

Princeps nō creditur peccato luxuria inquinari.

q *Lib.* 4. *Ep.* 15. *expendens locum.*

Subditorū culpa eſt Prælatis pœna grauior.

r *Ho.* 20.

156 Peſſimi ergo ſunt illi Superiores, & Prælati, quorum doctrina, & ſi ſancta ſit: ita illam ſuis commaculant prauis moribus, vt videantur tot Harpyiæ, quas deſcribens Virgilius dixit. ſ

Triſtius haud illis monſtrū, nec ſæuior vlla.
Peſtis, & ira Deum ſtygijs ſeſe extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima vētris,
Proluuies; vncaque manus, & pallida sēper,
Ora fame.

ſ 3. *Æneid.*

Alij eas vocāt rapaces Dæmones. Et verè Harpijs iſtis ſimilātur Prælati illi, qui ſæui ſunt, & crudeles dū faciē virgineā, quaſi ſanctā oſtēdunt, aut pallidam fœdiſſima ſcilicet hyppocriſi obfucatam exhibentes intus ita peſtem ſeruant, vt per peſtifera opera foris exhibita, occidant ſubditos, alioſque aſtantes, quibus euenire ſolet ferè idem, quod eueniſſe Troianis narrat idem Virgilius eodē loco. Illi enim Strophadum inſularum portum ingreſſi, gregum, & armentorum copiam viderunt, & dum per agros incedentes boues, & capræ ſine Paſtore conſpexiſſent, eas aggreſſi ſunt, & armis interfecerūt multitudinem ex illis, quarū carnes iam decoctæ paratis omnibus iuxta morem, comederunt: Mox tamen horrendo impetu, ecce de montibus Harpiæ ſuper iam paratas menſas auolantes, concuſſiſque alis omnia fœdabant, cibos furabantur, & fętore omnia implebant. Vnde Virg. 3. Æneid.

Harpiæ dicuntur mali Prælati.

At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpiæ, et magnis quatiūt clāgoribus alas.
Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant
Immūdo: tū vox tetrū dira inter odorē, &c.
Celerique fuga ſub ſydera lapſæ

Se-

Digitized by Google

Semeſam predã, & veſtigia fœda relinquũt.
Tales Harpyias arbitror eſſe Prælatos illos, qui puriſſimam cæleſtis doctrinæ aquam bibunt; ſed fœtida eorum vita illam commaculantes ſubditis communicant: nudo, & puriſſimo verbi diuini cibo veſcuntur; & pedibus prauorum affectuum, ac operum ſuorum, conculcatum alijs præbent in cibum. Quapropter Ezechielis ore cõqueritur Deus, dicens: t *Nonne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci? inſuper reliquias paſcuarum veſtrarum cõculcaſtis pedibus veſtris: & cum puriſſimã aquam biberetis, reliquum pedibus veſtris turbabatis.*

t Cap. 34. 18.

CAPVT XIII.

Proſequitur excurſus docens veram Paſtoris vigilantiam.

157 Die, noctuque æſtu vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. u Dicebat Iacob ſocero ſuo Labano, tanquam verus ouium paſtor. Nam ſicut nullus paſtor ouium ſine canibus reperitur; omnis enim quiſquis ſit ſaltem vnum canem habere conatur, vt vigilet diligenter, ne veniant lupi ad deuorandum gregem. At ſi canes muti forẽt, quid iuuarent? ſi furem latratibus non indicarent, paſtoremque non appellarent ad defendẽdas oues; vtique canum culpa morerentur oues. Hoc idem de animarum paſtore dicendum eſt, ſi cum viderit lupum infernalem circuientem, vt quærat, quem deuoret, non latrat, non vigilat, non reprehendit &c. etenim hæc ſumma miſeria eſt, & de iſtis Paſtoribus Prælatis loquitur Deus per Iſaiam dicens. x *Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare.* Malè enim ponuntur in ſpecula ſpeculatores, qui cæci ſunt? & peſſimi ſunt illi canes, qui latrare neſciunt, cum nequeant cuſtodire gregem. *Heu Prælate* (ait Ambroſius) y *Vnde & tu diſce vocem tuam exercere pro Chriſto, quãdo ouile Eccleſiæ incurſant lupi graues. Diſce in ore tuo vocem tenere, ne quaſi mutus canis commiſſam tibi cuſtodiam fidei, quodam præuaricationis ſilentio deſeruiſſe videaris.* Infælix ergo prælatus ſi veluti mutus canis non inuigilat, aut tacet.

u Cap. 31. 40.

Vigilantia paſtoris.

x Cap. 56. 10.

y Lib. 6. exam. cap. 4.

158 Communis eſt, & ore omnium perlatus textus ille Pauli. a *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.* Teneri ſubditos obedire Prælatis docuit Paulus, & rationem reddens, propoſuit curam prælatorum, dicens: *Ipſi enim peruigilant, quaſi rationẽ pro animabus veſtris reddituri.* Notandum eſt illud verbum (peruigilant) eſt enim vigilantia talis, quæ ſecum affert obligationem reddẽdi rationem de animabus noſtris: inquit ibi Chryſoſtomus: *Quid dicis, vigilat? imminet periculum eius capiti, ſubijcitur pænis tuorum peccatorum, & propter te eſt tanto obnoxius timori.* Si ergo aliorum peccatorum pænis ſubijcitur Prælatus, & ijs addatur pæna, quam pro ſuis culpis meretur quàm magna exinde pæna reſultabit? Cariſſime frater te ſaluum fieri, mirum eſt, non quia Paſtores, Rectores, & Prælati nequeant ſaluari, ſed quia ſaluari quid mirum videtur: ſic loquitur Chryſoſtomus dicens: b *Miror an fieri poſſit, vt aliquis ex Rectoribus ſit ſaluus, cum videas poſt minas, & præſentem ſocordiam aliquos adhuc occurrentes, & ſe conijcientes in tantam molem rectionis, & adminiſtrationis.* Grande malum, ſed vnde hoc? non aliunde, niſi ex eo, quia non inuigilant.

a Ad Hebr. cap. 13. 17.

Prælatorũ pæna ſi non vigilant.

b Apud Ber. ed. i. ſt. ſuper locũ.

159 Cum quis (cariſſimi fratres) dormit oculos claudit, totumque corpus quieſcit. Myſticum Chriſti corpus Sancta Eccleſia eſt; cuius corporis oculi Prælati omnes ſunt, qui ſi dormiunt, & iter ad Cælum doctrina, & moribus non docent, totum quoque corpus dormire faciunt: & tunc ille, qui perfidè vigilat ſcilicet Diabolus, quos dormientes inuenerit impietatis gladio iugulat, & in perditionem ducit. *Cum autem dormirent homines* (dixit Chriſtus) c *venit inimicus homo, & ſuperſeminauit Zizania in medio tritici.* Homines qui dormiebant paſtores erant animarum; & ſuper ſemen cæleſtis doctrinæ, aut malæ doctrinæ, aut illorum peſſimæ vitæ ſuperſeminauit Zizania. Et cap. 28. eiuſdem Matt. dixerunt Iudæi militibus, qui cuſtodiebant ſepulchrum Chriſti: *Dicite quia diſcipuli eius, nocte venerunt & furati ſunt eum nobis dormientibus.* Vbi Ambroſius ait: d *Spiritualiter intelligitur, quia Chriſtum omnes dormientes perdunt.* Paſtores ergo, & Prælati, qui non vigilant, & dormiẽtes ipſi dormire alios permittũt; Chriſtum inuenire nequeunt. Et faxit Deus ne plures ſint, qui perdunt Chriſtum, quam qui inueniunt. Et ſi mihi non creditis, credite D. Chryſoſtomo qui pro certo id habere oſtendit, dicens: e *Non temere dico. ſed vt affectus ſum, & ſentio, non arbitror inter Sacerdotes multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multo plures, qui pereant.*

c Matt. 13. 25.

Dormientes Prælati dormiunt ſubditi.

d Ser. 15.

e Hom. 3. in act. Apoſtol.

160 Vigilandum ergo eſt, vt doctrina, & ſanctitate vitæ prælatorum non moriantur oues, ſed ſi Diaboli aſtutia in peccatum labuntur ſubditi, curent viribus, & poſſe, vt ad Chriſtũ quàm primum redeant: quod vt faciant memores ſint, prælatum ſimilem eſſe ſigillo in quo vltra ſtigmata principes quæ impreſſa in eo conſpiciuntur, obſignati etiam videntur quidam caracteres indicantes id quod continet ſigillum. Prælatus ergo ſit ſigillum, oues ſibi concreditæ ſunt cera; ſtigma eſt dignitas; caracteres ſunt virtutes, quæ in paſtore eminere debent, eaſq; imprimere in ſubditis, tanquam in cera. Aggæum Prophetã alloquens Deus, dixit. f *Loquere ad Zorobabel ducem Iuda dicens &c In die illa dicit Dominus exercituum aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus dicit Dominus: & ponam te quaſi ſignaculum quia te elegi, dicit Dominus exercituum.* Verbum hebræum *Chotam*, quod à Chatam deducitur, & obſignare ſignificat. A Syro interpetratur *Sigillum*; ab Arabico *Anulus*. Chaldæus legit *Sculpturam anuli*; alij verò, *anulum ſignatorium*, quem gerit ſemper in digito Princeps.

Prælatus eſt veluti ſigillum.

f Cap. 2. 24.

161 Vt autẽ ſacer hic textus intelligatur, ſuponen-

ponendum eſt Aggæum alluſiſſe ad id, quod prædixit Ieremias g quando ex præcepto Dei loquebatur contra Iechoniam Regem Iuda, inquiens: *Viuo ego dicit Dominus; quia ſi fuerit Iechonias filius Ioacim Regis Iuda anulus in manu dextera mea inde euellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam ſuam, & in manu quorum tu formidas faciem, et in manu Nabuchodonoſor*. Quaſi diceret, etiam ſi mihi ita carus eſſet Iechonias, quaſi gemmatus anulus, ſeu ſignatorius, qui ſemper in digito fertur, vt fuerat Ioſias genitor eius, ac Dauid Ioſaphat, & Ezechias proaui eiuſdem Iechonię tamen propter eius peccata euellam eum ex digito, & in Babyloniam proijciam captiuũ, & imperio Nabuchodonoſor ſubiectum. His præmiſſis ſciendũ eſt Iechoniam fuiſſe Zorobabelis auum, vt teſtatur Matth. c. 1. dicens: *Iechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel*. Et quod abſtulit ab auo propter impietates, & iniquitates ſuas dat nunc nepoti benè merenti. Et facit, vt quemadmodum Iſaias dux fuerat Iſraelitarum qui captiui in Babyloniam ducti fuere: Ita Zorobabel anulus Dei iam factus, dux conſtitutus eſt eorum, qui regreſſi ſunt de captiuitate in Ieruſalem mediantibus eius pietate, & virtutibus, quaſi caracteribus anulum ſignatorium circumdantibus.

g Cap. 22. 24.

162 Qui ergo electus eſt à Deo in ducem populi ſui, debet omni cura attendere vt à ſeruitute diaboli ad Chriſtum reuertantur ſubditi, & ad Ieruſalem, & verã religionẽ ſe transferant, quia obſignare tenetur, tanquam anulus ſignatorius cæleſtia præcepta, & virtutes in ſubditorum pectoribus. Sic ait Vgo Carenſis, dicens: h *Prælatus debet eſſe anulus alios ſigillando exemplo ſuo, & debet eſſe rotundus per æternorum contemplationem*.

h In c. 22. Ieremiæ.

Sed quæres, cuius nam materiæ erit anulus iſte ſignatorius, ſeu ſigillum? adamantinę Materiæ eſſe debere certò ſcias. Et quare dices? quia ex Adamante ſi fiat ſigillũ ſuper quamlibet materiam æneam, vel ferream, aliamq; quamuis duriſſimam impreſſionem facit, at adamas propter eius incredibilem duritiem, nullaque vi domabilem, quodlibet ſigillum, ex quauis dura materia elaboratum ſpernit, & impreſſionem non recipit. Adamanti ergo ſimiles eſſe debent, qui paſtores ſunt animarum. Audiant ad hoc intentum, quod ſcribit D. Petrus Damianus i dicens: *Quia dilectiſſimi non modo Sacerdotes, ſed & Sacerdotum vos decet eſſe magiſtros neceſſe eſt, vt vita veſtra, quædam ſit linea, & veluti adamantis ſignaculum, quod viuendi cæteris adhibeat formam &c. Adamantinum quippe ſigillum ſuam cæteris imprimit, à nullis verò metallis imaginem ſumit*.

Prælatus ſit Anulus adamãtinus.

i Lib. 2. Epiſt. 1. ad Calcem.

163 E contra verò ſanctitatem imprimere nequit, qui ſanctitatem non habet. Et vereor ne hodie dicere valeam cuicunque Prælato, qui ſibi commiſſæ curæ animarum non inuigilat, quod dixit Zoſimo præsbitero S. Iſidorus Peluſiota. k *Quonam pacto alijs ſanctitatem impertis profanus ipſe, ac nefarius? quomodo alios purgas, qui impurus es?* Aliorũ enim maculas non purgat, ſed impura Paſtoris vita ſubditos maculat: vt Baſiliſcus (quem dicunt viſu, & afflatu occidere) virulentam ſagittam ab oculis emittens non cum aſpicit, ſed cum aſpicitur, necat videntes; vti Auguſtinus dixit. l *Qui in conſpectu populi malè viuit, quantum in ſe eſt, omnes ſe videntes interficit*. Vtinam hoc non ſit, nec ſæpe eueniat; ſed vigilantes omnes paſtores ſint operibus, & doctrina, vt circundati in hac vita luce diuinæ gratiæ, fruantur poſtea corona gloriæ; Cuius ſymbolum fuit, quod de paſtoribus ſuper gregem vigilantibus tempore Natiuitatis Chriſti narrat Lucas Euangeliſta dicens: m *Claritas Dei circumfulſit illos. Et merito quidem* (ait Beda) *paſtores vigilantes bene Claritas Dei circumfulget, quia illi præ cæteris videre ſublimia merentur, qui fidelibus gregibus præeſſe ſollicitè ſciunt; dumq; ipſi piè ſuper gregem vigilant diuina ſuper eos gratia largius coruſcat*.

k Lib. 2. Epiſt 65.

Prælatus malus occidit oues.

l Lib. de Paſtore.

m Cap. 2.

164 Hic tamen vigilantiam laudamus, ſed nõ illam, qua quidã indiſcreti Superiores aduerſus ſubditos inuehuntur, & quodam impetu correctionis qualibet minima cauſa in illos feruntur; aut ficta ſanctitate, & propria hypocriſi mori Religionem reformare, ſeu in aliam meliorem formam redigere fingũt dominandi ſpiritu: Vtrumque enim aut malum aut periculoſum eſt. Primum quia ſuauitas in dicendo eſt apprimè neceſſaria; quod & Gentiles nouerunt, dum arte medica vtebantur ad alios corrigendos, medici enim, vt ſalutem ægris conferant pueris dulcedine mellis amara miſcent. Vnde Lucretius lib. 4. dixit.

Correctio nõ ſit aſpera ſed ſuauis.

Nam veluti pueris abſynthia tetra medentes
Cum dare conãtur prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flauoq; liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus interea perpotet amarum
Abſynthi laticem, deceptaq; non capiatur,
Sed potius tali tactu recreata valeſcat.

Quod melius, & elegantius expreſſit Sanctus Baſilius dicens: n *Is enim* (ſcilicet Medicus) *pharmacum oblaturus auſteriuſculum quidem auerſanti cibos, nec probè concoquenti ſubinde oras calicis prælinit melle*. Et deridens hoc idem aptè ſcripſit Horatius lib. 1. Satyr. 1. dicens.

n Hom. in Pſal. 1.

Ridentem dicere verum
Quid vetat? vt pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint, vt diſcere prima.

Quibus verbis docet; grauia poſſe enarrari riſu, ideſt ſuauiter, & verè, vt ad diſcẽdum trahunt pueros aliquando, ludi magiſtri cruſtulis, dulciarijs ſcilicet quibuſdam cibis, quibus illi delectantur, ita ipſe lectorem allicit ad legendũ carmina quibus lector mærore afficitur, aut vulneratur: Nec aliter prælatus efficere debet ſi ſubditos docere non exaſperare cupit. *Magna prædicationis arte agẽdum eſt* (inquit Gregorius) o *vt qui ex aperta correctione deteriores fiunt, quodam temperamento correctionis ad ſalutem redeant*.

o Lib. 3. mor. cap. 3.

165 Secundum verò, ideſt religionem reformare, periculoſum dixi, quia ſi verè non eſt ex motione Spiritus Sancti, ſed fiat ex ſpiritu domi-

domi-

Digitized by Google

Religionē reformare difficile opus.

dominandi periculū affert ſubditis rebellionis aut conſpirationis in prælatos,quos ambitionis cauſa moueri agnoſcūt; etenim quod ardenter ambiunt conſequi cum nequeant,ſanctitatem fingunt,& reformare intentant;non obſtante, quod nihil difficilius ſit, quam prauos reformare mores, & affectus humanos ac inobſeruantiam alicuius ſtatuti (maxime ſi mortale peccatum non adeſt) conuerſos, præcipuè in hominibus doctis, ad obſeruantiam reducere. Vnde Plinius ſuo Traiano dixit in panegirico: *Quod natura difficillimum eſt emendaſti volentes.*

166 Sed pateat veritas hæc ſcripturis. Inuitat Chriſtus Dominus ad ſuum edendum corpus, & bibendum ſanguinem, & ait. p *Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex eo omnes.* Nunc vellem ſcire, quare oportuit omnes comedere,& bibere corpus, & ſanguinem Chriſti? ſufficere debuerat vnum tantum comedere, quia ſolus Adam pomum comedit, & ſua culpa totam inficiauit naturam. Si ergo ad delictum quo natura maculata eſt ſatis fuit vnus homo, cur ad gratiam, quæ naturam purgat, non ſufficit vnus, ſed omnes comedere tenentur? ratio eſt, quia Adam ſuo eſu maculauit naturam, quam deprauatam eſu corporis Chriſti reformandam fore ſcimus,ſed quia eſt ita difficile eam reformare, omnes oportet comedere, vt omnes reforment, quod vnus Adam deformauit, fœdauitque. Sic docuit Ambroſius dicens. q *Ille* (ſcilicet Dæmon) *cibo fraudis decepit vnum, vt in vno omnes circumueniret: Ieſus autem cibo ſalutis omnes redemit, vt in omnibus, & illum, qui deceptus fuerat, reformaret.* Vt tranſgrediatur præceptum cuilibet facile eſt, ſed difficile valde eſt, vt reformetur conſuetudo praua. Vnius peccato multi fœdantur; & gratia ab omnibus recepta ſeu à multis vnum ſolum reformari ſperamus.

p Matth. c.26. v.26. & 27.

q in Pſ.1.

Reformator quaſi Deus eſſe debet.

167 Cum Romanis diſputare intendens Tertullianus,quando totius Mundi imperio fruebātur. Religionis arbitri violēter effecti;eoſq; docere volens. Chriſtum verum Deum eſſe, efficaci eius doctrina id fecit euidenter, dicēs: eſt ne potens Chriſtus ad reformandam hominum vitam? ita reſpondebis; ergo eſt verus Deus, quia ita difficile eſt mores reformare, vt neceſſaria ſit Dei potentia. *Quærite ergo* (ait ille) r *ſi vera eſt ita diuinitas Chriſti; ſi ea eſt, qua cognita quis reformatur, ſequitur, vt falſa renuncietur, comperta imprimis illa.* Ecce quam eminens in ſanctitate eſſe debet reformator morum, vt potentiam Dei exinde habere præſumatur,& ſit quaſi Deus, nam ex vi reformandi diuinitas agnoſcebatur Chriſti.

r in Apolog.cap.21.

168 Diſceſſurus Chriſtus de hoc Mundo ad Patrem, promiſit diſcipulis ſuis ſe miſſurum Spiritum Sanctum nouo additamēto doctrinæ,vt perfecte ab illo totam Cæli ſapientiam addiſcant dicens. ſ *Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & ſugget et vobis omnia.* Mirabile monitum. Nam ſi verbum docuerat iam Apoſtolos omnia, ad quid oportuit alterius magiſtri aduentus. Si Verbum incarnatum fuit ſatis ad mundum redimendum, cur non erit ſatis ad illummet docendum? Mirum non ſit,ait Tertullianus, nam licet Chriſtus abſolute ſufficiēs fuerit;nihilominus venturus eſt Spiritus Sanctus ad reformādos errores intellectus; per quod ſignificare volens Deus, quam difficile ſit mundum reformare, quaſi non ſufficeret verbum, mittit Spiritum Sanctum ad illum perficiendum. Omnino ſufficit verbum, ſed nihilominus ad reformandum quaſi expoſcit auxilium à Spiritu Sācto. Audiant Tertullianum. t *Quæ eſt ergo paracliti adminiſtratio; niſi hæc, quod diſciplina dirigitur, quod ſcripturæ reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur?* Igitur difficillima res eſt aliorum mores reformare, & magni laboris opus.

ſ Ioan.c.4. 25.26.

Solus Spiritus S. reformat verè.

t De veland.Virg. c. 1.

169 Vnde reformator ad reformandum accinctus, ſe quaſi miles armet,& bellicis armis ad tale bellum incedat, nam oportet, & ſcuto potenti ſe defendere, & telis, aliiſque armis difficultates enodare, & diſrumpere; propterea de correctoribus, & reformatoribus loquens Demoſthenes dixit. u *Bellum gerimus, non aliter atq; Barbari pugiles.* Et Mamertinus eloquentiſſimus orator. Iulianum inuictum bellatorem commendauit, vtpote qui æſtate armis ſubiugabat hoſtes, & hieme ciuium mores, non minori pugna corrigebat, & reformabat. Et ſic ſententiosè dicebat. x *Æſtates omnes in caſtris, hyemes in tribunalibus degis. Ita tibi anni ſpatia diuiſa ſunt, vt aut Barbaros domites, aut vt ciuibus iura reſtituas: perpetuum profeſſus aut contra hoſtes, aut contra vitia, certamen.* Apophthegma, quidem mirabile: pariter bellum geritur contra hoſtes, & contra vitia.

u Phil.1.

Armatus ad reformandum incedat.

x in panegir.

170 Concionabatur præcurſor Chriſti Ioannes, vt legitur apud Lucam Euangeliſtam,& ex omni ſtatu ad eum audiendum confluentes humiliter modum petebant conſequendi ſalutem, & inter alios, ait Lucas. a *Interrogabant eum, & milites, dicentes: Quid faciemus, & nos.* Quærit inde Auguſtinus, qui ſint illi, qui tale conſilium petunt? Sed dices fruſtra hoc quæritur, nam textus clare loquitur eos fuiſſe milites; ſed quos milites intelligit, an forte illos tantum qui in aperto Martis campo militiam exercent? minime quidem; nam illi quoque milites dicuntur, qui reformandi mores anſam ſumunt. Vnde quilibet corrector in republica, aut communitate exiſtens, ſi vt tenetur, vigilantiæ incumbit, & ſtatuta obſeruare procurat, miles dicitur non enim minori bello, quam, qui contra hoſtes, belligerat. *Non tantum de iis militantibus,* (inquit Auguſtinus) b *qui armata militia detinentur, ſed, & quiſquis militia ſuæ cingulo vtitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur. Atq; ideo hæc ſententia poteſt dici de Rectoribus,&c.* inermis ergo non eat ad reformandum.

a Luc.c.3. 14.

Miles eſt qui reformat.

b Sermon 19. de verbis Dom.

171 Correctio, & reformatio inuictum exquirunt animum in Correctore ſeu reforma-

N tore,

tore. Cur Ieruſalem non petis dicebant Chri-
ſto fratres eius? quaſi magni feciſſent opera,
& prodigia Domini, odium autem ſeruabant
in corde. Quis enim potentiam ſuam, ſi vera
eſt abſcondit? ergo ſi tantam vim ſupra natu-
ram habes, manifeſta teipſum omnibus.
.7.3.4. c *Tranſi hinc, & vade in Iudæã, vt diſcipuli
tui videant opera quæ tu facis. Nemo quippe in
occulto quid facit. Si hæc facis manifeſta teipſũ
Mundo.* His verbis ignominia Chriſtum af-
ficere volebant; vt docet Chryſoſtomus di-
d In Cath. D. Thom. cens. d *Multæ autem amaritudinis erant,
quæ dicebantur, quia de formidine eum notant.*
Quibus verbis à Chriſto Domino auditis. Re-
ſpondit. *Non potest mundus odiſſe vos: Me
Magnanimitate indiget. autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de
illo, quod opera eius mala ſunt.* Mirabilis re-
ſponſio mundus eum odit, quia defectus eius
reprehendit; ſed non videtur ad rem: nam
dum fratres illum de puſillanimitate arguunt;
tunc iactat ſe eo quod Ieruſalem obiurgat, &
increpat: debuerat in eos armari, & oſtende-
re ſe armipotentem eſſe ad oſtendendum eos
mentiri, imponendo illi talem formidinem;
& tamen non fecit ſed tantum ſe verum repre-
henſorem oſtendidit. Quæ connexio vnius
ad alterum? Vnum certe, & idem eſt, vt opti-
me inquit Theodoretus, ideoq; vt ſuam poten-
tiam defenderet, ad hoc recurrit, nec aliud o-
portuit excogitare, niſi quia increpabat alio-
rum ſcelera; cum impoſſibile ſit magnanimi-
tate carere, qui palam alijs dicere poteſt cul-
pas, quas commiſerant: plurimum enim va-
lorem oſtendit, qui aliorum vitia reprehendit,
e In Cath. D. Thom. & mores reformat. audiant Theodoretum
e *Contra id de quo illi arguebant aliud inducit.
Contra formidinem quidem dicit, quod opera
mundi redarguit: id eſt opera eorum, qui mun-
dana ſapiunt. Quod non faceret ſi eſſet formi-
doloſus.* Magnanimus eſſe debet Corrector,
& reformator, & armipotens tanquam miles
ad belligerandum.

172 Nec ſolam diuinam potentiam habere de-
bet reformator, vt veluti alter Deus ſit, qui
aliorum mores reformare conatur: ſed ſi ſua
non intereſt ex officio, id facere non præſu-
mat; nam reformare alios ſupra quos ius non
habet, ſtultitia maxima eſt, nec paruam ex ſub-
ditorum reſiſtentia experietur repulſam; nemo
enim à non habente poteſtatem reprehendi
patitur; nec patienter fert aliquis reformari
ab ambitioſo, qui cum meritis nequeat digni-
tatem conſequi, quam cupit ardenter; ficta
ſanctitate hac via reformandi religionem, ad
Poteſtas in reformatore requiritur. illam obtinendam aſpirat. Multa quidem ſu-
ſtinuit mala, & patienter ſanctus Iob, nun-
quã tamẽ, vt conquereretur aperuit os ſuũ, ſed
ingredientes amici ad eum inuiſendum, conſo-
latoris officio minime fungentes, non minue-
bant dolorem, & mœrorem, ſed augebant: di-
centes, merito affligi ipſum à Deo, quia ſuis
grauibus culpis Deum offenderat. Tunc quaſi
impatiens, non ira, aut indignatione motus,
f Iob.c.19. 22. ſed iuſtè quæritans dicebat. f *Quare perſequi-
mini me, ſicut Deus, & carnibus meis ſatura-
mini?* Notandum eſt illud verbum, ſicut Deus,
nam inſtar Dei perſequi videbantur Iobum.
Heu quantus dolor: Num forte amici aduer-
tentia ſufferenda non eſt? aut ſola Dei repre-
henſio, & non amici recipienda eſt? forte quia
dum Deus vulnus infligit leuius eſt, & vul-
nerans medetur? Vere ita eſt, quoniam dum
flagella è manu Domini exeunt, patienter ſuf-
ferenda ſunt, quia vniuerſorum Dominus eſt.
Cæteri vero homines ius puniendi, aut me re-
prehendendi non habentes, ſi præſumptuoſe
id faciunt ſufferendi non ſunt. Sic explicat tex-
tum doctiſſimus Santius dicens: *Hoſtiles in
me proferetis aculeos, & eo quo Deus ſtudio, atq;
conatu laceratis. Quaſi vobis in me libeat, quod
licuit Deo.* Flagellis continuo me Deus affi-
ciat, atque vulnerari non deſinat, nam ego nec
labia mouere audebo; verum ſi alter me re-
prehendit, ius reprehendendi non habens, Cæ-
lum vocibus penetrabo, & quæritans clamabo
contra reprehenſorem, cum maxime doleat
hoc, quod eſt reprehendi à non habente pote-
ſtatem.

173 Item confirmat hoc idem ſanctus Iob,
dum ait. g *In turbine enim conteret me, &* g cap.9.17
*multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa.
Non concedit requieſcere ſpiritum meum, &
implet me amaritudinibus, ſi fortitudo quæritur
robuſtiſſimus eſt, ſi æquitas iudicij, nemo audet
pro me teſtimonium dicere.* Multa patior, nec
conquerendi cauſam habeo, ait Iob: nam qui
flagellat, & vulnerat potens eſt, & iuſtus, &
ius habet flagellandi, & vulnerandi. Ergo ne-
quit ſaltem Iob tormentum quærelis exprime-
re? Eſt ne Deus ita inſupportabilis in regen-
do, vt Iobum non ſinat querulum leuare dolo-
rem? Abſit. Sed cum vulnerans ſit Deus, qui
vitæ, & mortis imperium habet, conqueri non
audeo: me enim punit, & increpat, qui poteſt,
& patienter fero: qui autem increpat ius in-
crepandi non habens impatientiam generat in
nobis. Innuit hoc D. Gregorius dicens. h *Vir* h lib.9.moral.c.12.
*ſanctus impletum ſe amaritudinibus aſſerit; ſed
inter hæc mitigat vim doloris conſiderata æqui-
tas, & potentia ferientis.*

174 Tandem pateat hæc veritas ex teſtimonio
Dauidis i introducit enim æternum Patrem i Pſal.2.7.
filium ſuum alloquentem; aitque. *Dominus
dixit ad me Filius meus es tu; Ego hodie genui
te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes, &c. Reges
eos in virga ferrea, & tanquam vas, figuli con-
fringes eos.* Mirabilis locutio, & prima facie
quaſi impoſſibilis videtur; quomodo enim poſ-
ſibile fuiſſe creditur, quod Deus filio ſuo con-
fringendi, & lacerandi ſubditos poteſtatem de-
derit, quaſi eſſet figulus vaſa confringens? Mi-
rum nõ ſit Reſpondet ſanctus Ildelfonſus nam
ibi docere voluit verum dominandi ius quale
ſit in filio confringendi ſcilicet ſubditos, non
crudelitatis motiuo, vt ſæpe faciunt homines;
ſed amore, & iuſtitia, vt & Principes facere
poſſunt; non alij qui dominium non habent.
Nulli alteri (ait Ildelfonſus) *hominum dedit
hæreditatem ſuam gentes habere quos regeret in
virga ferrea, & quos contereret veluti vaſa lu-
tea figuli, non humani exempli edicto ſed proprijs
iure dominij.* Ex his patet quam difficile opus
ſit reformare aliorum mores, & quam male
reformare præſumant, qui dum meritis ad di-
gnita-

Digitized by Google

gnitates peruenire nequeunt, ſub ouina pelle ſe non eſſe lupos ſinguut, vſque quo alijs præferantur, qui ſubditi adhuc eſſe neſciunt. Et ſaltem, vt noſtris temporibus experientia docuit, ſub tali prætextu, & quaſi ſancti apparenter, promoti fuere aliqui, ambientes reformare ſeu potius hac via dominati anhelantes, ſed quia ſanctiſſimus Patriarcha Franciſcus de Paula, ita diuino ſpiritu regulam ſuam fundauit mitem, & ſuauem, vt reformatione non egeat; obſtitit è Cælo ſemper, nè ambitionis cauſa reformatores fierent; alias, vt credimus, effectum habuiſſent mediante diuina gratia, ſi bono ſpiritu id tentaſſent. Parcas mihi quæſo, lector, ſi ab incepto aliquantulum diſceſſi, ſed gaudens; nam digreſſio iſta, qua excurri per tot excurſus, non parum delectabit legentem, tum quia ad concionandum deſeruiunt; tum etiam, quia agitur de re experientia comprobata.

CAPVT XIV.

De pace, quæ dicitur cordis vera, & Chriſtiana.

Pax operis quæ ſit.

175 DIximus iam ſupra de pace, quæ ficta dicitur, & oris, & operis, nunc ſub oliua altera Crucis parte dicendum eſt, quæ apud omnes Chriſti fideles, & maxime apud religioſos inueniri oportet, cum ex hac procedant reliquæ paces, oris ſcilicet & operis, vt tali nomine dignæ ſint. Si enim intus in corde quis diſcordiam admittit facile eam ore manifeſtabit, & ad inimica opera procedet. Sed è contra ſi eam pacem habet in corde, quam Dominus ſuam vocat dicens. k *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, non quomodo mundus dat, Ego do vobis*, hoc eſt, ait Bernardus: *Videte pacem Mundi, & ex oppoſito inuenietis eam: pax Mundi ficta eſt; nam pax eſt in ore, & bellum in corde; corde, & corde loquuntur; at pax Chriſti pax ſincera eſt neminem fallit, ſicut ſonat in ore, talis eſt in corde.*

k *Ioan. 14. 27.*

Præterea pax Mundi ad malum, vt diximus eſt, pax vero Chriſti ad bonum, & Religioſi, ſicut ſæpe conueniunt in vnum ad laudandum Deũ in choro, ita conuenire debent in omnibus alijs operibus: nam perfectorum religioſorum eſt non facile mundanis moueri, non turbari metu, non excogitari ſuſpicione, non terrore concuti, non dolore vexari, ſed quaſi in littore tutiſſimo aduerſus inſurgentes fluctus ſecularium procellarum mentem immobilem fida ſtatione placare. Nam teſte Ambroſio. l *Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem, & ſtabilitatem. Ideo Dominus donum eius perfectioribus reſeruauit, dicens: pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Et Paulus ad Coloſſenſes dicebat. m *Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris.* Nec immerito, ſciebat enim, quod.

l *De Iac. & vita beata c. 6.*

m *cap. 3.*

Pax optima rerum.
Quas homini nouiſſe datum eſt: pax vna
Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem.
Et cives æquare potens.

Iouinianus quoque Imperator aiebat: *odi omne contentionum genus concordiam autem vnice amplector, & amo.* Nec aliter dixit Socrates lib. 3. c. 21. inquiens.

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Antiſthenes autem ait: *fratrum inter ſe concordiam, quouis muro firmius eſſe munimentum*, & Homerus. Iliad. 6. ait: *Mars communis interimit quoque iam perimentem.* Confirmat hoc idem Cicero n dicens: *Pax vel iniuſta vtilior eſt, iuſtiſſimo bello.* Et Liuius o inquit: *Melior tutiorq; eſt certa pax, quam ſperata victoria, illa in tua, hæc in Deorum manu eſt.* Et tandem Phebo ait: *Pax vel cum magno damno coniuncta melior eſt bello. Pax maximum bonum eſt, & diuinum, quod nullus mortalium præſtare poteſt.* Solus ergo Deus omnipotens pacem dare poteſt, & incarnatus eam dedit claris notulis, dicens: *Pacem meam do vobis, &c.*

n *lib. 7. ad Atti. epiſt. 14.*

o *lib. 30.*

176 Sed quænam eſt iſta pax, quam ſuis dedit, reliquitq; Dominus? neſciremus vtiq; ſi non adeſſet Spiritus ſanctus illuminans. Propterea dixit Apoſtolus p *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis.* Nam Spiritus ſancti vi ſcrutamur, atque intelligimus ſalutis noſtræ myſterium, vt ſciamus quæ nobis Deus ingenti munificentia ac liberalitate largitus eſt. Cumq; Spiritus mundi doceat nos ſeruare pacem mundialem; videamus, quid doceat ſpiritus Dei de cognitione pacis, quam Dominus tribuit, & reliquit; vt debitas illi gratias reddamus. Et ſuppono iam quod pax iſta filiũ Dei generat, & eſt nutrix dilectionis, generis vnitatis, eſt quies beatitudinis, & habitaculum æternitatis; cui paci proprium eſt, quos ſeparat mundus, coniungere, & vnire Deo. Quid ergo ſpiritus Dei doceat agendum, pro tanta, & tali pace in ſignum gratitudinis, ſi ſcire cupis, aliud non eſt, niſi vt ipſi Deo danti pacem, eandem offeramus. Teſtis ſit S. Leo Papa q qui loquens de pace Natiuitatis Domini, ait: *Qui non aliter pie colitur, niſi id ei, quod pie tribuit, offeratur. Quid enim in theſauro Dominicæ largitatis ad honorem præſentis feſti tam congruum poſſumus inuenire, quam pacem.*

p *1. Cor. 2. 12.*

Pax Chriſti in quo conſiſtat.

q *Ser. 6. de Natiuitat. Domini.*

Hanc doctrinam expreſſe docuit Apoſtolus r dicens: *Iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum.* Quibus verbis hortatur Paulus eos, qui iuſtitiam fidei beneficio aſſecuti ſunt, vt pacem colant, retineantque; vel pacem cum Deo iuſtificationis munere initam complectantur, puroſque ſe à peccatis, & vitijs conſeruent. Idque clarius expreſſit Chriſtus inquiens. ſ *Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis.* Dat pacem, & vult pacem: Nam omnia bona ex pace, qua nos Deus diligit, & iuſtos facit, pendent. Vnde Iſaias dixit t *Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas ſempiterna.* Quaſi dicat præmium iuſtitiæ, & ſanctitatis conſiſtere in pace, & vnione cum Deo in ſilentio, & quiete in ſecuritate habendi ſuam gratiam in præſenti hac vita, & gloriam in futuro.

r *ad Rom. 5. 1.*

ſ *Io. 13. 33*

t *c. 32. 17.*

Digitized by Google

Pax danda pacem danti.

177. Et cum iſta pax triplex ſit: prima quæ dicitur pax cum Deo. 2. Pax cum conſcientia, & vltima pax eſt cum proximis, in vnum, & idem coaleſcunt. Vt ſcilicet, iuxta Pauli dictum. *habeamus pacem ad Deum.* Nam in hac breui ſententia fere omnium mandatorum continentur effectus, cum nulla virtus deeſſe poſſit, vbi aderit hæc vera pax. Vnde præcitatus Leo Papa expendens Pauli verba dicit: *Quid eſt autem dilectiſſimi pacem habere ad Deum, niſi velle, quod iubet, & nolle, quod prohibet?* Et iure quidem, nam ſi humana amicitia inter æquales reperitur, & ſimillimas voluntates quærit, optatq; ne inter amicos morum diuerſitas noſcatur: quanto magis ſeruari hæc debet, in diuinæ pacis participatione, quam Chriſtus docuit: quomodo quis amicus Dei dici poterit, ſi placent illi, quæ diſplicent Deo? Si delectatur in ijs, de quibus ille offenditur? Certe Religioſos ſimilitudine Crucis Chriſto conformis vocauimus; eo quia cruciformes ſunt, & à laxiori cruce tranſierunt ad Crucem ſtrictiorem, dum ſeculo relicto, religionem ſunt ingreſſi: Si omnino Chriſti pacem, non habent, illamq; toto corde non amplectuntur, imaginem Chriſti crucifixi deſtruunt, nam vbi eadem viget imago, eadem prorſus animi conformitas inueniri debet. Vnde Chryſoſtomus eandem ſententiam Apoſtoli expendens quærit dicens. u *Quid ſibi vult pacem habeamus erga Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum?* Reſpondet; *hoc eſt ne amplius peccemus, neque ad priſtina facta noſtra reuertamur; hoc eſt bellum gerere aduerſus Deum.* Omnes alloquitur Chriſti fideles ſed efficacius, meo videri, Religioſos, qui relictis ſeculi diſſentionibus, & contentionibus, quibus forte agitaremus, ad eaſdem in religione reuerti, eſſet aduerſus Deum pugnare. Ideo conſeruanda eſt pax, vitandæ ſunt lites, & diſcordiæ à religioſis vt pacem ad Deum habeant.

u *Hom. 9. ad Rom.*

Pax quomodo ſeruanda.

178 Si autem alicui videbitur difficile inter fratres pacem, & charitatem ſeruari, ita vt amplius in peccatum non prolabatur: Occurrit Chryſoſtomus dicens: Quod ſicut Dei gratia nobis peccata ſunt remiſſa, & pacis donum per Ieſum Chriſtum fuit nobis datum, ſic eius virtute poterimus, & pacem conſeruare, & in eodem ſtatu permanere abſque peccato. *Etenim* (ait S. ille Doctor) *Si tot, tantiſq; peccatis obnoxij cum eſſemus omnibus tamen per Chriſtum liberati fuimus, quanto magis illius opera fiet, vt in quo ſumus ſtatu perſeueremus? neque enim perinde fuerit pacem, quæ minimè ſit, accipere, atque datum retinere. Eſt enim ipſum acquirere, quam tueri difficilius ſed tamen, quod difficilius quidem erat, id factu per facile fuit, atque in opus exit. Igitur quod facilius quidem eſt, nullo negotio à nobis præſtari poterit, ſi modo illi aſſiduè adhæſerimus, qui nobis illa perfecit.* Hæc ille.

179 Imo, & totum hoc rationabile eſſe videtur, nam ſi Dominum crucifixum imitari contendimus, & crucem ferre gloriamur; operepretium eſt in cruce perſiſtere: Et ſi vetuſtate ſeculi relicta religionem veluti perfectiorem crucem amplexi ſumus; nefas erit à cruce religionis, nec mente quidem ſeparari. Cum ergo diſſentiones, & lites, ſint ſeculi vanitates, & ſint peccatis ſuperbiæ affines; ad eaſdem ſi reuertemur, eſſet Crucem abijcere, nec proficit, quod quis corpore ſub iugo religionis maneat: Nam ſi animam habeat ad vomitum reuerſam proijciet illam Deus, vt pereat cum alijs ſanctam crucem ferre nolentibus. Manete ergo fratres ſub iugo religionis in ea nouitate Spiritus, quam in profeſſione amplexi eſtis.

Pro cuius rei explicatione meminerint religioſi ſe iuxta Pauli verba in conformitate Crucis induiſſe Chriſtum, & veterem hominem reliquiſſe, cum actibus ſuis. Quare relicta ſeculi vetuſtate noua omnia eſſe debent. Sed quid magis nouum quàm Pax? nouum quidem, ſed æternum, quia non veteraſcit. Cantent igitur religioſi canticum nouum cũ Dauid. x Quod canticum (ait Auguſt.) pacis eſt. Canticum hoc charitatis eſt. Quiſquis ſe à coniunctione ſanctorum ſeparat, non cantat canticum nouum, ſequutus eſt enim vetuſtam animoſitatem, non nouam charitatem. In noua charitate quid eſt? Pax vinculum ſanctæ ſocietatis compago ſpiritualis. Sed væ nobis ſi dum quærimus in religione, (præcipue noſtra, cuius inſignia, charitas) fructus charitatis, ſpinas diſſentionis inuenimus: Nam tunc canticum noſtrum non nouum, ſed vetus dicetur; & Dauid hortatur dicens: *Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra.* Cui pſalmo pro titulo dedit, Alleluia; idque declarans Auguſtinus ait: *Dicat quod vult, linguis ſonet Alleluia: Interrogo enim, & dico: quid eſt, quod cantas? Reſpondet, Alleluia. Quid eſt Alleluia? Laudate Dominum: Veni, ſimul laudemus Dominum. Si tu laudas Dominum, & ego laudabo Dominum. Quare in diſcordia ſumus? Charitas laudat Dominum, diſcordia blaſphemat Dominum.*

x *Pſ. 149. 1.*

Religioſus ſi eſt pacificus canit alleluia aliàs blaſphemat.

180 Huc etiam afferamus, quod Paulus ad Galatas dixit. a *Fructus autem Spiritus eſt, Charitas, gaudium, pax.* Qui ergo ait Gregorius b *ſeruare pacem non curat, ferre fructus ſpiritus recuſat.* Cum autem Religioſi vitam profiteantur ſpiritualem ſi contendunt iam non ſpirituales, ſed carnales ſunt, vt de alijs contendentibus dixerat Paulus c & ratio eſt, quia perfectorum religioſorum ſpiritus nequit conſiſtere ſine pace: Et debent eſſe, vt Apoſtolus ait: d *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus ſpiritus ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtra.* Verum multoties accidit, vt qui inter religioſos ſpecialia dona recepit, ſuperbia motus, amittit quod maius eſt, ſcilicet pacem, & tunc omnia euaneſcunt.

a *ca. 5. 22.*
b *In cura paſtoral. part 3. admon. 23.*
c *1. Cor. 3.*
d *ad Eph. 4. 3.*

181 Demus religioſum abſtinentiſſimum eſſe, & in domando carnem ſuam cæteros omnes excedere ſi concors cum ijs, quos excedit non eſt; fruſtra laborat. Circa quod audiendus eſt Vates Regius, e qui certe hortari videtur religioſos ad laudandum Deum; quum ait: *Laudate eum in tympano, & choro; laudate*

e *Pſ. 150. 4*

eum

Digitized by Google

eum in chordis, & organo. Sed quæres, quid per tympanum, & chorum intelligat Dauid? Per tympanum, quia eſt ſuper indutum corio à carne ſeparato, omnique ab humore ſuperfluo exiccato, decet intelligere concupiſcentiæ carnalis mortificationem per abſtinentiã, & ieiunia, cum choro, id eſt, cætu canentium vbi ſignificatur fraterna charitas, ſine diſſonantia concors ſocietas, & conſonantia vocum, atq; cordium, per quam laudatur Dominus, eique gratias agimus, quod nos ſibi pacificauerit.

Litigioſus religioſus non laudat Deũ, ſicut pacificus.

His habitis videtur dicendum, quod ille religioſus abſtinens ſit quidam homo tinniens pellem ſuam, quam per abſtinentiam ita exſiccauit, vt quaſi ſit tympanum corio contectum: Sed tinnitu illo, ſi cum cætu canentium in choro ſocietatem amoris, & pacis habet, ſonoram atque concordem muſicam faciet. Si autem corpus ſuum affligendo, ſpernit cum fratribus concordiam habere; quamuis laudet Dominum in tympano, non laudat in choro. Doctrina eſt Diui Gregorij f dicentis: *In tympano namque ſicca, & percuſſa pellis reſonat, in choro autem voces ſonata concordant. Quiſquis igitur corpus affligit, ſed concordiam deſerit, Deum quidem laudat in tympano, ſed tamen eum non laudat in choro.* Vnde bene dixit quidam apud Lorinum.

f *vbi ſupr.*

Non vox, ſed votum non cordula Muſica, ſed cor:
Non cantans, ſed amans cantat in aure Dei.

Quid ergo prodeſt corpus in tympanum transferre, & contectum pelle per abſtinentiam arida, & per ieiunia exſiccata, atq; flagellis percuſſa, ſi voluntas cum alijs voluntatibus concors non eſt, ſi animus ſeparatus viuit, ſi cor ſeditioſum cantat, in tympano, fratres, & choro laudemus Dominum, aliàs nihil. *Simus ergo* (dixerat etiam ſanctus Leo vbi ſupra) *vnum volentes vnum ſentientes, & in fide, ac ſpe, & in charitate concordes, ſpiritus pacis agat, atque perducat: quoniam quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij filij ſunt Dei.*

182 Encomia pacis Chriſtianæ perpẽdant toto corde religioſi omnes, quorũ intereſt orationi, & contemplationi incũbere, & curent pacem habere, nam fruſtra orant, ſi cum fratribus contendunt; vt quid enim ſacrificia offerunt, ſi habent aliquid aduerſus fratrem? *Nunquam* (ait Philoſtratus.) g *Preces fudit, aut ſacrificauit Apollonius gladium habens ante oculos.* Ideſt orans nunquam habuit interficiendi animum. Quid acturus eſt religioſus ſciens ad hoc perueniſſe impium gentilem? Quare non deſerit gladium, animum ſcilicet nocendi, ſi orat? Quare non ab altari recedit, vt prius fratri reconcilietur. Recte Prudentius.

Sine pace nec ſacrificium fiat.

g *li.8.c.3.*

Nil placitum ſine pace Deo, non munus ad aram.

Dices fortaſſe nunquam in animum meum induxi Religioſum occidere, nec ad feriendum gladijs, ideo nec illos orando intuitus ſum. Tranſeat; cum etiam hoc in religione experti ſimus, non ſine cordis dolore; & in noſtra & nonnullis alijs aliquando, & forte non ſemel eueniſſe probauere maiores. Attamen vereor ne quod viribus nequit, animo efficiatur ſæpiſſime, & nihil aliud religioſus aliquis orando petat, quam ſui æmuli mortem; vel quia eius ſuperior eſt & ſibi moleſtus eſſe videtur: vel quia potentior eſt, & ſuæ eum ambitionis obicem eſſe proſpicit, ideo vt moriatur optat, oratque. Huc ſpectant verba Auguſtini dicentis. h *Figis genu, collidis frontem internam, & dicis, ò ſi moriatur inimicus meus. Deus ſi quid a te promerui, occide inimicum meum; & vtique tu qui oras vt homo moriatur, malus oras contra malum, & facti eſtis duo mali: ille male agendo, tu male orando. Tu malus orando incipis eſſe, quando dicis, occide malum.* (& alibi quoque inquit.) i *Et dicis, quantum rogaui, quam ſæpe rogaui, & non ſum exauditus, quid enim petebas? forte mortem inimici tui? Qui ſi, & ille petebat ſuam? Homo es, homo eſt, & ille. Deus autem Iudex eſt: audit ambos, ſed non exaudit ambos. Triſtis es, quia non es exauditus contra illum; gaude, quia non eſt exauditus contra te.* Hæc Aug.

h *Ser.4.de Sanct.*

i *in Pſ.85.*

Notent verba Auguſtini, & caueant religioſi offerre ſacrificium antequam iræ venenum deponant, & memoriam iniuriarum, quas forte receperint, deleant. Nam vt ait ſanctus Nilus. k *Quemadmodum palearum fumus offendit oculos, ſic iniuriarum memoria precationis tempore mentem peruertit.* Cum ergo ad orandum ſeu ſacrificandum ierit, ſerpentes imitentur, qui ad fontem venientes venenũ prius euomunt; ſic dum ad fontem orationis accedunt omnem iracundiam deponant, omne odium & iniuriarum memoriam ſepeliant. Sic docet Auguſtinus l dicens: *Quemadmodum ſerpentis quoddam genus eſt, cum ad bibendum prius quam ad fontem venerit, omne venenum euomit, ita Chriſtianus cum adorandum accedit omnem iracundiam & odium proximi deponat.*

k *Orat. 4. de ira.*

l *li. de perfecta iuſtitia.*

183 Expendamus ad hoc intentum Iſaiæ textum. m *Cum extenderitis manus veſtras auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem non exaudiam; manus enim veſtra ſanguine plena ſunt.* Ecce quomodo orantis habitus deſcribitur; etenim qui orat ſupplices in Cælum palmas extendit, & in tribulatione ad diuinam confugit opem implorandam. Nihilominus, & orantem non aſpicere, & ne preces audiat offenſas ſuas aures obturare innuit. Sed cur pietatis viſcera claudit? cur non potius orantis verba quaſi penetrantes ſtimuli pectus diuinum penetrant? non promiſit ſe ſtatim exauditurum ad orationis vocem? Verum eſt. Sed tunc quando præces non olent fœtentem animam, à qua profuſæ ſunt: nam qui ſunt crudeles ad vindictã, qui ſunt acres ad odium, ad diſſentionem, & lites, eorum præces fœdæ peccatis, exaudiri non merentur. Etenim Gentilium quoque Dijs ſacrificia ſimilibus peccatis oblata, erant penitus ingrata, & nullius valoris: teſte Heſiodo. lib.1. oper.& dier. dicente.

m *c.1.15.*

Sacrificia cũ rancore oblata execrantur.

Neque vnquam mane Ioui libatum nigrum vinum.

Mani-

Manibus illotis, neq; alijs immortalibus.
Neque enim illi exaudiunt; imo reſpuunt preces.

Vlterius poſtea addit.

Et qui manus offert, non lotas à malitia.
Succenſent Dij, & damna dant in poſterum.

Id etiam ſubinnuit omnipotens Deus, dicens: ***manus veſtra ſanguine plena ſunt***; ideſt quia eſtis ſanguinarij, diſcordes, contentioſi, guloſi, & libidinoſi, omnia enim hæc, & alia vitia ſanguinis nomine ſignificari ſolent; ideo non exaudiam: Et ſi alias dixit, ***ad vocem clamoris tui ſtatim exaudiam***; culpa orantis eſt ſi non exauditur, quia obicem ponit, & preces, & ſacrificia omnia, quæ pollutis manibus offert, tanquam execrabilia & male olentia reijcit.

184 Dicent fortaſſe aliqui religioſi, noſtrum non eſt gladium geſtare, vel armis vllis ſanguinem fundere, ideo manus noſtras eleuatas in Cœlum aſpiciet Deus, & cum ſupplices preces noſtras fundamus abſq; animo aliquem interficiẽdi, eos Deus exaudiet: Vtinam à ſingulis religioſis (vt paulo ante diximus) mente etiam ſanguinis effuſio abeſſet, & mallent mori, quam proximi mortem cupere. Sed non ab hac ira tantum, & capitali odio religioſi mens libera eſſe debet; verum à leui etiam motu, & qualibet perturbatione. Leuis enim gluma, parua arenula, ac exiguus puluis, ſi in oculum decidat nõ exiguam moleſtiam affert, quam non afferret ſi in manum, ſi in pedem decideret; ita hic fit, mens religioſi dum orat, inſtar oculi ſe habet, ſi in eam leuis confuſionis, aut amaritudinis arenula decidat, vel exigui rancoris puluiſculus orantem magna moleſtia afficit, lachrymas prouocat, veri Solis conſpectum impedit.

Religioſi orantis mẽtem exigua iracundia arenula cõturbat.

Huius veritatis teſtimonium erit, quod de Abrahamo legitur. n ***Dixitq; Dominus ad Abraham poſtquam diuiſus eſt ab eo Loth: Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, &c. Omnem terram, quam conſpicis tibi dabo, &c. faciamque ſemen tuum ſicut puluerem terræ.*** Non ante reperimus Abramum fuiſſe diuina illuſtratione perfuſum nec tantis fauoribus repletum niſi quum ab eo diſceſſit Loth. Vult forte diuiſionem Deus? Naſcitur forte ex familiaritate obex, & ex vnione conſanguineorum, ne cæleſtia dona communicet Deus? minime quidem. Cur ergo diuiſionem Abrami à Loth expectat, vt amorem quo Abramum proſequitur, oſtendat poſt mutuam diuiſionem, & non ante?

n *Gen. 13. 14.*

Reſpondeo, expectationis cauſam fuiſſe, quia rixæ, quæ inter vtriuſque Paſtores erant, non nihil vtriuſque animum perturbauerant: iccirco tranquillanda erat anima priuſquam Deo ſe ſiſteret in ſuo illo dulciſſimo orationis ſeceſſu. Cum autem ſe ab inuicem Abram, & Loth ſepararunt, Deus pacis iuſtum Abramum illius pacis auctorem, & tranquillitatis amicum viſitauit, & amputata omnis diuiſionis cauſa illum incredibilis voluptatis gaudio perfudit; nouiſque delinitum promiſſionibus alloquutus eſt. Sic expendit Lyranus dicens: *Quoniam diuinæ reuelationes ſolent fieri mentibus quietis & à perturbationibus paſſionum ſedatis. Societas enim Loth propter rixam famulorum erat cauſa perturbationis, & ideo reuelatio diuina facta eſt Abrahæ, poſt ſeparationem Loth.* Colligant hinc religioſi, quanta debeat eſſe orantis pax, quanta quies, atque mentis tranquillitas, & conſpicient tantam eſſe neceſſariam, vt puritate illum dicamus ſimilem ſpiritui, qui pacis, ac quietis auctor eſt; quod optime expreſſit Tertullianus o dicens: *Nec ab ira ſolummodo, ſed ab omni confuſione animi libera debet eſſe orationis intentio, de tali ſpiritu emiſſa, qualis eſt ſpiritus, ad quem mittitur.*

o *De orat. c. 10.*

185 Scitote fratres mei pro complemento huius tractatus; non ſolum oliuam pacis indiciũ eſſe tot, tantaſque virtutes ſignificare, prout nobis ex cruce proueniunt; ſed etiam fructus non paucos inde prouenientes agnoſcimus. Etenim oliua folijs exiguis, & pallidis eſt, tamen vberem fructum affert; vt indicium inde ſumamus, ſanctos Crucem Chriſti ferentes honorem, & oſtentationem (ex pallore) fugere, ſed interius ſolido virtutis fructu paſci. Docet vlterius oliua fructum præferendum frondibus, & anteponendam ſplendori vtilitatem pro qua re facit illud Emblema apud Phędum. lib. 3. Sic enim habet.

Olim, quam vellent eſſe in tutela ſua
Diui legerunt arbores: Quercus Ioui,
Et myrtus veneri placuit, Phœbo laurea
Pynus Cybelæ, populus celſa Herculi.
Minerua admirans, quare ſteriles ſumerent
Interrogauit. Cauſam dixit Iuppiter:
Honore fructum ne videamur vendere.
At me Hercule narrabit, quos quis voluerit
Oliua nobis propter fructus eſt gratior.
Tunc ſic Deorum genitor, atque hominum ſator:
O nata merito ſapiens dicere omnibus.
Niſi vtile eſt, quod facimus ſtulta eſt gloria.

Fructus crucis declarantur ſub oliua.

Ecce quã belle deſcribit Mineruã ab oĩbus iã pro ſapientia habitam, ac ſapientiæ Deam appellatam elegiſſe ſibi oliuam fructiferam, docuitque, nos vanum eſſe omne frondoſum gloriæ apparatum, niſi ſucculentis vtilitatis fructibus fœcundetur. Sapientes ergo Chriſtiani ex oliua Crucem ferentes, fructiferam Crucis arborem in corde plantatam ſemper habere glorịantur: vt dicere valeant cum ſponſa ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, ac fructus illius dulcis gutturi meo, quæ verba expendens D. Gregorius, ait: ***Arbor fructifera Chriſtus eſt*** (ſcilicet crucifixus) ***in corde noſtro vt ait Paulus per fidem plantatus. Quam arborem ſi mens digne, & conſtanter excolit, fructus interius pulchros, & vtiles gignit, quos dum mens capiens auidè comedit, omnes mundi voluptates præ eius dulcedine poſponit. Dulce enim valde ſibi eſt cæleſtia cogitare in æternitate oculum intimum figere, vt aliquãdo in fletibus etiam mens accenſa compungatur; & inter lachrymas ſubleuata Angelorum cibo ipſa videlicet ſapientia quanto dulcius, tanto auidius paſcatur.***

186 Hic intelligit pro arbore Chriſtum Crucifixum, & ex hac arbore, qui eam contemplatur triplicem fructum decerpit. Primus eſt cognitio certa plurium cæleſtium veritatum, quibus

Digitized by Google

quibus intellectus diuino lumine perfuſus paſcitur, & ſumme delectatur. Eſt enim Crux docentis cathedra, ſchola, qua indignus eſt diſcipulus, qui Crucem ſuam non baiulat. Quum autem quis ante oculos ipſam cathedram ponat, & in mente fideliter retineatur, quid pro nobis in ea paſſus eſt magiſter noſter Chriſtus ſalutis æternæ, & vitæ cæleſtis doctrinam ſtatim addiſcet, eique tanquam Theologa ſic enim eam vocauit Theophanes Cerameus dicens. p *Vt perſpicatioribus Crux theologa fieret tanquam omnem creaturam ſpecie ſua repræſentans*. Et Theologiæ magiſtra theologas veritates communicabit. Ideo Chaldæus Crucem vocat Maſchal ideſt intelligentiam, ſeu intellectum, vel eruditionem à verbo Sachal quod eſt intelligere, quia eſt cæleſtis ſapientiæ liber atq; magiſtra. In hoc libro didicit Paulus cum dixit. q *Non iudicaui me ſcire aliquid niſi Chriſtum, & hunc Crucifixum.* Vnde Germanus Patriarcha Cõſtantinopolitanus, compendioſam appellauit viam Crucis, atq; potiſſimam ſecundum Chriſti diſciplinam ad quam aſſequendam diſcipulos euocauit, & ſubiunxit. *Crux ſcriptus liber eſt, & qui non accipit hunc librum, & magiſtrum ſequitur, is ex diſcipulorum cætu tanquam perditus, & deſperatus expungitur.*

p in orat. S. Crucis.

q 1.Corin. 2.2.

187 Secundus fructus eſt pius affectus amoris, & deuotionis, laudiſq; & gratiarum actionum pluriumq; virtutum: quo fructu intus magno cum gaudio reficitur voluntas. Et hoc prouenit ex ardenti Chriſti amore, quo motus Crucem ſubijt, & aſperam Crucis mortem pro nobis inimicis, & opprobrium ſuſtinere voluit. Quis enim vnquam reperietur, qui mente reuoluens nimiam erga nos Charitatem ſuam ad ardentem amorem erga ipſum, deuotionem, & gratiarum actionem non moueatur? Quis enim eſt tam rudis, & ingratus, qui tantum dilectorem, tantum benefactorem non diligat?

Etenim propter hoc exclamauit per Prophetam Oſeam dicens. r *In funiculis Adam traham eos in vinculis Charitatis.* Pro Adam quemcũq; hominem intelligimus, & illum trahere promittit in funiculis Adam, ideſt in vinculis amoris, quia ſicut Adam in Paradiſo aduetitam arborem Eua traxit, non funibus eum ligans, pro vt Dalila Sanſonem ſed vinculis amoris. Nam vt Auguſtinus ait; eam audiuit, *ne contriſtaret delicias ſuas*. Ita ne contriſtaretur natura humana in æternum ab illa (præueniente diuina, & infinita miſericordia) trahi voluit ad opprobrioſam tunc Crucis arborem, vt ex illa pendens eiuſdem amoris vinculis ligati homines traherentur ad colligendos cæleſtes Crucis fructus, & omnium bonorũ largitorem amandum. Ideo traham illos ad me dixit, amore ſcilicet, & beneficijs. Vnde Chaldæus vertit, ſicut moris eſt trahi filios dilectos traxi eos fortitudine Charitatis. Cum autem ſit, *magnes amoris amor*, & Seneca dixerit: *Si vis amari? ama.* ſ Et Chryſoſtomus explicans illud Chriſti. *Omnia ergo quecunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis*. Etiam dixerit. *Vis beneficia capere? confer beneficium alteri: Vis laudari? lauda alium: Vis amari? ama: Vis partibus primis potiri? cede illas prius alteri:* Hæc omnia ſequutus eſt Chriſtus prius enim nos amauit, totque beneficia nobis contulit, vt ipſius deinde amor, noſtri magnes amoris eſſet, eique pro beneficijs gratias ageremus. Et hic, verus amor eſt, ſecundus fructus, quem deuotè ex Sancta Cruce colligimus.

r cap.11.4.

ſ Epiſt. ad Lucell.9.

188 Tertius fructus eſt bonũ opus ex qualibet virtutis materia decerptum, quo animæ vires paſcantur, & ſaturentur; vt iuxta doctrinam Pauli, quã ex pluribus locis colligimus. t *Simus repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei, in omni virtute confortati. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate*. Quos fructus dulces eſſe animæ contemplanti Chriſtum Crucifixum, certum eſt. Nam ſunt fructus ligni vitæ, qui vitam mirabiliter nutriunt, & oblectant. Et licet quidam eorum ſint amari, vtpotè paſſionis, & crucifixionis cum Chriſto, tamen per vehementem amorem, quo carpuntur valde dulceſcunt. Ad cuius rei veritatem facit, quod teſtatur ſponſa de ſe, quæ flagrans deſiderio comedendi Crucis fructus dicebat. u *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus illius gutturi meo.* Vide quomodo prius deſiderium ſuum explicuit, quo ſedebat ſub vmbra dilecti, & deinde declarauit fructũ fuiſſe dulcem gutturi ſuo.

t ad Phil. cap.1.11. ad Coloſ.1.10. ad Epheſ.5.9. ad Gal.5.22.

u Can.2.3.

Sed dubitabis quomodo valeãt dici dulces illi fructus qui amaritudine ſunt pleni, eo, quod ſint Crucis paſſionis, & mortis, & potionis felle, & aceto mixti? quid his amarius? Verum eſt; Sed reſpõdidit Salomon: *anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet*. Ea ſcilicet anima quæ deſiderio honeſtatis, & probitatis capeſſendæ, ſeu quæ fame quadam ardentiſſima vrgetur, & Chriſtum Crucifixum amãtem contemplatur, redamabit, & Crucem toto corde complectens, cũcta quæ ex Cruce amara procedunt ſibi dulcia ſunt; & quamuis auſtera, & aſpera ſint, ea tamen cum voluptate deuorat. Inde Crucis fructum arbitror reſpexiſſe Originem; quando in præfati textus Canticorum explicatione exclamauit dicens: *O Domine da mihi hunc fructum, dulcem fructum anima mea altus eſt, attolle deſiderium; benedictus eſt, ſanctificat obſequium; imputribilis eſt, purifica affectum; ſuauis eſt, lætifica animam, vt in te ſolo delectetur, qui es potiſſimus fructus potens illam in æternum ſatiare.*

Ea omnia, quæ paſſim per hunc tractatum ſub Crucis materia allegoricè ſignata declarauimus, perfectiori modo experiuntur Sanct. religioſi Crucem religionis ferentes; nam quod verbis manifeſtaui, operibus ipſi comprobant.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS QVARTVS.

CHRISTI IN CRVCE SACRIFICIVM, & Religioſi in Cruciformi Religione declaratur.

1 SVpponamus pro certo; quod in tãtum veteris legis ſacrificia Deo grata fuerunt, in quantum figurabãt ſacrificium Crucis; & à Cruce valorem acceperunt, & obtinuerunt vel peccati remiſſionem, vel alia peculiaria beneficia. Pro cuius rei intelligentia notandum eſt, quod ait Galatinus, a nimirum (vt ex hebraico libro, quem Veaachoth appellant cap. quando legunt) Salomonem poſt templi ædificationem,& peractis ſacrificijs,in quibus victimas immolarunt abſque numero, erectum ſtetiſſe, & mox genuflexum admodum Crucis, vtraſque extendiſſe manus. Et Rabbi Abbathni inquit: *Et manus eius erãt expanſa*. Et addit quod magis mirandum tunc Salomonem ſtetiſſe: *Sicut Ze ideſt iſte Crucifixus, vel in Cruce extenſus erat ſtans*. In quo facto mirabile quoddam abſcondebatur Sacramentum: Nam, vt idem Galatinus aſſerit; quod Abraham ſacrificaturus filium ſuũ Iſaac iuxta præceptum Domini, impoſuit ligna holocauſti ſuper Iſaac, qui pergens cum patre ſuo, ibat, *ſicut Ze, ideſt iſte, hoc eſt. Deus, qui baiulat Crucẽ ſuam ſuper ſcapulam ſuam*. Nam illud Ze, eſt alterũ ex ſeptuaginta duobus nominibus Dei; de quo fit mentio Exod. c. 15. quia, *ze*, reperitur loco Dei, vbi Maria dixit: *Iſte Deus meus, & glorificabo eum*. Itaq; poſuit te Deus in cruce ſicut Salomon, & cum ſe obtulit in ſacrificium ſicut Iſaac, tunc appellatus eſt, *ze*, ideſt iſte Deus; nam vbi Chriſtus ſe Deum manifeſtauit, fuit in Cruce, in qua poſitus hoſtes ſuperbos, & potentes ſubegit, & agnitus fuit à Centurione dicente: *Vere filius Dei erat iſte*.

a Lib. 8. de arca c. 17.

Sacrificiũ Crucis antiquitus figuratum.

2 Cum ergo in ſacrificio Iſaac fuit impoſitum illud Dei nomen; & Dei ferentis Crucem ſuper humeros ſuos; inſinuaſſe credimus Chriſtum, cuius in Cruce ſacrificium pro totius vniuerſi peccatis remiſſionem obtinuit, & infernales hoſtes ſubiugauit, & tandem quod in crucifixi figura ſe poſuerit Salomon peractis ſacrificijs ſub diuino illo nomine *ze*, fuit tacita loquutio dicentis, Domine certe ſcio, quod nec huius legis ſacrificia, nec gregum, auium, & armentorum victimæ, aut remiſſionem peccati aut alia, quibus indigent homines, beneficia conſequi poſſunt; Licet poſſint quæ temporalia ſunt obtinere, vt carnis maculas contractas emundare, &c. Sed ea, quæ cæleſtia ſunt, & animam purificant, non conſequuntur niſi mediante illo ſacrificio, cuius figura fuit illud Iſaac, & cuius extenſis manibus in Cruce ſacerdos eris, & hoſtia. Oſtendens te eſſe Deum, & hominem, & omnium hominum redemptorem, & cæleſtium bonorum largitorem. Vt igitur hæc ſacrificia, quæ nunc agimus coniuncta figuræ, quam expanſis manibus genuflexus demõſtro, ad tuam repreſentandam Crucem, & mortem, & dolorẽ, quem lachrymis manifeſtamus, propterea quod te noſtris culpis offendimus, omnia beneficia tam corporalia, quã ſpiritualia conſequãtur in hoc tẽplo, vbi iã nũc Crucis, & mortis tuę memoriã tibi propono; vt ex nũc pro tũc valorẽ ſuſcipiãt.

Sacrificiorum veteris legis valor ex Cruce.

3 Et quidem fuit inuentio diuina, & conformis doctrinæ Pauli, qui agens de oblatione Chriſti ſummi, & veri Pontificis facta æterno Patri pro noſtra redemptione; dixit b *Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum, & vitulorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis; quanto magis ſanguis Chriſti qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo. Emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti*. Ergo recte Salomon coniunxit, colligauit; & copulauit antiquæ legis ſacrificia, cum ſacrificio crucis, & dolorem offerentium expreſſit; vt omnia à Cruce ſortiantur effectum. Vlterius fere omnia illa veteris legis ſacrificia ſignum pręferebant Chriſti crucifixi, & actiones etiam ſeu ceremoniæ, quibus vtebantur in victimis offerendis Chriſti vitam, & actiones præfigurabant. Quare ad veritatem hanc indagandam vnum tantum ſacrificium ſeligam, per quod explicabitur ſacrificium Chriſti, & religioſi in Cruce, & cruciformi religione: illudq; ſit. Ex cap. 1. Leuit. v. 14. vbi textus ait. *Si autem de auibus holocauſti oblatio fuerit Domino, de turturibus, aut pullis columbæ, offeret eam Sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco decurrere faciet ſanguinem ſuper crepidinem altaris: veſiculam vero gutturis, & plumas proyciet prope altare ad Orientalem plagam, &c.*

b ad Heb. c. 9. 12. 13. 14.

Leuit. ca. 1. 14. & vltra

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT I.

Chriſti in Cruce, & Religioſi in Cruciformi Religione excellens ſacrificium.

4 CONſtat iam ex dictis Chriſtum Dominum ſui ipſius excellens obtuliſſe ſacrificium; idque confirmat Sanctus Petrus Damianus dicens. c *Omnia illa ſacrificia quæ ſub legalium cæremoniarum ritu offerri iubentur ad hoc vnum ſingulare, verumque ſacrificium, quod in ara Crucis oblatum eſt, referuntur*. Et Leo Papa d non minus pulchrè ſimilia protulit, dicens: *Huic noſtro Pontifici ſacramento mirabili vniuerſa præcedẽtium ſeculorum myſteria ſeruierunt vt quidquid hoſtiarum differẽ. ijs in propheticis ſignis, & legalibus inſtitutis ſacra diſpenſatione variatum eſt; hoc prænunciauit diſpoſitum, hoc promiſit implendum*. Et alibi. e *Omnes differentias hoſtiarum, vna noſtri Pontificis implet oblatio*. Erant enim varia in lege victimarum genera, ſuiſque diſtincta nominibus, vt in Leuitico, & Exodo ſæpiſſimè legimus, illud tamen omnibus commune fuit, vt ad conciliandam Dei beneuolentiam eſſent; quod etiam, & Ethnici ſacrificantes intẽdebãt. Teſtis ſit Virgilius Æney. 3.

c Serm.de inuentio. Crucis.

d Ser.3.de paſſ. Dom.

e Ser.8.

Tu modo poſce Deos veniam, pacemque per aras.

Exquire . . .

Chriſti in Cruce Sacrificium.

5 Ac etiam, vt illud ſumum ſacrificium ſignarent, per quod placuit Deo omnia ſibi reconciliare, & pacificare, quæ in terris, & quæ in Cælis ſunt, offerri mandauit. Cumque omnia illa ſacrificia ſint huius capitis noſtri figura, & typus rectè dicimus illa in hoc vno ſacrificio, Chriſto ſcilicet in Cruce paſſo contineri, ſeu reduci tanquam ad finem. Ipſe namq; Chriſtus eſt de quo Paulus ait; f *Qui per Spiritum Sanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo*. Et iure quidẽ cum ipſe ad aram Crucis ſe obtulerit factus Sacerdos, & hoſtia. Huius rei duplicem cauſam inuenere expoſitores: alteram ex verbo *(ſemetipſum)* colligunt; vt ſcilicet oſtendat voluntariam in offerendo charitatem: & alteram in ly *(per Spiritum Sanctum)* vt ſimul ſit res oblata, & Sacerdos offerens. Vnde Auguſtinus g agens de Cruce, & Paſſione, ait: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Vbi immolatus eſt, dicito? in altitudine Crucis. Nouum eſt altare ſacrificij huius; quoniam immolatio noua, & admirabilis ipſe enim, & hoſtia erat, & Sacerdos: hoſtia quidem ſecundum carnem; Sacerdos verò ſecundum ſpiritum. Ipſa idem, & offerebat ſe ſecundum ſpiritum, & offerebatur ſecundum carnem. Ecce ipſe offerebat ſemetipſum. Ecce oblatus eſt, & ſe ipſum obtulit ſimul, & hoſtia, & Sacerdos factus eſt, & altare erat Crux*. Et declarans idem Auguſtinus illud pſalmi; h *Et impietatibus noſtris tu propitiaberis*; ait: *Propitiatio fit per ſacrificium: extitit à Deo miſſus Sacerdos noſter, aſſumpſit à nobis, quod offerret Domino, ſanctas primitias carnis ex vtero Virginis hoc holocauſtum obtulit Deo puta ſemetipſum, pependit ipſe in Cruce, & impietates noſtræ propitiatæ ſunt. Impietates noſtras tu propitiaberis; Tu Sacerdos, tu victima; tu oblator, tu oblatio, &c.*

f ad Heb. 7.c.9.14.

g Serm.de tempo.130. in paraſceue.

h Pſ.64.4.

6 Hoc idem confirmat Caſſiodorus (& pariter oſtendi ut religioſorum in Cruce Religionis ſacrificium.) explicans illud pſalmi. i *Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes, & holocauſta, tunc imponet ſuper altare tuum vitulos;* ait: *Sacrificium iſtud Iuſtitiæ eſt paſſio Domini reuerenda, qui ſe ſacrificium pro omnibus obtulit iuſtum, vt ſalutem mundus, quam ſuis operibus non merebatur acciperet*. Mox Dauid poſt factam ſacrificij huius iuſtitiæ memoriam, addidit, acceptabiles tunc fore oblationes, & holocauſta ſuper altare impoſitas; Sed quodnã hoc altare? pronomen, *Tuum* demonſtrat Chriſtum Crucifixum fuiſſe altare. *Tunc imponet ſuper altare tuum*, Illud ſcilicet tibi gratiſſimum & acceptiſſimum ſupra quod impoſitum ſacrificium non poſſit, non placere. Ideo ad hoc altare aliquando erigendũ in Cruce aſpiciens Dauid, meritò clamat: *Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ &c.* Quaſi dicat, tunc acceptas, grataſque habebis oblationes, & holocauſta ſuper altare tuum impoſita.

i Pſ.50.21

7 Verum impoſiti vituli ſuper hoc diuinum altare, quid ſignificant? Sunt ne Martyres Confeſſores &c. Sunt etenim omnes Chriſti fideles; ſed præcipuè ij omnes Religioſi, qui caput Chriſtum Cruci affixum in Cruce religionis ſequuntur. Nam licet ad Martyres, & Confeſſores verba illa reducat Euthimius hic dicens: *Confeſſores quidem ex parte ſe Deo obtuliſſe videntur propter aſſeuerationẽ fidei. Martyres autem ex integro cum, & animũ pariter, & ipſum corpus per totum Deo deuouerint. Vel* (addit) *per oblationes membrorum extremitates intellige de Confeſſorum corpore detrũcatas; per holocauſta verò integra Martyrum incendia, & cædes*. Tamen per oblationes, quæuis opera ſæcularium intelligit, ſi iuſta ſunt, & per holocauſta, non niſi perfecta religioſorum, virginum, aliorum, qui charitatis igne ardentes ſua omnia, ſeque ipſos in odorem ſuauitatis ſæpius offerunt: Et ſuper altare Domini per ſe crucifixi mactatos paſſionum ſuarum imponunt vitulos; ad exemplum enim illius mactant carnem ſuam, & cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigunt; & ſimiles euadunt martyribus, qui licet animorum, & corporum holocauſta offerant: illi ſuas offerentes oblationes ſui ipſorum carnifices fiunt, nam dum carnem macerant, & affligunt, martyres dicuntur.

Religioſi ſunt vituli mactandi in Ara Crucis.

8 Probat hanc veritatem Greg. Nazianzenus dum religioſos vocat viuos martyres, ait enim ipſe. k Quod homines virtute inſignes appellantur; *Virtutis Aliptæ, ſpirantes columnæ, viui martyres*. Etenim ſicut Aliptæ athletarum magiſtri dicebantur, eaque curabant, quæ ad corporis robur pertinebant; ita religioſi facta ſimilitudine ad animæ ſalutem, vt augeatur ſemper virtus & ſpiritus perficiatur;

k Orat.de laudib.Bafilij.

O tur;

tur, & ad currendum velocius viam Crucis, tanquam veri magiſtri verique Aliptæ laborant ſemper. Et quid per ſpirantes columnas niſi animatas, & vi ſentiendi, præditas: Ipſi enim veluti columnæ non emortuo, & inſenſibili conatu tota domorum pondera ſuſtentant: Sed viua, & ſpiranti patientia molem ædificiorum ſuſtinent, perfecta, & indefeſſa tolerantia ſub onere gementes. Præterea ſententioſiſſimè dicitur: Viuus martyr, qui cõtinua mortificatione paſſiones ſuas frænat, & retundit. Inde videtur Nazianzenus veros, ſed vulgares martyres tacitè appellare, *Mortuos martyres*. Nam vulgare martyrium appellauit Tertullianus. l *Compendium mortis*, quia non longo tempore, vel gladius eorum ceruices truncat; vel tortores membratim lacerant pia membra, vel a beſtijs diſcerpuntur, vel à flamma cineреſcunt. Vnde licet per acerba, tamen præpropera morte doloris materia præripitur cruciamentorum ſenſus.

Religioſus dicitur viuus martyr

l *Libr. 5. adu. Mar. c. 12.*

9 Verum Religioſus qui ſemper ad ſui mortificationem incumbit perpetuus ſui carnifex eſt, & viuus martyr. Non enim vno vulnere moriens, amittitur doloris ſenſus; ſed acuitur, & viueſcit; tantoque viuacius dolet, quanto crebrius mortificatur, & dolorem ſibi facit acerbiorem, & diuturniorem, & ita fit non martyr emortuus, ſed viuus, & ſenſitiuus. Rem hanc pulchrè idem Nazianzenus explicauit, ſic exprimens huius martyrij vulnera. m *Iram velut belluã quandam ſuſtineamus, linguam velut enſis aciem retundamus, & voluptatem velut ignem extinguamus, oculos frænemus, rabioſum tactum, guſtumque vellicantem coerceamus, effuſum, & petulantem riſum irrideamus*. Ecce tibi viuum martyrem, aut *viuum cadauer*; vt dixit Sanctus Zeno Veron. n Cadauer inquam emortuũ ad vulnerum tolerantiam, ſed viuum ad ſenſum doloris. A cadauere mutuatur inſenſibilem patientiam, à viuacitate exageratur cruciatuum ſenſus. Erit igitur Religioſi patientia emortuè viuax, & viuaciſſimè emortua; nempe viuum cadauer, quod apte dixit ſanctus Chryſologus explicans illud ad Rom. 12. *Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuam.* Sic ait: o *Mirum ſacrificium, vbi corpus ſine corpore, ſine ſanguine ſanguis offertur.*

m *Orat Apolog. ad eoſdem.*

n *Ser. de S. Arcadio.*

o *Ser. 118.*

10 Hoc igitur eſt Religioſorum martyrium; hoc ipſorum ſacrificium. Spontanee Chriſtus ſe obtulit Patri in ara crucis, & offerunt ſe ſpontanee religioſi in cruce religionis, vt Chriſto cruci affixo, quoad poſſe fiant conſimiles, & cruciformes appareant, ſacrificantes iuxta Dauidis dictum. *Sacrificium iuſtitiæ* p ideſt mortificationem carnis offerendo, vel domantes concupiſcentiam, vt fiant ipſi ſacrificium iuſtitiæ. Paraphraſtes enim Chaldæus habet: *Domate concupiſcentiam veſtram, & reputabitur vobis ſacrificium Iuſtitiæ*. Et Auguſtinus in hoc textu; ait: *Sacrificium iuſtitiæ qui eſt ſpiritus contribulatus, vt ſe puniens homo per pœnitentiam mactet Deo*. Et Gloſa ibi expreſſius: *Quid iuſtius quam vt ſuis quiſque peccatis potius, quam alienis iraſcatur, ſeq; puniens per pœnitentiam, & ſatiſfactionem Deo offerat, & opera iuſtitiæ faciat.* Cæterum cum maceratio carnis ſit ſacrificium iuſtitiæ; Religioſi videntes Chriſtum miſericordia ſua voluiſſe pro nobis crucifigi, & mori; membra mortificant, & cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigunt, & ſuper Dominum crucifixum altare noſtrum, carnis vitulos, & holocauſta ponunt, vt viuentes in religione, non ſibi viuant; ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt. Sic enim hortatur Bernardus q dicens: *Et ſi cætera taceam, hoc ſolo certe non immerito ſibi vendicat vitam noſtram, quia pro ea poſuit ſuam. Cui enim iuſtius viuam, quam ei, qui ſi non moreretur non viuerem.* (& alibi ait.) r *Dignus plane eſt morte, qui tibi Domine Ieſu recuſat viuere.*

p 46.

Offert ſacrificium Iuſtitiæ.

q *epiſt. 193*

r *Ser. 20. in Cant.*

11 Vlterius vitulos ſuper altare imponimus, cum Religioſi Chriſto crucifixo in Religionis Cruce ſollemnia vota offerimus: & dicuntur vituli labiorum noſtrorũ quia labijs proferuntur vota, & per ea ſunt veluti in lucem edita. Sed non ſunt ſic obſeruanda, ideſt, verbaliter, prout verbaliter proferuntur, quaſi arboris folia ſint: ſed vt ait Oſeas. ſ *Reddemus vitulos labiorum noſtrorum*. Vbi LXX. verterunt: *Reddemus fructum labiorum noſtrorũ.* Qui fructus eſt verus, & viuus vitulus; Ideo tale ſit ipſum reale votum ex corde Deo reipſa reddendum. *Vouete* (inquit Dauid) *& reddite Domino Deo veſtro*, vt ne foliorum dumtaxat (quæ labia ſignant) feraces ſint: ſed etiam fructus, ſuoſque vitulos appetituum vouentes immolent. Idcirco Sanctam noſtræ Religionis Crucem votis quatuor ornaram propoſuimus. In cuius dextro cornu *Paupertatem*; in ſummitate *Obedientiam*; in ſiniſtro cornu *Caſtitatem*; in infima parte, *Abſtinentiam quadrageſimalem*; Et tanquam clauus duo ligna complectens, & vniens, *Charitatẽ*, quæ eſt veluti nexus votorum, & ligamen omnium virtutum; atque in imo ſeù cruis profunditate, *Humilitatem*; quæ tanquam ab inexhauſto fonte prodire videtur ex corde Sanctiſſimi noſtri Patrarchæ Franciſci humiliantis ſemetipſum ad inſtar Crucifixi, cui confixus in Cruce erat, fuitque ſemper vſque ad mortem, & mortem iſtius Crucis, quam figuratam demonſtrat (& nos in tract. 1. declarauimus) vt notum faceret omnibus, ſui ipſius ſacrificium obtuliſſe pro Chriſto in illa Cruce; ſi aut in ſua Chriſtus ſe obtulit patri ſacrificium pro nobis.

ſ *Cap. 14. 3*

Vota ſunt vituli mactandi.

Omnia tandem hæc, & ſacrificium, & ſacrificantium vota perſpicuè habes figurata in illo ſacrificio, quod Deus præceperat fieri in loco citato Leuitici, quę paſſim ad virtutes Chriſti Crucifixi, & Religioſi Cruciformes demonſtrandas declarabimus.

CAPVT

CAPVT II.

Solitudinem Religioſis ſe ad inſtar Chriſti ſacrificantibus, neceſſariam eſſe indicant Turtur,& Columba.

12 SVppoſitis ijs, quibus probauimus Chriſtum Sacerdotem fuiſſe, & ſui ipſius hoſtiam; ſequitur declarandum, quod in præcitato Leuitici loco continetur. In eo enim ſacrificium Chriſti apparuit expreſſum; In columba ſcilicet, & Turture, ſeu ex harũ auium natura, earumque circunſtantijs in ſacrificio adhibitis, vt infra patebit. Vbi etiam propriam religioſorum oblationem in eiſdẽ volucribus pro Chriſto oblatis paſſim declarabimus.

Et primò per Columbam, & Turturem Chriſti humanitatem ſignificari non dubitamus. De Turture quidem cõſtat clarè apud Patres expendentes illud pſalmi. t *Et Turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos.* Et illud Canticorum u *Vox Turturis audita eſt in terra noſtra.* Quam vocem nonnulli dicunt fuiſſe Ioannis, qui vitam egit ſolitariam, & aſperrimam. Alij verò fatentur fuiſſe Chriſti vocem, qui præcellentius in Turture ſignatur; & eandem Chriſti fuiſſe vocem Apoſtolorum, cuius iuſſu prædicauerunt Euangelium omni creaturę; per ipſos, *Vox Turturis audita eſt in terra noſtra.* Hugo autem de S.Vict. inſinuat. x Turturis vocem eſſe Chriſti internam excitãtem ad amorem; quæ non auditur niſi in terra noſtra, ideſt in mente non alienata à ſeipſo, nec inimico tradita, ſed Deo ſubdita. Sic habet: *Singularem dilectionem turtur cui canit, vel præſenti gaudium, vel abſenti affectum. Igitur vox turturis tota de amore, & non nouit aliud præter amorem, ardent corda ad vocem turturis; vnum eſt quod ſonat, & ſemper illud reſonat, nec vnquam faſtidit ſemper idem canit, quia ſemper idem diligit: in ſolitudine canit, & ſemper ſolitudinem diligit, qui ſingularem Chriſti dilectionem quærit; non auditur in plateis vox eius, intus reſonat, & non poſſunt audire turturem niſi qui intus ſunt, qui elongant ſe in ſolitudinem, qui ſecretum inhabitant, & in ſilentio requieſcunt.* Turturis ergo vox eſt Chriſtus, qui eſt etiam vox dilecti pulſantis intus, hoc ſuppoſito, videamus conſequenter.

t Pſ. 83. 4.

u Ca. 2. 12.

x Serm. de Aſſumpt. Virg. ſ. 2.

Turtur eſt Chriſtus.

13 An per columbam ſignificetur etiam Chriſtus? affirmant paſſim Patres in Cãticis, nam ſi columbus non eſſet ſponſus, vtique columba tam ſæpe non diceretur ſponſa. Item cum Spiritus Sancti ſymbolum ſit columba. Nam vt ait D. Thomas. a *Dicitur Spiritum Sanctum deſcendiſſe ſuper Chriſtum non ratione vnionis ad Columbam; ſed ratione ipſius Columbæ ſignificantis Spiritum Sanctum, quæ deſcendendo ſuper ipſum venit.* Etiam ratione verbi eiuſdem diuinitatis cum Spiritu Sancto competit Chriſto ſymbolum Columbæ.

a 3. p. q. 39. a. 6. in corp.

14 At ſi humanitatem Chriſti inſpiciamus columbam dici, tum columbinis proprietatibus, tum etiam auctoritate reperiemus. Etenim D. Thomas vbi ſupra ad 2. ait: *Columba eſt animal ſimplex aſtutia, & dolo carens: Vnde dicitur Matthei 10. Eſtote ſimplices ſicut Columbæ.* Vlterius ſeptem alias colligit D. Thomas proprietates; quibus ſeptem dona S. Spiritus eſſe oſtendit in Chriſto. Prima eſt quia Columba ſecus fluẽta habitat, vt inde viſo accepitre mergat ſe, & euadat: vbi donum ſapientiæ oſtenditur. Secunda eo quod Columba meliora grana eligit: donum ſcientię ſignificat. Tertia quod alienos filios columba nutriat: ad donum pertinet conſilij. Quarta non lacerat roſtro columba: quia per donum intellectus nõ laceratur ſcriptura peruertendo ſententias. Quinta Columba felle caret, quod dono pietatis competit. Sexta in cauerna petræ nidificat: Et hoc pertinet ad donum fortitudinis, hanc enim habemus in plagis Chriſti, qui eſt petra firma. Septima tandem habet columba gemitum pro cantu; quod pertinet ad donum timoris, quo ſancti delectantur in gemitu pro peccatis. Septem hæc dona Spiritus ſancti fuiſſe in Chriſto, nemo eſt qui dubitet; ergo proprietates illi cõueniunt, & humanitatem, quam verbum aſſumpſit poſſe dici columbam affirmamus: quodq; etiam Lucas abbas Aponij continuator expendens illud Canticorum. b *Vna eſt Columba mea*, eam eſſe docet, *humanitatem Chriſti, quam præ omnibus ſibi deſpondit Verbum æternum cum illam factus homo aſſumpſit ex virgine; cui proinde quaſi matri ſuæ fuit dilectiſſima. Eadem humanitas dicitur fuiſſe electa genetrici ſuæ, quia ipſa electa fuit mediatrix inter robur diuinitatis, & carnis fragilitatem.* Hæc Lucas. Humanitas ergo Chriſti cum fuerit præcipua, prima, & proxima ſponſa verbi recte columba dicitur, eique conueniunt, quæ de ſponſa in Canticis prædicantur.

Columba eſt Chriſti humanitas.

b cap. 6. 8.

15 Eſt igitur Chriſtus columba, & turtur; ſed non inde apparet Chriſtum vixiſſe ſolitarium aut ſolitudinem dilexiſſe. Siquidem communiter Patres docent omnia, quæ turturi conueniunt etiam conuenire columbæ; præter hoc, quod columba gregalis ſit, & conuerſatione delectatur: turtur vero ſolitaria, & amatrix eremi. De turture ſufficiat vnum adducere Chryſoſtomum, qui ait. c *Turtur amatrix eremi, delectabilibus blandimentis arceſſit comparem vocis ſuæ, conuallia penetrat, & ſuum maſculum in amœna, & nemoroſa paſcentem conuocat: vnanimique mente ad inculta, & prærupta rupium cubile fundantes, ſuos inde ſine timore volare prouocant pullos.* Et de columba quod gregalis ſit, audiatur D. Cyprianus, qui columbæ proprietates deſcribit, dicens: d *Simplex, & lætum animal eſt, non felle amarum, non morſibus ſæuum, non vnguium laceratione violentum; cuius ingenium eſt, hoſpitia humana diligere, vnius domus conſortium noſſe, cum generant ſimul filios edere; cum commeant, volatibus inuicem cohærere communi conuerſatione vitam ſuam degere; oris oſculo concordiam pacis agnoſcere, legem circa omnia vnanimitatis implere.*

Turtur auis ſolitaria.

c homil. de turture. ſ. 2.

d Libr. de virtute Eccleſ. Cath.

Columba auis gregalis.

plere. Hæc Cyprian. Si ergo ex dictis, Chriſti ſymbolum fuit columba; non agnoſcimus in columba ſolitariam vitam cum gregalis ſit; & conſequenter vt non columba Chriſtus ſolitariè ſacrificatur. Ergo non ſe Chriſtus in Cruce ſolitudinis ſacrificauit.

Chriſtus ſolitarius in turture.

16 Reſpondetur quod ex auium iſtarum ſacrificio perfectiſſime qualis fuerit, & eſſe debuit Chriſti vita, manifeſtatur. Etenim non ſola columba offertur, aut ſola turtur; ſed vtraque auis: Nam ſi ſola columba oblata fuiſſet, dilexiſſe conuerſationem diceretur ſemper. Si vero tantum offerretur turtur ſolitariam vitã ſemper egiſſe diceremus. Quod quidem fini incarnationis conſentaneum non erat. Vt ergo tali fini vacaret, vtriq; viuendi modo operam dedit, & cum turture aliquando ſolitariam vitam duxit; & cum columba debuit cum hominibus conuerſari, vt impleretur, quod dictum eſt per Baruch. e *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt*. Et D. Thomas f dicit: *Quod conuerſatio Chriſti talis debuit eſſe, vt conueniret fini incarnationis, ſecundum quod venit in Mũdum; at quia venit ad manifeſtandam veritatem, ideo non debebat ſe occultare, vitam ſolitariam agens, ſed in publicum procedere publicè prædicando. Verum tamen quod propter quietem ſe a turbis quandoque retraxit, vt Marci 6. Venite ſeorſim in deſertum locum, & requieſcite puſillum, &c. vel cauſa orationis, vt Lucæ 6. Factum eſt in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione: Quandoque vero, vt doceret; fauorem humanum vitare; Vnde ſuper illud matth. 5. Videns Ieſus turbas aſcendit in montem; dicit Chryſoſtomus* g *Per hoc, quod non in ciuitate, & foro, ſed in monte, & ſolitudine ſedit, erudiuit eos nihil ad oſtentationẽ facere, & à tumultibus abſcedere, & maxime cum de neceſſarijs diſputare oportet*. Hęc D. Th. in corp. & ad tertiũ.

e *Cap. 3.*
f 3. p. q. 40. a. 1.
Conuerſatus eſt, vt Columba.

17 Ex his patet vtramque vitam, prout oportuit ad tempus egiſſe, & partim cum turture ſolitarium fuiſſe, & partim cum columba conuerſationem hominum ſequutum. Verum totum hoc mihi inſufficiens eſſet; niſi etiam ſolitarium cum columba ſemper etiam fuiſſe demonſtrem: idque facile erit probare iuxta doctrinam D. Gregorij g dicentis. *Qui corpore remotus viuit, ſed tumultibus conuerſationis humanæ terrenorum deſideriorum ſe inſerit cogitationibus, non eſt in ſolitudine. Si vero prematur alijs corporaliter popularibus turbis, tamen nullos curarum ſecularium tumultus in corde patiatur non eſt in vrbe*. Ex qua doctrina ſcimus non eſſe in ſocietate, ſed in ſolitudine, qui ſpernit, quę in vrbe ſunt: quod ſi econtra appetat aliquis quæ in Mundo ſunt, licet in deſerto viuat in vrbe eſt. Quod ex intelligentia Oſeæ ſatis patet, dixerat enim Deus. h *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad Cor eius*. Vatablus per *y lactabo*, legit, *pellicam*. Quaſi diceret, deceptus populus ſequutus eſt Idola, velut ſeducta columba non habens cor; decipiam, & ego ipſum, vt ſuum agnoſcat errorem ducendo ipſum in deſertum, cumque ibi doceam, quod ſcire oporteat.

g *Lib. 30. mor. c. 12.*

h *Cap. 2. 14.*

18 Sed difficultas maxima oritur pro intelligentia textus, cum difficile admodum ſit inueſtigare de qua ſolitudine loquatur, in quam ducere populum promittit; cum nunquam in deſertum iuerit, niſi quando ab Ægypto exijt; de quo loqui impoſſibile videtur cum prophetauerit Oſeas tẽpore Achaz multis iam tranſactis annis ab exitu Iſrael de Ægypto; & etiam patet ex eiuſdem capituli verbis, ſcilicet: *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti*. Ergo ſolitudinem in quam ducendus erat populus, non fuiſſe deſertum illum conſtat. Scio aliquos intelligere textum de primitiua Eccleſia, quando ex feruore ſpiritus populabantur ſolitudines; ſed hoc eſt allegoricus, non literalis ſenſus. Qualis ergo erit ex contextu apetiamus; dixerat Propheta paulo ante: *Et viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebantur dicit Dominus. Propter hoc, ecce ego lactabo eam*, &c. Quaſi dicat ne populus ad Idololatrię vomitum reuertatur, decipiam eum, cum eum fecero deſertum, ne quid habeat ad immolandum Idolis; ſicut nil dat indigẽti ſolitudo, nec idola in corde habeat, ſicut nec gentes ſolitudo continet. Tunc cum ſolus erit, nec alium Deum ſponſum habebit in anima, præter me, loquar ad cor eius verbis conſolatorijs quibus gaudebit, & canet eodem modo, quo cantauit, quando ad mare rubrum mortuos inimicos conſpexit: imo magis, quia maior eſt victoria de ſpiritualibus, quã de corporalibus inimicis.

19 Deducitur ſenſus iſte literalis ex varijs lectionibus. Etenim vbi vulgatus textus habet: *Ducam eam in ſolitudinem*; Legunt LXX. *ponam illam quaſi deſertum*. Arias montan. *Ire faciam eam deſertum*. Et Pagninus: *Ire faciam eam in deſertum*. Propoſitio tamen (*in*) nõ eſt in hebræo, vt teſtatur Arias montanus. Ex hoc ergo conſtat pro eodem ſumi eſſe in ſolitudine, ac eſſe in vrbe, ſi cor habet deſertum ab omnibus rebus, quæ in mundo ſunt; Idque fere docuit Auguſtinus expendens verba Dauidis: *In terra deſerta inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*. vbi ait. i *Aliter enim ei in ſancto apparere non poſſumus, niſi terra corporis noſtri fuerit deſerta mundanis delicijs, inuia inimicis concupiſcentijs, & inaquoſa libidinoſis illecebris*. Itaque tunc Deus ducit animam in deſertum, quando eam facit omni peccato deſertam. *Ducam ergo in ſolitudinem idem eſt*, ac cum LXX. *ponam eam quaſi deſertum*; aut *ire faciam eam deſertum*, cum Montano. Huius veritatis notitiam aſſequutus Haimo; & ex eo Pannonius apud Cornelium k qui dicunt: *Deſertus locus ſunt corda Sanctorum valde remota a terrenis hiſce cupiditatibus: prius namque à ſemetipſis inordinatos deſideriorum motus ejciunt, ac delicijs quibuſcunque fugatis ſemetipſos deſertum quietudinis efficiunt. Hoc eſt enim deſertum, quod fuga deliciarum, & quarumcumque corporis voluptatum*.

i *Serm. 77. de temp.*
k *In Apoc. c. 12.*

His

20 His præmiſſis, Chriſtum Dominum vixiſſe ſolum, & ſolitarium nemo dubitat, nam erat in vrbe vt columba, & in eadem vrbe erat, vt turtur in ſolitudine; ſi enim Iuſtorum corda terrenis cupiditatibus exuta, deſerta dicũtur, quanto magis iuſtorum caput cor deſertum à tumultibus mundi habuiſſe credendum eſt? Certum enim eſt, & non ſolum iuxta præfatorum patrum loquendi modũ Chriſtum fatebimur fuiſſe ſolum, & ſolitarium à rebus mundi alienum, ſed etiam ſolitudinem, quam dilexit abſque rapina habuiſſe teſtamur. Quod vt explicem notanda ſunt verba D. Pauli. l *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* Difficilis quidem ſententia eſt; minimè furtum fuiſſe dicit; quod Chriſtus Deus ſit Deo Patri æqualis. Circa quod optimè diſcurrit Celada dicens: Num quiſquis æquatur alteri apud homines, illud ipſum in quo creſcit, vt adæquetur, ſuffuratur ab illo, cui adæquatur? Rectè poteſt, quis aut à meritis, aut ambitione, ita ſublimari, vt æquetur magno viro, quin ab illo quidquam detraxerit: nam abſque ſublimiſſimi decremento ſolo ſui incremento æquari poteſt cuique quantumuis ſublimiſſimo. Ergo vt quis æqualis fiat magno, neceſſarium non eſt, vt à magno ſuffuretur magnitudinis portionem. Imo ſemper neceſſarium eſt: nam eo ipſo, quod quis magno euadit æqualis, neceſſe eſt, vt ab eo auferat ſolitudinem in magnitudine: *Quando quid quidem habet alter, ſe computat perdidiſſe.* Vt alias dixit ſanctus Chryſologus. m Eleganter ergo dixit Paulus oſtendens æqualitatem Chriſti Dei Deo Patri, non fuiſſe rapinam (quia eadem eſt vtriuſque perſonæ diuinitas) ſicut eſſet inter homines ſi magno paruus æquaretur, quia non eſſet ſolus ille magnus, cui ſolitudinem paruus furaretur ab illo magno. Vnde Tertullianus dixit. n *Periculum ſtatus ſui Deo nullum eſt*, quare? *quia nil Deo par eſt*; dixerat prius.

l *Ad Phil. c.2.6.*

Deus per eſſentiam ſolus.

m *Ser.2.*

n *Libr. de carne Chriſti c.3.*

21 Solitudo eſt ita propria Deo, quod ſi vnus, & ſolus non eſſet, vtique Deus non eſſet. Notanda ſunt verba ſerpentis ad Euam. o *Eritis ſicut Dy ſcientes bonum, & malum.* Peccauit tandem, & quare, num quia diuinitatem appetiuit? minimè nam ſtulta foret ambitio, cum Dæmon non dicat, *eritis Dy*; ſed *ſicut Dy*, id eſt ad ſimilitudinem, quam iam habebat. Sed ars Satanica fuit perſuadere, non vnum tantum eſſe Deum, ſed plures, qua ſuaſione credidit ſuadenti, & turpi Dei contemptu manum porrexit ad pomum, & comedit, contemnens Deum, quem iam exiſtimauit non eſſe ſolum, ſed pares, & conſimiles habere Deos. Tertullianus p ad rem ait: *Veritas Chriſtiana diſtricte prænunciauit, Deus, ſi non vnus eſt, Deus non eſt*: & alibi. q *Ipſa idola gentilium Dei vulgo, ſed Deus ea re qua nemo Deus dicitur.* A ſolitudine vnitatis maieſtatem diuinitatis poſſidet.

o *Gen 3.5.*

Diabolus ſolitudinè niſus eſt auferre à Deo

p *Libr. 1. aduerſus Marcion. c. 3.*

q *Cap.7.*

22 Hac ergo ratione Chriſtus, qui Deus eſt, & vnam habet cum Patre diuinitatem ratione diuinitatis ſolus, & vnus eſt, nec ab eo ſolitudo dimoueri poteſt. Si vero ratione humanitatis ſolitudinem eius ſcire, optas conſidera Chriſtum in vrbe nullis ſecularibus delicijs implicatum, ſed tantum redemptioni incumbentem; Vnde cor eius deſertum ita factum reperies, vt eum magis ſolum, & ſolitarium in vrbe, quam ſi eſſet in ſolitudine fatearis. Lege Bernardum loquentem de modo quo vir iuſtus ſolitudini incũbere debeat. r Ibi enim ait: *Solus es ſi non communia cogitas: ſi non affectes præſentia; ſi deſpicias, quod multi ſuſcipiunt; ſi faſtidias, quod omnes deſiderant; ſi iurgia deuites, ſi damna non ſentias, ſi nõ recorderis iniuriarũ. Alioquin nec ſi ſolus corpore es, ſolus es.* Hæc Bernardus. Quæ omnia conuenire Chriſto ſuperfluum atq; minime neceſſarium eſſet probare, cum quilibet etiam mediocriter in ſcripturis verſatus, ex ſe ſingula verba Bernardi in fauorem ſolitudinis Chriſti transferre valebit.

r *Serm.40.*

Chriſtus ſolitudine fruitur, & vt Deus, & homo.

Idque eo magis conſtat, quia ſolitudo iſta, qua homo nudatus omnibus, quæ vel habet, vel habere poterat, eſt ita certa, vt nouerint eam etiam gentiles: ex quibus accipe vnum nempe Senecam dicentem: *Licet foris reſonent omnia, dum intus tumultus non ſit, dum inter ſe non rixetur cupiditas, & timor; dum auaritia, luxuriaque non diſſideant, nec altera alteram vexet, bene eſt animo. Nam quid prodeſt totius regionis ſilentium ſi affectus fremunt.* Quaſi dicat, nil refert, quod quis in ſolitudinem eat, ſi Mundi oblectamentis, diuitijs aut honoribus hærens, tenaciter deſiderio in vrbe viuit. Fiat ergo qui ſolitudinem amat non alter Seneca, quia gentilis eſt, ſed ad mores Senecæ doctrinæ exequutor, & imitator. En ipſe quid fecerit, audite: *Seceſſi (ait) non tantum ab hominibus, ſed à rebus, & in primis à rebus meis. Qui nihil videntur agere maiora agunt.* O diuina prorſus ſententia: Nam veritas à quocunq; dicatur à Spiritu ſancto eſt. Non ſolum ab hominibus, eorumque negotijs voluit ſeparari, ſed ſuis etiam proprijs valedixit, & rationem ſubdidit dicens: *Qui nihil videntur agere maiora agunt:* Nulla enim gloria maior eſt illa, qua inſignitur is, qui adeo ſolus, & ſolitarius viuit, quod omnino videatur non viuere.

Solitudo quomodo ſit in vrbe.

23 His dictis aperte conſtat, qualiter Chriſtus Dominus ſolitudinem amauerit tanquam turtur & conuerſari debuerit tanquam columba, ſeu ad inſtar ſimplicis columbæ. Nec hoc valde à religioſorum vita diſſentit. Quilibet enim religioſus vitę præcipuè miſtæ ſe obtulit Deo tanquam columba, & turtur, ita vt clamare queat cum Regio Vate. ſ *Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ, & volabo, & requieſcam ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.* Alis columbæ fretus auolauit; mundum, & quæ in mundo ſunt, atque adeo voluntatẽ rehabendi dimiſit; tamen quia columba gregalis eſt, licet aliquando volitet, & in deſertum ſe conferat, eſca inuenta ad filios alendos in habitatu regreditur. Sic pariter Religioſus ſolitudinem petijt, vt columba cibo tamen cœleſti recreatus ad eundem tamen cibum filijs communicandum regreditur: hoc eſt ex cœleſti meditatione, & ſacræ Scripturæ lectione in deſerto religionis habita fa-

ſ *Pſal. 54.*

Religioſi in ſolitudine religionis ſunt colũba & turtur.

ta factus concionator, per prædicationem cibus in alios ad inſtar Chriſti, quem imitari ſatagit, effundit. Ipſe enim Chriſtus talem vitam elegit, vt dixit D. Thom. loco citato ad ſecundum, quia vita actiua ſecundum quam aliquis prædicando, & docendo contemplata alijs tradit, perfectior eſt, quam vita quæ ſolum contemplatur, quia talis vita præſupponit abundantiam contemplationis, & ſic prædicatoribus ad exemplum Chriſti quandoque conuerſari, & quandoq; à turbis ſe retrahere, competit.

24 Efficacius autem ſolitariæ turturis naturam imitatur verus religioſus tranſit enim de Mundo in deſertum, vt inde ad domum Dei perueniat, Valeatque eum Regio Vate gloriari dicens. t *Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei in voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis.* Ex ardore, labore, & lachrymis ardenti amore effuſis ſpem ſumit tranſeundi in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domum Dei qui tranſitus gaudijs, tripudijſque peragendus erat; prout in nuptijs fieri contingit. Sed mirum mihi videtur poſſe Dauidem conſolari, mente Dei domum cogitando, cum dicat ſe tranſiturum per tabernaculum; & admirationis ratio in eo conſiſtit, quoniam erectum fuit templum, quod eſt domus Dei, eodem in loco vbi à Moyſe poſitum fuit tabernaculum ad protegendam, & defendendam arcam ab aeris turbulentijs. Sed ſi pro eodem ſumatur tabernaculum, & domus maioris admirationis cauſam affert, cum diuerſæ admodum res ſint: Domus enim eſt in habitatu bene fundatum ædificium: tabernacula vero, ſunt quædam tentoria è pellibus facta, quæ etiam vocantur papiliones. Iſta autem tentoria fiunt in deſerto mobilia, vt hinc, & inde aſportentur, & competunt peregrinis, atque militibus, & paſtoribus, &c. Vnde ortum habuit illud prouerbium. *Mouere tabernacula*, quando milites pergunt pugnaturi. Vlterius pacem denotat domus, bellum connotat tabernaculum; quomodo ergo fieri poteſt, vt Dauid tranſeat in locum tabernaculi vſque ad domum Dei.

t Pſ. 41. 5.

Solitudo turturis in religioſo quid ſignificet.

25 Eundem locum vocat Dauid domum, & tabernaculum, nomenque ei tribuit ad vrbem & deſertum; ad bellum, & pacem pertinens, vt doceat quemlibet, quod ſi quiete, & interiori pace frui peroptat Spiritus, ad bellum aduerſus carnem ſe armet. Nec aliud quidquam intendit religioſus, cum velut turtur ſponſum ſuum quærens mundum reliquit, in deſertum ſeceſſit religionis, & ſuum cor mūdanis blandimentis deſertum fecit; & tanquam in tabernaculo pugnans aduerſus carnis concupiſcentiam, victoriam reportare ſatagit, vt inde perueniat ad amplexandum ſponſum domi ſuæ commorantem. Quapropter notanda ſunt verba D. Gregorij. u dicentis: *Turtur poſtquam parem ſuum perdiderit ſemel, nunquam alteri ſe iungit, ſed ſemper ſolitariè habitans in gemitu perſeuerat: quia quem diligebat non inueniens quærit, ſic ſanctæ quæque anima, cum à ſponſo ſuo abſens eſt, ab eius amore non recedit; ſed in eius deſiderium ſemper anhelat, & gemit: & dum illum, quem valde diligit, non inuenit, quia ab omni alieno amore ſe retrahit, quaſi in genarum verecundia caſtitatem coram ipſo habitu, & actu exteriori oſtendit.*

u In Cantic. c. 1.

Item Sanctus Bernardus expendens illud; *pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*; proſequitur dicēs. x *Natura turturis eſt, vt ſi per occaſionē perdiderit coniugem, alterum amplius non quærat. O ſponſa Chriſti aſſimulare, & tu huic turturi, & præter Ieſum Chriſtum tuum amatorem non quæras alterum. O ſponſa Chriſti eſto ſimilis turturi, & luge die, ac nocte; cum deſiderio Ieſu Chriſti ſponſi tui, quia iam aſcēdit ad Cælos, vt aliquando faciem illius videre merearis in dextera Patris.* Quid efficacius pro religioſis? Ipſi enim ſpretis mundanis illecebris in ſolitudine religionis viuunt cor deſertum, & liberum ab omnibus inquinamentis habere ſatagunt, & pro amore Ieſu Chriſti ſponſi ſe cruci affigunt, multiſq; pœnitentijs carnem affligunt, & malunt mori, quam lædari, & quidquam contra ſui ſponſi voluntatem facere; ardentique amore, quæ Chriſto diſplicent; poſtponunt: nec alterum diligunt præter Chriſtum crucifixum, quem lachrymis per deſertum quęrunt, vt eum gloria coruſcantem in Cœlis, & in dextera Patris videre mereantur. Sicque dicere poſſunt cum Dauide: *Tranſibo in locum tabernaculi, &c.*

x De modo bene viuendi ad ſororem. c. 10.

Mirabile teſtimonium huius veritatis deſumptū ex Zaccharia affero; ait enim Propheta. a *Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gentibus, quæ venerunt contra Ieruſalē: & aſcendent ab anno in annum, vt adorent Regem, Dominum exercituum, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum.* Feſtum hoc tabernaculorum celebratur a Iudæis ex legis præcepto in memoriam recepti beneficij, quando ſcilicet eduxit eos Dominus de Ægypto, eiſque legem dedit in monte Synai, & per quadraginta annos ſemper eos in deſerto pauit, nec illis vnquam victus, aut veſtium perpetuitas defuit: Vltra quod cœleſti columna ignis per noctem, & nubis per diem obumbrantis protegebantur à tenebris nocturnis, æquè ac ab æſtu diurno.

a Cap. 14. 16.

26 Sed in primis Notandum eſt, quod Patres in huius textus expoſitione valde laborant; an debeat literaliter intelligi, an myſtice; verum ad noſtri intentum parum refert. Hæreo tamen Vatabli expoſitioni, ille enim, ait. b *Propheta metaphoricè loquens, exprimit ea, quæ ſunt ſpiritualia noui teſtamenti per ea, quæ erant temporalia veteris teſtamenti.* Lyræ quoque opinio tatis placet, ipſe enim expendens ly, *Omnes gentes* quas dicit ſequēti verſu *percutere Dominus, ſi non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculorum*, non poſſe intelligi, docet, de feſtis Iudaici populi ſecundum legem, quia loquitur contra Ægyptum, aliaſque omnes gentes, quæ Iudæorum feſta ſeruare non tenebantur; Ideo de ſpirituali celebratione in Eccleſia facienda Propheta intelligitur loqui. Audiatur etiam

b Scolia. n. 49.

Hiero-

Hieronymus. *Quandiu* (inquit) *in profectu ſumus, & incurſu atque certamine, habitamus in tabernaculis, hoc omni mente nitentes, vt de tabernaculis ad firmam, & ſtabilem ſedem tranſeamus ideſt domum Dei. Vnde qui in Aegypto eſt loquitur: Aduena ego ſum apud te, & peregrinus. Qui autem egreditur de Aegypto, & ingreditur vitiorum ſolitudinem carpit iter ſuum, & dicit in pſalmo: Tranſibo in locum tabernaculi, vſque ad domum Dei.*

27 Hic ad viuum exprimitur religioſorum ſtatus, & vita: Erant omnes in Mundo tanquam in Ægypto, quæ tribulatio interpretatur, non enim apud Mundi amatores deſunt tribulationes; quas ſi in corpore non ſentiant in anima patiuntur. De hac ergo Aegypto exierunt, & in religionibus quæ tanquam tabernacula habentur, viuunt; quaſi peregrini non habentes religionem tanquam domum permanentem; ſed tendunt ad domum æternam in Cœlis. Interea velut Chriſti milites vitiorum ſolitudinem ingreſſi curam habent, vt ſecuri ab omni procella, & incurſu hoſtili euadant. Quos cum contemplor, vel aſpicio non poſſum non exclamare: O fęlices turtures in quibus tanquam ſummum bonum eſt animus fortuita deſpiciens, virtute lætus extra metum, & cupiditatem, ſana mens, & in perpetua poſſeſſione ſanitatis. Vna in religioſis ſolitudinem amantibus. Placida, & fida tranquillitas, vna ſolida, & perpetua ſecuritas eſt. Ipſi enim ab inquietantis ſæculi turbinibus extracti, ac Crucifixo Deo mente proximius adhærentes. Quid quidem apud cæteros in rebus humanis ſublime, & magnũ videtur, infra conſcientiam eorum iacere gloriantur. Nam vt ait D. Cyprianus ad Donatum: *Nihil appetere, nihil iam deſiderare de ſeculo poteſt, qui ſeculo maior eſt.*

Religioſorũ felicitas in exitu huius Aegyti.

28 Quod autem deſertum religionis maiori ſecuritate, & felicitate noſtrum dirigat iter ad Deum, ſufficeret audire Bernardum dicentem: *Cella eſt Cœlum terreſtre.* Sed audiãt Æneam Siluium c de Suatocopio Bohemiæ Rege *ab Arnulpho imperatore victo, qui tunc aufugiens ſeceſſit in Eremum, vitam egit cum eremitis, ſed vſque ad mortem, quem ſe fuiſſe occultauit. Tandem moriens ad ſe Eremitas vocauit, eiſque ſe manifeſtauit, & dixit. Ego ſum Rex Bohemorum, qui prælio victus ad vos confugi, & regiam vitã, & priuatam expertus morior; nulla regni fortuna eſt tranquillitati eremi præferenda. Hic ſecurus ſomnus, dulces herbarum radices efficit: ibi cura, & pericula nullum cibum nullum potum non amarum reddũt. Quod vita mihi Deus dedit apud vos, fælix peregi: in regno, quidquid eius tranſactum eſt mors verius, quam vita fuit.* Hanc quoque experientiam cõfirmauit Carolus V. Imperator, qui ſæpiſſime dicere ſolebat: *Se reſignato imperio plus voluptatis in ſua monaſtica ſolitudine percepiſſe, quam ex omnibus ſuis victorijs, & triumphis.* O magnum encomiũ vitæ religioſæ; cuius voluptas præfertur tot victorijs, tãtiſq; triũphis, quibus inter omnes fortunatiſſimus fuit Carolus, & fęlix.

c *In hiſt. Bohemiæ cap.13.*

Cella eſt Cœlum.

Solitudo præfertur imperio uictorijs, & triumphis.

29 Nec ſolum Turturis ad inſtar religioſus ſolitudinem quærit, & amat; Sed columbę quoque fit imitator, quando ſolitudinem religionis ſtricte teneat memor factus illius columbæ de qua in Geneſi d legimus, quod fuerit ab arca dimiſſa: ait enim textus: *Emiſit quoq; (Noe) Columbam poſt eum vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ, quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eum in arcam.* Quibus verbis ſignificatur quædam quaſi fuga religioſorum, & à conſortio improborum ſeparatio, non ſolum ſpiritualiter, quod, & alij in ſeculo iuſti faciunt; Sed etiam corporaliter, dum ſe à tumultibus ſeculi, & turbulentis vitæ curis ad religionis arcam recipit: præcipue cum ad arcam diuinitatis confugit nempe ad Chriſtum Dominum Ieſum crucifixum, intrat per aperta vulnera, requieſcit in ſuauiſſimo corde ipſius dulciſſimi Ieſu.

d *Cap.8.8.*

30 Huius arcæ quietem melius, quam Carolus V. Imperator guſtarat aliquando Sanctus Petrus Damianus, deinde ad diluuium negotiorum, & curarum in Epiſcopatu à Summo Pontifice tanquam à Noe dimiſſus, ſuſpirabat hiſce verbis. e *Erat mihi tunc cor carneum ſiue, vt mihi videbatur, cereum. Quod nimirum deſiderij cœleſtis afflatum flamma liqueſceret, & vberibus lachrymis flebilia frequenter ora rigaret: Horrebam audire quanto magis ore proferre; quidquid non prouocabat ad Chriſtum, ſæpe cernebam præſentiſſimo mentis intuitu Chriſtum clauis affixum in cruce pendentem, auiduſq; ſuſcipiebam ſtillantem ore ſuppoſito cruorem; nunc autem durus, & ſaxeus dum negotijs iugiter exterioribus atteror, in compunctionis intima lachrymas non reſoluor. Ego proh dolor tanquam alter Sanſon ſeptiformis Spiritus ſancti dona, quaſi ſeptem crines amiſiſſe me defleo, & effoſſis oculis cordis curarum ſecularium molam voluo. Ego ille Sedechias, cui Rex Babylonicus prius filios interficiens, bonorum operum fructus abſtulit, poſtmodum oculos eruit, dum contemplationis intima luce priuauit.* Hæc Dam.

e *Libr. 1. Epiſt.9.*

In religione perfecta quies.

31 Rurſus aduertendum eſt quod emiſſa columba ab arca ſtatim red ijt: Et ſi petas quarę? ſacer textus Reſpondet, quia non *inuenit vbi requieſceret pes eius.* Erant ne (dices) adhuc aquæ ſuper terram? Erant partim in camporum ſcilicet planitie, & humilioribus vallibus, ſed in montium cacumine nõ erant. Qua ratione fortaſſe infidus coruus, nullum de aquarum ſtatu nuncium retulit. Cur ergo columba in vertice montium non quieuit? Ratio eſt quia culmina montium, & ſi nuda reperiſſet, tamen ex præterita eluuione non dum erant exiccata, & pura; quin imo limis, cænoque obſita, turpioreq; adhuc vligine lutulenta videbantur. Quumq; columba auis ſit pudicitiæ amans, vt eam vocauit Ambroſius, lutum, & cænum ita exhorruit, vt in montium vertice, vtpote cænoſo, pedem figere renuerit. Et ſtatim reuerſa eſt in arcam.

Religioſus redeat ad arcam vt columba.

Hinc docetur Religioſus, quod ſi aliquando miſſus fuerit à prælato pro communi fidelium beneficio extra arcam monaſterij peractis per-

Digitized by Google

peragendis redeat ſtatim; ne in ſeculo, aut ſecularium domibus aliquantulam moram faciat; ſerpit enim voluptas, viget adhuc carnalis concupiſcentiæ aculeus, & ſi ſemel ignis incenditur, difficile reſtingui poterit, aſſuetus cæno porcus, aut putridæ carni vultur vix vnquam arceri poſſunt, quin ad vomitum rapiantur. Ideo columbæ ſalus in fuga eſt. Nam vt ait D. Cyprianus. f *Malum omne facilius vincitur, quàm voluptas, quia illud quidquid eſt, horridum eſt, hoc blandum eſt.* Conſulto igitur columba meticuloſa, ſuis nequaquam fidens viribus ne in luto periclitetur, vel ſi ſolam plantulam ponat, fugam in arcam capeſſit. Ideo Sanctus Antonius à Conſtantino Imperatore vocatus nolens ire dixit: *Si ad Imperatorem venero, Antonius ero: ſin minus, Abbas Antonius.* Suiſq; religioſis non exire à monaſterio ſuadebat, dicens: *Non expedit Chriſti ſeruis: ſecularium domos frequentare: ſicut enim piſces de aqua educti langueſcere, & emori ſolent, ita monachus extra cœnobium confabulationi vacans, ad cordis tepiditatem redigitur, & circa ſpiritualia exercitia efficitur tardior.*

f *De bono pudicitia.*

Periclitatur dum egreditur è monaſterio

32 Sed adde religioſum non ſolum fieri tardiorem ad exercitia ſpiritualia, quibus Deo ſacrificatur vt columba; ſed nec ſpiritualiter viuere poſſe; ſi religionis deſerat ſolitudinem ad quod probandum ſponſæ exemplum aduoco. g Ipſa namque ſponſi amore ducta quærebat dilectũ ſuũ per vicos, & plateas, nihilominus ait: *Inuenerũt me cuſtodes, qui circumeũt ciuitatẽ: percuſſerunt me: vulnerauerũt me, tulerunt pallium mihi cuſtodes murorum.* Qui autem fuerint cuſtodes iſti, tam inſolentes, qui auſu temerario vulnerauerint, & ſpoliauerint ſponſam? Mihi videntur fuiſſe, vel Dæmones, qui animam ſuis tentationibus vulnerant, eamque pallio puritatis ſpoliant, vel dæmoniaci illi homines, qui Dæmonum iuſſa ſequentes illud in ſeculo peragunt, quod ipſis Dæmones ſuggerunt. Has tamen percuſſiones, & vulnera à cuſtodibus murorum minime accepiſſe ſcimus, nec amictu ſpoliatam fuiſſe ſponſam, dum domi ſedens manebat, ſed illæſa fuit, ſuaque omnia retinuit: Vt diſcat Religioſus vir vtilius ſibi multo eſſe in clauſtro ſuo viuere, quàm foras diſcurrere; quod ſi charitas impellat iuſtis de cauſis egredi, caueat ne pluſquam oportet moram faciat, ſi conſummatæ virtutis perfectionem, non amittere, ſed adipiſci malit. Audiat S. Petrum Damianum h dicentem: *Hoc ſuadimus, vt id tanto parcius, tantoq; rarius agat: quanto ſcit, quia vagando per ſeculum, nec ſpiritualiter viuere, nec ad perfectionis culmen valeat, etiam ſi diligenter inuigilet, peruenire.*

g *Cap. 5. 7.*

h *Apolog. de contemptu ſeculi c. 23.*

33 Quod è contra euenire conſpicimus intra gremium religionis exiſtentibus, vbi dum militant & aduerſus viſibiles, & inuiſibiles hoſtes pugnant, ſemper Dei gratia fulti viuunt. Sunt enim fortes in religione exiſtentes, ſed fiunt debiles in ſeculo vagantes. Promiſerat enim Deus ſe validiſſimis caſtris religionem defendere, & munire, quando per Prophetam Zachariam dixit. i *Et circumdabo domum meam ex his, qui mihi militant, euntes, & reuertentes, & non tranſibit ſuper eos vltra exactor, quia nunc vidi in oculis meis.* Per milites Religioſos intelligo ſub vexillo ſanctiſſimæ Crucis militantes, per domum religionem diuinis vallatam præſidijs, ne ab inimicis aliquid mali patiatur. Tigurina legit ex Hebræo: *Circumducam caſtrum domui meæ, contra tranſeuntem, & redeuntem.* Pagninus: *Et ero ſicut caſtra domui meæ, vt non timeat ab exercitu à tranſeunte, vel redeunte.* O immenſitas diuinæ erga Religioſos beneuolentiæ. Ipſemet Deus religionis domus fit caſtrum, & murus; quid ergo ſecurius ipſa religione? nihil. Tamen non eſt ipſa ad quietem fundata licet domus ſit; nam religio Crux eſt, & ad militiam fabricata: & Religioſi Cruce armati, ſicut, & milites intra vallos recepti aduerſantium de foris ictus facile propulſant; Nec enim vel poteſt, vel audet gehennalis tyrannus, qui à ſecularibus continua vitiorum tributa exigit, illuc intrare.

i *Cap. 9. 8.*

34 Sed vnde, inquires, tanta prouenit Religionis dignitas? Ex diuino intuitu Reſpondet ipſemet Deus: nam dum per Prophetam rationem reddere volens, dixit: Quia nunc vidi in oculis meis. Ideſt Deus ipſe clementiſſimus in hanc ſuam Domum, in hanc ſuam familiam, in hos ſeruos, & filios ſuos, habet defixum obtutum oculorum. Cum nihil ſit in terra, quod oculos Dei ita quodam modo detineat, & oblectet, vt eſt quælibet religioſorum familia de qua expellitur Satan, diſcurrunt Angeli, & Deus aſſiſtit. Callidus autem hoſtis tanquam lupus ouem vt comprehendat à paſtore, & à grege prius auertit ſic religioſum extra clauſtrum extrahit, vt inde ille, qui inuictus intra domum conſiſtit, extra illam facile perit: & facilitate exeundi rationem vitæ religioſæ perdunt, eiſque fere nihil remanet præter religioſi nomen, ac veſtitum in reliquo velut mortui æſtimantur. Sententioſè Cardinalis Petrus Damianus. k *Donec Abner (ait) commilitonum caſtris interfuit. aduerſariorum cuneis terribilis extitit: poſtquam arma depoſuit, perijt. Vtia ſi propria domus hoſpitium placuiſſet, ſententiam proculdubio Regiæ indignationis, ac fraudis euaderet. Sed quia extrinſecus in alienis quam in proprio dormire cubiculo maluit, auctorem ſuæ mortis literas reportauit.*

k *Vbi ſup. cap. 28.*

35 Perbella ſunt exempla eiuſdem Card. Petri Dam. aduerſus eos, qui aut non credunt tantam hanc diuinam munitionem in religione, quam diximus eſſe domum illam vndiq; vallatam, aut parui pendunt religionem dicentes ſubeſſe periculo non minus, ac ſeculares, qui quidem non omnino falſum afferunt; Etenim religioſi adhuc in via ſunt, nec periculo carent, verum illud non minus, ac ſeculares falſum eſt: Nam religioſi procul à curis ſecularibus, & innumeris vitiorum illecebris, quibus ſcatet mundus, dum Deo, ac pijs vacant ſtudijs, cum ſolis cogitationibus pugnam exercent. Seculares vero in Mundi

late

Digitized by Google

late patenti campo impune laſciuiunt, ac dominantur, ſed in domo Dei, vitia vbi ſe produnt illicò intercipiuntur. Accipe exemplum venatoris qui ſepit vias, vt prædam capiat, vnam tantummodo ſemitam relinquit in qua laqueos diſponit, quibus incautus lepuſculus irretiatur: hoc poſito adiungit Card. ille. l *Et nos cum vitijs ad praui operis libertatem redire nitentibus terrenæ actionis meatus occludimus, quaſi vno in loco illis inſidias ponimus, quia cum ſolis cogitationibus iugiter dimicamus.* Itaque in ſeculo viuentes cum vitijs ipſis rem agunt: Religioſi cum ſolis vitiorum cogitationibus bellum gerunt. Illis vitia ſeſe armata oſtendunt. Iſtis vitia tantum cogitata ſe offerunt. Sed quis tandem iſte callis in quo vitia illaqueant? Reſpondet idem Card. *Vt ergo diuerſis animi paſſionibus poſſimus laqueos captionis inijcere obſtructis negotiorum ſecularium riuulis aduerſus ſolos cogitationum impetus ſtudemus viriliter decertare, vt dum vitia noſtra ab actione deterrita, ſolis cogitationum fluctuationibus aduolant, facile in ſancta prudentiæ laqueos cadant.* Hæc, & alia multa ad intentum adducit Card. Damian. quæ videat, qui voluerit. Et inde colligat, quam facile ſit ab omnibus cogitationibus liberari dum cruci religionis ſeu ſolitudinis affixum contemplamur religioſum, ibi enim Cruciformis effectus immolat ſeipſum, & perpetuus efficitur pœnitens; vt infra patebit.

l Vbi ſupra c. 25.

CAPVT III.

Ex gemitu Columbæ, & turturis oſtenditur Religioſorum pœnitentia.

36 EX ſupra poſitis habuimus Columbam & turturem ſymbolum fuiſſe Religioſi in ſolitudine religionis exiſtentis, & ſolitudini tanquam Cruci affixus opera pietatis exercet, abſtinentia gulam, & luxuriam refrenat, & patientia iram, &c. Verum, quod præcipuè aues illæ figurant, eſt ſacrificium, quod per continuam pœnitentiam, quam in ea ſolitudine peragit religioſus de ſemetipſo offert Deo. Et tunc illum verè dicemus par turturum, aut duos pullos columbarum obtuliſſe Deo, quando mentem verbo Dei, vt vero, & primo coniugi ſociatam habuiſſe conſtiterit. Idq; non parum indicabit vtraque auium gemebunda vox: habent enim ambæ aues pro cantu gemitum: teſte Ouidio in Philomela.

Columba & turtur gemunt.

Et caſtus turtur, atque columba gemunt.

Vt oſtendatur religioſorum pœnitentia, ipſi enim ad inſtar turturis, & columbæ gemebundi viuunt, & continuò ſuas, aliorumque culpas, lugent, & gemunt.

Turturis natura mortuo coniuge.

Quod autem pœnitentis ſymbolum turtur ſit, clarius conſtat; nam poſt mortem coniugis perpetuo gemit, & mœret: Quare nunquam in viridi ramo, vti ante, ſed ſemper in arido reſidet, nunquam in aqua ſe ipſam inſpicit, ne comparis ſui mortui imago, & memoria ſibi occurrat, & dolor excitetur, ſeu renouetur; nec aquam claram ſed turbidam, & limoſam bibit, imo cum in limpido fuerit riuulo, priuſquam bibat alis, & pedibus aquam turbat, limoſamque reddit. Vnde Baptiſta Mantuanus, ait:

Sicut vbi amiſſo thalami conſorte, per agros.
Sola volat turtur, nitidis, nec potat vndis,
Ne comitis priſci triſtetur imagine viſa,
Nec viridi poſt hac fertur conſedere trunco.

37 In Canticis legimus. a Sponſum Sponſæ loquentem, eique dicentem: *Flores apparuerunt in terra noſtra tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Ante Chriſti Aduentum tota terra non niſi acerbos, & immaturos fructus producebat; erat tota inanis, & vacua, ac ſuo ſpirituali ornatu deſtituta, quia vera ſapientia tranſierat, abierat virtus, & ſanctitas vitæ receſſerat: qua propter crebro lamentabantur Prophetæ. Iſaias enim dicebat. b *Corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi.* Micheas autem clamabat. c *Perijt ſanctus de terra, & rectus non eſt in hominibus.* Et Oſeas. d *Non eſt veritas* (inquit) *non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.* Ecce terra noſtra denudata veritate, hoc eſt fidelitate; etenim fides non ſeruabatur, ſed omnes erant doloſi, & fraudulenti decipientes, & fraudantes proximos ſuos, nec erat qui miſerendo ſubueniſſet, & afflicto; Vnde nec ipſi miſericordia digni erant; nam impij, & immiſericordes Cœlum occludebant, ne ipſis à Deo ſubueniretur, & hoc oſtendit D. Cyprianus e dicens: *De ſterilitate, aut fame quereris, quaſi famem maiorem ſiccitas, quam quam rapacitas faciat, quaſi non de captatis annonarum incrementis & pretiorum cumulis flagrantior inopia ardor excreſcat. Quereris cludi imbribus Cœlum cum ſic horrea cludantur in terris. Quereris minus naſci, quaſi quæ nata ſunt indigentibus præbeantur. Peſtem, & luem criminaris, cum peſte ipſa, & lue detecta ſint, vel aucta crimina ſingulorum, dum nec infirmis exhibetur miſericordia; & defunctis auaritia inhiat, ac rapina: ijdem ad pietatis obſequium timidi, ad impia lucra temerarij, fugientes morientium funera, & appetentes ſpolia mortuorum, vt appareant in ægritudine ſua miſeros ad hoc forſitan, & derelictos eſſe, ne poſſint dum curantur, euadere. Ita ſane, & hodie ſæpe immiſericordia priuatarum, & publicarum cauſa eſt miſeriarum.*

a Cap. 2. 12.

b Cap. 59. 1.

c Cap. 7. 2.

d Cap. 4. 1.

Mundus peccatis abundans ante Chriſti aduentũ

e Epiſt. ad Demetriã.

38 Nec erat ſcientia Dei in terra, quia Deum practicè non cognoſcebant, maieſtatem eius, & prouidentiam non apprehendebant, cumque ſolum à peccato abſterreat, & ad bonum impellat Dei metus, & reuerentia, ſcientiam eius tollentes, homines impuna fræna laxare ſuis concupiſcentijs, & reuere in omnia ſcelera curabant. Et de hoc quære-

P rebat-

f *Pſ. 13.* rebatur Regius Vates dum aiebat. f *Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus;* qua de cauſa, *corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt.* g *Ser. 112. de temp.* At econtra Auguſtinus g ait; *Cognitione Dei nihil melius eſt; quia nihil beatius eſt, & ipſa vera beatitudo eſt. Vnde, & Saluator ad Patrem ait: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te vnum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et ſtatim ſubiunxit. Beata ſiquidem vita eſt cognitio diuinitatis; cognitio diuinitatis virtus boni operis eſt: virtus boni operis, fructus eſt æternæ beatitudinis. Qui vult cum Deo ſemper eſſe frequenter debet orare, & legere. Nam cum oramus, ipſi cum Deo loquimur: cum vero legimus, Deus nobiſcum loquitur.* Hæc Aug. Ex huius ſcientiæ carentia inſurgebant maledicta, & mendacia, & adulteria, &c. Ita perſeueranter, quod ſanguis ſanguinem tangebat, peccata peccatis addendo, & ſcelera ſceleribus accumulando. De qua re h *Hom. 11. in Ezech.* loquitur D. Gregorius h dicens: *Sanguis ſanguinem tangit, quando peccatum peccato additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus Apoſtolus ait: Vt impleant peccata ſua ſemper. Ioanni quoque per Angelum dicitur: Qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, quaſi dicat: domus, vici, fores, templa, muri, agri peccatis inundant, & exundant.*

39 Sed vrgente hac rigida hyeme, venit Chriſtus in terram noſtram, vt illi finem imponeret, & ver nouum ſpirituale rediret, orirentur roſæ apparerent flores, arbores floreſcerent, &c. Ita vt dicat: *Iam hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit; flores apparuerunt in terra noſtra, &c.* Quaſi Chriſtus diceret: hyems tranſijt, ideſt rigor, & timor legis Moiaycæ, ac frigus, geluque infidelitatis gentium tranſijt, imber errorum, & vitiorum abijt; quia Sol vernus, puta Spiritus ſanctus illuxit, qui calore ſuo, tam hyemem, quam imbrem fugauit, ac flante auſtro gratiæ ſuæ flores Sanctorum vti fuere primi credentes produxit in terra noſtra; *& tempus putationis aduenit,* vt nimirum exeant Apoſtoli per orbem ad amputandam. Iudæorum, atque Gentilium infidelitatem, & ignorantiam, omnemq; cupiditatem rerum temporalium gladio fidei amputatam fructus bonorum operum proferant. Tempus ergo legis nouæ fuit Ver Euangelij, quo Chriſtus quaſi Sol calore gratiæ ſuæ omnem infidelitatis, & concupiſcentiæ hyemem diſcuſſit; & tunc apparuerunt flores in terra noſtra. Non inquit flos, ſed flores, quia plurimi apparuerunt, ſed ante omnes vnus qui auctor eſt veris, & aliorum florum radix Chriſtus Ieſus, *Flos campi, & lilium conuallium, flos de radice Ieſſe,* in florida Nazaret conceptus, & enutritus quem in numen conſecuti ſunt flores aſpectu pulcherrimi. Horum autem primi fuerunt Apoſtoli, i *In Pſal. 118. Ser. 6.* de quibus Ambroſius i ait: *Boni flores Apoſtoli, qui diuerſorum ſcriptorum, atque operum ſuorum fuderunt odorem, &c. Deinde Martyres, confeſſores, virgines, &c.*

Verum decurſu temporis friguit charitas, & obſcuratum eſt aurum, quia non defuerunt hæretici, qui falſam doctrinam diſſeminantes, flores illos primitiuæ Eccleſiæ per varios ſtatus, & gradus diſtributos ſanctitate conſpicuos obſcurauerunt, & ſpinas tribuloſque non paucos, falſis eorum dogmatibus germinarunt; ita vt flores Eccleſiæ euaneſcere viderentur, & marceſcere. Verum quia Chriſtus Dei filius, qui eſt ſplendor patris, primus diuinæ ſapientiæ flos, ac florum omnium radix nunquam Eccleſiam ſuam ſinit ſub procellis, & hæreticorum fluctibus fluctuare, ſed vt conualeſcat ſemper fecit vt terra noſtra, quæ apparebat, quodam modo hominibus deſtituta, ſanctis quaſi denudata ac maximo dolore, & mœrore veſtita, nouos religioſorũ flores produceret, qui miris modis eam ornarent, & hominibus virtute florentibus plenam redderent: Hoſque oppoſuit hæreticis, eorum voluptatem, concupiſcentiam, ſancta iſtorum vita frænando.

40 Hi enim omnes religioſi non ſolum doctrina, illorum falſa dogmata confutabant; ſed continentia laſciuos eorum mores, abſtinentia gulam, ac votis alijs, religioſiſq; moribus, & ſalubri pœnitentia deprimebant, & quotidie deprimunt tanquam veri flores diuini, & gementes turtures, quique primam illam turturem ſequuntur ſcilicet Ioannem Baptiſtam, cui competit vox illa, *vox,* nempe, *turturis audita eſt in terra noſtra;* cum ipſe Ioannes ſolitarius, pudicus, & gemens fuerit, (vt dixerat Nyſſenus) cuius vox, & vita, non aliud fuit, quam gemitus, & prædicatio pœnitentiæ, vt conſtat Matth. 3. & Lucæ 4. vbi clamabat: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.*

Nos ergo cupientes fieri quoad poſſe Ioannis Baptiſtæ imitatores illum in ſolitudine religionis, ac ſub vitæ auſteritate gementes, & ſuam ſub cruce pœnitentiam amplexantes ſequimur, vt hyeme illa tranſacta, turtures, quæ iam in antris ſe abdebant, in florido appareant vere: non deerant ſancti viri, quãdo multorum Chriſtianorum refriguit charitas, & infidelium abundauit iniquitas; ſed per loca deſerta, & ſolitaria abſcondebantur, eorumque flores Deo tantum erant noti, vitam agebant veluti turtures in hyeme non viſas. Cumque religioſi tanquam turtures apparuerint, hyemem tranſijſſe cum ſuo frigore, gelu, & imbre conſpicimus, & nouo vere orto innumerabiles ferè flores, & fructus bonorum operum producuntur, & videntur; ſiquidem oportuit virtutes apparere, & hominibus manifeſtari, vt videntes opera noſtra bona glorificent Patrem noſtrum, qui in Cœlis eſt; non enim apparent ex vanitate, ſed ex charitate, vt proſint fidelibus, & odore alliciantur ad eandem amplexandas virtutes; & vt veris inſtar floreant, veriſque dent indicia ſpiritualiter, ſicut indicia veris temporaliter deſcripta affert Ouidius, qui tunc temporis omnia florere, ait lib. 1. Faſtor.

Omnia

Digitized by Google

Omnia tunc florent, tunc eſt noua temporis ætas.
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Et modo formatis operitur frondibus arbos,
Prodit, & in ſummum ſeminis herba ſolum.
Et tepidum volucres concentibus aera mulcent,
Ludit, & in pratis, luxuriatque pecus.
Tunc blandi Soles, ignotaque prodit, hirundo.
Et luteum celſa, ſub trabe fingit opus.

41 O fœlix ætas, feliciſſimaque terra noſtra in qua veri flores à florum omnium radice germinantur, & producuntur. Tempus putationis ſcilicet abſtinentiæ, ieiunij mortificationis, aliorumque bonorum operum venit. Vocem turturis audimus in terra noſtra, ſcilicet orationem, meditationem, pioſque gemitus, atque ſuſpiria ex deuoto corde amoris pleno manantia. Clamemus ergo hyemem tranſijſſe, non illam, quam vernum tẽpus vocamus, ſed qua mens noſtra torpuit: Nam vt ait D. Ambroſius. k *Eſt hyems non temporis, ſed mentis, quæ agrum animæ fœcundum omni flore deſpoliat, quando animo frigus illabitur, quando vapor animi euaneſcit, quando ſoluitur vigor ſenſus, quando nimius humor exundat in mentem, quando interior caligat aſpectus.* Sed his omnibus cum hyeme tranſactis, ſuperueniente vere, & putationis tempore, qui in ſeculo à bono opere torpuerunt, iam celeriter curant in religione florere, nec deſinunt ſemper ea, quæ purgatione indigent putare, ne creſcentibus herbis, deforment flores. Hæc quidem putatio perutilis eſt ad ſalutem omnibus Chriſti fidelibus; Religioſis vero eſt maxime expediens ad perfectionem, vt inſignis quidam abbas teſtatur apud Caſſianum, dicens: *Parum eſt renunciaſſe Monachum ſemel ideſt in primordio conuerſionis ſuæ contempſiſſe præſentia, niſi eis quotidie renunciare perſtiterit. Vſq; in finem namq; huius vitæ illud nobis dicendum eſt, cum Propheta Ieremia.* l *Et diem hominis nõ deſideraui, tu ſcis.* Nam ſicut ad illum ſpectat quotidie velle proficere, ita quotidie abnegare. Nam ceſſante abnegatione, & putatione ſuperflui ceſſabit, & copioſior productio fructus. Vnde ruina religioſorum ex eo maxime prouenit, quod in hac putatione ſegnes efficiuntur, & ob eorum ſegnitiem cæleſtis etiam agricola eos putare contemnit. Vt enim docet D. Gregorius. m *Ipſo quotidie vſu humanæ vitæ veteraſcimus, & exterioris hominis impulſu, cogitatione lubrica ab interiori eximus. Et niſi nos ſuperna viſitatio, vel ad amorem compungendo viuificet, vel ad timorem flagellando reſtauret, repentino lapſu mens funditus tota diſtribuitur, quæ longo virtutis ſtudio innouata videbatur.*

k Libr. 2. apolog. Dauid. c. 2.

Religioſus ſemper tendere debet ad perfectionem.

l Cap. 17. 16.

m Libr. 9. mor. c. 29.

42 Huc auoco, quod de Leuitis legitur in libro Numerorum ſcilicet: n *Radant omnes pilos carnis ſuæ.* Leuitæ enim à Deo electi, ſimul a Moyſe Deo, Deiq; cultui applicabantur, & conſecrabantur: Et ritus conſecrationis fuit, vt Moyſes aſpergeret eos aqua luſtrationis, quæ aqua peccati dicebatur, ideſt expiatoria, peccati, & alia agebantur, quæ in textu apparent; vtpote lauare veſtes, offerre boues, ſiſtere eos Moyſen Deo in tabernaculo coram omni populo, manus ſuas eis imponere filios Iſrael &c. Verum illa circunſtantia magnopere cõſideranda eſt, quod in hac conſecratione poſt præmiſſam purificationem veſtium, & propriæ perſonæ dicit, vt, *radant pilos carnis ſuæ.* Sed quare non penitus euelli præcipit? niſi vt putationem quam faciendã diximus per religioſos, alioſq; probatæ vitæ viros vellet tropologicè oſtendere. Idque elegantiſſimè docuit Sanctus Gregorius dicens. o *Pili carnis ſunt qualibet ſuperflua humanæ corruptionis. Oportet ergo Leuitas pilos carnis radere: quia is qui in diuinis obſequijs aſſumitur debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere. Vnde, & Leuitarum pili radi præcepti ſunt, non euelli. Raſis enim pilis in carne radices remanent, & creſcunt iterum, vt recidantur: quia magno quidem ſtudio ſuperflua cogitationes amputandæ ſunt; ſed tamen funditus amputari non poſſunt; ſemper enim caro ſuperflua generat, quæ ſemper ſpiritus ferro ſollicitudinis recidat.*

n Cap. 8. 7.

o Libr. 5. moral. c. 23

Bernardus quoq; p oſtẽdens radicem, vnde indigentia putationis procedit; quia ſcilicet manet in nobis fomes peccati incentiuum malorum, caro concupiſcens aduerſus ſpiritum, & ſenſus ad malum pronus, quæ nunquam poſſunt penitus euelli, extingui, & omnino emori, ſed inordinatos iugiter motus proferunt, quia reſecandi ſunt, ne ſi nutriantur, nos perimant, ait: *Quis ita adunguem omnia à ſe ſuperflua reſecauit, vt nihil ſe haberi putet putatione dignum? credite mihi. & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & ſopita demum accenduntur. Parum eſt ergo ſemel putaſſe, ſæpe putandum eſt imò ſi fieri poſſit ſemper: quia ſemper quod putari oporteat, ſi non diſſimulas inuenis, quantum in hoc tempore manens profeceris, erras, ſi vitia putas emortua, & non magis ſuppreſſa. Velis nolis intra fines tuos habitat Iebuſeus ſubiugari poteſt, ſed nõ exterminari; nobis fratres putationis ſemper eſt tempus, ſicut ſemper eſt opus.*

p Ser. 56. in Cant.

43 Floreat ergo terra noſtra, in qua vox turturis auditur; & vt ſemper floreat, nouacula pœnitentiæ reſecanda ſunt ſuperflua, vt gementibus nobis auxilietur diuinus ille agricola, ſemperque nobiſcum putet, quæ ſuperflua in terra noſtra religionis ſuperflua inuenerit. Idque ſignificare voluit, cum dixit: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Sed cur non terra tua, ſed noſtra dixerit, quærendum eſt? loquitur enim religioſo, ergo tua, Deus dicere debuit, non noſtra. Minime quidem. Nam recte dictum eſt, noſtra, quia religio terra eſt non religioſi, ſed Dei quoque nam ſi Deus hanc terram non coleret, fruſtra in quauis religione laboraret homo in ea conſtitutus, & terra religionis ſola ſuis relicta viribus, non germinaret flores,

Si Deus agricola religionem non coleret ſpinas produceret.

Digitized by Google

ſed ſpinas, & tribulos ob peccati malitiam. At quia terra religionis tanquam à primo fundatore Chriſto elaborata communis eſt, & noſtra dicitur Religioſi ſcilicet, & Dei, operam dat vt nos ſemper operemur, & ipſe nobiſcum poſtquam excitauerit, præuenerit, ſuaque gratia adiuuauerit, cooperatur: ex qua cooperatione flores in terra religionis apparent, nobiſq; dicere videtur; Ecce flores iſti, non tua ſed mea virtute, te cooperante apparent, & ſplendent. Ideoque clamat: *Flores apparuerunt in terra noſtra.* Quod expendens Bernardus alio licet ſenſu inquit. q *Non principatũ ſonat vox iſta, ſed conſortiũ ſed familiaritatem, tanquam ſponſus hoc dicit non tanquam Dominus, amor loquitur qui dominium neſcit. Ergo vt filius hominus hereditat terram, vt Dominus ſubiycit, vt conditor adminiſtrat, vt ſponſus communicat. Dicendo in terra noſtra proprietatem profectò abnuit, ſocietatem non reſpuit. Caueto ergo ne amplius peccatorum germines tribulos; et ſponſus quaſi gemens dicat; Spina apparuerunt in terra noſtra cum tamen flores debuiſſent apparere; ſiquidem iam apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, &c.* Ergo ſi Religioſus flores germinare deſiderat, ſit in religione prout in terra Chriſti, nolit eſſe ſui iuris, ſed ipſius, qui terram ſuam fecit eſſe religioſi, vt per Chriſtum Deificata Religio apta maneat ad flagrantes pulchroſq; flores germinandos.

q *Ser. 59.*

44 Placet mihi ad Religionis gloriã, & Religioſi incitamentum, de hac Religionis terra, quam noſtram vocat ſponſus Chriſtus expendere verba illa Iſaiæ, qui ſpiritu ardenti, & Prophetæ intuitu intuens religionem, exclamauit. r *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultauit ſolitudo, & florebit quaſi lilium germinans germinabit lætabunda, & laudans: gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron; ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.* Ex his, quæ ſupra diximus Religionem vocari terram deſertam, & ſolitariam atque ſolitudinem conſtat: Et Beda quoque deſertum vocat hanc noſtram terrã. *Quæ* (ait) *à mundi illecebris ſeparata, Dei tantum legi ſcrutandæ, & Cæleſti præceptorum ſit obſeruationi dedita; quæ eſuriens, & ſitiens iuſtitiam manna ſolummodo verbi Cæleſtis veſcatur, & fonti vitæ, qui de ſpiritali petra potetur, iuxta illud: Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea, in terra deſerta inuia, & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi. Pſ. 62.*

r *Cap. 35. 1. 2.*

Religio eſt ſolitudo.

Item Hugo Victor ſ inquit: *Deſertum eſt cor bonum, quia longe eſt a ſtrepitu, & tumultu, & non conculcatur frequentia terrenarum actionum, & cogitationum, ſed virens, permanens, floridum germina virtutum producit.* Beda religionem reſpicit: At Hugo religioſum. Hanc ergo terram noſtrã lætari prænunciat Propheta; quia etſi ſolitaria ſit & deſerta bonis temporalibus, terrenis diuitijs, carnalibuſque delitijs, tamen florebit quaſi lilium, cum religioſi inter ſeculares, etiam iuſtos, quaſi lilium inter ſpinas ſint; vt notauimus ſupra. t Eiſque dabitur gloria Libani, & pulchritudo Carmeli, & Saron. Inde ſeculares videntes Religioſos continuis laboribus attritos, Deo tantum inhærentes, ac omnem Mundi gloriam ſpernentes, gloriam hanc, & pulchritudinem ipſi gloriæ Regi Deo attribuunt.

ſ *Lib. 1. erud. Theolog. c. 111.*

t *Tract. 2. cap. 5.*

45 Velut amplius, meliuſque declaretur ſenſus iſte, & proprius ad intentum applicetur. Quod ſubiungit Propheta conſiderandum eſt; nimirum: *Ipſi videbunt gloriam Domini, &c.* Quæ enim eſt illa gloria Domini, & decor? An forte illa gloria, & beatitudo eſt, qua fruentur omnes Beati ex hac vita diſcedentes? bene quidem eſſe poteſt, vt de illa loquatur, verum dum ſupponimus ſolitudinem & deſertam terram eſſe Religionem; quam dum intuentur cæteri in Mundo degentes; gloriam Domini aſpiciunt; alia gloria à nobis quærenda eſt, de qua ſymbolice fiat ſermo. Quumque quæ ſit illa ſcire peroptes; tibi dicam lætanter gloriam eſſe ſanctæ Crucis. Quam quidem Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, appellauit non ſolum gloriam ipſius Chriſti: *ſed vniuerſi gloriationem.* u Item Andreas Creteuſis x eam vocat: *Chriſti exaltationem, & diadema pulchritudinis.* Iulius Firmius. y *Diuinæ virtutis immortale faſtigium.* Athanaſius. a *Gloriam, & honorem Chriſti* per anthonomaſiam. Et tandem communiter Patres Græci tantam vni Cruci gloriam tribuunt, vt ex ea omnem Mundi gloriam, & ſplendorem in Cœlis, & in terra profectum doceant. Et ex latinis accipe Rupertum loquentem de gloria, & honore filij hominis. b Vbi ait: *Propterea eum gloria, & honore per Crucem coronandum omnia Deus creauit.* (Et infra) *Ergo impij, & ſcelerati cauſa fuerunt ei, vt coronaretur gloria regni, honore Pontificij: Multum igitur debet impijs.* Modus iſte loquendi Ruperti, & aliorum Patrum pio, & probo modo intelligendus.

Crux Chriſti eſt gloria religionis.

u *In epiſt. ad Thom. Epiſcop. Claudiopolit.*

x *Hom. 1. de Exalta. S. Crucis.*

y *De myſt. Proph. Relig. c. 21. 22.*

a *Serm. de Cruce.*

b *Lib. 13. in Matth.*

46 Si ergo ſancta Crux gloria Chriſti Domini eſt; Tunc gloriam Domini videbunt, quando Religionem quam Crucem eſſe probauimus, aſpiciunt: quãdo Religioſos omnes ſub Cruce Religionis exiſtentes, Cruciformes per innumerabiles paſſiones effectos, intuentur. Et tunc apparebit Religionis gloria, & decor, qui idem eſt ac decor, & gloria Crucis; Nam pati propter Chriſtum gloria eſt. *Quæ enim eſt* (ait D. Petrus.) c *Gloria ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? ſed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum.* Ideſt glorioſum, & Deo gratum. Et quidem Religioſis adaptatur, quorum crux non ex iuſto delicti debito perſoluitur, ſed ſpontanea patiendi voluntate illam ferunt; & ferentes, quia communicant Chriſti paſſionibus, gaudent; iuxta conſilium eiuſdem D. Petri in eadem Epiſt. d dicentis: *Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete: ſi exprobramini in nomine Chriſti beati eritis: quoniam, quod eſt honoris, & gloriæ, & virtutis Dei, ſuper vos requieſcit.*

c *2. Epiſt. c. 2. v. 20.*

d *Cap. 4. 13. 14.*

Habemus ergo ex his terram religionis deſertam

tam

Digitized by Google

tam eſſe, & ſolitariam, & gloriam, quam inſpiciendam proponit Propheta eandem eſſe, ac Crucem ſeu gloriam eius. Reſtat nunc videndum quod præcipuum eſt. Quomodo ſcilicet terra iſta deſerta floreat, & exultet? (*Exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium.*) Quis vnquam, vidit ſolitudinem lætari, exultare, & florere. Ideo .n. deſerta terra dicitur; quia ſterilis eſt, fructuque carens, & impotens ad flores emittendos: Ceſſat ergo lætandi, & exultandi cauſa? Admitto hoc de agro, ſeu ſterili terra naturali; enim vero noſtræ Religionis terra, non ideo deſerta dicitur, quia ſterilis, & arida ſit, cum operum bonorum fructus prope innumerabiles producat. Sed ideo deſerta, & ſola, quia eſt deſerta mundanis delicijs, & mundi fructibus, ac vanitatis floribus carens. Et ſola quaſi lilium inter ſpinas, non enim eſt alius excellentior religionis ſtatus, nec ſolum, qui ſuperet non eſt, ſed qui neque æquare valeat.

47 Ad quod explicandum idem Propheta Iſaias dixit. e *Ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini*. Ferè in vnum tam priora, quam poſteriora verba hæc coincidunt. Deſertam terram delicijs implere fatetur, & dixit ſolitudinem fieri hortum Domini. Quod quidem difficile videtur: ſi enim deſertum eſt quomodo delicijs plenum? & ſolitudo quomodo vocatur hortus Domini? Stando præmiſſis, dico Religionem non eſſe ita terram deſertam, & ſolitariam prout communi acceptione ſumitur terra, quæ verè ſterilis eſt, vbi nec arbores, nec plantæ, nec flores naſcuntur, aut germinantur. Sed eo ſenſu dici poteſt ſolitaria, & ſola, quemadmodum per Anthonomaſiam dicimus, aliquem eſſe ſingularem rarum, & ſolum, aut in doctrina, aut re militari, aut alia quauis arte; vtpote ſi dicam Excellentiſſimus Doctor eſt ille talis, vnicus, ſingularis, rarus, & ſolus; eo quia alios excedit &c. Sic religionem vocamus deſertam, ſolitariam, & ſolam, non quia virtutibus careat; ſed quia tot ſunt priuilegia, excellentiæ, virtutes, opera pœnitentiæ, &c. vt merito ſola dicatur, quia omnes alios ſtatus excedit; ſingularis, & ſola in Cruce Chriſti ferenda, ſola in obedientia Deo, & prælatis, ſola in charitate erga Deum, & proximos, ſola in paupertate, quæ valedixit omnibus pompis, ſola in abſtinendo à carne is dapibus, alijſq; multoties cibis; ſola in humilitate, patientia, contemplatione, &c. eſt ergo tanquam Phenix ſingularis, & ſola in mundo cui merito competit, quod Propheta dixit. *Lætabitur deſerta, & exultabit ſolitudo.*

e *Cap.31.*

Solitudo Religionis plena delicijs.

Religio eſt Paradiſus Domini.

48 Nec quod dixit ſibi ſatisfeciſſe videtur: Ideo addidit fore delectationibus plenam, non minus, ac fuiſſe legimus hortum Domini. (*Et ſolitudinem eius, quaſi hortum Domini*), ex Hebræo apud Foreyrum legimus: *Et ſolitudinem eius quaſi Æden*. Nomen ab Hebræis impoſitum terreſtri illo paradiſo, iuxta Oleaſtrum. f *Plantauerat autem Dominus paradiſum in Æden*. Inde legerunt LXX. *Et ſolitudinem eius ſicut Paradiſum Domini*. Nam cœnobialis vita cæleſtis beatitudinis eſt, ita æmula, vt in terrenis ærumnis cæleſtia gaudia ingerat. Hinc egregie dixit Sanctus Climacus. g *Monaſterium eſſe quoddam Cœlum terrenum*. Sed proprie eam eſſe paradiſum, docet Sanct. Antonius apud Platũ. h Et Sanctus Bernardus ſe huic veritati ſubſcripſit; nam loquens de religioſis congregationibus inquit. i *Nec vero locum reputes corporalem Paradiſum hunc voluptatis internæ*. Fecit ergo Deus Religionem Paradiſum eius in quo poſuit omnium deliciarum vberrimum promptuarium.

f *In Cap. 2. Gen.*

g *Grad.4.*

h *Libr. 3. c. 14.*

i *ad Cler. cap.21.*

Et habemus profundiorem comparationem Religionis ad paradiſum; nam pœnitentiæ, & Religioſorum ærumnæ iucundæ, & delicioſæ ſunt, & in homine ſeculari, & prophano pœnales, & laborioſæ ſunt: ſiquidem creato primo homine collocauit eum Deus in paradiſo voluptatis; & ratio quare? aſſignatur in textu k ſcilicet; *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret illum*. Sic poſuit Deus Religioſum in paradiſo Religionis, eumque agricolam fecit; nec nobilitatem ex hoc amiſit, cum agricultura dignitate, & antiquitate non careat: cæpit enim ab origine mundi, & à Deo præcepta Adamo, tam ipſe quam ſui primi poſteri illam exercuerunt, nec alicui iniuria, ſed omnibus proficua, & in paradiſo commendata. Ideoque etiam Gentiles eam commendant. Vnde Virgilius 2. Georg.

k *Gen.2.15*

O fortunatos nimium ſua ſi bona norint
Agricolas; quibus ipſa procul diſcordibus armis.
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

Additque paulo poſt.

Hanc olim vitam veteres coluere Sabini,
Hanc Remus, & frater. Sic fortis Hetruria creuit:
Scilicet, & facta rerum pulcherrima Roma.
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

49 Pulchra eſt etiam illa reſponſio, quam Sfortia Cattignola apud Paulum Iouium in vita Iac. Mutij refert. l Illi enim à Sergiano magno Seneſcaldo cum ad exprobrandam generis nouitatem ligonis fabula obiectaretur. Reſpondit; *In hac vt video ſtirpis origine conuenimus, cum Adamus mortalium primus terram foderit: Sed ego certe quod iure diffiteri nõ potes, illo meo ligone multo euaſi nobilior, quam tu tuo pene, & penna.* Vt indicaret eum tantam dignitatem ſtupro acquiſiuiſſe, & patrem eius ad prætorij tribunal ignobilem ſcribam, adulteratoque teſtamento falſi damnatum fuiſſe. Cicero etiam dixit: *Omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius*. Alia multa ſcribit in laudem agriculturæ Cornelius à Lapide m tum ex ſacra Scriptura, tum ex Gentilibus nec minus, & alij expoſitores. Hæc pauca adduxi vt

l *Cap. 84.*

m *In cap. 9. Gen.*

certo

certo ſciant Religioſi, quia licet nobiliſſima ſtirpe prognati ſint, facti iam in paradiſo religionis agricolæ nobilitatem non amittunt; imo potius eam illuſtrant ſplendore virtutis, & ligone pœnitentiæ.

50 Sed videamus, qua de cauſa iuſſerit Deus hominem in illo Innocentiæ ſtatu fœlicem in quo paradiſi voluptatibus fruebatur, agricolam fieri? Quod etiam Auguſtinus quæſiuit dicens. n Videamus, *quid ſit quod dictum eſt, vt operaretur. Nunquid forte agriculturam Dominus voluit operari primum hominem? an non eſt credibile, quod eum ante peccatum damnauerit ad laborem?* Et iure dubitamus cum agricolatio ſit pœnalis, & laborioſa, & vnum ex ſupplicijs peccanti Adamo inflictum. Quando vt conſtat in textu. o *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt.* Num ergo idem faciat Deus, vt miſericors, ac vt iuſtus, num miſerendo puniat; & puniendo miſereatur, ante peccatum miſericordia motus duxit innocentem Adamum in illum paradiſum voluptatis, vt delicijs frueretur, at poſt peccatum tanquam Iudex, vt operaretur terram eum damnauit; quare ergo inter delicias paradiſi laborioſum agricolationis laborē illi impoſuit? Reſpondet D. Thomas p quod, *illa operatio non eſſet laborioſa, ſicut poſt peccatum, ſed fuiſſet iucunda.* Et hoc quod agricolatio non erat ad victum comparandum, ſed ad honeſtum exercitium, voluptatem, & experientiam; ita, vt nec *fatigaretur, nec otio tabeſceret.* Ita Chryſoſtomus. Ex quibus patet ærumnoſum agriculturæ laborem in paradiſo fuiſſe placidum homini, & iucundum: ac extra paradiſum ſupplicium, & pœnalem fuiſſe calamitatem tanti flagitij dignam.

n *Lib. 8. de Gen. ad lit.*

o *Geneſ. 3. 23.*

In religione eſt labor vt in paradiſo ante peccatum.

p *1. part. q. 102. a. 3. in corp.*

51 Et facta nūc proportione paradiſum religionis terreſtri paradiſo comparatum, eiſdem dicimus gaudere priuilegio, & delicijs. Et ideo labor, qui extra paradiſum religionis intolerabilis eſt; in paradiſo religionis iucundus, & delitioſus eſt. Etenim per agriculturam facimus, vt arbores frugiferæ ſint: In agro autem Religionis ſunt Religioſi velut arbores plantatæ, vt oſtendimus ſupra, ideo quilibet Religioſus ſui ipſius cultura eget, & cuſtodia; idque facit ſemetipſum excolendo ligone ſobrietatis, charitatis, caſtitatis, paupertatis, obedientiæ, abſtinentiæ, humilitatis, &c. Lolium, & Zizania eradicanda ſunt: gula, ſcilicet luxuria, ira, aliaque vitia etiam minima radicitus euellenda, cum ſui ipſius religioſus agricola ſit: Imber enim gratiæ Dei quæ menti ſanctas inſpirationes, & illuminationes, & impulſus ſuggerit, & inſtillat, vt opera virtutum germinet, & proferat. Venti ſunt tentationes, quibus dum eas expellit religioſus, ſolidatur: dum pœnitentijs corpus macerat, ſpiritum viuificat, & in laboribus ſemper gaudet, ad inſtar boni agricolæ, qui ſpe præmij ductus laborat inſerendo, in metendo. Qui enim ſeminant in lachrymis opera nempe pœnitentiæ, patientiæ ac laborum in exultatione metent.

Rurſus ſicut ſator longanimiter expectat meſſem ita etiam religioſi bonum facientes non deficient, vt tempore ſuo metant. Conſilium eſt D. Iacobi q dicentis: *Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & Serotinum: patienter igitur eſtote, & vos & confirmate corda, &c.* Nam ſicut totius vitæ laborem ſibi agricultura deſiderat, ita & religioſi cultura depoſcit. Ideo Apoſtolus dixit: *Dei agricultura eſtis.* r Excolit Deus nos, vt excolamus, vt autem copioſam feramus meſſem longo labore; & ſpiritu debemus terram corporis noſtri ſemper arare, fodere, occare, ſeminare, &c. Et ſic profert anima copioſos virtutis fructus. Audi Origenem. ſ *Spes futurorum laborantibus requiem parit, ſicut in agone poſitis dolorem vulnerum mitigat corona ſpes.* Et Seneca. t *Proſunt* (ait) *inter ſe boni: exercent enim virtutes, & ſapientiam in ſuo ſtatu continent. Peritos luctandi vſus exercet. Opus eſt, & ſapienti agitatione virtutum.*

q *Cap. 5. 7.*

r *1. Cor. 3. 9*

ſ *Hom. 9. in Exod.*

t *Epiſt. 109*

CAPVT IV.

Dicta ſuperius applicantur ſanctiſſimo Patriarchæ Franciſco de Paola.

52 QVis non miretur qualiter ſui corporis agricola fuerit Sanct. Pater Franciſcus de Paula, qui in illa ſolitudine, veluti in paradiſo continuis laboribus carnem ſuam excolendam ſuſcepit; nec excolere vnquam deſeruit, quouſque in hoc religionis paradiſo vixit; imo & in Cælo: Cœleſti enim gloriæ labores, quos pertulit comparari libet. *Nihil enim* (dixit Baſilius magnus.) u *Eſſe in terris tam magnum, & tam pulchrum, quod ei* (nempe vitæ monaſticæ) *comparari poſſit:* Itaque è ſolo Cęlo petendam eſſe eius ſimilitudinem. Sed cur cœlo ſunt ne in illa beata patria ærumnæ, labores, & pœnitentiæ, ſicut in religione? minime videtur. Etenim vt ex ſacro textu patet x illa beatitudine fruuntur. *Qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni:* ideſt ſuperatis mundo carne, & Dæmone tranſierunt ad domum Dei, vbi coronati poſſident palmam. Quid ergo Religionis ad Cęlum, ſi hic ſumma gloria; illic ærumnæ, & labores? In Religione Sanctus pater Franciſcus, ſicut alius quiuis ſanctus Religioſus fame, ſiti, fatigatione, hyemis frigore, & Solis ardore, &c. Exagitatus, & fere exanimatus viuebat; At nunc in Cœlo, non eſurit, nec ſitit amplius, nec cadit ſuper illum Sol, nec vllus æſtus, *Abſterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum?* Verum quidem eſt. Sed tamen Franciſcus vitam inchoauit cæleſtem, dum ab infantia ſeceſſit in Eremum, & beata in ſolitudine, ſemper poſtea Angelica vita vixit,

Franciſc. in ſolitud. & relig. velut in Cælo

u *Con. mo. c. 19.*

x *Apoc. c. 7. 14.*

Cap. 5.

vixit,

Digitized by Google

Religio dicitur Cœlũ

vixit. Qua ratione tam ipſa ſolitudo, quam Religio tibi Cœlum terrenum ſemper fuit, & veluti terreſtris Angelus, aut homo cœleſtis corpus habebat in terra, animum autem mentemque in cœlo, amictus ſtola alba, quam in ipſo ſolitudinis ingreſſu dealbauit in ſanguine agni: dum in conſpectu eiuſdem agni, quem in cauerna illa crucifixum, eiuſque Crucem præ oculis; carnem ſuam modis omnibus domabat, luctator affectus athleta in illo ſtadio, & agone virtutis. Vnde B. Laurentius Iuſtinianus inquit. a *Quid aliud dixerim religioſorum monaſteria, & Deo famulantium loca, quam ſtadia militaria, & ſpiritualia caſtra pugnantium?* Vere quidem Cœlum dicenda eſt Religio, vbi ſancti Religioſi Deo die, ac nocte per aſſiduas meditationes, orationes, & continuos charitatis, Zeli, patientiæ, aliarumq; virtutum actus, ſeruiunt. Qua ratione Euſebius dixit. b *Quaſi ab hac mortali vita ſeiuncti, ipſumque dumtaxat corpus in terra gerentes cogitatione vero, atque animo in ipſo Cœlo degentes, quaſi quidam Cœlites, reliquorum omnium vitam, deſpiciunt;* quippe qui pro vniuerſo genere ſummo omnium Deo ſacrati ſint. Et D. Ambroſius ait: c *Hæc Angelorum militia eſt, ſemper eſſe in Dei laudibus.*

a Libr. de monaſt. capit. 18.

b Libr. 1. de monſtr. Euang. c. 8

c Epiſt. 82.

53 Nec Religionis ad Cœlum ſimilitudinem continuus labor obnubilat. Nam, & in Cęlo ſpecies quaſdam eſſe ærumnarum, non quod beatos affligant, ſed quia felicius beant; plurima docent Scripturæ, & Patrum teſtimonia, quæ congerit Celada. d Quorum primum ſumitur ex Apocalyp. vbi agitur de quatuor illis animalibus cantantibus illud glorioſum triſagium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Et per hæc animalia quatuor glorioſos principes, & reliquorum optimates intelligit cum Alcazar, & de illis ſubiunxit Ioannes. e *Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia, &c.* Sed cur beati illi Deo coniunctiſſimi requiem non habere dicuntur, ſi iam ſunt in gloriæ centro? Reſpondet Rupertus, *requiem non habebant, id eſt non habebant otium.* Nec requies, nec otium in eis erat. Si in cœlo non ſunt labores, cur non requieſcunt beati? Quia feliciſſimi. Etenim ſi quies apud homines in hac vita quietis experte, exigua felicitas eſt; vbi ſumma quies eſt, inquietudinis vocabulo exprimenda eſt. Et ideo Ioannes de beatioribus Angelis ait: *Et requiem non habebant die, ac nocte.*

d In Iud. cap. 8. & 16

e Cap. 4. 8.

Franciſc. vt Cælites, requiẽ ſine requie habebat.

54 Secundus locus ſumitur ex D. Paulo dicente. f *Quod in preſenti momentaneum eſt, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Illud verbum expoſitione indiget, cur dicat Paulus de gloria beatitudinis loquens, quod ſit æternum pondus. Si beatitudo eſt humanorum ponderum leuamen; poſſibile non eſt beatos ponderis grauitate opprimi. Cur ergo dicitur æternum pondus? idque etiam fateatur Claudius Marius Victor g qui ſic pangit: *Immenſum mole beata Regnum erat, ipſe ſuum.* Ergo ne beatitudinis gloria pondus dicitur, & moles immenſa? Ita ſane, nam vt oſtenderet Paulus, quanta ſit gloria, ponderum, & ærumnarum maluit vti, quam voluptatis ſimilitudine: Nam ſi voluptatis vocabulo gloriam cœleſtem declararet; cum gaudium apud mortales exiguum ſit (experientia teſte) exigua videretur, & ipſa gloria cœleſtis; Ideo ad amplitudinem malorum confugit, & à magnitudine contrariæ infelicitatis vocabula mutuauit, vt ſic mundo ingentia beatitudinis gaudia declararet.

f 2. Cor. 4. 17.

g Libr. 1. Sacri poemat. in Geneſ.

O ærumnoſam gloriam; imo longe feliciorem, & anguſtiorem. Nam cum apud homines humana voluptas fugax, & fallax ſit, ſolidæ autem, & veræ ſint calamitates; Scriptura aſſumit nomina ærumnarum, vt publicet, beatas delicias non eſſe fallaces, vt ſunt humanæ, ſed vt humanæ ærumnæ, eſſe ſolidas & veras: nempe verius proſperat voluptas beata; quam infelicitat humana calamitas. Nunc ad intentum; Ideo religioſa vita comparatur à Baſilio beatitudinis gloriæ: quia ſicut in gloria beatitudinis nomina ſunt ærumnarum; ſed re ærumnarum vacua, & plena gloriæ ſucco: Dicuntur enim beati requiem non habere, & æterna requie fruuntur. Deinde beatitudo appellatur æternum pondus, & immenſa moles, non qua beatus præmitur, ſed qua agilis ipſe, & vberius beatur. Ita in religioſa vita gloriæ æmula, nomina tantum ærumnarum ſunt, earum tamen re vacua.

55 Aſpiciam inter omnes alios ſanctos Religioſos, Vnum meum ſanctiſſimum Patrem Franciſcum qui ſemetipſum Deo omnipotenti ſacrificium, & ſui corporis victimam à tenellis annis, quando igniculi quidam eluceſcebant, ex quibus (vt diximus.) h Erupturam eſſe ingentis, & ſanctitatis flammam apparebat; quouſque totaliter perficeretur ſacrificium. Ieiunio videbatur attritus; ſed ſaginabatur vigilijs non afficiebatur pœna, ſed requieſcebat; pœnitentiæ aſperitate deliciabatur, diſciplinæ religioſæ immenſa mole non præmebatur, ſed ſublimabatur: non degrauabatur, ſed beabatur, & in dulcedinem in Eremo vertebantur tribulationum aquæ. Legatur textus Iudith. i Vbi de populo Iſraelitico loquitur, ſic: *Egreſſi vero mare rubrum deſerta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit vel filius hominis requieuit. Illic fontes amari obdulcati ſunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de Cælo conſecuti ſunt.* Erat deſertum Sinæ montis adeo vaſtum; & horridum vt in eo homo habitare non potuerit: hoc inhabitale vulgo erat; licet ibi paſtores ſuos minarent greges; ſed inibi ingreſſi filij Iſrael, fluxit è ſaxis aqua, & ita deinceps habitata eſt illa Eremus, vt iam Eremus nõ eſſet, ita hominum numeroſitas excreuit. De qua re eleganter Tertullian. k dicens: *Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotioſa: ſolitudines famoſas retro, fundi amœniſſimi obliterauerunt, ſyluas arua domuerunt, feras pecora fatigauerunt, arenæ ſeruntur, ſaxa panguntur, paludes eliquantur, tantæ vrbes,*

h Tract. 2. cap. 8.

Religionis labores requiem, & voluptatem efferunt.

i Cap. 14. 15.

k Libr. de anim. c. 30.

quanta

quanta non caſæ quondam. Iam nec inſulæ horrent, nec ſcopuli terrent, vbique domus, vbique populus, vbique republica; vbique vita.

56 Et vltra hæc cibo ſuſtentabatur cæleſti: Annonam de cęlo conſecuti ſunt, ideſt, Manna. Quæ ad gentilitatis gloriam redundaſſe ſcribit Sanctus Zeno Veron. l dicens: *Quid? Quibus de Cælo quotidianum manna in Eremo & aquæ potus è ſaxo, quæ per lignum amara dulcis effecta, quã per lignum Crucis amaritudine excluſa, gentilitas bibituri eſſemus?* Siquidem deſerta religionum figuraſſe haud fruſtra arbitror eremum illam. Pauci videbantur Religioſi ſolitudinem amantes, ſed nunc illam paruitatem, & anguſtiam famoſæ ſolitudines, & pleniſſimæ religiones obliterauerunt. Sunt enim modo veluti vrbes, & tantæ quantæ non caſæ quondam videbantur in Eremo. Vrbes quidem, ſed ſolitariæ ſoli Deo viuentes, eique ſoli ſicut Angeli in Cælis, ita Religioſi in terris iugiter velut Angeli terreſtres triſagium canunt, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, toto ore, corde, & opere.

l *Serm. 1. de Iſaia.*

57 Eremus tandem eſt, ſed delitiarum Paradiſus, quodlibet Religioſorum monaſterium. Idque conſiderans Petrus Damianus m ait: *Vere Clauſtrum eſt paradiſus. Hic prata virentium, ſcripturarum præterfluens lachrymarum vndoſitas, quam de puris affectibus amor ille cæleſtis eliquat; hic ſunt arbores erectiſſimæ, chori ſanctorum; nullaque eſt, quæ non multa gaudeat fructus vbertate.* Ecce quam fertilis Eremus hæc commendatur, quamq; ſit plena Chriſto crucifixo famulantibus: quibus vt olim Iſraelitis, annonam de Cęlo præbuit, & præbet, ſemperque ſpirituali eos cibo paſcit. Neſcit ergo laborem virtus; & quæ amaritudine in ſeculo plena ſunt, dulceſcunt ligno crucis in ſolitudine religionis; Et errant, qui religionis incommoda metiuntur ex incommodis ſecularibus.

m *Ser. 59.*

Erem. delitiarum paradiſus.

Ecce exemplum in perſona ſancti Patris Franciſci, vt taceam alios non inferioris ſanctitatis. Ipſe paupertatem ita amauit, vt nudis pedibus incederet, tam hyeme, quàm æſtate inter rigentes niues, per feruentem puluerem, per fœdum lutum, per aſperos lapides, per aculeatos vepres; ſed nec frigore congelatus, nec æſtate aduſtus, nec cęno inquinatos, nec calculis preſſus, nec ſentibus vulneratus apparuit, quin imo iſta omnia vertebantur in gaudium. Nudo ſolo aut ſtrato ex ſarmentis vtebatur, & vnde ſeculares affligerentur ipſe quietem ſumebat; ſemper pane, & aqua contentus, aut aliquando ſolis oleribus, aut leguminibus veſcebatur, maiori ſolatio, quam qui carneis veſcuntur dapibus; ieiunijs ſaginabatur, vigilijs quieſcebat; ac ærumnis omnibus non afficiebatur, ſed deliciabatur; gaudebatque in via, quaſi ſi eſſet in patria. Franciſcum, & conſimiles alios (quibus periucundum erat, quod ſeculi amatoribus intolerabile) præ oculis habebat S. Gregorius Nazianzenus n agens de Monachis, dum dixit: *Vides ne hos pauperes victu, ac tecto carentes, hos humiles, & terrenos, & ſupra terrena; qui inter homines verſantur, & rebus humanis ſunt ſuperiores, qui vinculis preſſi, & liberi ſunt; qui nihil mundo habent, & omnia habent, qui mundo ſuperiores ſunt: hos inquam propter mortificationem immortales, propter ſolutionem Deo coniunctos: quorum eſt abijci, & quorum eſt ſimul ſuper thronos ſedere, qui nudi ſunt, & incorruptibili veſtiuntur indumento; qui in ſolitudine huius ſeculi frequentia, ac celebritate fruuntur; qui voluptates abijciunt, & tamen perpetuam, atque inexplebilem animorum oblectationem habet.* Quid clarius, & felicius de ſanctis Religioſis dici poteſt. Ecce igitur quam bellè Cœlo ſimiletur religio; ſi iam Cęlum, quam religio ærumnarum tantum nomen admittunt, dum iiſdem ærumnis, & laboribus veluti cælicolę terreſtres fruantur, & delicientur.

Franciſco labores omnes dulciſſimi fuere.

n *Orat. 1. in Iulian.*

58 Accedat, quod Franciſcus non nunc in patria ſolum beatitudine fruitur, quia vt ex eius officio habemus: *De torrente lachrymarum in via bibens caput exaltauit in patria.* Sed etiam in hac lachrymarum valle beatus erat iiſdem lachrymis, laboribus, & pænitentijs lætabatur, & gloria fruebatur: Ita vt de ipſo videatur loqui Regius Vates o dicens: *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo depoſuit in valle lachrymarũ, in loco quem poſuit.* At dices, quomodo fieri poteſt, vt vallis lachrymarum, quæ omnia afflictionum genera claudit, aliquem beare dicatur? Ideo enim diximus ſupra Deum abſtergere lachrymas ab oculis eorum, quos beat, vt beati ſint: beatitudo ergo, & lachrymæ ſimul eſſe nequeunt.

Franciſcus etiã in terris beatus.

o *Pſ. 83. 6.*

Sed mirum hoc non eſt; quandoquidem Franciſcus dum lachrymas effundebat, aſcenſiones in corde ſuo diſponebat, & iiſdem laboribus, lachrymis, & mortificationibus ſcalam conficiebat; cuius vna extremitas erat in corde diſpoſita, altera vero gloriam tãgebat; & licet aſcendendo per eam, labore afficeretur, non poterat non eadem gloria frui propter ſpem illac perueniendi: finis enim afflictionis eſt gloria, & præmium, vtque per aſcenſiones in corde præmium contemplabatur Franciſcus, afflictionis præmio gaudebat, dum mente ad cæleſtia rapiebatur. Sic enim in officio legimus: *Tantus eum contemplationis incendebat ardor: vt feruens, & conſtans opinio ſit, eum ad cæleſtia ſpiritu rapi per ſæpe fuiſſe ſolitum.* Sic ergo recte dicimus Franciſcum laborioſam vitam in delicioſam commutaſſe, *in valle lachrymarum in loco, quem poſuit:* quod Arias interpetratus eſt dicens: *Tranſeuntes in Vallem Habbacha fontem ponent eam.* Habbacha locus eſt aridus, & ſitiens, & ex aquarũ penuria ad fletũ excitabat, adeo, vt interpetrentur alij: *per vallem ſitientem, & ob id ad fletum excitãtem.* Quod etiam ita interpetratũ fuit à Vatablo, qui ait. *Tranſeuntes vallem fletus fontibus reddent:* idq; declarans in ſcholijs ſubiunxit: *fontibus ſcatentem reddent eam vallẽ quaſi eſſet vnus fons.* Si ergo ad fletum excitabat, quia erat vallis arida, & ſitibunda, dum fit fons ad gaudium excitat.

Et in

59 Et in prædictorum confirmationem expendamus textum Salomonis p *Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocunque ſe vertit prudenter intelligit*. Quem locum declarat Interl. dicens: *Expectatio vitæ æternæ, quaſi gemma poſſeſſio lætificat expectãtem.* Difficile quidem videtur, quod ipſa ſpes veluti gemma æſtimetur, & quod afferat ſperanti gaudium, cum contrarium euenire debeat. Nam, *Spes quæ differtur* (ait idem Salomon,) q *Affligit animam; lignum vitæ deſiderium veniens*. Cumque ſpes ſit animi afflictio, & eo maiori afflictione afficiet ſperantem, quo maior fuerit voluntas conſequendi, quod ſperatur. Quomodo ergo poterit ſperanti afferre gaudium, tanquam ſi poſſeſſionem rei ſperatæ obtinuiſſet?

p Prouerb. c. 17. 8.

q Cap. 11.

Reſpondetur hanc eſſe differentiam inter caducas res mundanas, & fragiles, quas ſperant mundani & cæleſtia bona, quæ iuſti ſperant. Illarum rerum ſpes angorem, & afflictionem ſperanti affert non aliam ob cauſam, niſi quia diutius dilata, nunquam demum accedit, & ſuos expectatores deludit, & cruciatur: Vnde ex Hebræo legitur: *Spes protracta morbus* (aut) *ægritudo cordis*. Et merito ſpem in caducis rebus collocatam cordis morbum, & morbum, quem expoſitores caducum vocant appellat Salomon: quia quotquot hac ſpe erecti viuunt, ſæpius quidem repente, & præter opinionem antequam adoptatam felicitatem perueniant ab ſpe deiecti, concidunt; & ex ijs quoſdam in ignem alios in aquam deiectos, alios in præceps actos vidimus, & in ignem æternum miſeri, & in barathrum præcipites ruunt. Ideo hanc ſpem Patres caducam appellant. Ambroſius ait: r *Spes humana caduca, & fragilis*. Et Auguſtin. ſ *Impiorum ſpes mortalis caduca, volatica, tranſitoria inanis eſt.* Et alibi: t Idem Auguſtinus ait: *Heu ſpes caduca mortalium; Speras in pecunia, ſperas in honore, & ſublimitate aliqua poteſtatis humana: ſperas in aliquo amico potente: In his omnibus cum ſperas, aut tu expiras, aut cum viuis omnia pereunt, & ipſe tua tumetipſe deficis, & cadis*. Spes ergo humanarum rerum angit, & cruciat.

Spes impiorũ caduca, & inanis.

r Lib. 2. de Cain, & Abel.
ſ in Pſ. 36.
t in Pſ. 30.

60 Iuſtorum autem ſpes, dum cœleſtia bona ſperant, gaudium affert; & ratio eſt, nam & ſi de ſui natura ſpes affligat, angat, & cruciet: tamen ſperanti erit gratiſſimæ gemmæ poſſeſſio, quia æterna bona dum à iuſtis ſperantur, magna iam ex parte tenentur, ratione certitudinis huius ſpei. Ipſum ergo pati, ipſæ tribulationes, ipſæ lachrymæ, & ſuſpiria iuſti, quia ex amore procedunt pignus ſunt, quo ſecuri reddũtur Iuſti de poſſeſſione ſperatæ beatitudinis, ea que fruuntur in hac vita eo modo, quo poſſunt. Hinc fortaſſe, quod noſter Vulgatus habet, *Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis*. LXX. tranſtulerunt: *Merces gratiarum, diſciplina ijs qui vtuntur.* Notanda eſt textuum differentia: illic gemma gratiſſima, hic merces: illic expectatio, hic diſciplina. Quomodo hæc ſibi cohæreant, videndum eſt. Mercator ſuis mercibus ditatur, & gaudet non minus, ac pecunijs; ſunt enim merces virtualiter, aut in proximo pecuniæ: & ſic expectatio, quæ eſt diſciplina, qua infallibiter mercatur quis bona cœleſtia gaudium affert non minus, ac gratæ merces mercatori. *Expectatio enim* (vt optime dixit Eraſmus.) u *Non ſimpliciter ſonat patiẽtiam qua toleramus mala, ſed patientem expectationem; quam ſpe præmij duramus in malis*. Quod alijs verbis ſignificauit Ambroſius x dicens: *Quo diutius abeſt, quod deſideratur; tanto expectantis deſideria maiori quadam vi amoris, igneſcunt; Caro deficit, ſed cupiditas alitur, & augetur*.

Qui ſperat Cæleſtia poſſidet.

u In Scolia ad c. 10. ad Hebr.

x In Pſal. 118.

61 Rurſus ſi hoc patienter ferre eſt ſperare non erit abs re dicere; quod ipſum ſperare erit quodammodo de præmio gaudere: Nam ly *expectatio præſtolantis*; habetur in originali Hebræo ex interpretatione vocis, Haſchad, quæ ſignificat munus, & mercedem: *Munus in oculis patroni, aut Domini eius*. Spes, & munus valde diſtare videntur. Qui ſperat nil aliud ſperat, niſi domum poſſidere, & præmium. Quod ſi iam, quod ſperabat, poſſidet; nil ſperandum remanet: Quomodo ergo in eadem dictione vtrumque ſcilicet domum, & ſpem reperiunt? Ad dicta paulo ante reuertendum, qui diſciplinis, laboribus, & vigilijs attritus ſperat. Ex illius ſpei certitudine donum habet gloriæ, ſperando gloriam. y Vnde Paulus hanc veritatem oſtendit, dicens: *In quo, & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis in laudem gloriæ ipſius*. En ergo ſigillum amoris, quo ſignati ſumus, qualiter eſt pignus hæreditatis noſtræ. Si centum mutuo dedi ſub pignore, gaudeo vtique dum pignus habeo, non minus, ac de illis centum gauderem, ſic omne, quod in hac vita pro Deo patimur pignus eſt æternæ gloriæ; & de gloria gaudemus, ac ſi in hac vita futuram gloriam poſſideremus; quia teſte Auguſtino: *Bona æterna dum à iuſtis ſperantur, magna iam ex parte tenentur*. Ea propter ſpes æternorum non quidem affligit, & angit animum, ſed erigit, atque ſolatur. Vnde Gregorius magnus dixit: *Spes in æternitatem animum erigit: idcirco nulla mala exterius, quæ tolerat ſentit*. Et Orig. ait: z *Futurorum ſpes laborantibus requiem, & ſolatium parit, &c.* Prout num. 50. citauimus.

y Ad Ephe. cap. 1.

z Hom. 9. in Exod.

62 Verum, quod ex præfatis doctrinis docuimus verbo, magis exemplo ſancti Patris Frãciſci confirmare valemus. Sua enim pęnitentia erat quidem ita mirabilis, vt potius eſſet miranda, quàm imitanda. De continuis diſciplinis, de ſanguinis, ac lachrymarum effuſione; de abſtinentia, & vitæ aſperitate, &c. Minime loquar; ſed ſolum proponam multorum dierum continuam inediam; quomodo enim perconcor, potuiſſet per tot dies ſine cibo viuere, niſi deſuper cæleſti cibo ſatiaretur? ita ſane inter labores, & lachrymas, quibus gloriam ſperabat, eadem gloria fruebatur, deliciabatur, ſatiebatur, & ſuſtentabatur. *Cum, & Angelorum Choros* (legitur

San. Pater Franciſcus beatitudine quadã hic fruebatur.

Q in bul-

Digitized by Google

in bulla canonizationis.) *Cælitus ad eum deſcendiſſe ferunt, & argumento ſunt pſallentium in cellula concentus auditi*: hac ratione Gallorum Regem Carolum VIII. non admiſit; cum miniſtri oſtium pulſantes, Regem adeſſe nunciabant: quia ineffabilem Regis, Regum, & Domini Dominantium maieſtatem contemplabatur, illaque raptus pſallentium Angelorum gloria terrenis pompis vale dicebat. In hac ergo vita capit gloria frui, & vt frueretur æterna ſperabat, ſed ipſi ſperanti, veluti poſſidenti fuit expectatio gemma gratiſſima, ſpes, & donum, ſuiq; amoris pignus.

CAPVT V.

Ex pudicitia, & caſtitate turturis, & columbæ, puritas Chriſti ſemetipſum ſacrificantis, oſtenditur.

63 AVes, & quidem caſtiſſimæ in hoc ſacrificio admittuntur. Et vt de turture loqui exordiamur teſte Aponio, alijſque quampluribus patribus, caſtitatis exemplar eſt; dum ſiue mas, ſiue fæmina coniuge vita functo, quod reliquum eſt vitæ quaſi in perpetuo cælibatu viuit, ſola degit, per ſolitudines volitat, eaq; omnia facit, quæ ad luctum ſpectare videntur. Vnde pro cantu gemitum etiam habet, ita, vt dicat Virgilius:

Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.

Quia hæc caſtiſſima auis, ſicut eſt pudicitiæ, & caſtitatis exemplar, ita perſtat aſſiduè gemens defuncto compare ſuo, vt perſeuerantis amoris ſimulachrum oſtendat, vt habetur ex Baſilio. a Et Nazianzenus oratione ad Virginem ait:

a *Hom.* 8. *Hexam.*

. . . . . Turtur viduata marito
Extinctum aſſiduo gemitu, luctuq; requirit
O Verè ſapiens volucris.

De columbis etiam in ſacrificio oblatis non minus caſtitas, & puritas habetur, ſi verba textus expendamus: Par enim turturum, aut duos pullos columbarum offerri debere iuſſerat Deus. Sed cur in ſacrificio in quo, & turtures, & columbas vult offeramus, non turturis ſicut columbæ ætas deſcribitur? poterat enim dicere duas columbas, ſicut & par turturum, & tamen non ita dixit, ſed duos pullos columbarum, cur de ſolis columbis deſcribit ætatem? certe myſterio non vacat; & rationem aſſignat Bernardus dicens: b *Columba quia libidinoſa auis eſt non decuit offerri in ſacrificium Domini niſi ea ſanè ætate, qua neſciret libidinem: & turturis non deſignatur ætas quoniam agnoſcitur caſtitas in quacunque ætate ſiquidem compare vno contenta eſt.*

Turtur, & colũbæ caſtæ aues.

b *Ser.* 59. *in Cant.*

64 Inſuper ab alijs poſitam fuiſſe columbam in ſymbolum caſtitatis puritatis, & innocentiæ, ſæpe reperimus. Columba enim cænum horret, nec aquam bibit niſi puram, & elimen. Vnde Varro de re Ruſt. ait. c *Aquam puram eſſe oportet, quæ influat vnde bibere, & ſe lauare poſſint columbæ, permundæ enim ſunt hæ volucres.*

c *Libr.* 3. *cap.* 7.

Cum ergo, vt columba, & turtur, quæ in ſacrificio offeruntur ſymbolum ſint caſtitatis, & Chriſtus ratione ſuæ humanitatis ſit Sacerdos, & victima, cuius figura fuit illud turturis, & columbæ ſacrificium; non obſcure colligitur, quæ fuerit puritas ſacrificij, ex puritate offerentis, qui pariter fuit res oblata nam ſi figura pudicitiam, & caſtitatem innuit; in figurato multo magis, & verius eadem hæc virtus ſplendet: nil enim columbę, & turturi conuenire noſcimus, quod ſeclusis imperfectionibus ſplendide non cognoſcatur in Chriſto.

Et primò ſi de columba loquamur, nemo eſt qui ignorer columbas albas nec tangere, nec edere, aut necare licuiſſe Syris, ſed eas religioſe colebant in honorem Semiramidis primæ Aſyriorum Reginæ, inquam poſt mortem commutatam eam fuiſſe fabulantur. Vnde Tibullus. d

d *Libr.* 1. *Eleg.* 1.

Quid referam vt volitet crebas intacta per vrbes.
Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Nec apud Syrios tantum columba in ſacrificium fuit aſſumpta, verum & Deus ipſe eam ſibi in holocauſtum depopoſcerat. e Cumque humanitas Chriſti ſit prima, & præcipua ſponſa de qua loquitur Salomon in Canticis, quatenus ſibi æterni Patris Verbum humanitatem, quam aſſumpſit; coniunxit, copulauit, & quaſi deſpondit, & connubium longe nobilius alijs peregit, & ſic humanitas Chriſti fuit longe nobilior, & dignior quacunque alia anima pia, & pulchrior, & ſanctior tota Eccleſia; quia omni virtute gratia & gloria longe excellit omnes Angelos, & homines etiam coniunctos, & ſimul ſumptos, quia ipſa hypoſtatice vnita eſt verbo, ac per ſe primo Deum attingit, ab eoque omnes dotes virtutes, & gratias haurit, quæ verbum decent, & quas humanitatem Verbo vnitam hypoſtatice habere, congruum eſt.

e *Leuit.* 1.

65 Itaq; humanitas Chriſti prima ſponſa eſt, ſi cum ſponſo verbo comparetur. Hinc eſt, quod initio Canticorum incipit: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Petit humanitas ſui aſſumptionem, quaſi dicat. Veniat verbum, vt carnem meam, & os meum aſſumens per illud mihi loquatur, non amplius per Prophetas, ſe ſeq; coniungat, vt qui olim aperuit ora Prophetarum nunc os ſuum aperiat. Ita Origines docet, dicens: *Quo vſq; ſponſus meus mittit oſcula per Moyſen, mittit oſcula per Prophetas? Iam ipſius cupio ora contingere ipſe veniat, ipſe deſcendat.* Orat igitur ſponſi Patrem, & dicit ad eum, *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Et quia talis eſt, vt compleatur per eam propheticum illud, in quo dicitur: *ad huc te loquente dicam; Ecce ad ſum.* Sponſam ſponſi Pater exaudit; Mittitq; Filium ſuum. Videns illa eum, cuius deprecabatur aduentum orare deſtitit, & ad eum cominus loquitur. *Quoniam bona vbera tua ſuper vinum &c.*

Cant. 1.

Humanitas Chriſti Sponſa, & vnica columba.

His nantibus, certum eſt conuenire humanitati Chriſti

Chriſti quidquid ſub columbę Symbolo, ſpõſæ in canticorum libro appropriatur: Et quia ſæpe ſponſa columba dicitur, etiam Chriſti humanitatem dici, & eſſe columbam, & præcipuam, atq; perfectiſſimam fatemur. Ideo Lucas Abbas Aponij continuator, apud à Lapide in illud. d *Vna eſt Columba mea perfecta mea; Vna eſt matris ſuæ electa genitrici ſuæ;* Per vnam Columbam accipit humanitatem Chriſti: hanc enim ex omnibus ſibi deſpondit Verbum æternum, cum illam factus homo aſſumpſit ex Beata Virgine, cui proinde quaſi matri ſuæ fuit dilectiſſima. Rurſus eadem humanitas dicitur fuiſſe electa genitrici ſuæ, quia ipſa electa fuit mediatrix inter robur diuinitatis, & carnis fragilitatem, & ratione caſtitatis, ac maioris puritatis hanc vnam inter tantas elegit Salomon, vt probat Pineda. e Oſtendens caſtiorem fuiſſe, quoniam ſexaginta tantum Reginas, & octoginta concubinas ſe habere, dicebat; non libidinis, ſed Regalis magnificenciæ cauſa. Et ſubiungit: *His omnibus præfero Filiam Pharaonis; hæc enim mihi prima, & ſumma vxor, hæc Reginarum eſt Regina; hæc vna mihi plus dilecta, quam cæteræ omnes: Vnde de hac dico: Vna eſt Columba mea, perfecta mea, ſicut eadem eſt vna matri ſuæ, electa genitrici ſuæ, quia ob pulchritudinem, tum corporis, tum magis animi, moreſq; caſtos, modeſtos, & compoſitos, tam mihi, quam matri ſuæ præ cæteris filiabus vnicè eſt cara, & dilecta.*

d Can. 6.8

e Libr. de reb. Salom. cap. 5.

66 Si ergo vna, & perfecta columba dicitur propter mores caſtos, quos ex columbis, earumq; albedinem colligimus, & humanitas Chriſti ſit illa vna, & perfectiſſima columba; affirmandum abſq; dubio eſt propter munditiam, & caſtitatem columbæ nomen illi competere, & columbarum oculos habere, adeo vt dicat ſponſus; *Ecce tu pulchra es amica mea; Ecce tu pulchra es oculi tui columbarum:* Geminat aduerbium Ecce, & verbum pulchra, vt eximiam, & admirabilem pulchritudinẽ humanitatis ſignificet internam ſcilicet, & externam. *Oculi tui columbarum,* ſcilicet candidi pulchri amabiles, vt non tam columbini, quàm columbæ eſſe videantur quaſi dicat, Columbas geris in oculis, quia quidquid pulchrum, & amabile eſt in columbis, hoc tuis oculis exhibes, & repræſentas, quale præſertim eſt pudicitia munditia, & modeſtia; ſordida quæq; & fætentia fugiens: Et ſunt oculi tui ad inſtar pullorum columbarum, qui propter munditiam apti ſunt ad ſacrificium, quia caſtiſſima, & mundiſſima Chriſti humanitas futura erat in ara Crucis immolanda. Vnde ad intentum facit verſio Chaldæa, ſic vertens illa verba. *Oculi tui columbarum. Et quam recta ſunt opera tua, & occupationes tuæ ſicut pullorum columbæ, qui mundi ſunt, vt afferantur ſuper altari meo.* Nec ſolum innuit Sacer textus Chriſtum, columbæ caſtitatem habere; ſed etiam turturis vnde, cum legamus etiam in Canticis. f *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Oportet quærere quid Vox iſta prædicet? quid inſtar turturis clamet? mi meo videri tam efficacius quam caſtitatem, ſeu caſtum amorem: Talis erat vox illa Pauli dicentis. g *Volo autem vos omnes vnius viri virginem caſtam exhibere Chriſto.* Scio equidem ad integritatem fidei hoc dirigi à Paulo, vt ita eſſent in fide integri, vt nullum errorem admitterent, ſed perſiſterent ſolide in Euangelij doctrina, prout ab ipſo Corinthis prædicabatur. Verum vt verba ſonant ſignificauit mũdo, quam facile, ſeu poſſibile ſit caſtum ſe quemlibet cuſtodire, ſi voluntas non obſtet. Quod Cyrillus Alex. h Euidenti conſequentia infert, dicens: *Vult ergo Paulus omnes Corinthios Virginem caſtam exhibere Chriſto quod vtiq; nunquam vellet, niſi id poſſibile videret.* Et Auguſtinus ait. i *Caſti non ſumus, non quia non poſſumus, ſed quia nolumus.* Egregij ergo concionatoris vox eſt caſti amoris, vt omnes inducat ad caſtitatem ſeruandam. Cumque certum ſit continentiæ, & caſtitatis ſymbolum turturem eſſe; vox illa in Canticis caſtum amorem nos amplectendum docet.

f Cap. 2.12.

g 2. Corin. 11.2.

h Libr. 12. in Leuit.

i De pecc. meritis, & remiſſ. c. 1?

67 Sed percontaberis cuius ſit illa in Canticis vox? quæ ſit illa turtur gemebunda, quæ ab omnibus auditur, dicente Spiritu Sancto; *Vox turturis audita eſt;* Vt ſatis fiat interroganti, ſupponendum eſt: Turturem pudiciſſimam auem eſſe, vt ex dictis patet: Et conſequenter vox illa turturis vox Chriſti eſt; cuius typum fuiſſe turturem illam, teſtatur D. Hieronymus dicens: k *Turtur auis eſt pudiciſſima, ſemper habitans in ſublimibus, typus eſt Saluatoris.* Sed qua ratione vox Chriſti, turturis voci comparatur? quidue ait, aut quid illa voce prædicat? Turturi comparatur propter pudicitiam, & alta voce prædicat, vt nos caſtitatem doceat. Teſte Auguſtino dicente: l *Turtur, vt legimus pudiciſſima auis eſt, & ideo Saluator noſter turtur dictus eſt, quia docuit primus caſtitatem.* Vox ergo Turturis audita eſt in terra noſtra, vt eiecta libidine quiſq; pro caſtitate gemat. *Nunc* (ait Bernardus.) m *Vox turturis, & caſtitatis ſonat, olim illa: creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* An forte non eſt vox turturis illa Chriſti prædicantis caſtitatem. *Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt, qui poteſt capere capiat:* De illis loquebatur, qui ſeipſos caſtrauerunt. Et eiuſdem turturis Chriſti fuit illa Pauli vox. n *Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Hanc quidem vocem non omnes capiunt, capiat qui poteſt: Nam eſt conſilium Euangelicum à Chriſto turture promulgatum, & omnibus propoſitum, conſultum tamen non præceptum, & in noſtra poteſtate eſt, ſi gratiam Dei inuocare, illique ſtrenuè cooperari velimus. Nec obſtat, vt bene notant expoſitores, quod dicat Chriſtus, *qui poteſt, &c.* Quia per hoc tantum oſtendit rem eſſe arduam libidini reſiſtere, & ſe hominem caſtum, & cælibem efficere, ſed ſi vult continentiam ſeruare amplectatur, & capiat, quia ex ſe potentiam habet, licet remotam continendi, ſed Dei auxilio proximam. Audiatur

k Lib. con. Iouin. fol. 14.

l Libr. 50. Hom. 33. Chriſt⁹ turtur inuitat ad caſtitatẽ

m Matt. 19.11.

n 1. Corin. 7.10.

Chryſoſtomus hic: *Ideo nõ omnes capere poſſunt, quia non omnes volunt: palma propoſita eſt, qui concupiſcit gloriam, non cogitat de labore. Nemo vinceret, ſi omnes timerent periculum.* Et D. Hieronymus. o *Proponit agonotheta præmium, inuitat ad curſum, tenet in manu virginitatis brauium, oſtendit puriſſimum fontem, & clamat: qui ſitit veniat ad me, & bibat: qui poteſt capere capiat.*

o Libr. 1. con. Iouin.

68 Hoc ergo conſilium dedit illa cæleſtis turturis diuina vox, quãdo inuitauit ad curſum, & virginitatis attulit præmium, oſtendens ſe ipſum tanquam puriſſimum fontem à quo quiſq; hauriat, & bibat; ad hoc enim venit, vt vbi ante impudicitia, ibi caſtitas audiretur. *Iam hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit;* quia calore ſuo, tam hiemem libidinis, quam imbrem ignominiæ quæ ex ſterilitate oriebatur, fugauit; ac flante auſtro gratiæ ſuæ flores Sanctorum Religioſorum, & Anachoretarum, qui ſe Chriſti amore caſtrauerunt, *apparuerunt in terra noſtra, & tempus putationis aduenit,* ideſt gratiæ per quam amputantur prauæ peccatorum conſuetudines, & noxiæ concupiſcentiarum delectationes præciduntur. Hoc prædicat caſtæ turturis vox.

Sterilitas ante aduẽtũ Chriſti odio habebatur.

Et quidem notum omnibus eſſe poteſt, qualiter Chriſtus ab initio ſuæ natiuitatis, vel facto, vel voce, vſq; ad finem vitæ docuit caſtitatem, continentiam, & virginitatem, quam tam flocci olim faciebant, vt pro virtute, & maiori perfectione filios habere, & pro ignominia ijs carere arbitrabantur. Vxoris Elcanæ ſit ſatis exemplum: Digna quidem compaſſione fuit Anna quæ fuit vna ex vxoribus Elcanæ, alterius vero nomen Phenenna nuncupabatur. Hæc filios habuit, illa pro tunc, minime, qua ratione ſummo mœrore affecta, vt in primo Regum habeatur. *Flebat, & non capiebat cibum*, & quod magis eſt doloris ab alia vxore æmula eius aſpernabatur, & improperijs afficiebatur; ait enim ſacer textus. p *Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat in tãtum, vt exprobraret quod concluſiſſet Dominus vuluam eius.* Sed cur Annam tam parui faciebat Phenenna? non erant Annæ opera, & exercitia ſancta, dignaque imitatione, non vituperio? Non erant preces illæ, ita efficaciter perrectæ, vt ex corde abſque voce ad Deum peruenirent. (*Vox penitus non audiebatur.*) Non erat continuum ieiunium, (*porro illa non capiebat cibum.*) Non [illegible]ebantur etiam laxa lachrymis eius? (*flens largiter.*) Vere quidem omnia hæc habebat Anna, imo, & erat omnium virtutum genere condecorata. Cur ergo durior ſaxis Phenenna eam affligebat? Ecce quare: *quia concluſerat Dominus vuluam eius.* Iudicat Phenenna non dari maius opprobrium, quam ſterilitas. In tantum, vt exprobraret, quod Dominus, &c. Inde continuus planctus Annæ, tum quia filios non habebat, ſicut æmula eius; teſte Ioſepho, qui ait: q *Anna reſpiciens alterius mulieris filios circa matrem ſuam deſcendit ad lachrymas, & eo quod non haberet filios ea ſollicitudine gemiſcebat.* Iam etiam, quia vt Hebræi dicunt: *Concitauit eam tribulatrix, vel aduerſatrix eius irritatione, vt commoueret eam.* Et S. Chryſoſtomus. r *Vtramque cauſam reprehendit, dicens: Hanc fœminam fide Anna non anxietas modo à ſterilitate prouenienſ, uerum & aliud quoddam obſidebat malum; ita videlicet propter æmulæ opprobria.*

p Cap. 1. 8.

q Libr. 5. antiq.

r Hom de fide Annæ.

69 Anteqũam ergo Deus fieret homo, filijs carere dutum omnibus erat, & propter ſterilitatem cruciabantur ſteriles intus in corde, & ignominia apparebat in facie. Sed poſtquam Deus carnem aſſumpſit, & caſtitatem prædicare cœpit, & virginitatem, non amplius pro ignominia ſterilitas computabatur, & parui, aut nihili faciebant viri ſapientes, hoc, quod eſt filijs carere, vt totos ſe Deo dicarent, & corpore, & ſpiritu Deum ipſum diligerent teſte Gregorio Nazianzen. qui dixit: ſ *Olim cum lex erat futurorum vmbra, & ceremonia temporaria, tunc primatum habebant nuptiæ, tanquam adhuc infantes; poſtquam vero emigrauit litera, ſubductuſque eſt Spiritus, & Chriſtus cum proceſſiſſet ex virgine in carne paſſus eſt, tunc effulſit caſtimonia diuidens mundum.* Quæ inter alia meo videri; Emphaſis magna notatur in illis verbis poſterioribus, ſcilicet: *Effulſit caſtimonia diuidens mundum.* Quæ verba ſignificare videntur, quod Virginitas peculiarem ſtatum ſuper omnes ſtatus conſtituit, & mundum ſuper omnes orbes format; Cum virgines in Mundo ſint, tanquam ſi non eſſent, eleuantes ſe Dei auxilio ſuper omnes alios, & humum non reſpiciunt, altioraque ſemper petunt.

ſ In orat. exort. ad Virg.

Hoc myſterium figuratum habuimus in tertio libro Regum, t in lilijs ſuperpoſitis columnis miro opere fabricatis, ibique ſic de Salomone loquitur textus: *Finxit duas columnas æreas decem, & octo cubitorum altitudinis columnam vnam: Et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtramq;* Et Paulo poſt: u ſubiunxit. *Capitella autem, quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilij fabricata erant.* Sed quæres, quid illa ſignificent, & cur poſita ſunt ſuper columnas: Quo ad primum Reſpondeo lilia ſignificare Virginitatem Chriſti. Et Mariæ. Qua ratione diuus Hieronymus ait. x *Chriſtus quaſi auctor virginitatis, & Princeps loquitur confidenter. Ego flos campi, & lilium conuallium.* Et Bernardus ſeruat eandem metaphoram, dicens. a *Ipſe flos horti, Virgo virga virgine generatus.* Audiatur etiam Alanus qui ad locum Canticorũ inquit: b *De eo dicitur lilium conuallium. Quia perfecta humilitas fuit in Maria, & in humana Chriſti natura; ideo perſona Virginis, & humana natura Verbi valles dicuntur propter eminentiam humilitatis: & non ſolum valles, ſed & conualles ratione ſimilitudinis; quia Virgo ſpecialis Chriſto fuit ſimilis.*

t Cap. 7. 15.

u Ver. 19.

Chriſtꝰ cur lilium congitur.

x Epiſt. ad Demetr.

a Ser. 47.

b cap. 2. 1

Vult enim Alanus, quod humana Chriſti natura ſit campus in quo florum pullulat varietas, ideſt virtutum pluralitas, vt viola humilitatis, roſa patientiæ, lilium caſtitatis, &c. Et Virginem Chriſto ſimilem facit propter

Digitized by Google

eaſdem virtutes. Notat hic à Lapide, quod ſicut flos in campo ſponte prouenit ſine ſemine, ſine aratione; ſic & Chriſtus ex Virgine natus eſt ſine opera viri: ſicut etiam flos in Cœlo ſolem patrem, in terra plantam habet matrem: Sic Ieſu Pater in Cœlo eſt Deus, in ſolo virgo mater, &c. quæ ſubiungit. Sufficit enim nobis Chriſtum eſſe florem ex Virginitate, & ex Virgine matre natum, &c.

70 Rurſus lilia hæc ſuper capitella columnarum poſita oſtendunt Virginitatem ſuperare ſtatum quemlibet, & propter eminentiam latitudinis omnem humanam conditionem excedit. Vnde Sanctus Ambroſius c ait. *Quis humano eam poſſit ingenio comprehendere, quam nec natura ſuis incluſit legibus? aut quis naturali voce complecti, quod ſupra vſum naturæ ſit? è Cœlo accerſiuit, quod imitaretur in terris; hac nubes, aera, Angelos, ſyderaq; tranſgrediens Verbum Dei in ipſo ſinu Patris inuenit.*

c *Lib. 1. de Virgin.*

Virginitas Deũ traxit è Cœlo.

Hinc primum dices, Cur mundum ingrediens in Virginis vterum deſcendit? Reſpondeo, vt puritatem quam ſummopere diligebat oſtenderet; Virgineum enim vterum ita ardenter amabat, vt diu intra illa puellæ viſcera permanſiſſet; ſed ne naturæ ordinem peruerteret foris eluxit. Nõ quæſiuit ſolemne maieſtatis apparatum, ſed virginalem vterum, vt quanti caſtitatem faceret, & virginalem puritatem Mundo patefaceret. Ideo Gregorius Niſſenus expendens Verba illa Dauidis. d *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Percontatur dicens: *Quomodo venit?* & Reſpondet: *Non quaſi nauigio, aut vehiculo quodam ſed per Virgineam integritatem, ac puritatem ad vitam penetrans bod. e. num.* Hęc ille loquens de Sancta Chriſti natiuitate in principio.

d *Pſ. 117. 26.*

Inſuper ad ſuæ natiuitatis notitiam non aliud præbere voluit ſignum, quam puritatis, & virginitatis: Iſaiæ prophetia id expreſſit. e *Dabit Deus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo concipiet.* Sed cur dices non pro ſigno aſſignauit cæleſtium ſpirituum multitudinem canentium. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis?* Cur non paſtorum acceſſus ad puerum, qui lætãtes prædicabant: *Natum vidimus, & choros Angelorum collaudantes Dominum?* Cur non ſtella, quæ tabellarij velociſſimi vice fungens ab Oriente traxit Reges, vt nato Domino obedientiam promitterent? Nihil horum præbuit in ſignum; ſed tantum *Ecce virgo concipiet*, quod eſt cæteris omnibus maius, magiſq; ſingulare, & minime vſitatum. De qua re loquens D. Baſilius ait: f *Signum autem non vulgare neq; commune ſed extraordinarium, & prodigioſum, ac valde communem excedens naturam; virgo videlicet, & mater, & in virginitate Sancta perſeuerans gloriam nihilominus pariendi ſortita.* Ridentem naſci Zorobabelem ſcimus in ſignum quod Regis opera, non minus indigna Rege, quam digna riſu futura erant. Conſediſſe in ore Platonis nõ multo poſt eius natiuitatem examen apum, ſcribunt auctores, quo ſigno coniectabant eius linguę futuram ſuauitatem. Quod etiam fertur conſediſſe in ore Sãcti Ambroſij dum infans erat, vt diuinam viri eloquentiam præmonſtraret; & alia nonnulla exempla his ſimillima reperiuntur ſignantia futuros euentus, vt de puero Romano, cuius caput in eius ortu mirabili ſplendore circundatum conſpiciebatur, quæ res futurum Romanorum Regem puerum illum indicabat. Simile ſignum fuit in natiuitate Sancti patris noſtri Franciſci à Paula cum accenſa face Deus in nocte conceptionis eius ſupra parentum domum præmõſtrauit futurum in puero prodigium quoddam Sanctitatis.

e *cap. 7. 14*

f *Hom. de humana Chriſti generat.*

Signa futuros euentus demonſtrãtia.

71 Solus Chriſtus aliud ſignum noluit, niſi. *Ecce Virgo concipiet*, vt oſtenderet ſe ad plantandam virginitatem veniſſe, totoq; ſe, & omni ex parte purum eſſe caſtum, & virginem, tam ex parte Patris, quam ex parte matris. Ex parte Patris, quẽ non habuit in terra, Chriſtus; ſed in Cœlo genitus à Patre per æternã, & puriſſimam generationem, genitus Virgo à Virgineo, & fœcundo Patris intellectu. Prima enim totius Cœli, & terræ Virginitas in ſanctiſſima, & puriſſima Trinitate cognoſcitur; prout S. Gregorius Nazianz. deſcripſit his verſibus; dicens:

Prima Trias Virgo eſt, ſiquidem Patre natus Anarcho.
Filius eſt, nec enim Pater ortum traxit ab vllo.
Vtpote principium rerum, & vitalis origo.
More nec humano generauit ſemine natum, &c.

Qui Patrem ergo habuit Viginem in Cœlo habere etiam voluit Virginem matrem in terra, vt nulla ex parte agnoſceretur non Virgo. Quotquot enim ab initio mundi extitere ſancti viri, & Patriarchæ parentes, vt habemus, & ipſi habuere; præter Chriſtum ſtipite vtroque Virginem natum; Vnde Arnobius inquit: g *Multi filij hominum ſancti ab Abel vſq; ad Chriſtum, ſed nullus ex Virgine natus, nullus hac ſpecie editus, hac forma manifeſtatus.* Hiſque ſubſcripſit ſe S. Athanaſius dicens: h *Quis (quæſo) omnium quorum mentio fit in ſacris hiſtorijs iuſtorum, & ſanctorum, tum Patriarcharum, tum Prophetarum ex ſola Virgine ortum ſui corporis habuit? aut quæ mulier ſine viro vnquam ſuffecit ad hominis procreationem;* & poſtquam antiquorum iuſtorum originem deſcripſit, vt Abel ex Adamo; Enoch ex Iared, & cæterorum vſque ad Chriſtum; ſubiunxit: *Nonne ſinguli habuere patrem ſuæ natiuitatis auctorem?* Soli Chriſto quippe qui Virginitatem plantandam in terra operam daturus erat, conceſſum fuit, vt ſicut per puriſſimam generationem à patre proceſſit ab æterno, ita per Virgineum vterum veniret in Mundum. Vnde Heſichius de Virgine loquens, ait. i *Lac edidit, quæ nullas nouit nuptias, nutriuit infantem, cuius tamen infantis nullus ſit pater terra.*

g *In Pſal. 44.*

h *De Incarn. Verb. Dei fol. 39.*

i *Tom. 1. 7. 66. 1. par.*

72 Ex hoc enim ſcilicet, quod ex Virgine natus eſt Chriſtus pro corona Virginitatem

habuit

Digitized by Google

habuit, teſte Adriano Fino in expoſitione textus Canticorum. k *Egredimini, & videte Filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauerit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis ſui.* Doctores hunc textum expendentes varias Chriſti coronas conſiderant. Vt ipſa Chriſti humanitas ſit corona, qua veſtitum Verbum & coronatum fuit ab ipſa Virgine matre. Item, vt ſit ipſa ſpinea corona, qua fuit Chriſtus à Sinagoga coronatus. Item corona gloriæ etiam dicitur, quando gloria reſurrectionis tertia die triumphans apparuit; & poſtea diebus quadraginta tranſactis glorioſus ad Cælos aſcendit. Sed Adrianus per hanc coronam intelligit virtutem: nec mirum, nam corona, qua vtebantur in die deſponſationis candorem indicabat, & puritatem animi, qui nunquam ſcilicet libidini ſuccubuit; & ſolebant matres filios coronare in nuptijs, vt oſtenderet illorum animum altiorem extitiſſe, atque ſuperiorẽ omnibus carnis illecebris. Ita Diuus Chryſoſtomus qui ait: l *Idcirco quidem coronæ imponuntur capiti, vt victoria ſigna ſint, quod ſcilicet antea libidini fuerint impenetrabiles. Ita demum cubiculum ingrediuntur, quia ſcilicet à voluptate ſuperati non ſunt. Quod ſi libidine ſuperatus quiſquam ſeipſum ſcortis addixerit; cuius iam rei gratia coronatus incedat, qui iam fœdæ libidini colla ſubdiderit?*

k Cap. 3. lib. de Heſell.

Corona Chriſti multiplex.

l Hom. 9. in 1. ad Thim.

Corona Chriſti virginitas matris.

Iure ergo ſponſum Chriſtum virginitate coronatum ex virginis vtero proceſſiſſe, dicimus. Nam Verbum æternũ ſacratiſſima humanitate coronatum apparuit, tanquam Rex, & quod Regium dicatur diadema fuit; quia ex Virgine Dei filius humanitate indutus, puriſſimis eſt viſceribus circumdatus, abſque vllo integritatis, & puritatis detrimento. Conſideratione ergo dignum eſt, quod non ſolũ Deus factus eſt homo ſingulari, & extraordinario modo, non naturali, & humano modo, vt cæteri, ſed cæleſti, & diuino; vt inter cæteros, tanquam diadema, & coronam, afferat nouum, & inuſitatum modum, quo ſe induit, conceptus, & de virgine natus. Cum Virginitas Regia ſit virtus, Virginitatis Rex inde Chriſtus vocatur, & inter omnes homines coronam hanc regiam portat, non ſolum, quia Virgo, ſed etiam, quia ex Virgine matre, ante, & poſt partum, proceſſit.

73 Expendamus tandem ad Virginitatem Chriſti demonſtrandam alterum ex Canticis: textum? Vbi legimus ſponſum prę omnibus alijs dilectis, dilectum ſuum celebrare, & poſtquam laudauerit manus, in quibus fortitudo viget, ventrem laudare ſubſequitur, dicens: m *Venter eius eburneus diſtinctus Sapphiris.* Multa ſunt hic expendenda. Primum, quæ conuentio eboris ad ventrem? Venter oſſibus deſtitutus, qua propter nihil infirmius, aut debilius ventre humano. Ebur autem os eſt fortiſſimi Elephantis, & per conſequens nihil fortius ebore; Cur ergo ventrem eburneum dicit? Secundum, quod intelligit per Sapphir. Tertium quid per ebur. Quartum, quid per ventrem?

m Cap. 5. 1

Ad primum, ſponſam oſtendere voluiſſe, exiſtimamus; quod forte, & firmum eſt in ſponſo quidquid infirmũ, & debile eſt in alijs. Nam quod in Deo infirmum apparet per carnis aſſumptionem, fortius eſt, quam quidquid forte eſt apud homines, aut forte æſtimatur ab illis; Venter ergo, qui ex ſe imbecillis eſt, oſſeus fit in ſponſo, & ex oſſe eburneo, quia humanitas ex ſe debilis, ex vnione ad diuinam perſonam eſt fortiſſima, & inſuperabilis. Chriſtus enim crucifixus ex infirmitate viuit ex virtute Dei.

Chriſti venter cur eburneus.

Ad ſecundum, opera omnia Chriſti Sapphirina dici, demonſtrat: Vtpote ipſius Dei hominis, cuius ſplendoris, & maieſtatis ſymbolum eſt ſapphirus. Quapropter Abulenſis in exodum, dixit, n *Sapphirus gemma gemmarum eſt; vnde apud Gentilium Deos in magna fuit reuerentia, quod ſine eo reſponſa non dabantur.* Et Pierius; o *Sapphirus* (ait) *apud veteres magna ſemper in veneratione fuit: ſiquidem per eum imperium, & ſummum ſacerdotium ſignificari manifeſtum eſt.* Item Sapphirus ſoliditatem, puritatem, & altitudinem figurat. Color autem Sapphiri cæruleus eſt, aureis ſtellulis conſperſus, vt ſignificetur altiſſima Sponſi profunditas lucis, & beatitudinis ſerenitas, ceteraq; bona omnia è Cœlo habuiſſe, manifeſtat.

n In c. 24.

Elephantis caſtitas.

74 Ad tertium; per ebur intelligimus caſtitatem, puritatem, & munditiem; eo, quia Elephas cuius os eſt ebur caſtiſſimus eſt inter animalia, & per triennium continuo celebs manet, ac poſt triennium finito iam feminæ partu, tantum generandæ prolis cauſa illi miſcetur. Multa inditia pro explicanda Elephantis caſtitate affert Ariſtotel. qui inter alia ait. *Elephas coitum triennio interpoſito, repetit: Quam grauidam reddit, eandem prætterea tangere, nunquam patitur.* Item caſtitas, quæ vitam quam libido abbreuiat, prolongat Elephantem viuere vſq; ad ducentos annos facit, vel ſaltem ad centum viginti. Inſuper Ælianus Aldroandus in Elephante ait. p *Elephantem ideo homines adulteros, & adulteras odiſſe, vt de eis pœnas ſumat, eoſq; occidat.* De qua re idem auctor affert exempla.

o Lib. 5. de Hiſt. anim. cap. 5.

p 141. P.

Ad quartum, Quum dicit ſponſa ventrem, non tantum ventrem intelligo; ſed totum quod ventri adhæret: Etenim in ſcriptura, quod turpe eſt, & inhoneſtum ſub honeſto vocabulo metaphorice ſignificatur. Æs enim apud Ezecchielem pro ſecretioribus mulieris partibus poſitum fuit. Dum dixit. q *Quia effuſum es æs tuum.* Et nõ ſine analogia tactum eſt; nam ob turpitudinem rei de qua agebatur, rubiginoſum æs ponitur. Vt è contra argentum munditiæ ſymbolum, iuxta Dauidis pronunciatum. r *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum probatum terre, purgatum ſeptuplum.* Ad quod alludens Iſaias dixit. ſ *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam.* Quaſi dicat; caſtitas, & puritas tua verſa eſt in intemperantiam, & libidinem; ac ſi diceret: Argentum tuũ verſum eſt in æs rubiginoſum. Item eaſdem ſecretas mulieris partes

Cur ex ſapphiro venter Chriſti.

q Cap. 16. 36.

r Pſ. 11. 7.

ſ Cap. 1. 22

Digitized by Google

t Cap. 40. 11. partes v[illegible] ad *Vmbilicum*, Iob. t Et D. Hieronymus expendens verba illa Ezecchielis. u Cap. 16. 4. u *Non eſt præciſus vmbilicus tuus.* (ait) *Quomodo virorum ſeminarium ſignificatur in lumbis, ita genitalia fœminarum honeſto ſermone iuxta conſuetudinem ſcripturæ vmbilicus vocatur.* Item ſæpius verenda caro, & carnes dicuntur. Et ſæpe à diuo Paulo tam hominis quam mulieris membra infirmiora, ignobiliora, & inhoneſta vocantur; Et per verbum, *cognoſcere*, aut, *non cognoſcere*, concubitum ſignificat Euangelius textus, vt patet in Virgine, quæ dixit: *virum non cognoſco.* Sicut, & paſſim in ſcriptura reperitur: *cognouit vxorem ſuam*, atq; omnia, quæ circa ventrem reperiuntur ſub ventris nomine intelligi poſſunt.

75 Nunc Sponſa caſtiſſima, vt caſtiſſimas ſui ſponſi proferat laudes, & quæ pulchritudinē dilecti ſui oſtenderent filiabus Ieruſalē, eaſq; laudibus ſponſi ad pudicitiam, & caſtitatem prouocaret, dixit: *Venter eius eburneus diſtinctus Sapphiris.* Quaſi dicat, venter dilecti mei eburneus eſt candidus, & ſolidus, & diſtinctus Sapphiris denotans eius puriſſimam caſtitatem, quæ his ſimilitudinibus mirè depingitur. Nam vt ex dictis conſtat, ebur caſti animantis os incorruptibile eſt, candoreq; ſuo candorem præ ſe fert pudicitiæ; quia os etiam animalis defuncti corpus libidini emortuum deſignat. Cui adiunctus Sapphirus cœrulei, & cæleſtis coloris, aureiſq; punctis diſtinctus, velut ſtellis Cœlum, caſtitatem vndequaq; ſpirat. Et, *qui geſtat eum* (teſte Marbodeo,) x *caſtiſſimus eſſe iubetur.*

x Lib. Dactylotheca c. 52.

Chriſti caro omni alia carne purior, & ſanctior.

Caro igitur Chriſti Domini ſecundum eas partes, quæ ventris nomine ſignificantur, ſeu deſignantur, caſtiſſima ſupra modum, & omnis fœdæ motionis, diſſolutionis, & corruptionis expers fuit; ſummo, ſolidiſſimoq; virginitatis candore fulgens, ſapphirina pulchritudine, cæleſti omnino incorruptione pluſquam omnes Angeli pollens; nā ex vnione ad ipſam deitatem admirabilem, & diuinam ſortita eſt, incorruptionem. Ideo venter eius eburneus totus, ſed diſtinctus Sapphiris, id eſt, virtutibus cæleſtibus eius ornātibus caſtitatem. Mundiorem denique Chriſti carnem fuiſſe cæterorum hominum carne; deſcripſit Rupertus Abbas dicens: *Verè pulcher, & decorus venter eburneus, quia ſicut ebur magni Corporis, S. Elephantis tota pulchritudo, totumque pretium eſt: ſic iſte venter, videlicet Humanitas, ſiue caro, quam ex genere humano aſſumpſit: totius mundi, maximeq; generis Abrahę, de cuius ſemine naſci uoluit, decus, & gloria eſt. Pulchrius nimirum, atque pretioſius eſt ebur carne, vel corpore reliquo, de quo ſumptum eſt, & nihilominus caro dilecti huius pulchrior, mundior, & incomparabiliter ſanctior eſt omni maſſa, cuius ex ſemine ſumpta eſt.*

76 Ecce Chriſti ſacrificium, in quo Dei Filius Deo Patri caſtiſſimam, & puriſſimam carnem, tanquam turturem, aut pullos columbarum, obtulit ab inſtanti Conceptionis vſq; ad finem vitę, in eadem enim Chriſti paſſione, & eius ſepultura miro modo eius ſplenduit caſtitas, & virginalis puritas, apud Lucam enim legimus, cap. 23. 11. Herodem ſpreuiſſe Chriſtum, & ſequitur, *quod illuſit illum indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.* Quem textum exponentes Patres, multa dicunt nobis ſufficiat cum Gloſſ. ordinaria aſſerere. Quod in alba veſte ſupponitur, & illuditur, ſignificat quod pro totius mundi peccatis in carne caſta immolatus agnus eſt, paſſus & ſepultus eſt; vt ſit Eccleſia candida actione. Poſt vero mortem teſte Matth. 27. 59. In Syndone munda fuit Corpus inuolutum, & & in puro monumento repoſitum. *Et accepto Corpore Ioſeph inuoluit illud in Syndone munda.* Vbi ait Sanctus Remigius. *Syndon Chriſti Corpus ſignificat ex terra, id eſt Virgine ſumptum, & per paſſionis laborem ad immortalitatis candorem perductum.* Et Gregorius Nazianzenus orat. 1. de reſurrectione Chriſti, ait: *Nec honeſtum illum quidem Senatorem Ioſephum ſilentio prætereamus, qui dono acceptum ſanctum illud, & immaculatum Corpus, Syndone munda circundat, & in puro momento reponit.* (*Et mox addit*) *pro lege, nobis eſto honeſti illius Conſiliarij factum, vt nos quoque ſimiliter nobis conſulamus, vt cum donum illud Corporis ſumpſerimus, ne ſordida conſcientia Syndone id excipiamus, nec ex oſſibus mortuorum, & omni impuritate olenti monumento cordis reponamus.*

Lucas. Matth.

In Eucharistia puritas ſit.

CAPVT VI.

Sequentes Religioſi Chriſtum Crucifixum, ſemetipſos ſacrificant, vt figuratam Turturis, & Columbæ pudicitiam ſeruent.

77 Paulus Apoſtolus ad Corinthios ſcribens ait. a *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de Cælo cæleſtis.* Sed cur cœleſtis homo Chriſtus, nunquid non ex terra ſicut Adam, an forte ex Cœli materia, vt olim Manichęi dixere, factus eſt? Si enim homo ab humo, & non ex Cœlo dicitur; Homo quidem eſt, & eiuſdem materię, ſeu carnis, ac Adam? Sed differentiam attulit Paulus in Spiritu, nam primus homo carnis appetitum ſequutus eſt; ſed Spiritu ſecundus homo omnia reformauit. Hunc locum Pauli expendens Tertull. ait. b *Primus homo de terra limo ſecundus homo de Cælo. Nō tamen ad differentia materiam ſpectat, ſed tantum terrenæ retro ſubſtantiæ carnis primi hominis, id eſt Adæ. Cæleſtem de Spiritu ſubſtantiam opponit ſecūdi hominis, id eſt Chriſti.* Poſt hæc Paulus duas ſtatim ſpecies hominum videtur aſſignare, quum vnius ſpeciei homines terræ nos vocat, alterius vero cœleſtes: *Qualis* (enim ait) *terrenus, tales & terreni; Et qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.* Quod explicans Nicolaus de Lyra ait, *Ab Adam carna-*

a 1. c. 15. 49.

Cur Chriſtus homo cæleſtis.

b Libr. de carn. Chriſti, cap. 8.

Digitized by Google

habuit, teſte Adriano Fino in expoſitione textus Canticorum. k *Egredimini, & videte Filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauerit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis ſui.* Doctores hunc textum expendentes varias Chriſti coronas conſiderant. Vt ipſa Chriſti humanitas ſit corona, qua veſtitum Verbum & coronatum fuit ab ipſa Virgine matre. Item, vt ſit ipſa ſpinea corona, qua fuit Chriſtus à Sinagoga coronatus. Item corona gloriæ etiam dicitur, quando gloria reſurrectionis tertia die triumphans apparuit; & poſtea diebus quadraginta tranſactis glorioſus ad Cælos aſcendit. Sed Adrianus per hanc coronam intelligit virginitatem: nec mirum, nam corona, qua vtebantur in die deſponſationis candorem indicabat, & puritatem animi, qui nunquam ſcilicet libidini ſuccubuit; & ſolebant matres filios coronare in nuptijs; vt oſtenderet illorum animum altiorem extitiſſe, atque ſuperiorē omnibus carnis illecebris. Ita Diuus Chryſoſtomus qui ait: l *Idcirco quidem coronæ imponuntur capitis, vt victoriæ ſigna ſint, quod ſcilicet antea libidini fuerint impenetrabiles. Ita demum cubiculum ingrediuntur, quia ſcilicet à voluptate ſuperati non ſunt. Quod ſi libidine ſuperatus quiſquam ſe ipſum ſcortis addixerit; cuius iam rei gratia coronatus incedat, qui iam fœdæ libidini colla ſubdiderit?*

k *Cap. 3. lib. de Heſell.*

Corona Chriſti multiplex.

l *Hom. 9. in 1. ad Thim.*

Corona Chriſti virginitas matris.

Iure ergo ſponſum Chriſtum virginitate coronatum ex virginis vtero proceſſiſſe, dicimus. Nam Verbum æternū ſacratiſſima humanitate coronatum apparuit, tanquam Rex, & quod Regium dicatur diadema fuit; quia ex Virgine Dei filius humanitate indutus, puriſſimis eſt viſceribus circumdatus, abſque vllo integritatis, & puritatis detrimento. Conſideratione ergo dignum eſt, quod non ſolū Deus factus eſt homo ſingulari, & extraordinario modo, non naturali, & humano modo, vt cæteri, ſed cæleſti, & diuino; vt inter cæteros, tanquam diadema, & coronam afferat nouum, & inuſitatum modum, quo ſe induit, conceptus, & de virgine natus. Cum Virginitas Regia ſit virtus, Virginitatis Rex inde Chriſtus vocatur, & inter omnes homines coronam hanc regiam portat, non ſolum, quia Virgo, ſed etiam, quia ex Virgine matre, ante, & poſt partum, proceſſit.

73 Expendamus tandem ad Virginitatem Chriſti demonſtrandam alterum ex Canticis: textum; Vbi legimus ſponſum prę omnibus alijs dilectis, dilectum ſuum celebrare, & poſtquam laudauerit manus, in quibus fortitudo viget, ventrem laudare ſubſequitur, dicens: m *Venter eius eburneus diſtinctus Sapphiris.* Multa ſunt hic expendenda. Primum, quæ conuentio eboris ad ventrem? Venter oſſibus deſtitutus, quapropter nihil infirmius, aut debilius ventre humano. Ebur autem os eſt fortiſſimi Elephantis, & per conſequens nihil fortius ebore; Cur ergo ventrem eburneum dicit? Secundum, quod intelligit per Sapphir. Tertium quid per ebur. Quartum, quid per ventrem?

m *Cap. 5. 1*

Ad primum, ſponſam oſtendere voluiſſe, exiſtimamus; quod forte, & firmum eſt in ſponſo quidquid infirmū, & debile eſt in alijs. Nam quod in Deo infirmum apparet per carnis aſſumptionem, fortius eſt, quam quidquid forte eſt apud homines, aut forte æſtimatur ab illis; Venter ergo, qui ex ſe imbecillis eſt, oſſeus fit in ſponſo, & ex oſſe eburneo, quia humanitas ex ſe debilis, ex vnione ad diuinam perſonam eſt fortiſſima, & inſuperabilis. Chriſtus enim crucifixus ex infirmitate viuit ex virtute Dei.

Chriſti venter cur eburneus.

Ad ſecundum, opera omnia Chriſti Sapphirina dici, demonſtrat: Vtpote ipſius Dei hominis, cuius ſplendoris, & maieſtatis ſymbolum eſt ſapphirus. Quapropter Abulenſis in exodum, dixit, n *Sapphirus gemma gemmarum eſt; vnde apud Gentilium Deos in magna fuit reuerentia, quod ſine eo reſponſa non dabantur.* Et Pierius; o *Sapphirus* (ait) *apud veteres magna ſemper in veneratione fuit: ſiquidem per eum imperium, & ſummum ſacerdotium ſignificari manifeſtum eſt.* Item Sapphirus ſoliditatem, puritatem, & altitudinem figurat. Color autem Sapphiri cæruleus eſt, aureis ſtellulis conſperſus, vt ſignificetur altiſſima Sponſi profunditas lucis, & beatitudinis ſerenitas, ceteraq; bona omnia è Cœlo habuiſſe, manifeſtat.

n *In c. 24.*

Elephantis caſtitas.

74 Ad tertium; per ebur intelligimus caſtitatem, puritatem, & munditiem; eo, quia Elephas cuius os eſt ebur caſtiſſimus eſt inter animalia, & per triennium continuo celebs manet, ac poſt triennium finito iam feminæ partu, tantum generandæ prolis cauſa illi miſcetur. Multa inditia pro explicanda Elephantis caſtitate affert Ariſtotel. qui inter alia ait. *Elephas coitum trienniò interpoſito, repetit: Quam grauidam reddit, eandem præterea tangere, nunquam patitur.* Item caſtitas, quæ vitam quam libido abbreuiat, prolongat Elephantem viuere vſq; ad ducentos annos facit, vel ſaltem ad centum viginti. Inſuper Ælianus Aldroandus in Elephante ait. p *Elephantem ideo homines adulteros, & adulteras odiſſe, vt de eis pœnas ſumat, eoſq; occidat.* De qua re idem auctor affert exempla.

o *Lib. 5. de Hiſt. anim. cap. 5.*

p *141. P.*

Cur ex Sapphiro venter Chriſti.

Ad quartum, Quum dicit ſponſa ventrem, non tantum ventrem intelligo; ſed totum quod ventri adhæret: Etenim in ſcriptura, quod turpe eſt, & inhoneſtum ſub honeſto vocabulo metaphorice ſignificatur. Æs enim apud Ezecchielem pro ſecretioribus mulieris partibus poſitum fuit. Dum dixit. q *Quia effuſum es æs tuum.* Et nō ſine analogia tactum eſt; nam ob turpitudinem rei de qua agebatur, rubiginoſum æs ponitur. Vt è contra argentum munditiæ ſymbolum, iuxta Dauidis pronunciatum. r *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Ad quod alludens Iſaias dixit. ſ *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam.* Quaſi dicat; caſtitas, & puritas tua verſa eſt in intemperantiam, & libidinem; ac ſi diceret: Argentum tuū verſum eſt in æs rubiginoſum. Item eaſdem ſecretas mulieris partes

q *Cap. 16. 36.*

r *Pſ. 11. 7.*

ſ *Cap. 1. 22*

Digitized by Google

partes v... ad *Vmbilicum*, Iob. t Et D. Hieronymus expendens verba illa Ezecchielis. u *Non eſt præciſus vmbilicus tuus.* (ait) *Quomodo virorum ſeminarium ſignificatur in lumbis, ita genitalia fœminarum honeſto ſermone iuxta conſuetudinem ſcripturæ vmbilicus vocatur.* Item ſæpius verenda caro, & carnes dicuntur. Et ſæpe à diuo Paulo tam hominis quam mulieris membra infirmiora, ignobiliora, & inhoneſta vocantur; Et per verbum, *cognoſcere*, aut, *non cognoſcere*, concubitum ſignificat Euangelius textus, vt patet in Virgine, quæ dixit: *virum non cognoſco.* Sicut, & paſſim in ſcriptura reperitur: *cognouit vxorem ſuam*, atq; omnia, quæ circa ventrem reperiuntur ſub ventris nomine intelligi poſſunt.

t Cap.40. 11.
u Cap.16. 4.

75 Nunc Sponſa caſtiſſima, vt caſtiſſimas ſui ſponſi proferat laudes, & quæ pulchritudinẽ dilecti ſui oſtenderent filiabus Ieruſalẽ, eaſq; laudibus ſponſi ad pudicitiam, & caſtitatem prouocaret, dixit: *Venter eius eburneus diſtinctus Sapphiris.* Quaſi dicat, venter dilecti mei eburneus eſt candidus, & ſolidus, & diſtinctus Sapphiris denotans eius puriſſimam caſtitatem, quæ his ſimilitudinibus mirè depingitur. Nam vt ex dictis conſtat, ebur caſti animantis os incorruptibile eſt, candoreq; ſuo candorem præ ſe fert pudicitiæ; quia os etiam animalis defuncti corpus libidini emortuum deſignat. Cui adiunctus Sapphirus cœrulei, & cæleſtis coloris, aureiſq; punctis diſtinctus, velut ſtellis Cœlum, caſtitatem vndequaq; ſpirat. Et, *qui geſtat eum* (teſte Marbodeo,) x *caſtiſſimus eſſe iubetur.*

x Lib. Dactylotheca c. 52.

Chriſti caro omni alia carne purior, & ſanctior.

Caro igitur Chriſti Domini ſecundum eas partes, quæ ventris nomine ſignificantur, ſeu deſignantur, caſtiſſima ſupra modum, & omnis fœdæ motionis, diſſolutionis, & corruptionis expers fuit; ſummo, ſolidiſſimoq; virginitatis candore fulgens, ſapphirina pulchritudine, cæleſti omnino incorruptione pluſquam omnes Angeli pollens; nã ex vnione ad ipſam deitatem admirabilem, & diuinam ſortitam eſt, incorruptionem. Ideo venter eius eburneus totus, ſed diſtinctus Sapphiris, ideſt, virtutibus cæleſtibus eius ornatibus caſtitatem. Mundiorem denique Chriſti carnem fuiſſe cæterorum hominum carne; deſcripſit Rupertus Abbas dicens: *Verè pulcher, & decorus venter eburneus, quia ſicut ebur magni Corporis, S. Elephantis tota pulchritudo, totumque pretium eſt: ſic iſte venter, videlicet Humanitas, ſiue caro, quam ex genere humano aſſumpſit: totius mundi, maximeq; generis Abrahę, de cuius ſemine naſci voluit, decus, & gloria eſt. Pulchrius nimirum, atque pretioſius eſt ebur carne, vel corpore reliquo, de quo ſumptum eſt, & nihilominus caro dilecti huius pulchrior, mundior, & incomparabiliter ſanctior eſt omni maſſa, cuius ex ſemine ſumpta eſt.*

76 Ecce Chriſti ſacrificium, in quo Dei Filius Deo Patri caſtiſſimam, & puriſſimam carnem, tanquam turturem, aut pullos columbarum, obtulit ab inſtanti Conceptionis vſq; ad finem vitę, in eadem enim Chriſti paſſione, & eius ſepultura miro modo eius ſplenduit caſtitas, & virginalis puritas, apud Lucam enim legimus, cap.23.11. Herodem ſpreuiſſe Chriſtum, & ſequitur, *quod illuſit illum indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.* Quem textum exponentes Patres, multa dicunt nobis ſufficiat cum Gloſſ. ordinaria aſſerere. Quod in alba veſte ſupponitur, & illuditur, ſignificat quod pro totius mundi peccatis in carne caſta immolatus agnus eſt, paſſus & ſepultus eſt; vt ſit Eccleſia candida actione. Poſt vero mortem teſte Matth. 27. 59. In Syndone munda fuit Corpus inuolutum, & & in puro monumento repoſitum. *Et accepto Corpore Ioſeph inuoluit illud in Syndone munda.* Vbi ait Sanctus Remigius. *Syndon Chriſti Corpus ſignificat ex terra, ideſt Virgine ſumptum, & per paſſionis laborem ad immortalitatis candorem perductum.* Et Gregorius Nazianzenus orat. 1. de reſurrectione Chriſti, ait: *Nec honeſtum illum quidem Senatorem Ioſephum ſilentio prætereamus, qui dono acceptum ſanctum illud, & immaculatum Corpus, Syndone munda circundat, & in puro momento reponit.* (*Et mox addit*) *pro lege, nobis eſto honeſti illius Conſiliarij factum, vt nos quoque ſimiliter nobis conſulamus, vt cum donum illud Corporis ſumpſerimus, ne ſordida conſcientiæ Syndone id excipiamus, nec ex oſſibus mortuorum, & omni impuritate olenti monumento cordis reponamus.*

Lucas. Matth.

In Eucharistia puritas ſit.

CAPVT VI.

Sequentes Religioſi Chriſtum Crucifixum, ſemetipſos ſacrificant, vt figuratam Turturis, & Columbæ pudicitiam ſeruent.

77 Paulus Apoſtolus ad Corinthios ſcribens ait. a *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de Cœlo cæleſtis.* Sed cur cœleſtis homo Chriſtus, nunquid non ex terra ſicut Adam, an forte ex Cœli materia, vt olim Manichęi dixere, factus eſt? Si enim homo ab humo, & non ex Cœlo dicitur; Homo quidem eſt, & eiuſdem materię, ſeu carnis, ac Adam? Sed differentiam attulit Paulus in Spiritu, nam primus homo carnis appetitum ſequutus eſt; ſed Spiritu ſecundus homo omnia reformauit. Hunc locum Pauli expendens Tertull. ait. b *Primus homo de terra limo ſecundus homo de Cœlo. Nõ tamen ad differentia materiam ſpectat, ſed tantum terrenæ retro ſubſtantia carnis primi hominis, ideſt Adã. Cæleſtem de Spiritu ſubſtantiam opponit ſecũdi hominis, ideſt Chriſti.* Poſthæc Paulus duas ſtatim ſpecies hominum videtur aſſignare, quum vnius ſpeciei homines terræ nos vocat, alterius vero cœleſtes: *Qualis* (enim ait) *terrenus, tales & terreni; Et qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.* Quod explicans Nicolaus de Lyra ait, *Ab Adam* carna-

a 1.c.15. 49.

Cur Chriſtus homo cœleſtis.

b *Libr. de carn.Chriſti, cap.8.*

Digitized by Google

carnaliter deriuati ſunt carnales, ſed à Chriſto ſpirituales: vita verò ſpiritualis eſt vita cæleſtis. Inde maxima eſt differentia inter hos Patres, id eſt Chriſtum, & Adam: Nam ex Adam progeniti ſumus per modum totaliter Virginitati oppoſitum. Ex Chriſto autem, qui Pater eſt futuri ſæculi, & filius Virginis eſſe voluit per Virginitatem, & Caſtitatem generationem nos habere conceſſit: de qua re loquens Diuus Baſilius, ait: d *Quemadmodum Adam præſentis vitæ ſemen, per coniugij voluptatem fuerat, ita vt ipſe ſemen futuri ſeculi per Virginitatis fieret integritatem: vt ſicut illum per matrimonium multiplicantem humanum genus, hominem in terrena vita ſequuti ſumus: ita & Dominum per Virginalem puritatem futurum ſeculum multiplicantem prudenter ſequeremur*.

d *Libr. de uera Virginit. ad Letoriũ melit. Epiſc. noſtri.*

78 Hanc ſequelam explicuit Ioan. quum de Virginibus loquens dixit. e *Hi ſequuntur Agnum quocunque ierit*, id eſt Virgines, & caſti ſequuntur Agnum, ſcilicet, eiſdem de geſtibus, non tam Corporis, quam animæ dixerat prius ſe audiſſe, *Vocem de Cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni; & vocem, quam audiui ſicut Citharedorũ, citharizantium in citharis ſuis*. Cuius autem fuerit illa vox ex precedentibus, & ſubſequentibus inueſtigant Doctores, & dicunt fuiſſe Virginum, eo quod dicebatur vox aquarum, ex multis, varijſque vocibus, veluti ſonus conflatus, & ſonorus ex multis aquis in ſaxa decidentibus, quæ ſonoræ ſunt, & colliſæ, magnum ſtrepitum cauſant. Item *tonitrui magni*, quia terribilis vox eſt impijs, qui nomen Virginitatis horrent. Inſuper ſono Cytharæ ſimilis Virginum vox eſt, quia ſuauiſſima eſt, & ſuauiſſimo cantu Deum, atque Spiritus Cæleſtes demulcet. Verum cantionem hanc non licere omnibus aduertit Ioan. *Niſi illis centum quadraginta quatuor millia*, qui pretio ſanguinis Chriſti acceperunt hanc perfectam Corporis, & animæ puritatem, vt terra altiores, cæleſtem hic agerent vitam: *Et hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt*; Eoſque eſſe Religioſos omnes, tam mares, quam fœminas arbitror, qui ſpretis Mundi illecebris non ſe inordinata affectione contaminant, ſed Chriſtum ſequentes, Crucem ſecum baiulant, præcepta Dei cum obſeruantia conſiliorum copulant, & Angelicam puritatem ſectantur. Hi enim ex Lyra, *Sequuntur Agnum quocunque ierit, quia ſequuntur Chriſtum, non ſolum per viam mandatorum, ſed etiam conſiliorum*.

e *Apoc. 14.4.*

Virginum chorus, quibus ſit ſimilis.

Ad hanc ergo ſequelam currẽtes Religioſi propriæ carnis ſacrificium offerunt Deo, dum Virginitatem, aut perpetuam caſtitatem in æternum conſecrant Deo, & Chriſto, cuius apecię ſiũt inſtar martyrum, qui ſanguinem, & vitam Deo conſecrant. Habet enim, & caſtitas ſuum martyrum, idq; difficile, & longum, etenim caſtitas, aut Virginitas paritur ab abſtinentia, pœnitentia; alitur prudentia, fortitudine, obedientia; perficitur ſolitudine, ſilentio, charitate, oratione, alijſq; virtutibus omnes enim virtutes circa Virginitatem, & caſtitatem, quaſi excubant, vt eam tuentu, & circa eam quaſi chorum agunt, dicentes Canticum, quod non omnibus datum eſt canere, niſi illis. Nam vt D. Gregorius ait. f *Singulariter Canticum Agno cantare, eſt cum eo in perpetuũ præ cunctis fidelibus, etiam de incorruptione carnis gaudere*. Inſuper Agnũ ſequentes, Martyres imitantur quandoquidem ſicut Martyres multa ſub Tyranni imperio paſſi ſunt, ne cultum exhiberent idolis, & conſtantes in fide illibata perſiſterunt; Ita Religioſi ſub imperio rationis varijs affecti laboribus, & pœnitentijs, cultum carni non exhibent, eiq; non indulgent, vt firmiter illibatam ſeruent puritatem: Ideo dixit Richardus. g *Virginitati adiungit meritum paſſionis, illi nimirum Agnum, quocunq; ierit, ſequuntur, qui eum in vtroq; (id eſt Virginitate, & martirio) imitantur quiq; mentis, & corporis incorruptione probantur*.

Religioſorũ caſtitas.

f *3. p. Paſtor. admonit. 29.*

g *Apud Gloſſ. ordinar. in hunc locum.*

79 Hanc eandem ſequelam Agni amplectuntur Religioſi, dum caſtitate, & Virginitate ad inſtar Turturis, & Columbæ ſe offerunt Deo. Diximus iam Chriſtum Dominum puritatem ſuam iſtarum auium ſacrificio ſignificaſſe, & quia Religioſi Chriſtum ſequentes, etiam tamquam Turtures, & Columbæ ſe offerunt Deo, videndum eſt qualiter illis conueniat harum auium puritas. Et primò de Turture illud memorabile retulimus ſupra, quod mortuo Coniuge fere, ſcilicet in ſolitudine, neq; ſedere niſi in arido ramo, neq; bibere vnquã ex riuulo, priuſquam alis turbet aquam, & limoſam reddat. Cuius rationem affert ex Baptiſta Mantuano, Ponte: h *Ne ſcilicet dum ſe ad bibendum inclinat, et ſui imaginem in aqua limpida contemplatur, conſortis ſui demortui excitetur memoria, & renouetur dolor*. Qua ratione arbitror Turtures Religioſorum Symbolum eſſe, qui omnem carnis viriditatem, & amœnitatem reſpuunt, dulcia, & clara Mundi contemnũt, ac ſibi turbida parant, nec alicuius rei memoriam admittunt, quæ animi puritatem poſſit commaculare, vel ad Mundi voluptates inducere; omnem deniq; tranſigunt vitam in gemitu, luctu, & operibus, quæ carnem domant, & affligunt, vt caſtimonia ſecurius conſeruetur.

Inſtar turturis, quare.

h *Libr. 3. exhort. 24.*

80 Addo quod ſponſus Chriſtus ſponſæ animæ dixit. i *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut Turturis*, Cuicunq; enim Religioſo id adaptare licebit, quia dum mærens, ac lugens, ieiunijs, vigilijs, ſuſpirijs, alijſq; corporis afflictionibus ſe exercet, corpus extenuat, ſed animæ pulchritudinem auget, & ideo faciem extenuatam, & mœrore confectam Turturi comparat, dicens: *pulchræ ſunt genę, &c.* quia extenuatio illa eſt Deo valde grata, & pulchra Turtur lugens abſentiam ſponſi: quaſi dicat, non eſt Religioſus ſicut hypocritæ qui dum ieiunant, exterminãt, & extenuãt facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes, quorum facies non pulchræ, ſed fœdæ mihi apparent, ſed ieiunat, & extenuat faciem ſuam ex amore caſtitatis, & propter abſentiam ſponſi

i *Cant. 1.10.*

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti, quod ipſum valde decorum reddit. Adhuc fortè reſpiciens S. Gregorius dixit. *Sic ſancta quæque anima, cum à ſponſo ſuo abſens eſt, ab eius amore non recedit, ſed in eius deſiderium ſemper anhelat, & gemit: & dum illum, quem valde diligit, non inuenit, quia ab omni alieno amore ſe retrahit, quaſi in genarum verecundia caſtitatem cordis ipſo habitu, & actu exteriori oſtendit.*

Religioſus habet genas vt Turtur.

Quæ autem ſcripſit Sanctus Bernardus de modo bene viuendi ſoror. cap. 10. ſibi dicta recipiat quiuis Religioſus, cuius genæ ſicut Turturis pulchræ eſſe debent ſic. *Natura Turturis eſt, vt ſi per occaſionẽ perdiderit coniugem, alterum amplius non quærat. O ſponſa Chriſti, aſſimilare, & tu huic Turturi, & præter Ieſum Chriſtum ſponſum tuum, amatorem non quæras alterum. O ſponſa Chriſti eſto ſimilis Turturi, & luge die ac nocte cum deſiderio Ieſu Chriſti ſponſi tui, quia iam aſcendit ad Cœlos, vt aliquando faciem ipſius videre merearis in dextera Patris.* Sponſus Chriſtus prius dixerat ſponſam ſuam ſimilem fuiſſe equitatui ſuo, poſtea ſubdit genas pulchras habere ſicut Turturis, & hæc oĩa Religioſæ familiæ, ſeu cuiq; Religioſo adaptare fas eſt. Eſt enim Religio inſignis quidam Dei Equitatus, & multorum fidelium coetus ſuo vno Prælato, & Duce Deo militans per ſolemnia vota, huic militiæ adſcriptus eſt Religioſus, in quo maximè refulgent multa, quæ illum inuictum reddunt, & Dæmonibus terribilem ſub diuina protectione conſtitutum, ideo dicit: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* Dilecta ergo ipſius Dei eſt quælibet Religio, veluti equorum coetus contra Pharaonis currus, vel ſi cum LXX. & Syro legere malis *equæ meæ*, aut *equo meo*, cuiuſuis Religioſi animam intelligere poſſumus. Verum, & melius dicerem non ſolum Congregationem Religioſorum, ſed etiam quemlibet Religioſum equam, & Equitatum potentiſſimum Dei eſſe, quod ex doctrina D. Bernardi colligo dicentis. k *Nec mireris vnam animã equitatus multitudini ſimilatam, ſi aduertas quanta in ipſa vna, quæ tam ſancta anima ſit virtutum acies habeantur, quanta in affectionibus ordinatio, quanta in moribus diſciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo terror: quanta denique ipſi cum hoſte conflictuum aſſiduitas, numeroſitas triumphorum.* Et efficacius id explicat in ſequentibus, & magis ad rem noſtram; dicens: *Ibi Populus eductus eſt de Egypto, hic homo de ſæculo; ibi proſternitur Pharao, hic Diabolus; Ibi ſubuertuntur Currus Pharaonis, hic carnalia, & ſecularia deſideria, quæ militant aduerſus animam, ſubruuntur. Illi in fluctibus, iſti in fletibus, marini illi, amari iſti. Puto & nunc clamare Dæmonia, ſi forte contingat incidere in talem animam, fugiamus Iſraelem, quia Dominus pugnat cum eo.*

Religio eſt equitatus cõtra Currus Pharaonis.

k Hom. 39

81 Eſt ergo ſancta Religioſi anima Equus, & Equitatus Dei, quia ad omne opus bonum, quod iubet, & conſulit Deus promptiſſimè, & velociſſimè, ac toto ſpiritus impetu procurrit, à terrenis ſeipſam ſegregat, cuncta temporalia relinquit, & aptiorem ſe erigit ad curſum, ne perdat brauium. O Beati Religioſi, qui dicuntur Equites, velut Reges, ideo quia probè norunt corpus ſuum regere, & caſtitatis ſeruandæ deſiderio tamquam Equum benè domitum ſibi ſubijcere, ac omnibus carnis affectionibus dominari, obſeruantes illud Pauli conſilium. l *In carne ambulant, non ſecundum carnem militant*, quia, vt ait Gregor. in illum Cant. 6. *Sexaginta ſunt Reginæ; dum Corpora ſua prudenter regunt, cæleſte ſibi Regnum acquirunt; Carnem ſuam macerant, vitia vincunt, Dæmones tanquam Tyrannos ſibi ſubijciunt, & omnes motus ſuos, vt ſine offendiculo currant, prudenter regunt.* Hinc Sponſus aſſimilata Sponſa equitatui pulchras genas habere oſtendit. *Pulchræ ſunt genæ tuæ, &c.* Quia ad pulchritudinem Virginitatis, & Caſtimoniæ Religioſus non aſcendit, niſi cum fortiter, velut equitatus Dei dimicat contra impugnantes hoſtes, eo quod terribilis eſt hæc, & forte maior, quam ſub Tyranno martyrium, & non niſi à fortiſſimis, Dei magno auxilio, obtinetur victoria. Nam vt inquit D. Auguſtinus. m *Inter omnia Chriſtianorum certamina ſola duriora ſunt prælia caſtitatis, vbi quotidiana eſt pugna, & rara victoria, Grauem enim caſtitas ſortita eſt inimicum, qui quotidie vincitur, & timetur.* Oportet ergo Religioſum fortiſſimum eſſe, non quomodocunque ſed tanquam Dei militem, & Equitem ab ipſo adiutum, & directum, vt libidinem vincat, & de illa triumphet, pacemque internam hoſtibus debellatis obtineat. Meritò ergo prius aſſimilatur Equitatui Dei in curribus Pharaonis; iam ſubmerſis, & poſtea laudatur de pulchritudine genarum inſtar Turturis, quia præcedit lucta, vt tam glorioſa pulchritudo obtineatur per illam; & duriori, ac glorioſiori martyrio Chriſto configatur Cruci, vt de propria carne per caſtitatem ſacrificium offerat Deo.

l 2. Corint. 10. 13.

Cant. 6.

Sunt Religioſi Reges ex caſtitate

m *Ser. 150. de temp.*

Caſtitatem ergo Religioſorum, præterquam quod tota turturea victima prædicat, & vox turturis prædicatio ſit caſtitatis, idque veſicula gutturis in ſacrificio abſtracta oſtendat, innuatque reſtringendam eſſe ſociam crapulæ, & gulæ luxuriem, & reſecandam omnem carnis voluptatem. Ipſa oblatio ex pullis columbarum mirum in modum exprimit. Quid enim ſunt Religioſi niſi Columbæ in arca Crucis Religionis abſconditæ, ibi ſui Corporis incruentum, & multoties cruentum ſacrificium offerunt, dum in Cruce Religionis continuis diſciplinis vſque ad effuſionem ſanguinis carnem macerant, fodiunt, vulnerant, & Chriſto crucifixi ſunt. O fœlix Arca; o fœlix Crux, & fœlix Religio, in qua ſpirituales columbæ deliteſcunt. Sed præcipuè notandum, quod Columba munditiæ amans de Arca egrediẽs, vbi pedem figeret, non inuenit, quippe quæ lutum, & cœnum exhorreat. Cœnum enim & ſtercus eſt libidinoſa voluptas. Vnde Hieronymus ait. n *Captiuitatis nulla maior calamitas eſt,*

Luxuria peſſimum vitium.

n *Libr. I.*

quia ad libidinē trahi. Et Chryſoſtomus dicit: *Reuerà quoſuis hoc malum corrumpit, ac perdit, & quemadmodum porcus in cœno volutatus, quacunque ingreſſus fuerit, omnia fœtore replet, ac ſenſus graue olentis ſtercore imbuit; ita, & fornicatio eſt malum, quod difficilè abluitur.*

aduerſ. Iouinianum. Chriſ. hom. 5. in p. ad Theſal.

82 Caueat ergo Religioſus, veluti Columba, ne pedes figat in cœno dum aliquando arcam egreditur, ſit ad inſtar Columbæ meticuloſus, ſuis nequaquam fidens viribus, ne in luto periclitetur, vel ſi ſolam plantulam ponit, fugam ſtatim arripiat, redeat in Arcam multi enim incautius ſæpè falli ſolent; audiat D. Antonium ſuis dicentem. *Non expedit Chriſti ſeruis ſæcularium domos frequentare: ſicut piſces de aqua ducti langueſcere, & emori ſolent: ita monachus extra Cœnobium confabulationi vacans ad cordis tepiditatem redigitur, & circa ſpiritualia exercitia fit tardior.* Et in vitis Patrum in fine, ſeniores dixiſſe legim. n *Quando intrabat moyſes in nube, cum Deo loquebatur, quàm autem exibat de nube cum populo: ſic, & Monachus, quando in Cella ſua eſt, cum Deo loquitur, egrediens autem de Cella, cum Dæmonibus eſt.* Et eorum alter dixit. o *Cella Monachi eſt caminus ille Babylonius, vbi tres Pueri Filium Dei inuenerunt.* Et Sanctus Nilus, Sancti Chryſoſtomi diſcipulus, ſententiosè dixit. p *Inperforabilis manet a ſagittis inimici, qui amat quietem; qui autem miſcetur multitudini, crebra ſuſcipiet vulnera.*

A Religioſis vitanda ſunt colloquia mulierū vt Deo loqui poſſint.

o *Libr. 6.*

p *Lib. 9. c. 7. n. 38.*

Et plures etiam Religioſos ex conſortio mulierum vulneratos fuiſſe experientia docuit; & hoc quia ſimiles columbis videri, non oculos Columbarum habere curarunt. Pulchri eſſe debent oculi Religioſorum inſtar Columbarum modeſti, graues, pudici, & ſimplices internorum oculorum decorem indicantes. Mulieres quidem Religioſæ ne videantur, & ne videant, quia ratione ſub unxit ſponſus, *abſq; eo quod intrinſecus latet,* quod ex Hebreo legunt alii: *tibi ſq; eo, quod latet ſub operimento, aut velo, quo faciem, & oculos ob modeſtiam, & decentiam tegebat;* placebat enim valde ſponſo, quod ſponſa velum geſtaret, quo faciem, & oculos operiret ob pudicitiam, & modeſtiam ſeruandam. Hoc enim velum eſt arcta cuſtodia oculorum vne hoc, illucq; vagentur, ſed magna cautella demiſſi, aut clauſi teneantur, ne forte per illos intret fur, qui deprædetur caſtitatem propriam, vel ex illis prodeant tela, quæ feriant, & lædant caſtitatem alienam. Sint ergo Religioſæ Columbis ſimiles, vt eas laudet ſponſus, vti laudauit illam, quæ contemplata erat Chriſtum, tamquam faſciculum mirrhæ in Cruce, & ſicut Botrum Cypri in gloria; & inſtar Columbę nidificauerat in foraminibus petrę, ſeu vulneribus Chriſti crucifixi, & in vtriuſq; etiam meditatione inſtar Columbæ meditando, gemit tum propria peccata, & Chriſti dolores eorum cauſa perpeſſos; tum etiam abſentiam, quam patitur à Cœleſti Patria, ad quam deſiderat peruenire. *Sponſæ oculi,* ait D. Greg. hic, *Columbarum eſſe perhibentur, quia dum in temporalibus gemit, & ad æterna deſiderio rapitur, in ſimplicitate ſuos ſenſus cuſtodit, & carnales concupiſcentias deteſtatur, & ſicut Columba in amore pio cantu gemit; ita ſancta anima dum reprobi in amore Mundi garriunt, & lætantur, ipſa in cæleſti deſiderio atteritur; qui timet ne amittat, quod diligit, dum differtur.*

Monialiū cuſtodia in oculis.

83 Oculos Columbarum habeant, & Religioſi, vt caſto conſpectu, & puris oculis omnia intueantur, aut melius ne mulieres perſpiciant, nam earum pulchritudinem aſpicientes, vulneribus facile afficientur. Vnde optimè Eccleſiaſticus. q *Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & ne concupiſcas mulierem in ſpecie.* Nam vt dixerat. r *Propter ſpeciem mulieris multi perierunt;* diſcere ergo Religioſus debet, non aſpicere in pulchritudinem mulieris, quia pulchritudo ſecundum Hieronymum, *eſt obliuio rationis,* & ſecundū Theophraſtum, *eſt tacita deceptio,* & niſi ſpecialiſſimo Dei auxilio fortis fiat, decidet, & cadet, quia, & velum erit ſuis oculis, & laqueus pedibus, vt non facilè vera diſcernat, nec virtutem ſequatur nam ſua forma mulier, & colore virum quemlibet, ſicut ignis calore, adurit; etenim videndo vrit. Et ferè omnes, qui de concupiſcencia mulierum loquuntur, affirmant, igni approximari eos omnes, qui mulieri approximantur, aut pulchritudinem amant: Pythagoras, *in ignem,* aiebat, *& in mulierem incidere æquale eſſe;* & Virgil. de Didone amante Æneam ait. ſ

q *Eccleſ. c. 25. 28.*

r *Cap. 9. 9.*

Ardet amans Dido, & cæco carpitur igni.

ſ *Æneid. lib. 4.*

Et Horat. lib. 1. Carm. Ode. 27.

Quæcunque domat Venus,
Non erubeſcendis adurit ignibus.

Ouidius lib. 3. Faſtor.

Arſerat Æneæ Dido miſerabilis igne.

Tibullus. lib. 2. Eleg. 4.

Vror, Io remoue ſæua puella faces.

Dicamus ergo cum Iob: t *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Sed poterit Religioſus ab hoc igne liberari, ſi intra clauſtra deget, ſi theſaurum ſuum latroni furandum non exponat: non enim tutus eſt agnus cum lupo intra eandem caueam inhabitans, nec ipſe intra domum mulieris, ſi non vult ſuperari, & inteſtinum gladium ſibi ipſi ſupponere. Inde S. Cyprianus u probat, quod ſi vir cum muliere cohabitat alter alteri eſt latro, lupus, vipera, gladius, ac peſtis; & tandem ait: *Qui fretus eſt conuerſari cum ſcandalo ſine cauſa, dicit, Pacatus volo eſſe cum diabolo contra Apoſtolum dicentem* (ad Epheſ. 4.) *Nolite locum dare diabolo, cum ſibi inuicem ſint diabolus, & gehenna.* Pro quare notanda ſunt verba illius ſenis apud Ioannem Moſchum in prato ſpirituali, qui dicebat: x *Sal cum ex aqua fiat, ſi aquam tangat, in aquam reſoluitur; Sic Monachus cum ex muliere ſit genitus, ſi mulieri appropinquet, ſoluitur, atque in id deſinit, vt iam monachus non ſit.*

t *Cap. 31. 12.*

Luxuria eſt ignis deuorans.

u *De ſingular. Cleric.*

Relig. & mulier alter alteri Diabolus.

x *Cap. 217.*

84. Sunt tamen ex religioſis nonnulli, qui reſpondent; mulieres fornicarias vitandas eſſe, non alias modeſtia, & virtute præditas. Vnde

etiam

Digitized by Google

y Cap. 9. 3.

etiam Eccleſiaſticus de meretrice loquens; dixit: y *Ne reſpicias mulierem multi volam* (idest meretricem) *nè incidas in laqueos illius*. Quibus occurrimus cum eodem Eccleſiaſtico, qui ſequenti verſu ſubiunxit: *Cum ſaltatricenè aſſiduus ſis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia*. Vbi Vatablus legit: *Cantatricem mulierem ne frequentes, ne forte conatibus illius capiaris*. Et ſubſequenti verſu addit; Nec cum virgine conuerſandum, idq; ſuadet dicens: *Virginem nè aſpicias, ne fortè ſcandeliZeris*. Vbi etiam Vatablus habet: *Ne cōtempleris Virginem, vt ne noxam ex pretioſo eius vultu contrahas*. Quod ſapienter Iobū feciſſe, ſcimus, vt ipſe teſtatur: a *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine*. Qua ratione ductus Alexander ille magnus noluit videre Darij filias iam à ſuis captam dicens: *Non committam, vt cum viros vicerim à mulieribus vincar*. Sic, & Monachus vitare debet, cuiuſcunque mulieris conſortium, ſi vult non vinci. Eum enim alloquens Nazianzenus in diſtichis dicebat: *Ignis ſtipulæ propinquus parū tuta res: nihilo tutius o Monache tibi fuerit mulierem virginem contubernalem habere*, (& infra) *Si procul a fœmina abfuerit, manet ſcintilla: ſi autem vitæ commercium cum ea habeas ex paruo vento magnum incendium excitabis*.

Etiam Virginis vitandum conſortium.

a Cap. 31. 1.

Colloquium ergo mulieris cuiuſlibet vitet Religioſus; nè fortè declinet cor ſuum in illam; nam, vt Syrus ait: *Amor eius ſicut ignis exurit*. Vnde, vt doctè Remigius Remenſis Epiſcopus docuit: *demptis paruulis ex adultis propter carnis vitium pauci ſaluantur*. Perinde ac eius cauſa totus mundus perijt diluuio. Quia; *Omnis caro corruperat viam ſuam*. b (Et ideò) *finis vniuerſæ carnis venit ad me*, ait Dominus. Suam enim vltionem prouocauerunt fæculentæ pecudes, quæ in cœno carnis volutabantur; etenim ſicut caſtitas, quæ odorifera eſt Deo, ſuauem ad ipſum mittit odorem, qui aſcendit à puris corporibus, animiſq; exhalans; ita & fœtor libidinis aſcendens ad Deum, eum prouocat ad vindictam, & ad pœnas gehennæ ſempiternas luxurioſos applicat. Nec Religioſus ſibi fidere poterit, ex eo, quod Religioſus ſit, nam præſumptio eſſet maxima, ſi ſe idcirco ad confabulandum mulieri approximaret; nō enim ſantitate excedit, & fortitudine, tot ſanctos, aut fortes viros, qui tandem vel mortui, vel afflicti, vel ſuperati ſunt. Audiat quæſo diuū Chryſoſtomum, c & ex eo Damaſcenum d dicentem: *Nulla malitia æmulari poteſt mulierem malam. Atteſtatur huic verbo meo ſapientiſſimus Salomō. Quia nō eſt caput ſuper caput ſerpentis, at non eſt malitia ſuper malitiā mulieris, ò malum ſummum, & acutiſſimum diaboli telum, mulier. Per mulierem Adam in paradiſo proſtrauit, & de paradiſo exterminauit: per mulierem mitiſſimū illum Dauid, vt necem militis ſui innocētis vriæ mandaret: per mulierem ſapientiſſimū Salomonē in præuaricationis ſacrilegium præcipitauit. Per mulierem Samſon &c. quibus fuerat ante terrori; cum his captiuus molit; quibus dominabatur inuictus. Per mulierem totius Mundi lucernam Ioannem capite truncauit. Et quid dicam de hominibus? Per mulierem Angelos, è Cœlo depoſuit, ideſt homines ſanctos, qui ad Cælum pergebant, Per mulierem cuncta omnino proſternit, & iugulat, omnes interficit, omnes elidit, repletos ignominia, & honore vacuatos; mulier enim impudens nemini parcit, non Leuitam honorat, non Sacerdotem reueretur, non Prophetæ defert*.

b Gen. ca. 6. 12.

Libidinis fœtor ad Deū aſcendens vindictam expoſcit.

c Hom. 5. ex varijs in Mat. locis.

d Paralel. 1. cap. 76.

Mulier ſummum malum eſt omnibus.

85 Hanc malitiam cōfeſſa aliquando eſt mulier quædam, dum ſe poſſe decipere quemlibet virum ſanctitate pollentem, ſi per breue tempus in ſuos oculos intuentem illum haberet, gloriabatur. Teſtatur hoc Cornel. à Lapide, qui ait. e *Narrauit mihi prælatus quidam in primis probus, & ſapiens ſe à matrona quadam caſta, & graui aque, ac prudentè monitum. vt ſibi ſubditos Sacerdotes, & confeſſarios aſpectu, & colloquio mulierum cohiberet: Quia inquit in oculis fœminarum ineſt occulta quædam gratia, & amoris illicitum, quod viros etiam Sanctos neſcientes illicit, & quaſi dementat. Addebatque: Non eſt vir tam religioſus, & ſanctus, cui ego non perſuaſero quidquid voluero, ſi per quadrantem horæ cum illo colloquar. Tanta gratia, & vis occulta illiciens latet in oculo fœmineo*. Quid vltra dici poteſt de malitia mulieris? Tanta quidem eſt, vt eam dolis plenam cecinerint exteri etiam Poetæ. Audi in Hippolito Senecam.

e In Cant. cap. 4. v. 1.

Mulierum fraudis, & malitiæ narratio.

Mulier dedit natura, cui pomum malo
Animum, ad nocēdum pectus inſtruit dolis.

Et Apollonius ex Cupidine, & mulieris amore impudico, omnia mala oriri docet dum ita canit.

Supplicium crudele viris, ac pœna cupido,
Et te ſunt rixæ certamina bella querelæ.

Et Codrus fæliciſſimus Poeta dixit:

Sydera non tot habet Cælum, non flumina piſces
Quod ſcelerata gerit fœmina mente dolos.

Et Sanctus Gregorius Nazianzenus in ſententijs ait.

Mala res eſt dragones, malefica res, et aſpides:
Duplex malitia mulieris inter feras.

Pulchritudinem itaq; mulierum non aſpiciant religioſi, tum quia, vt experientia conſtat vana eſt, vt de illa Seneca dixerit. f *Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono confidit fragili?* Et Roſæ comparatur, quam vna dies aperit, & ſuſtulit. Theocritus eandem ſimilitudinem ſequens dixit:

f Trag. 4.

Et Roſa pulchra eſt, et tempus eam contabeſacit,
Et Viola pulchra eſt in vere, & ſtatim ſeneſcit
Candidum eſt Lilium, tabeſcit verò cum deſcidit,
Et nix candida eſt, & liquitur cum concreuerit.

Et Seneca vbi ſupra.

——— *Nulla non dies*
Formoſi corporis ſpolium abſtulit.

86 Tum etiam, quia ſeruanda ab ipſis eſt ſpiritualis pulchritudo, quæ in virtutibus conſi-

ſit; præcipuè in caſtitate,& pudicitia. Vnde Prudentius in Pſychomattia poſt comparationem honeſtæ pulchritudinis cum libidinoſis flammis, ſubiunxit.

In famulos, famulaſq; Dei; quibus intima caſti

Vera animi ſola feruet de lampade Chriſti.

Lampas eſt in Cruce,atq; vbiquè pulcher;ita vt de ipſo dicat Regius vates. g *Speciosus forma præ filijs hominum*; cuius pulchritudo in carne, & in anima ſplenduit. Propterea in hanc, non in aliam pulchritudinem famuli, famulæq; ſuæ inſpicere debent, eamque imitari,vt ab ea lampade noſtræ mentis tenebræ expellantur, & ſemitas Chriſti Domini noſtri aſpicientes, ſequamur. Audi Gregorium. h *Libet inter hæc ad Redemptoris vias mentis oculos tollere ſenſimq; à membris ad caput peruenire. Ipſe enim nobis lampas veraciter extitit, qui pro redemptione noſtra in cruce moriens tenebroſis noſtris mentibus lucem per lignum fudit*. Deſinat ergo religioſus in alienam pulchritudinem oculos conuertere, ſi malitia mulieris non vult internam ſuam quantocius perdere pulchritudinem: eſt etenim breuis voluptas fornicationis, ſed perpetuum incendium. Vnde Beda, cui adhæret Hugo in illud Prouerbiorum. i *Pretium meretricis vix eſt vnius panis*, (ait) *ſicut enim ieiunus diurnam ſolum effugit famem,& nihilominus poſtea eſurit, qui comeſto pane ſaturatus abſceſſerat: ſic qui intrat ad ſcortum, ad horam ſolum euaporat libidinem, ſed poſt paululum ardentior redit* Quibus fauet Auguſtinus,dicens. k *At quanta iniquitas,& quanta lugẽdi peruerſitas, vt animam quam Chriſtus ſanguine ſuo redemit, luxurioſus quiſque propter vnius horæ delectationem diabolo vendat*. Nam mulier cum Hebræo,& Septuag. *virorum pretioſas animas capit*. Fuge ergo frater cordis mei, fuge fornicationem,quam ſi fugere cupis in mulieris pulchritudinem ne reſpicias, ne te concupiſcentia formæ vincat: *Si non vis vinci non congrediare,ne de te vitia coronentur*. Verba ſunt Ambroſij.

Pſ.44.3.

In Chriſti pulchritudinem non mulieris oculos vertat Religioſus.

h *Lib 10. moral cap. 30.*

i *Cap. 6. 26.*

k *Ser. 250 de temp.*

87 Chriſti tantum pulchritudinem contemplare(Amãtiſſime) quæ omnium oculis amabilis, & ſpecioſa eſt ſi imitari eam peroptas, cum inter omnes filios hominum ſolus pulcher ſit, & ſpecioſus forma: quem Dauidis textum Caldæus vertit, dicens: *Pulchritudo tua ò Rex Meſſia maior filiorum hominum*. Sed dubitabis fortaſſe,& dices,quomodo poterit fragilis homo, Chriſti pulchritudinem imitari?Nõ ne Chriſtus pulcher eſt,vt Deus? ita certe, nam Baſilio teſte: *Propter diuinitatem, pulchritudinis carnem commendat*. Et Baſilium ſequũtur Cyrillus, Apollin. Auguſt. Ambroſius,& Sanctus Hieronymus,qui ait: *Quippe diuinitas non habet comparationem*. Et ex Auguſtino dixit Ruffinus. *Quare non præ Angelis?& quid voluit dicere præ filijs hominum, niſi quia homo*. Erat ergo pulcher Chriſtus per diuinitatem, quam habere non poteſt homo,& conſequenter nec pulchritudinem imitari;quomodo ergo imitanda proponitur? Rurſus etiam ſi pulchritudinem Chriſti ſumamus, pro ea quæ in vultu, & corporis proportione aſpiciebatur adhuc de eo,quo ad illam pulchritudinem intelligi poteſt, ly. *Specioſus forma præ filijs hominum*. Sumendo verba, vt ſonant, quando imperfectionem non denotant, iuxta Auguſtini ſententiam, ſcilicet: *Verbis ſacris ſimpliciter, & ſine figura vtendum, vbi nihil abſurdi reperiatur*. Hac eadem ratione inquit Athanaſius. l *Pulchritudinem, vel gratiam corporis Dei non eſt fas exprimi humano intellectu*. Et Hieronymus ad Principiam ſcribẽs dixit: *Niſi enim habuiſſet, & in vultu quoddam oculiſq; Sydereum, nunquam eum ſtatim ſecuti fuiſſent Apoſtoli, nec qui ad comprehendendum venerant, corruiſſent*. Et Chriſoſtomus expendens illa Matthei 4. Marci 1. & Lucæ 4. Verba ſcilicet: *Detinebant eum ne diſcederet ab eis* (inquit) *Erant ei affixi non pauci amantes ad mirantesq; ipſum, videreq; ſemper cupientes, & certe quis ab auctore talium ſignorum non inuitus recederet? aut quis vel faciem ſolam aſpicere, oſq; ipſum ex quo diuina præceptorum inſtituta profluebant ingenti deſiderio non arderet? nam vt faciendis ſignis erat mirabilis ſic viſus gratiſſimus traditur fuiſſe: idq; Propheta multo ante clamauerat ſpecioſus forma præ filijs hominum*. Ergo hanc imitari pulchritudinem minime poſſet Religioſus,vel alius quilibet; Nunquid alicui licitum eſt, aut poſſibile ſupra formam ſibi à natura datam,aliam ſpecioſam addere,vt ad inſtar pulcherrimi Chriſti, pulcher ille euadat? minime quidem, nam eius naturalem ac diuinam pulchritudinem ſat eſt mirari, nõ autem oportet imitari. Aſpiciamus nunc eam ſolum mente contemplantes; ſed ardore anhelanti optemus, vt poſt hanc vitam videre mereamur in Cælo illum, in quem deſiderant Angeli proſpicere.

Pulchritudo Chriſti qualis.

l *Orat. de Chriſti in carn. eſſ fin.*

88 Verum nihilominus illam tibi Chriſti pulchritudinem imitandam propono; quæ per virtutes in anima ſita eſt. Parum enim refert nobis,quod alij contendunt de corporali ſpecie,de qua negant aliqui dicentes, quod non fuit corporali ſpecie pulchrior Apolline, Adonide, Narciſſo, Hyppolito; aut fœminis illis Helena, Ariadna, & reliquis vtriuſq; generis propter ſpeciem celebribus. Alij concedunt quorum vtrorumq; fundamenta ſcolaſtici afferunt. De pulchritudine autem animæ loquuntur Euſebius, Nicephorus, Chryſoſtomus, Arnobius, Remigius, Euthimius, & clarius omnibus Auguſtinus ſcribens ad Paulinam de videndo Deo enixit. m *Si nulla ſpecies eſſet mente contuenda non diceret ille, ſpecioſus forma præ filijs hominum, neque enim hoc ſecundum carnem dictum eſt, ſed ſecundum ſpiritum*. Et Teodoretus ait. *Formã eius vocat non corporis, ſed virtutis, & totius iuſtitiæ adimpletionem, quæ nullam peccati maculam contraxit*. Iſtam pulchritudinem optare debes,eam vero,quæ mulieris eſt vitare, ſi non vis errare; nihil enim potentior malitia mulierum.

Chriſti pulchritudo quomodo imitanda.

m *Epiſt. 112.*

Iure ergo quemlibet Salomon monet. n *Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum; ne capia-*

n *Prou. 6. 25.*

Digitized by Google

capiaris nutibus illius. Vel cum Septuag. *ne te vincat formæ concupiſcentia*. Quaſi dicat aduocaueris, roborare magis,ac magis, ne pulchritudinis deſiderio vinctus cadas. Memento quomodo Iſraelitæ ceciderunt ex aſpectu pulchritudinis. Victores erant Hebræi, ſed viſis, mulieribus perdiderunt. Audi Ambroſium, o afferens illud numeri. p *Cur fœminas reſeruatis, non ne iſta ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt*. Quem textum expendens Ambroſius ait: *Balac ad ſuggeſtionem Balaam, poſuit ſpecioſas mulieres in conſpectu filiorum Iſrael Dijs ſuis ſacrificantes, quarum pulchritudo non ſolum ad perpetrandam libidinem,ſed etiam, vt de ſacrificijs eorum comederent,perduxit*. Ex quibus conſtat nihil Balaam potentius ad victores ſubiugandos putaſſe efficacius, quam obiectam oculis pulchrarum fœminarum ſpeciem,quæ illos non ad libidinem tantum. Sed ad idololatriam impelleret, vt iam impulit. Ecce fortes à fortioribus victi;quacunque ergo fortitudine roborentur Religioſi ſi peculiari Dei auxilio non præſeruentur, ex illarum intuitu victi cadent. Etenim vt Chryſoſtomus ait. q *Ignis vbi fœnum aliquod arripuerit, nihil moratur, ſed ſimul, vt attigit materiam lucidam accendit flammam. Itidem,& ignis concupiſcentiæ, quæ eſt in nobis ſimul, atque per oculorum intuitum elegantem,ac venuſtam attigerit formam, protinus exurit flammam*.

In cap. Apocal. Cap. 31. 5.

Fortes ſunt mulieres in bello libidinis.

Hom. 3 de Verb. Iſaiæ.

Oculi ſunt ſedes amoris.

89. Quid ergo agendum erit, vt Religioſus ſecurius, & fortius caſtitatem ſeruet? nil erit meo videri fortius, & efficacius, quam oculos claudere, vt in pulchritudinem mulieris non aſpiciant. *Oculi enim ſunt in amore duces*; cum Propertio, vel vt ait Lucianus; *ſunt prima amoris via*; aut cum Platone; *amoris principium*; aut cum Heliodoro in Ethiopicis; *prima origo inſtrumentumque præcipuum amatoriæ faſcinationis*; aut cum Philoſtrato, *amoris ſedes*: aut cum Oedipo, *qui eos vocauit, maritales oculos*. Quando ipſe, vt ſuam aſpexit matrem, vt talem non agnoſcens duxit in matrimonium, quam vt nouit tanto fuit dolore affectus, vt oculos illius praui amoris duces eruerit, aut viſu priuarit. De qua re Seneca in Oedipum act. 5. ſcripſit.

Flere ſatis eſt? Hactenus fundent lucem
Oculi liquorem ſedibus pulſi ſuis
Lachrymas ſequantur; tu maritales ſtatim
Fodiantur oculi, debitas pœnas tuli,
Inuenta thalamis digna nox tandem meis.

Et amoris gradus hac forma conſtituit Philemon:

Primum vident omnes: deinde ſubit admiratio,
Deinde cõtemplantur, & deinde ſpes venit,
Ita fit ex his amor.

Princeps Apoſtolorum Petrus adulteros vocat oculos, dum ait. r *Habentes oculos plenos adulterij,& inceſſabilis delicti.* Quod ex Græco legitur. *Plenos adulteræ, nihil enim in eis eſt non laſciuum*. Sunt etiam ex Bernardo. *Occaſio peccati,inditium cõmiſſæ culpæ, cauſa committendæ*. Et Seneca dixit. ſ *Oculos eſſe irritamenta vitiorum, duceſq;ſcelerum*. Denique aduertat Religioſus ad verba Hieremiæ. t *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, & ingreſſa eſt domos noſtras*. Sed quid per feneſtras intelligit Propheta? non aliud, niſi oculos,qui cordi, ſeu ſpirituali appetitui correſpondent. Ianua ſunt,vt ad cor nuncij pulchritudinis ingrediantur,vt prauę inde fluant cogitationes: feneſtræ ſunt, per quas veluti egreditur anima, vt hinc inde diſcurrant, & quæ viderit appetat, vel ijs delectetur. Hunc locum expendit Nilus Abbas, u atque Saluianus; qui dixerunt: x *Sciens Saluator feneſtras quodammodo eſſe noſtrarum mentium lumen oculorum, & omnes improbas cupiditates in cor per oculos,quaſi pernaturales cuniculos introire, extinguere eas penitus foris voluit, ne intus orirentur, & lethaliter creſcentibus fibris conualeſcerent fortaſſe in animo, ſi germinaſſent in viſu*. Claudendi ſunt ergo oculi ne quis vltra quod licitum fuerit aſpiciens, cogatur dicere cum Poeta Virg. Eglog. 6.

r *Epiſt. 1. cap. 2. 24.*

ſ *Lib. de remedijs fortunæ.*

t *Cap. 9. 21.*

Per oculos intrat mors.

u *In ſuis cap. diuerſis.*

x *Lib. 3. de pruden.*

Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.

Aut cum Propertio lib. 1. Eleg. 1.

Cynthia prima ſuis miſerũ me cœpit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.

90 Adde quod per viiam pulchritudinem totus fere orbis deplorat. *Vbi laconica pudicitia? quo Græciam Aſiamq; conduxit effrenata voluptas? Vnde orta ſunt prælia? & tot, tantiſq; cadaueribus vnde repleti ſunt campi?* &c. (Apud Clementem Alex.) a *Vnius fœminæ pulchritudo, & laſciuia Græciã & Phrygiam prope vniuerſas labefactauit in bello Troiano*. Qua propter licuit Poetæ lamentari, Catull. in Carm.

a *Lib. 3. pedag. c. 1. 2. & 12.*

Troia nefas commune ſepulchrum Europę, Aſięque
Troia virũ, et virtutũ omniũ acerba cinis.

Humana igitur pulchritudo ſecum fere ſemper affert nequitiam, laſciuiam, inuerecundiam, cæteraq; vitia,quæ complexus Martialis ait: *Inſignis forma, nequitiaque puer*. Magis itaq; exoptandum erit decorem in aliquibus deeſſe,vt pudor adſit atq; virtus, iuxta illud eiuſdem Poetæ.

O' quam te fieri Catulla vellem,
Formoſam minus, aut magis pudicam.

Et vere quidem, ſi vere animæ non corporis pulchritudinem, quæ amanda eſt amare cupimus: ipſa enim vera eſt, & conſtans, ſaſalutemq; affert, ac immortalitatẽ ſempiternam. *In ſola enim anima* (vt ſubnotauit Clemẽs citatus) *pulchritudo apparet, & turpitudo, et ideo is ſolus, qui eſt virtute præditus is vere eſt pulcher, & honeſtus. Sola virtus vel pulchrum corpus apparet, & in carne effloreſcit moderationis ſpeciẽ amabilem oſtendens, quando mores, tanquã lux quadã informa reſplẽduerint*. Et inter omnes virtutes animæ, quæ faciunt eam pulchram,caſtitas, & virginitas mirum in modum collucent. Et inde ſi corpore quis pulcher apparet,pulchrior abſq; dubio virginitate, & caſtitate fiet. Diximus iam caſtos pudicos, & virgines Angelis ſimiles eſſe. Si ergo Angelicam habent pulchritudinem ad quid aliam exigunt, aut peroptant.

Vera pulchritudo.

Tertul-

Digitized by Google

Tertulliani ſententia ſit nobis magiſtra, quæ ipſe paruipendendam pulchritudinem ſuadet Virginibus, & quod eam amittere parum curent; & addit. b *Nunc non ſit timenda dignitas formæ, vt nec poſſidentibus grauis, nec appetentibus exitioſa, nec comunctis periculoſa, nec expoſita tentationibus, non circundata ſcandalis exiſtimetur.* Ecce Tertullianus quomodo proteſtatur, ſe non dicere, vt non eſtimetur, aut timeatur pulchritudo, quia ſit onus graue ad portandum, & difficile ad conſeruandum, nec quia cupientibus ſit læthalis, aut habentibus periculoſa, cęteriſq; omnibus ſeminarium afferat tentationum, ſed quia; *Sufficit, quod Angelis Dei non eſt neceſſaria: Nam vbi pudicitia, ibi vacua pulchritudo.* Ideſt quia virgines ſunt Angeli; virginitas Angelica eſt pulchritudo, ergo qui virginitatem habent, alia non indigent pulchritudine.

b *Lib. de cultu femi ni.*

Virginitas Angelica.

91 Sed dicet quis; ſit (vt concedimus) maior animæ pulchritudo ipſa virginitas non eſt tamen corporis at ſi vtraq; animæ ſcilicet, & corporis pulchritudo in virgine coniuncta reperiretur forte ſpecioſior, illuſtriorq; fieret, aut appareret; nam vt dixit Virgilius. c *Gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus.* Verũ eſt ait, Tertullianus, attamen etiam verum eſt, quod in Virginis corpore vacua eſt pulchritudo, quia Virginitas pulchram reddit virginem.

c 5. *Æneyd.*

Quomodo autem hoc fiat, audiat: Virginitas in carne ita pulchra eſt, vt ipſiſmet Angelis inuidiam afferat; propterea à Virginibus pulchritudinem furari conantur, exhibendo illis propriam effigiem, vt non virginea, ſed Angelica prædicaretur pulchritudo earũ. Quod oſtenditur primo ex verbis illis Malachiæ, quibus promittit Deus in præcurſorem filij ſui mittere Ioanem, dicens. d *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Quem textum alteri expendere non confidit, quam ipſi Chriſto, vt fecit Matth. 11. *Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego &c.* Sed miror ſummopere, cur inter tot nomina, quæ Ioannes habuit, & quibus honorari poterat magis, vt pote quæ propria erant, & conuenientiora, tantum Angeli nomen elegerit? Erat enim *Propheta, & pluſquã Propheta*, erat etiam, *Magnus*, cuius magnitudinem, ne cum diuina competeret, ipſemet delere ſatagebat, dicens: *Illum oportet creſcere me autem minui, cuius non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere:* Idque explicans Bernardus dixit. *Splendore vtique non feruore.* Fuit *vox*, & pœnitentiæ Magiſter, quam verbo, & exemplo docuit, & fuit iuſtus, ſanctus, prædicator, præcurſor, &c. Vnde quodlibet illorum nominum illi proprie competebat, Angeli verò nomen, non, niſi metaphorice, vt docuit Euthimius, dicens: *quaſi Angelicam degentem vitam.* Et fuit verus, *homo miſſus à Deo.* Cur ergo glorioſiora nomina tacens, ſolummodo Angelum vocat, nomen quod illi metaphoricum eſt? Arbitror, mea forte ductus malitia, aut (vt ita dicam) pia temeritate; hoc fuiſſe à Deo factum, vt Archangelo Gabrieli aliquomodo ſatisfaceret. Etenim ipſo mediante voluit Deus conceptionem Ioannis prænunciari, ſeu operati. Ait enim Gabriel. e *Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum.* Vbi Chryſologus. f *Vt eſſet Angelus ore Angeli, ſancta delatus in Viſcera;* Cum ergo ſub Gabrielis cura fuerit conceptio Ioannis, hominis quidem, qui in carne non tantum erat conſeruaturus virginitatem; ſed dicendus erat (teſte Andrea Hieroſolimit.) g *Virginitatis ornator.* Videbatur Deo, quod Gabriel ſuæ propriæ ignominiæ foret auctor, cum virginitas in carne Angelicam ſuperet virginitatem. Idcirco Bernardus dixit. h *Differt homo pudicus, & Angelus non fœlicitate ſed virtute; nam & ſi illius caſtitas felicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur.* Et recte quidem quia illi ſine contrario virginitatem poſſident; homines autem pro illius conſeruatione pugnam ſuſtinent carnis. Vt autem factus Gabriel illius conceptionis procurator, & annunciator, ſuę non fieret verecundiæ auctor, & ex inuidia dolore aliquo afficeretur, eo ſenſu quo ad Sophiam virginem dixit Bernardus loquens de ornatu Virgineo. *Optimus, & optabilis valdè ornatus eſt iſte, qui & Angelis poſſit eſſe inuidioſus.* Optimum adhibuit remedium, ne Ioannis virginitas dimminueret illã Gabrielis, ſed potius eleuaret. Veniat Ioannes, & ſit in carne virgo, ſed pro Angelo habeatur, eiuſquæ virginitas in Gabrielis gloriam redundet. Et hoc ſignificauit Deus olim per Prophetam dicens. *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* quaſi diceret, appareat Angelus, licet ſit homo; ſit ſaltem nomine Angelus, vt audito nomine laus reſonet angelica, & alternantibus choris vtriuſq; celebretur gloria; & forte hoc innuere voluit Chryſologus dicens. i *Ioannes Angelus eſt generatus in terris, vt ita officia terrena, officijs ſe cæleſtibus miſcerent.* Collato ergo Ioanni nomine Angelico, eius virginitas Angelica videbatur, vt in gloriam redundaret Gabrielis.

d *Cap. 2.*

Ioannis Bap. encomium.

e *Luc. 1.*

f *Ser. 86.*

g *Orat. de decollat.*

h *Epiſt. 42.*

i *Ser. 89.*

92 Sint tandem, & *inimici noſtri Iudices;* ipſorum enim teſtimonium valde æſtimatur in laudem cuiuſcunq; perſonæ. Qua ratione, vt efficacius Claudianus Honorij geſta celebraret, dixit. *Bonitatem ipſius ex inimicorum ore conſtare;* Quia nulla in eis aut adulationis ſuſpicio, aut affectus ineſſe credebatur.

Teſtimonium optimum ab inimicis.

——— Nulla eſt victoria maior
Quam quæ confeſſos animo quoq; ſubiungat hoſtes.

Huiuſq; rei rationem reddidit Tertullianus, quod inimicus infamiam contrario ſuo, & vituperium opponit, & in hoc mentiri poteſt, at honoris cauſa mendacium non dicet: *Nemo* (ait) *ad ſuum dedecus mentitur, quam potius ad honorem.* Eſt itaq; honoris excellentia, ita omnibus manifeſta, quod ipſimet inimici eam celebrent, nec pro informatione melius teſtimonium inueniri poteſt, & talis eſt virginitas ab inimicis etiam celebrata.

Serpẽs verus feſellit Euam.

Patet hoc ex ipſo Dæmone, qui cum fallere voluerit Euam, vnde, & alias mulieres falere, audere cæpit; faciem pulchram elegit, vt ex

pulchro

pulchro aſpectu traheret oculos ad ſe, & exinde animam feriret, vt autem ſerpētis aſtutia vteretur, pulchriorem ſerpentem elegit, Gen. 3. k *Sed, et ſerpens erat callidior.* Fuiſſe verum ſerpentem, quem aſſumpſit, & per quem loquebatur; tāquam certiſſimum ſuppono ex d. Aug. qui ait: l *Diabolus colubrum in paradiſo corporali, animal ſcilicet lubricum, & tortuoſis anfractibus mobile, & operi ſuo congruum, per quem loqueretur, elegit: eoq; per Angelicam præſentiam, præſtantioremque naturam ſpirituali nequitiæ ſibi ſubiecto, & tanquam inſtrumento abutens fallacia ſermocinatus eſt feminæ.* Sic ait, & alibi. m

k Gen. 3. 1.

l Lib. 14. de Ciu. ca. 11.

m Lib. 11. de Gen. ad lit. cap 27.

Cuius ſpeciei fuerit, aut generis.

93 Sed cuius generis fuerit ſerpens ille, non eſt vna omnium opinio, Euthimius fuiſſe, ait, baſiliſcum, tunc veneno carentem. Sed talem non fuiſſe, oſtendit paruitas corporis cum non ſit niſi duodecim orū digitorum magnitudine, fædiſſimus aſpectus, &c. quæ omnia auerterent Euam, & ad fugam inuitarent, non ad colloquium. Pereira, pulchrum ſerpentem fuiſſe docet, ſplendidis fulgentem ſtellis, & argentea varietate præfulgentem, ac dorſum auro vermiculatum habentem; qui intuentium ita rapit oculos, vt quaſi libertate eos priuet, quouſq; ſe abſcondat, eumq; vocant Scytalem, vt ſcribit Solinus: p & forſitam iſte fuit. Verum quia, & pulchrior ſerpens reperitur, de quo Lira, ait: *Aliqui dicūt quod ille ſerpens habebat ſpeciem gratioſam, & virgineam.* Quod licet ipſe Liranus non approbet; tamen habuiſſe faciem, virgineæ faciei ſimilem, qua potuit detineri mulier ad intuendum, & colloquendum, vt pote ſuæ non abſimili; legitur in libro, qui dicitur Hortus ſanctitatis, ex quo hæc verba attulit Genebrardus in Chron. *Eſſe quoddam genus ſerpentis virginea ſpecie ſuperne, vt pro Angelo acciperetur, latente fæda colluuie ab vmbilico ſub foliis arboris.* Huius opinionis fuit etiam Rupertus, cuius auctoritas ſufficit contra eos, qui derident, eo quod ſit ſerpens fabuloſus, & numquam in orbe viſus. Aliqua etenim animalia viſa non ſunt, & propter auctoritatem dicentis creduntur, abſq; alio euidentiori teſtimonio.

Cap. 30.

Cur Diabolus ſerpentem facie Virg. aſſumpſerit.

Dato itaq; quod talis ſerpens reperiatur, quærendum eſt, cur eo ſerpente vſus ſit Diabolus? Congrua ratio mihi fuiſſe videtur, vt ex Virgineo aſpectu falleretur Eua: nulla quidem adoleſcentula, ab alia ſimili, timore afficitur; Et tamen multæ in præcipitium lapſæ ſunt, ſuadentibus alijs conſimilibus, cum quibus in amicitia erant collegatæ. Vlterius ea eſt forma vſus, quia Angelica ſuperbia, non perfectio in eo remanſit; & cum perdiderit bonitatem Angeli, naturam eius modi non amiſit. Vnde licet inuideat omnibus virtute præditis potiori iure inuidet virginibus, quarum virginitas in uerecundiam Diaboli nō conſeruantis virginitatem, quam ſeruarē poterat ſine labore, redundat; & nūc ita diſtat à puritate virginea, vt non ſolum, qui ſpiritus modo eſt, inducat alios habentes corpus ad obſcena, ad luxuriam, & laſciuiam, aliaſq; omnes ſpurcitias, ſed corpus aſſumit, & tanquam ſuccubus, aut incubus eos adiuuat, teſte Auguſtino. Ex præfata ergo inuidia, qua in virgines afficiebatur, in Euam tunc virginem, in virginis forma apparuit, vt falleretur Eua, quando fallax fallaci mentiebatur vultu. Vel dicamus ſe voluiſſe de dote virginitatis gloriari, vt ſaltem inde honorem, & pulchritudinem nominis, aut apparentiæ haberet.

Virginis pulchritudo Angelica.

94 Cōcludamus ergo, quod Angelus tali forſitan inuidia motus angelicum vultum tribuit Virgini, vt ſuam eſſe virginitatem oſtendat, aut virginis vtitur forma, vt virgineam pulchritudinem habere oſtentet. Virgo itaq; duplicem habet pulchritudinem, aliam internam, quæ in anima oritur ex puritate; aliam externam in corpore ab angelico aſpectu receptam; & ideò Angelus vocatur. Inde eſt, quod Auguſtinus dicebat: o *Virginalis integritas Angelica portio eſt, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.* Et Sanctus Hieronymus ad Euſtochium, ait. p *Statim vt filius Dei ingreſſus eſt ſuper terram, nouum familiam ſibi inſtituit, vt qui ab Angelis adorabatur in Cælo haberet Angelos in terris.* Bene ergo dixerat Tertullianus; *vbi eſt virginitas vana eſt pulchritudo.* Ideoque vxori ſuaſit, q vt ſi forte vidua remaneret, continentiam ſeruaret. Et Seneca aſſeruit falſam eſſe ſententiam Virgilij ſupra relatam, inquiens: *Errare mihi viſus eſt, qui dixit: Gratior eſt pulchro, veniens in corpore virtus: nullo enim honeſtamento eget ipſa, & magnum ſui decus eſt, & corpus ſuum conſecrat.* Ne ergo deſperet deformis Mulier, nec pulchra intumeſcat, quoniam puritas eis pulchritudinem præbet, eoq; pulchriores erunt, quo puriores. Vnde Hieronymus dixit: *Hæc deformem redimit, exhornat pulchram.* Ad hanc ergo pulchritudinem religioſi aſpirant, cupiuntq; conſeruare, & maximè ij, qui colloquia mulierum, & conuerſationem vitant: Nam ſi diabolus virginis forma virginem Euam fefellit, ſic etiam caſtos, & virgines religioſos fallere conatur, & ſi aliquis religioſus ſuis confiſus viribus libere, & temere cum mulieribus conuerſabitur, temeritatis notam non aufugiet. De qua re loquens Cyprianus, optime dixit: r *Separamini à contagione peſtifera. Quantumcunq; fueris vnus quiſq: longius ab aduerſis: tantum non ſentis aduerſa. Non aliter tentationi ſubiacet, qui iunctus eſt fæmina: in qua nihil eſt aliud, niſi, quod ſerpat proximantem; Aculeus peccati, facta eſt forma feminea; & mortis conditio non aliunde ſurrexit, niſi de muliebri ſubſtantia.* Sunt certè quam plures in orbe terrarum feræ, ſed omnium maxima fera eſt mulier. Audiatur Euripides:

o Lib. de Virginitat. cap. 13.

p Epiſt. 22.

q Lib. 1. ad vxorē.

Contagioſa colloquia cum mulieribus.

Religioſus *vitet mulierum colloquia.*

r De ſingular. Cleric.

Ah crudele genus, nec fidum fæmina nomē,
Ah pereat didicit fallere ſi qua virum.

Et Catullus dixit:

Mulieri ne credas, ne mortua quidem;
Vulgata fuerit apud antiquos peramia.

95 Fauum mellis poſuere Ægyptij ſacerdotes, teſte Pierio; ſ Et ex eo prodientem plantam quandam abſynthij ad denotandum ſine

ſ Lib. 26. Hierog ca. de Ape.

voce,

voce, quam amariora ſint ea, quæ guſtantur inter dulcia ſenſualitatis, vt ſicut furari videtur abſynthium dulcedinem, quam ex melle forte habere poſſet, ita & verius tanta eſt amaritudo, quæ inter amplexus, & oſcula reperitur, ſeu praua colloquia, vt merito omnem dicatur furari dulcedinem. Vtar hic Lucretij Verbis.

Sæpe enim medio de fonte Leporum
Surgit amari aliquid quod in ipſis faucibus angat.

t *Cap.* 5. 3.

u *Cap.* 7. 27.

x *Lib.* 1. *eleg.* 1. & 2.

Igni approximat, qui mulieri approximat.

Quæ omnia clariora ſunt in ſacro textu varijs in locis præcipuè in Prouerb. t *Fauus diſtillans labia meretricis, &c. nouiſſima autem illius amara, quaſi abſynthium.* Et in Eccleſiaſtico: u *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius.* Denique, vt dicit Tibullus: x *Tota mulier illecebra eſt, fallacia, & deceptio eſt, veneficium eſt.* Diſcant ergo religioſi quantum vitare debeant mulieres etiam benefactrices pias, & deuotas, imò magis has, quam alias, ne ex his tanquam ex igne flammam aut ſaltem fumum concipiant. De quodam pio religioſo Franciſcano cuius animam poſt mortem in Cœlum conſcendere vidit Sanctus Antonius de Padua dicitur, quòd cum cum alloqui ſummopere optaret quædam nobilis puella, cui nomen Maria Garcia, idq; negaretur; lachrymis idipſum frequenter expetebat: tandem importune rogatus acceſſit ad illam, ignem vna manu ferens altera paleas, quas vt igni admouit, illæq; ſubito conflagrarunt, dixit: *Ideo tuum quantumuis pium recuſo conſortium: & familiare colloquium, quia idipſum, quod paleæ ex acceſſu ad ignem nactæ ſunt, nanciſcuntur etiam religioſi, qui cum fœminis ſæpius, aut familiarius colloquuntur, ingentemq; illum perdunt fructum, quem ex ſancta oratione, & diuino colloquio poſſent percipere.* Quo facto rubore plena diſceſſit puella. Et de beato Ricerio Sancti Franciſci ſocio, legimus, ipſum accepiſſe à Deo donum caſtitatis, & tamen ſtudiosè mulieres vitabat. Rogatus cur? Reſpódit: *Niſi id facerem, forſam iuſto Dei iudicio tam præclaro munere priuarer.* Manuum, aut veſtium deoſculationes etiam vitandæ eſſent, ne ſerpeat venenum, & per veſtes, aut tactum ingrediatur ad cor, æternamq; afferat mortem. Meminerint, habeantq; præ oculis Caſtiſſimi Ioſeph hiſtoriam, de quo Hieronymus ait: y *Cum tãgere illum vellet impudica mulier fugit ex manibus eius, & quaſi ad morſum rabidiſſimi canis, ne paulatim virus ſerperet, abiecit.* Et cum Cypriano, fratres, concludamus, qui agens de ſingularitate Clericorum, ait: *Ipſi nos fallimus quoties ordinabiliter credimus, vt inter maſculos, & fœminas ſperemus caſtitatem immobilem cuſtodiri difficile quis venenum bibit, & viuet.*

Et Alapide in Eccleſ. ca. 42. v. 14.

De oſculatio etiam manuum aut veſtiũ vitanda.

y *Lib.* 1. *contra Heluid.*

CAPVT VII.

Vitiorum flammam caſtitatis igne extingunt Religioſi in propriæ carnis ſacrificio, ac inde Sancti Patris Franciſci de Paula Virginitas irradiabit.

96. NOn ſolùm magnitudinis ſignum extitit ignis apud antiquos, verùm etiam, & illibati ſacrificij, & quo ad primum patet ex Leuitico, vbi legimus ne dum præcepiſſe Deum in templo haberi, ſed etiam, vt peculiare altare eſſet, in quo nunquam deeſſet ignis, ſemperq; accenſus, & ardens maneret, tanquam eidẽ Domino oblatus; dicens: a *Ignis autem in cõſpectu meo ſemper ardebit.* Ne autem defectu combuſtibilis extingueretur, ſummo Sacerdoti præcepit, vt quotidie materiam conbuſtibilem apponeret: his verbis: *Quem nutriri, & ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies; ignis eſt ille perpetuus, qui nunquam deficiet.* Ad oſtendendam maieſtatem ſuam id iuſſit, nec illo in igne aliquid comburendum erat, nõ Deo dicatum, eiuſq; magnitudini conſecratum. Quem morem obſeruatum etiam legimus apud Indos de Mexico, qui perpetuum ignem ſeruabant ante Idolum quoddam, de quo Ioſeph de Acoſta tractat. b Cura autem ſacerdotum erat apponendi ſemper ligna, vt continuo conſeruaretur ignis. Hinc orta eſt etiam conſuetudo, vt Deos in ſignum maieſtatis præcederet ignis; quo ad idipſum faciendum vtebantur ſacerdotes, de quibus Virgilius dixit.

a *Cap.* 6. 12.

b *Lib.* 5. *cap.* 14.

Pellibus in morem cincti, flammaſq; ferebant;

Et accenſos cereos, Dijſq; conſecratos ſcripſit Ouidius. c *Illic accendit geminas pro lampade pinus. Hinc Cereris ſacris, nunc quoque tæda datur.* De qua quoque re agens Arnobius ait: d *Amici quæruntur, vt homines, & ſub Cœlo clariſſimo cum lucernis, & facibus orbis peragrant vaſtitatem.* Alloquens Bacchi ſacerdotes Clemens Alex. in Protreptico, ait: *Extingue ignem ò ſacerdos reuertere lampades ò tu qui faces geris. Tuum lucltum lux arguet.* Imperatores quoq; hoc idem vſurpaſſe compertum eſt; etenim varijs modis præcedere ignem volebant, nimirum aut accenſos carbones ante ipſos geſtabant, aut viuam flammam, aut ardentem lampadem, &c. Vnde Herodiano teſte; *Commodus ſorori ſuæ* (Lucillę) *honores ſeruauit, nam in theatris ſella imperatoria ſedebat, & ignis eam præcedebat.* Et de Martia loquens eiuſdem Imperatoris concubina; dicit: *Omnia, vt Auguſtæ aderant præter ignem.* Conceſſit concubinæ quid quid vxoris erat dẽpto igne, quem tanquam inſigne reale maioris æſtimationis habebant: Et forte hunc morem à Perſis didicere Romani. Perſarum enim Regi præire ignem, teſtatur Zenophon, ignem enim; & à Cœlo deſcendiſſe credebant, & tanquam Deum colebant: qua cæremonia, & amicos ad reuerentiam trahebant, & inimicis erãt

c 4. *Faſt.*

d *Lib.* 5.

Sacerdotum dignitas ſuper Reges.

terrori

Digitized by Google

terrore. Omnes enim putabant poſſe Regem de contrarijs, & diſcolis vindictam ſumere, dum diuinum ante ſe geſtabat ignem.

97 Sed inquies cur ſacerdotibus concedebatur ignis, quem tantum Imperatores, & Reges geſtare conſueuerant? an fortè ſunt eiuſdem maieſtatis, & Excellentię? ſunt quidem, & maioris. In cuius veritatis probationem, legite textum Paralipomenon, c Vbi fit mentio de Ozia, qui roborato corde contra Dominum, & in ſuperbiam elatus, atq; templum Domini ingreſſus voluit adolere incenſum ſuper altare thymiamatis: ſtatimq; poſt ipſum ingreſſus ſacerdos Azarias, & cũ eo Sacerdotes Domini octoginta viri fortiſſimi reſtiterunt Regi, atq; dixerunt: *Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino, ſed ſacerdotum, &c.* Iratuſq; Ozias tenens in manu turibulum, vt adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus: ſtatimq; orta eſt lepra in fronte eius, *coram ſacerdotibus.* Quam ob rem è templo fuit expulſus, & manſit ſemper leproſus, atq; à domo Dei ſeparatus vſq; ad mortem. *Porrò Ioatham filius eius rexit domum Regis, & iudicabat populum terræ.* Bone Deus, quid acerbitatis, & culpæ commiſit Rex ille, tam magnę, vt tam grauem meritus ſit pœnam? ſi turibulum accepiſſet, vt ſibi adoleret incenſum, vere nimis fuiſſet arrogans, ſed tibi adolere optabat; quid ergo male fecit? Opus quidem bonum eſt, ſed peragendum erat à digniori, & nobiliori miniſtro, quia incenſum adolere ſacerdoti competit, non Regi; Ideo dixit Azarias: *Non eſt officij tui ſed ſacerdotum.* Vt autem hoc experientia diſcat Ozias, maneat pro culpa leproſus, & non ſolum à domo Dei ſeparatus, ſed ab officio, ſeu regimine ſuſpenſus, quod iuſto Dei iudicio factum eſt, vt dignitatem propriam amitteret, qui alienam ſibi vſurpare audebat. *Siquidem* (ait Chryſoſtomus.) d *Sacerdotium principatus eſt, ipſo etiam regno venerabilius, ac maius.* Vbi Regum ſceptra, & coronę niſi ſub annulo piſcatoris genuflectunt? ſed Regum pedibus non ſe annulus inclinat, nec coronis. Deeſt fortè in ſummo ſacerdote humilitas? abſit. Nam velut nobilitatis inſigne, piſcatoris titulum habet, & ſeruus ſeruorum vocatur: hæc quidem eſt ſuprema humilitas, quæ non Regibus, ſed ſeruis inclinatur. Audiant Ambroſium, qui de ſacerdotis dignitate loquens, inquit. e *Quippe cum videas Regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri: ſacerdotes paſtore. ſunt, reliqui de plebe oues, vt inter vtroſq; ex his proſpicias differentiam.* Et ſi Gentiles tanta faciebant ſacerdotes Idolis ſacrificantes, quanti faciendi ſunt modo noſtri ſacerdotes, qui maioris meriti, & amplioris excellentiæ eſſe debent, vtpote qui Deo vero Trino, & vno ſacrificium offerunt? ex vtrorumq; differentia conſtare debet. Quapropter Sãctus Martialis Martyr Epiſcopus Lamouicenſis in Epiſtola ad Burdigalenſes (iam ad fidem conuerſi, ne ſicut noua ita eis ardua viderentur ſacerdotum præcepta) nititur illis ſuadere quanta reuerentia ſacerdotes proſequi deberent; inquiens: *Honorabatis ſacerdotes, qui decipiebant vos ſacrificijs ſuis, qui mutis, & ſurdis ſtatuis offerebant; quæ nec ſe, nec vos iuuare poterant: nunc autem multo magis ſacerdotes Dei omnipotentis, qui vitam vobis tribuunt in calice, & viuo pane honorare debetis.*

c Lib. 2. cap. 26. 18.

d Hom. 5. in cap. 6. Iſa. tom. 1.

e Tom. 4. lib. de dignit. Sace. cap. 2.

98 In hac excellentia, & magnitudine ſplendent lucidius Religioſi, quibus, quæ de ſacerdotibus dicta ſunt, aperte competunt, imo eo magis quo maiori humilitate adſtricti ſunt ad ſeruãda Religionis ſtatuta. Et ſi gentilium ſacerdotum excellentia ex igne oſtendebatur, quam illis præire volebant; Religioſorum excellentia, & maior, ex caſtitatis igne manifeſtatur: ſeruando enim caſtitatem, tanquam in fornace probãtur eſſe veri Chriſti ſequaces. Ad huius rei intelligentiam expendamus illum Exodi textũ. f *Apparuitq; ei Dominus* (ſcilicet Moyſi) *in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Variæ ſunt, quæ apud patres tum literales, tum morales aut ſymbolicæ expoſitiones reperiuntur, ad oſtendendum quidnam ſignificet ignis, & rubus ardens, & incombuſtus. Sed ad intentum ſufficiat Allegoricè, ignem in rubo, eſſe Deum in carne, eſſe Chriſtum. Aſperitas ſpinarum humilem Chriſti humanitatem figurabat, tot laboribus, & ærumnis affectam; ſed ſicut ignis rubum, ita deitas humanitatẽ, & mortalitatem, atq; infirmitatem non conſumpſit. Audi Gregorium. g *Per ſuccenſum Rubum Moyſen alloquens Deus, quid aliud oſtendit niſi quod ex illo populo exiret, qui in igne deitatis carnis noſtræ doloret, quaſi rubi ſpinas ſuſciperet, & in conſumptam humanitatis noſtræ ſubſtantiam, etiã in ipſa diuinitatis flamma ſeruaret.* Ecce Deus in carne.

f Cap. 3. 2.

Ignis in rubo diuinitas in carne.

g Lib. 28. moral. cap. 2.

Rubo etiam comparatur Virginitas, quæ vitæ aſperitate conſeruari debet. Hinc de Beatiſſ. Virgine canit Eccleſia: *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem; Dei Genitrix intercede pro nobis.* Sicut enim Dominus habitauit in rubo ardentè, ita ipſe habitauit in Mariæ ventre grauidato. Sic docet S. Gregorius Niſſ. dicens. h *Vt frutex incendit ignem, & non crematur: itidem etiam Virgo, & lumen parit, & non corrumpitur.* Nec minus mirabile eſt, quod Rubus flammam emittens, ſeipſum non comburit, cur? niſi vt Virginem præmonſtraret ſine viro concipientem, & parientem ſine dolore verum Emmanuel, quem etiam Verba vitæ æternæ nobis loquentem ſignificabat. Nam ſicut ignis rubi fruticem depaſcere viſus eſt, nec tamen frondes, nec flores, nec ramos læſit; cum tamen inde maxima, & flagrantiſſima flamma emicuiſſet: ita Spiritus Sanctus in Virginem ſuperuenit, & ipſam æſtuandi deſiderio fumare fecit, mentemque eius totam illuminauit inflammauit, illiq; obumbrauit, veluti prædixerat Angelus Grabriel. *Spiritus Sanctus obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.*

Ignis in rubo Virginitas Mariæ.

h Orat. de Chriſti natiuit.

S

Dei. Inde Galatinus de arcanis fidei contra Iudæos loquens, confirmat ex Rabinis Mariæ Virginitatem, atq; i *Filij Dei natiuitas ex Virgine intacta, atq; incorrupta, Moyſi mirabiliter præmõſtrata fuit, per ſuccenſum enim rubum, & non combuſtum oſtenſum eſt, quod ex illo populo ſalua matris ſuæ integritate proditurus eſſet, qui igne diuinitatis carnis humanæ naturam, quaſi rubi ſpinam acciperet, & in conſumptam humanitatis ſubſtantiam, in ipſa diuinitatis flamma ſeruaret.*

i *Lib. 7. cap. 15.*

99 Diſcant ergo Religioſi ex rubo ardente non combuſto quid pro ipſis præfiguretur; nempe ignem in rubo eſſe concupiſcentiam, quæ in nobis remanſit, & rubus caro eſt: Qui ergo veri Religioſi ſunt ab igne cõcupiſcentiæ, qua tribulantur, & tentantur circundati non vruntur, & peccatum in eis non regnat, quamuis fomes peccati adſit. Deus enim flammas apponit, ſeueritatem, & rigorem applicat, ſed qui minimè feriat, ſed per continẽtiam extrinſecus exiſtens integra omnia interna ſua gratia ſeruat. Audi Ambroſium dicentem. k *Ideo rubus vrebatur, quia terram iſtam, quæ vobis ſpinas generabat, & ſentes diſponebat, vrere per continentiæ diſciplinam, non conſumere per mortis ærumnam.* Ignis enim circum circa poſitus Religioſis nõ officit, quia ſi ſanctè viuūt nihil in eis, aut de eis exurit, nihil cõſumit, ſed omnia ſeruat integra, & illibata, atq; à perditione libera.

k *In Pſal. 43.*

Aſpicite quæſo glorioſiſſimum noſtrum Patriarcham Franciſcum de Paula in medio fornacis exiſtentem, & totum flammis vorantibus circundatum qualiter non comburi videbunt. Sed cur? an fortè, quia caro eius incombuſtibilis materia erat? minimè; nam combuſtibilis erat: at Dei auxilio, & virginitatis, ac caſtitatis virtute defendebatur ab igne, & tanquam rubus inter flammas incombuſtus manſit. Facit ad intentum illud ſimile, quod legitur in vita Sancti Ioannis eleemoſynarij de quodam Abbate, qui Prophyriam meretricem conuertit, ſuſpicionéq; ſceleris, cum ea commiſſi incurrit, ab ea moriens ſe purgauit, veſte illæſa, ignem ferens, dicens. *Credite fratres, quia ſicut Deus rubum cuſtodiuit incombuſtum ab igne; ſicut nec tunicam hanc meam incenderunt prunæ iſtæ: ita nec ego agnoui peccatum mulieris ex quo natus ſum.* O' quam efficacius Sanctus Pater Franciſcus, qui dicebatur *Virginitatis conſeruator*, poterat ex igne ſuam probare virginitatem, & caſtitatem, quando inter flammas voraces deambulans, illæſus ita manſit, vt nec pilus veſtium conſumptus apparuerit.

Sanct. Pat. Franciſcus in medijs flammis virginitate defenditur.

100 Multa loca ſacri textus habemus, per quæ Dei maieſtatem igne probatam conſpicimus. Vnde Dauid exclamat, dicẽs. l *Deus manifeſte veniet, &c. Ignis in conſpectu eius exardeſcet.* Et alibi, vbi Chriſtus Rex appellatur, inter alia Regis inſignia ignem affert, dicens. m *Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Et quando ad recipiendam legem à Deo, Moyſes Montem Sina aſcendit; viderunt Filij Iſrael fumantem montem, & fulgura, atq; tonitrua, & ſonitum buccinæ. Sed cur tantus illic horror? fortaſſe ad timorem Hebræis incutiendum, vt reuerenter legem ſuſciperent, eamq; inuiolabiliter ſeruarent. Sed hoc non obſtante mihi etiam dicendum videtur fuiſſe ad Regiam oſtendendam maieſtatem. Imperatoribus enim, (vt diximus initio capitis huius) olim ignis præferebatur, quia ſymbolum eſt principatis, eo quod illi ſplendore, & virtute tenentur ſuper omnes alios ſplendere, ſicut inter alia elementa eminet, ſplendetq; ignis. Ideo ait textus. n *Totus autem Mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne. & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace.*

l *Pſ. 49. 3.*

m *Pſ. 96. 3.*

n *Exod. cap. 19. 18.*

Si deſcendit Dominus ſuper montem, cur ignis, & fumus præcedunt? cur maieſtatem ſuam non comitantur innumera Angelorum millia; Et ſi voluit in igne deſcendere, ad quid fumus? non ne potuit Deus producere ignem lucidum fumo non permixtum; potuit equidem: cur ergo vterq; ſimul inuenitur in aduentu Dei? Aduertamus in primis, quod ly *Totus Mons Sinai fumabat.* Legit Pagninus. *Et commotus eſt omnis mons valde.* Vnde colligimus poteſtatem, & venientis maieſtatem. Sed cur mons, ita terribilis videtur; cur tanto tremore afficitur, & horrore commouetur ad Dei deſcendentis aduentum? Reſpondere poteſt mons, quia deſcendens, Deus magnus eſt, fortis, & potens, & ſuas leges promulgaturus venit, ideo tremefactus commoueor, vt ex me, diſcat, qui eas tranſgredietur, aut fuerit tranſgreſſus ſe ſeuerum iudicem habiturum. *Oſtendere voluit Dominus peccatoribus* (inquit Oleaſter,) *aut legum ſuarum violatoribus, quam terribilem, & potentem criminum ſuorum vindicem haberent, qui mouere terram poteſt, & terræ hiatibus homines deglutire.* Quod autem venerit in igne fumo admixto, vbi videbatur ratione ignis mõs luminoſus, & ſplendidus; & ratione fumi caliginoſus; innuit non pro omnibus oſtendere rigorem, ſed ſolis peccatoribus caliginem, iuſtis autem ſplendorem. Audiamus hoc à Gregorio magno. o *Legem daturus Dominus in igne, fumoq; deſcendit, qui humiles per claritatem ſuæ oſtenſionis illuminat, & ſuperborum oculos per caliginem obſcurat.*

Ignis, & fumus maieſtas, & terror.

o *Lib. 6. moral. ca. 17.*

101 Quid dicemus de igne, qui ſuper domum Fran. de Cœlo deſcendit? vtique ad illuminandum, & purificandum venit, ac liberandum eum à poteſtate diaboli in illo conceptionis, inſtanti quando detinebatur ſub iugo originalis culpæ; tunc ille, de quo dicitur: *Voca nomen eius accelera, feſtina, prædare:* Se, vt piè credo, accelerauit, vt Franciſcum ab illa culpa purgaret. Hanc piam conſiderationem victoria Chriſti, de qua loquens Iſaias, ait. p *Ne læteris Philiſthæa omnis tu, quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui, de radice enim colubri egredietur Regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem.* Loquitur hic propheta de Victoria Chriſti ſub typo victoriæ, quã adepti fuere Ozias, & Ezechias cõtra Philiſtæos Paleſtinæ, vt ſicut illi, qui iam Dei inimici erant ab illis Regibus victi, & debel-

p *Cap. 14. n.*

Digitized by Google

S. Franciſcũ ſanctificatum in ventre piè credimus.

debellati fuerunt, ita diabolus, & ſequaces eius à Chriſto oppreſſi, & victi remanerent. Nec mirum ſi de colubro, & regulo, &c. Loquitur, nam Scriptura ſæpè dare conſueuit nomina animalium hominibus pro vario fine ab ipſo auctore intento. Vnde Iacob Patriarcha Geneſ. 49. filios appellauit varijs animalium nominibus, vni dedit nomen aſini, alteri lupi, &c. Ita Iſaias Oziam vocat colubrum, & Ezecchiam, qui magis, quam Ozias damnum attulit Philiſteis, appellat Regulum, nempe baſiliſcum, quem regulum appellamus cum quia quodam diademate coronatus apparet; tum quia reliquos ſerpentes ſibilo fugar, vt ſolus regnare videatur. Deinde tranſit à figura ad figuratum, & de Chriſto loquitur ex illorum ſemine oriundus, & victoriam eius deſcribit, iuxta Caldæam lectionem, quæ dicit: *Ne Læteris Philiſtheos vniuerſi vos, quia contritum eſt dominium, cui ſeruiebatis, quoniam de filijs filiorum Ieſſe egredietur Chriſtus, & erunt opera eius in vobis, quaſi ſerpens volans* Ex Hebræo vbi habetur, *& ſemen eius abſorbens volucrem*. Habemus. *Et fructus eius exurens volans*. Quaſi diceret ſemen eius erit ignis, aut ignita auis, quæ celeri volatu totum combureret orbem.

Quia myſterioſè Propheta loquebatur hæc verba poſuit in originali Hebræo: Seraph Mengopheph, quæ verba ſignificant, *ſerpentem ignitum alatum*. Et ſeptuag. legũt. *Serpentes pennatos*. Huic autem ſerpenti ignito, & alato, vt nomen imponant, vocãt eum, Preſter, de quo Plinius. q tantaq; actiuitate pollet, vt omnia proterat, & animalia, aueſq; cõmburat. Et ideò Lucanus, dixit. r *Oraq; diſtendens auidus ſpumantia preſter*. Vt ergo Preſter ſerpens, futurus erat Chriſtus ignitus, & alatus ad comburẽdos inimicos, eoſq; æternis flammis addicandos. Hac pœna affecit olim Hebræos contra Moyſen murmurantes, dum ſerpentes ignitos in eos immiſit, vt legimus in libro Num. cap. 21. *Miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes*. Quibus medijs ſeueriſſimè murmurantes puniuit.

q *Lib. 20. cap. 20.*
r *Lib. 9.*

102 Aduertendũ tamen eſt, quod licet Chriſtus ſerpens ſit ignitus ad Comburendum, non eſt talis omnibus, ſed inimicis tantum: amicis verò eſt, *Seraph alatus, & ignitus*, ad purificandum; ſiquidem verbum Hebræum, Seraph, nõ ſolum ſignificat ſerpentem illum, qui dicitur Preſter: ſed etiam Angelum illius ſupremè Hierarchiæ, qui ex eadem voce nomen ſumpſit. Vt ſcribit Lorinus ad locum Numeri cũ auctoritate Dionyſij nam per ly, *ignitos ſerpentes*, habetur in Originali, *Seraphim*, proprium Angeli nomen. His poſitis dicimus quod Chriſtus Preſter eſt contra dæmones, eorumq; cultores; Iuſtis autem, & amicis ignitus eſt, non vt ſerpens, ſed vt Seraphim amore inflammatus. Nũc ad rem, ſi antiqui tanta veneratione magni faciebãt ignem, quem tanquam rem ſacram colebant, & tanquam quid diuinum de Cœlo deſcenſum credentes adorabant. Cur nequeam imaginari viſum ignem ſuper domum Franciſci deſcenſum è Cœlo, & non ſolum diuinum fuiſſe, (vt de ſuo Perſarum Rex credebat) ſed Deum ipſum, ſeu vnam ex tribus perſonis SS. Trinitatis, ſicut in linguis igneis deſcendit Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos, & hoc non ſolum ad additandam futuram Franciſci magnitudinem, & præeminentiam, ſed etiam ad liberandum eum à poteſtate diaboli, & purgandum à culpa originali, adhuc in ventre exiſtẽtem. Mea equidem imaginatio eſt; Res autem non erat Deo impoſſibilis, ſed omnia ſunt ei poſſibilia, & eſt mirabilis in ſanctis ſuis. Et qui Seraph eſt, ex ea parte, qua Preſter dicitur innuit quod ſerpens ignitus fuerit contra diabolum tenentem Franciſcum ſub iugo tyrannicæ ſuę dominationis, & quod ardenti flatu expellens dæmonem à poſſeſſione æternis flammis cruciandum miſit in infernum. Franciſcum autem, Seraph Chriſtus, tanquam Preſter ſi per Preſterem, quandam cæleſtem flammam cum Plinio. ſ Intelligamus; aut tanquam Seraphin amore ignitus tetigit, nõ ſolum os, & labia purificans, ſed totum corpus, & animam emundans ab illa culpa originali. Sic pia mente concipere præſtitit mihi, *ignis ante ipſum præcedens*, cuius diuerſi effectus ſunt conſumere, & purgare: Vnde Hieronymus dixit: *Ignem iſtum non timeat, qui ſanctus eſt, timeat, qui peccator eſt*, (quia ſubiunxit) *ignis iſte ſanctos purgat, peccatores conſumit*. Veniſſe ergo ignem ſuper domum Sancti Patris, ad concremandum dęmonẽm, & Frãciſcum à culpa purgandum, piè imaginatus ſum.

Ignis ſuper domum S. Franciſci an purgauerit à culpa originali.

ſ *Lib. 2. cap. 48.*

103 Nec ſolum, (vt ad ſignum reuertamur) ignem præcedere diximus ad magnitudinis oſtentationem, ſed etiam ſemper ignem in templo ardere voluit Deus (idq; magis Religioſos decet,) & quod ſacrificia ipſi debebantur, miraculo comprobauit. Ideò factum fuiſſe, arbitror, vt ignis de Cœlo deſcendens, probaret ſacrificium, & religionem Eliæ certantis contra Baal, eiuſq; Sacerdotes. t Et idem ignis probauit ſacrificia Salomonis in dedicatione templi. u Sic oſtendit in ſacrificio Aaron in quo, & ignis gloria Domini appellatur, dicens. x *Apparuitq; gloria Domini omni multitudini. Et ecce egreſſus ignis à Domino deuorauit holocauſtum*. Et viſibiliter ſignauit Abelis ſacrificium fuiſſe illi gratum, eo, quod miſerit de Cœlo ignem ad comburendum; vt ait Hieronymus iuxta Theodoſionis intelligentiam, qui pro, *Reſpexit Dominus ad Abel* (*vertit*,) *& inflammauit Dominus ſuper Abel*. Ex quibus euentis didicerunt fortaſſe Gentiles, non prius ſacra Dijs offerre, quam igne purgati, ſeu quaſi purificati forent. Feſtum Palladi (teſte Plutarco,) y Olim in agro celebrabatur à paſtoribus pro gratiarum actione, & ſimul obſecratione, vt fertilem concederet annum ſequentem, vti conceſſerat præſentem, de qua re memoriam fecit Ouidius, dicens:

t *3. Reg. 18. 24. 38.*
u *2. Paral. 7. 1.*
x *Leuit. 9. 23.*
y *In vita Romuli.*

Apta dies legitur, quæ mænia ſignet aratro
Sacra Palis ſuberant, inde mouetur opus.

Annũ ſequẽtem, vt præſentem optabant gentiles immolantes.

Quam ſollemnitatem tranſtulit Romulus in vrbem, voluitq; Romæ celebrari quot annis in die fundationis eius, tanquam eiuſdem

fundationis anniuerſarium ſingulis ſuccedētibus annis celebrandum, vt ſcribit Propertius, z dicens. z Lib. 4.

Vrbi feſtus erat, dixere Palilia patres
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

Romani igitur volentes hoc feſtum celebrare, poſt quam ſe abluiſſent aqua, ſic loti, & purgati, ſtuppæ aut fœni manipulum accipiebant, & accenſum igne, manu gerebant; ſicq; ſaltantes, tranſilientesq; ludebant. Legant Ouidium. a a 4. Faſtor.

Certè ego tranſilij poſitas ter in ordine flammas.

b Lib. 2. eleg. 7. Et Tibullus: b

Ille leuis ſtipulæ ſollennes potus acerbos
Aſcendet, flammas tranſilietq; ſacras.

104 Nec minus Religioſi, qui Deo ſe totos vouentes, & in Cruce religionis ſui corporis ſacrificium offerentes non tantum manus mundant, & lauant, ſed igne etiam purgari omni qua poſſunt vigilantia curant: vt quiſq; eorum cum Dauide dicere valeat: c *Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum.* Quæ verba ad caſtimoniæ probationem referunt Auguſt. Beda, & alij, ſumpta mentaphora ab excoquendis, conflandiſq; metallis: Quaſi dicat, excoquo ad purum omnes corporis, & animi mei fęces, ac ſordes; ſed quo igne hæc conflatio perficitur? Reſpondet Nazianzenus hanc purgationem ignea vi tentationum fieri. Sic ille in Pœmate de laudib. Virg. dicens: c Pſ. 25. 2. *Religioſi in ſacrificij igne purgantur.*

Præ reliquis adamat, qui Virginitatis alumnos
Hic licet ob cunctos natus, Crucisq; dolores
Pertulerit: Qui me licet aſpra, duraque mittat,
Explet lætitia purum, magis atq; probando
Efficit, atq; inſtar vitiati ſordibus auri;
Ignea, quod fornax purgat, redduq; nitori,
Emundat, &c.

105 Sic ergo Religioſi purificati vitam viuūt cæleſtem, & veluti virgines ſoli Deo adhęrent, in quo à coniugatis differunt, quibus iam præfertur Virginitas, quia Deo eſt tota addicta, & conſecrata, totumq; amorem ſuum in Deum colligit: id autem auri ad purum ex cocti ſimilitudine declarat, nam in coniungatis eſt metallorum veluti mixtio, vulgo liga, aureiſq; mentibus hærent plumbiæ ſæcularium curarum ſordes, ac fæces: Virgines vero aureas mentes gerunt, purgatis ſordibus defæcatas. Sic Idem Gregorius Nazianzenus, qui ſequitur:

Inueniens vitã thalami conſorte carentem
Totam cæleſti vice muneris eſſe parenti
Appenſam, ſacramq; electrum, aurumque nitore
Vincentem puro.

Inter varias cæremonias, quas olim Sacerdotes in ſacrificijs obſeruabant poſt effuſionem vini inter cornua victimarum, aliaſq, conſperſiones, de quibus Natal. Com. d Præces à Sacerdotibus, eorumq; præfectis agebantur; Et interea cultri ad victimas iugulandas, aut ſecures parabantur, & hydria aqua plena, ad lauandas manus miniſtrorum. Deinde poſt non nullas præcationes, aliam molarum partem cum villis, è fronte victimæ euulſis in ignem ſuper aram, tunc accenſum conijciebant, quæ prima libamina vocabantur. Teſtatur Homerus. lib. 3. Odiſ. d Lib. 1. cap. 10.

Fudit aquas, ſuditq; molas, ac multa precatus
Pallada dat flãmæ euulſos de vertice vilos,
Inſuper poſt hæc, ait Homerus ipſe,
Verum hic ſacra ferẽtes flãmæ forte ſuillos
E capite euulſos villos, Diuoſq; precatur.

Et Virgilius lib. 6. Æneyd. inquit

Et ſũmas carpens media inter cornua ſetas
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

106 Ecce qualiter Gentiles partem victimæ igni comburendam impoſuere, & hoc idem facere religioſi tenentur ſi verè Deo ſæquam victimæ in ara Crucis religionis immolare venerunt. Quod quidem ipſemet Deus declarare videtur, dum in Exodo, e De modo ſacrificandi arietem legem ſtatuit; & poſt multa, quæ de hac re in textu leguntur, ait: *Tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam, quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atq; adipem qui ſuper eos eſt, armumq; dextrum &c. ſuſcipieſq; vniuerſa de manibus eorum: Et incendes ſuper altare in holocauſtum odorem ſuauiſſimum in cõſpectu Domini, quia oblatio eius eſt.* Singulas illius textus particulas noſtrum non eſt expendere; ſed eam tantum vbi caſtitas reſplendeat. Et quod peculiari ponderatione mihi eſſe videtur, eſt illud verbum: *Reticulum iecoris.* Si iecur comburendum dixiſſet, mirandum non eſſet, nam etiam renes igni imponi mandauit: at præcipere, vt, *reticulum*, ideſt pinguedo, quę inſtar retis hepar cincundat, comburatur, obſcurũ eſt, nec facile inteligi poteſt. Quid ergo percontaberis, per reticulum innuere voluerit Deus? Reſpondere poſſem (quod, & Religioſis competeret) per illam actionem voluiſſe Deus veros, ſcilicet ſuæ ſcholæ diſcipulos deſignare. Vtpote qui Redemptorem Chriſtum ſequi ſtatuũt, adipem omnem ſacrificent; ideſt omnia, quæ in mundo pinguia videntur, etiam parentes relinquant. Cumque id ægrè fiat, & cum dolore, vt quis malit illa perdere, & ab illis auerti, quam à Deo, & pietate recedere: Intonuit Dominus; *Qui amat patrem, & matrem plusquam me, non eſt me dignus.* f *Adeps* (ergo ait Rodulpus) *qui operit vitalia ſignificat affectum, quem habemus ad hanc vitam, pinguedo quoque quæ intrinſecus eſt, eorum innuit amorem, quæ in hac vita poſſidentur; vt eſt domus, ager, pecunia pater, mater, & propinqui, quæ omnia ſi in hac vita abundent, beatos facere videntur: Verum Deus hæc ſibi offerri, & adoleri præcipit.* Hæc Rodulphus: quæ quidem veri religioſi ab ingreſſu, ſeu à die profeſſionis in ara Crucis Religionis cõburenda poſuerunt, non materialiter relinquendo, ſed toto affectu abrenunciando, vt ſolum Chriſtum lucrifacerent. e Cap. 29. 22. *Reticulum iecoris à religionis cõburendum.* f Matth. 10. 37.

Bene Rodulphus: ſed aliud interne nobis præſignat vocula illa, *reticulum iecoris.* Et quid ſignificet, ſi interrogaueris? id reſpondeo, *Reticulum iecoris pro concupiſcẽtia.*

quod

Digitized by Google

quod quærimus,ſcilicet frenandam,aut comburendam fore concupiſcentiam, vt caſtitas omnimmode ſeruetur. Vnde notare oportet quod Oleaſter ex Hebræorum ſententia, vt rationem aſſignet, quare Deus has animalium partes in ſacrificio exoptat inter alia de hepate, & renibus, loquens ait. *Requirit renes qui concupiſcentiæ prima ſunt officina, vult habere hepar quod roborat libidinem, & adipes, qui effrenam faciunt concupiſcentiam iuxta illud Deuteronom. 32. Impinguatus eſt Iſrael, & recalcitrauit, quæ omnia vult Dominus in ſuo ſacrificio: non quod illum renes delectent, ſed quod hæc ſignificent mortificanda eſſe membra noſtra, quæ ſuper terram.* Hæc ille: Vt concupiſcentias noſtras comprimamus, mortificemus: gratum hoc Deo ſacrificium grata victoria. Vnde Dauid. g *Immola Deo ſacrificium laudis*. Caldæus legit: *compreſſionem concupiſcentiæ*. Quæ omni ſacrificio Deo gratior, concupiſcentiam coerce, carnem doma, & mortifica, & rite Deo litauiſti. Ex his habemus iecoris ſignificatum iuxta etiam declarationem Calepini, dicẽtis: *Eſt autem iecur viſcus incraſſato ſanguini ſimile, ſedes concupiſcentiæ.*

g *Pſ 44.14.*

107 Cum ergo, vt ad rem veniamus, aſtuta venatrix ſit concupiſcentia, & ſollicitudine minime careat, vt omnes experti ſumus; mirum non eſt, ſi expenſum rete, in quo tanquam in trono dominatur, & ſedere conſpicitur, habeat, teneatq; circum circa. O' quãtas animas libertate minimè carentes velle Cœlum conſcendere credimus, earumq; tamen volatum impedit rete cõcupiſcentiæ; & vt in cæno, non in Cœlo eſſe aſtringunt. O' quanta corda dominium operationum haberent, ſi, *Reticulum iecoris*, non ea in ſeruitutem redigeret. Si ergo ait Dominus, ſi tam præiudiciale eſt. *Reticulum iecoris*, comburatur. Audiat religioſus, qui ſe Deo ſacrificare ſtatuit, & aduertat quod quãdo quis Deũ quærit, & ſui ipſius victimam offert non ſolum hepate carere debet, eoq; ſine manere; hoc eſt ſine carnis concupiſcentia; ſed etiam arma comburenda ſunt, quæ cum ſenſualia ſint, non deſunt eſſe ignea, in quibus non ſemel, ſed ſæpe vritur cor. Non iuſſit, vt totum combureretur iecur, ſed inferior pars illius, rete ſcilicet, quo circundatum eſt. Sed cur non iecur totum? quia iecur ſine concupiſcentia, non multum affert damnum. Legite Baſilium libro de vera virginitate ad Litorum Epiſcopum Melitenſem, vbi ait. *Quod cum iecur organum concupiſcentiæ ſit, vnde etiam de eo, qui ad concupiſcentiam vulneratus eſt dictum eſt; eris ſicut ceruus iaculo ictus in iecur, infimam iecoris partem peculiare ad peccandum, cupiditatem, in qua etiam fel reperitur, totam exurere conueniat, reliquam vero puram à praua concupiſcentia ad bonorum cupiditatem ſecundum naturam ſeruare.* Itaq; cum Religioſus ſe in holocauſtum offert, virginalem puritatem amare oſtendat ex puritate ſacrificij, & arma concupiſcentiæ, atq; ſenſualitatis quæ retia ſunt extenſa ad capiendum cor, comburat: Nam ſi remanent in ſuo eſſe, non erit puritas, qualis eſſe debet. Sed quo igne comburendum eſt rete? igne tribulationum, & dolorum, atq; laborum; vt diſciplinis, cilicijs, memoria paſſionis Chriſti, alijsq; mortificationibus, quas libenter pati debet in Cruce religionis, ſub cuius iugo collum ſubmiſit. Quiſq; enim cum luxuria congreditur, carniſq; ſtimulos præſentiens, Dei timore confiſus eos in ſemetipſo frãgit, atq; obtundit; cumq; propterea tanquam aurum in fornace examinatũ, & excoctum, aut Cruci confixum habemus, & martyrem dicimus. Iuxta hæc Auguſtinus ad fratres in Eremo dixit: h *Non putemus tantum in effuſione ſanguinis eſſe martyrium: Sẽper martyrium eſt chriſtianis, & religioſis. Adoleſcentulum libido perſequitur, & vult libido effundere ſanguinem.* Similiter Hieronymus, ait: i Aſſume. *Scutum fidei, loricam iuſtitiæ, galeam ſalutis procede ad prælium, habet, & pudicitia ſeruata martyrium ſuum.* Et concludit Anſelmus: k *Qui enim mẽbra ſua mortificant ab incentiuo libidinis, & actus corporis ſui Deo placitos habent, hoſtiam viuentem offerunt, & legem ſacrificiorum, quæ in Leuitico lata eſt, ſpiritualiter complent.*

Caſtus Religioſus Martyr dicitur.

h *Ser. 60.*

i *Epiſt. 8. ad Demet. de Seru. Virg.*

k *In Epiſt. ad Rom.*

108 Compleuiſſe hanc legem Patriarcham noſtrum Franciſcum de Paula, combuſiſſe reticulum iecoris, nemo eſt, qui dubitet. Sed potius libeat cuicunq; dicere, aut mecum pie credere, quod ab inſtanti cõceptionis combuſtum remanſerit, ab illo, (vt dicebamus) cæleſti igne, qui ſuper eum deſcendit, eo tempore, quo concipiebatur: indeq; puriſſimus manſit, & virgo. Ita, & taliter quod inuiolabilem virginitatem ſeruando, ab igne ſemper illæſum Deus cuſtodierit Franciſcum; quia in eo ignis nullo vnquam tẽpore viſcus, aut ſordes inuenit, quas adurere poſſet. De Sancta Cunegunde Imperatoris vxore legimus ſuam virginitatem marito probaſſe ſuper candens ferrum nudis, & illæſis pedibus ambulando. Et Teognia iuſſu Sancti Baſilij excepit in ſinum carbones ignitos, eoſq; geſtauit illæſo ſinu, eo quod in coniugio cum Anaſtaſio marito continentiam ſeruaret. Teſtis eſt Amphiloc. in vita Sancti Baſilij. Et quis eſt, qui ignoret Franciſcum noſtrum Patriarcham ſæpiſſimè proprijs manibus accenſas prunas accepiſſe, & geſtaſſe, aliſque ad calefaciendum obtuliſſe? Quis ignorat multoties ignitos carbones in ſinum excepiſſe, ſinuq; illæſo aſportaſſe? Quis non miretur, ſi mentis oculos vertat ad fornacem, cum viderit Sanctum Patrem hinc inde flammis circundatum? Sed nemo ſtupeat, nam purus, & virgo erat. At nos ſcientes caſtitatem eſſe donum Dei, non ſine peculiari gratia hominibus concedendum, dicamus vnuſquiſque. *Vre Domine renes meos, & cor meum.* (Et verbis Auguſtini vtentes, proſequamur.) l *Tota ſpes mea, non niſi in magna valdè miſericordia tua. O amor qui ſemper ardes, & nunquam extingueris charitas, Deus meus, accende me. Continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis.*

Igne probata caſtitas.

Franc. Dominum ſemper ignem cur.

l *Libr. 10. Confeſſ. ca. 19.*

Ex his facilè mihi videtur tranſmutatio illa homi-

Digitized by Google

minum in Angelos; nam dum caro igne cõcoquitur, & probatur; poſſibile eſt in Spiritum tranſmutari. Exemplum, quod omnes experimur, apponatur. Non eſt, qui ignoret, quàm graue metallum, ſit ferrum; tanquam à terra violenter productum, grauius eſt ipſa terra: nihilominus, ita potens eſt ignis ad conferendam ferro leuitatem, tantamque ei tribuit; vt quaſi naturalis illi videretur leuitas; dum per aerem volitat, mittens ferè ſcintillas, vt in concauo Lunæ, vbi quartum elementum ſitum eſt, habitent. Hoc etiam carni concedimus, grauior enim eſt ipſo ferro, ſæpè ad terram, cuius filia eſt, ſe inclinat. Sed caſtitatis amor, ita potens eſt, vt tanquam ignis eam comburat, & faciat eam apparere, non carnem, ſed Spiritum; non terrenam, ſed cœleſtem. Audiant Chryſoſtomum. m *Quemadmodum ferrum ab ignis aſſiduo vſu, & ipſum quoque in ignem euadit, propria in natura remanens: Sic fidelium, Spiritumque habentium caro in illam demum efficientiam tranſmutatur tota ſpiritualis vndique Crucis ſuffixa, atque vna cum anima, & ipſa volatilis redditur.*

Facit caſtitas in carne quod ignis in ferro.

m 1. *ad Rõ. c.4. hom.13.*

109. Hunc quoque ſenſum ſequutus Paulus ad Romanos, dixit: n *Vos autem in carne non eſtis, ſed in Spiritu.* Sed cur non in carne? erãt ne Romani Spiritus puri, & nõ carnei? Licet ad puritatem fidei, ab immunditia idolorum, eſſent tunc conuerſi, non erant homines, & carnales? Ita certè, ſed quia opera, quæ faciebant, caſtitatem olebant, cæteraſque virtutes à quibus tanquam à floribus ſuauem emittentibus fragantiam, redolebant: ritè dixit, eos non eſſe in carne, ſed in Spiritu. Sic inquit Tertullianus. o *Eos enim quos in carne eſſe conſtabat negando in carne eſſe, in operibus carnis non eſſe, monſtrabat.* Et ſimilia dixit Sanctus Irenæus hiſce verbis: p *Bene Apoſtolus, ait: qui in carne sũt Deo placere non poſſunt, non ſubſtantiam reijciens carnis, ſed infuſionem Spiritus attrahẽs.* Poteſt enim anima carni vnita viuere, ſed ita caſtè, & purè, vt tanta polleat caro puritate, vt Spiritus fruatur nomine, & homines, ita ſpirituales effecti, dicantur Angeli. Ideò Baſilius ad Epiſcopum ſupra citatum, dixit: *Hi profectò qui virginitatem ſeruant, Angeli ſunt, qui viuentes in carne corruptibili mortalium vitam illuſtrando tuentur.* Nec mirum, nam ſi anima per virginalem puritatem, in hac vita ſit Dei ſponſa bene poterit, & Angelis comparari, eoſque etiam vincere pulchritudine. *Nemo ergo miretur* (ait Ambroſius. q Ad Marcellam ſororem ſuam.) *Si Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur.* Et pluries dictum eſt, virginitatem Angelicam dici, ac Virgines Angelos appellari.

n *Cap.8.9.*

Caſtitate transformãtur carnales in ſpirituales.

o *Libr. de reſur. carn. c.46.*

p *Libr. 5. cap.10.*

q *Libr. de Virgin.t.4.*

Ad cuius confirmationem facit id, quod legitur in lib. Num. r Vbi ad Moiſen dixit Deus; *Præcipe filijs Iſrael, vt eijciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit pollutuſque eſt ſuper mortuo.* Pelluntur caſtris non ſolum leproſi, ſed immundi quoq; qui incontinentiæ ſignum dedere; ſed quid per caſtra, an totius populi, an Leuitarum cætus intelligatur, an aliter, videãt expoſitores. Mihi ſat eſt videre immundos illos extra tabernaculũ eiectos, quod quaſi dom⁹ erat, & extra caſtra. Sed quid per caſtra? niſi myſtice Angelos ſignificari, dicemus. Etenim cũ in domo Dei tot ſint Angelorum chori, per caſtra, illorum choros optime intelligere poſſumus. Quemadmodum Seraphico Spiritu, ita intellexit Sanctus Bonauentura, ſicq; nobis expoſuit, *Vt eijciant de caſtris, ideſt, de conſortio Angelorum.* Nec mirum nam Iacob videns duas Angelorum acies ſibi in auxilium, ac tutelam occurrere, dixit: ſ *Caſtra Dei ſunt hæc, & appellauit nomẽ loci illius Mahanaim, ideſt caſtra.* Quæ quoq; caſtra latinè caſtitatem ſignificant, & benè dicuntur caſtra à caſtitate, quia caſtrari dicuntur, qui ſe carnis illecebris opponunt. Deum ergo præcipere Moyſi, vt immundos eijciat de caſtris; idem fuit, ac dicere, quod Angelorum ſocietas non compatitur cum libertate carnis, ideoq; expellendi ſunt à conſortio Angelorum illi, qui caſti non ſunt. *Vnde* (ait Chriſoſtomus) t *caſti viri ſunt, quaſi Angeli Dei, non ſolum in Cœlo, ſed etiam in Mundo, res enim Angelica eſt caſtitas.*

r *Cap.5.2.*

Libidinoſi extra caſtra, id eſt à ſocietatem Angelorũ.

ſ *Gen.32.2.*

Caſti ſunt Angeli.

t *5. Matt.*

110 Ex hac doctrina, qualem fuiſſe caſtitatem, & virginitatem Sancti Patris Franciſci conſpicimus. Viuebat in carne, ſed laboribus, & pœnitentijs, eam ita quaſi conſumptam habebat, vt totus ſpiritus, & ſpiritualis eſſet, qua ratione Angeli, quorum conſortium non conceditur immundis, ſæpiſſime ad cellulam Sancti Patris deſcendentes læto eum aſpectu, cęleſtibus cantionibus, maximo circunfuſum ſplendore, detinebant, ita conſtat in proceſſu ſuæ canonizationis, & ſic legitur in officio: *Angelorum choros cælitus ad eum deſcendiſſe ferunt, & argumento ſunt pſallentium in cellula concentus auditi.* Caſtus ergo, & Virgo ſemper fuit, & virginitate Angelus, non expulſus ab Angelorum conſortio, ſed cum eis conuerſabatur, tanquam Angelorum ſocietate dignus, & vere dignus, qui à pueritia vale mundo, & carni dicens, ſe in ſacrificium in Cruce laborum obtulit Domino.

Chori Angelorum in cellula cũ Franc.

Reperi etiam ſacrificãtibus albam veſtem fuiſſe neceſſariam, & nunc eſſe, in ſignum puritatis ſacrificij, fuitq; etiam gentilium mos, quorum Sacerdotes verſicoloribus vtebantur veſtibus: Videlicet Dijs inferis immolantes, atris; cæleſtibus vero, purpureis veſtibus ornabantur, albas vero veſtes in ſacrificijs Cæreris geſtabant. Vnde Ouidius. lib. 10.

Quibus veſtibus vtebantur Sacerdotes gẽtilium.

Feſta pia Cereri celebrabãt annua matres,
Illa, quibus niuea velate corpora veſte
Primitias frugum dãt ſpicea ſerta ſuarum.

Et lib. 4. Faſt.

Alba decent Cererẽ, veſte: cerealibus albas
Sumite; nunc pulli velleris vſus abeſt.

Rurſus ſacrificia grata non erant, ſi ab impuris manibus ſceleratorum hominum offerebantur, idcirco per nouem dies, noctes ſaltem oportebat ab omni libidine Sacerdotes, aut mulie-

Digitized by Google

Sacerdotũ gentilium quanta fuerit caſtitas.

mulieres edituas, aut initiaturas abſtinere,vt conſtat in his.

Per quæ nouem noctes Venerem, tactuſque Virorum.
In vetitis memorant.

Perinde Sacerdotes Cybeles membrum genitale ſibi quodam lapide abſcindebant,vt caſti viuerent, & Athenis alij bibebant cicutam, vt vim membri genitalis amitterent, & mulieres prætereà initiaturæ ſibi tectos è viticis folijs ſubſternebant, vt refrænarent libidinem. Quapropter ſcribens Demoſthenes de præſidibus ſacrorum,ait. u *Ego ſane ſic exiſtimo, eum qui ad ſacra accedit,& res ſacras ſit tractaturus, aut res ad Deos ſpectantes curaturus, oportere non prædictum, aut ſtatutum dierum numerum eſſe caſtum ſed per vniuerſum vitæ ſuæ curſum ab huiuſmodi turpibus ſtudijs abſtinuiſſe.* Quid vltra dicere poterit Chriſtianus Philoſophus, ſi talia dixit Philoſophus gentilis: poterit quidem Religioſus, aut alius quilibet Chriſtianus multo melius operari, at dicere, vltra ea, quæ dicta ſunt, arbitror poſſe parum.

u in orat. contra Timocratem.

Ergo liceat mihi exclamare cum Auguſtino, qui cum Æthyopiam prædicaturus Euangelium petijſſet, de virtute, caſtitate, & abſtinentia Sacerdotum, qui inter illas barbaras gentes eorum dijs immolabant, ſtupefactus, dixit ad fratres in Eremo. x *Vidimus in inferioribus partibus Æthyopiæ quod Sacerdotes à conuerſationibus hominum fugiebant,ab omni libidine carnis ſe abſtinebant: maximè autem quando dijs ſuis ſacrificia offerre debebãt, tunc enim nihil ſumebant, niſi matretam à quæ per diem, & ſic contenti manentes, Dijs ſuis ſacrificia offerebant.* Magna prorſus fuiſſe agnoſcitur gentilium Sacerdotum continentia quippe qui quo ad maiorem eorum partem vxorati cum eſſent,non niſi ſemel in anno vxorem cognoſcebant. His motus Auguſtinus exclamat: *O grandis Chriſtianorum miſeria. Ecce Pagani, doctores fidelium facti ſunt, & peccatores,ac meretrices præcedent nos in regno Dei.*

x Ser. 37.

111 Sed veſte alba vti in ſacrificijs, forte à Sacro Textu Gentiles furati ſunt: Nam in Leuitico præcepit Deus Aaroni, ne Sanctuarium ingrederetur, niſi aliqua prius peregiſſet; inter quæ deſcribitur qualitas veſtium; ſic: y *Tunica linea veſtiatur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur Zona linea, Cidarim lineam imponit capiti: Hæc enim veſtimenta ſunt ſancta: quibus cunctis cum lotus fuerit induetur.* Tunica iſta Sacerdoribus præſcripto induenda; quanta debeat eſſe animæ puritas, quanta neceſſaria ſit Sacerdotum caſtitas, & qualibus mortificationibus ſit comparanda, aperte demonſtrat. Iam Tunica linea etiam induebantur Sacerdotes Ægyptij, Herodoto teſte,qui ait: z *Sacerdotes Ægyptij, veſtem tantum lineam gerunt, nec aliam eis induere fas eſt.* Linea ergo veſtis erat religionis ſymbolum. Quod autem communiter dicunt,eſt: Sacerdotis tunicam ex lino mundiſſimo fuiſſe in ſymbolum caſtitatis, quæ & candorem habet niueum, & ſua munditie Angelicam puritatem æmulatur.

y cap.16.4

Veſtis alba Sacerdotũ caſtitatem ſignat.

z Lib. 2. num. 46.

Sed placet quoque mihi cum alijs aſſerere; Tunicam ſignificare carnem; pro cuius rei intelligentia ſupponenda ſunt, quæ de lino dixit Plinius, nempe: *Linum ſæpè iniuria fit melius,nec vnam iniuriam patitur, ſed plurima numerantur,nempe euelli,ſiccari, macerari fluuio, iterum ſiccari, tundi malleo,ſtipario, decorticari,ſcindi ſpata lignea,pecti ferreis,hamis,vri,in filo poliri,illidi crebro in ſilice ex aqua texi,& tundi clauis.* Ecce quam optimum patientiæ, & ſanctitatis ſymbolum. Caro lino comparatur, vt ergo munda ſit,& caſta inſtar lini ſæpius tunditur, & maceratur, donec amiſſo colore natiuo propter genuinum lutum, & concupiſcentiæ ardorem nigro,ac turpi miram continentiæ albedinem ac nitorem aſſequatur. Etenim carnis maceratione naturalis comprimitur appetitus, ac deterſa omni impuritate, purior auro, niueque candidior anima efficitur. Zona vero, quæ lineam tunicam perſtringebat, non minoris erat myſterij, ſcilicet interius vacua, exterius miris picturata figuris,& coloribus; vbi vernabant flores, micabantque gemmæ, ac lapilli pretioſi, pellem colubri mirificè referebat. Hic vtique renouatio morum in ijs, qui a ſeculo confugientes religionem ingrediuntur, vitæque nouitas innuitur, quæ tranſitui per anguſtam pœnitentiæ callem comparatur. Non enim caſtitas conſiſtere poteſt. Sine vitæ ſtrictoris habitu,ſine operibus mortificationis, ac pœnitentiæ: hoc igitur cingulo caſtitatis nè diffluat,ne lutum contrahat, cohibetur.

Zona linea opera mortificationis.

Quis inde de caſtitate,& Virginitate Sancti Patris Franciſci habere ſermonem poterit vnquam ſatis, ſi iam Eccleſia de eo canit: *Longum tulit martyrium.* vtpotè qui continuis mortificationibus ſe puriſſimum ſeruauerit? Nemo equidem,cum ad extremum vſque corpus incorruptum, & mentem puram integritate virginali cuſtodiſſe, negabit; qui nondum pubeſcens in ſolitudinem ſeſe relegauerit, ne vlla prorſus mundi contagione pollueretur. O quàm vere corpus, & animam ſuam ſub vexillo Sanctæ Crucis, Pauli ſequutus conſilium, (dicentis. a *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.*) A teneris annis Deo dicarit, & obtulerit. Immolabatur Franciſcus tanquã hoſtia,& viuus manebat,quando pro Domino corpus ſuum affligebat: Viuebat in virtutibus, ſed à carnalibus deſiderijs reciſus; ita, vt de illo rectè dicatur *longũ tuliſſe martyrum:* Qua ratione Bernardus. b De martyribus, & pœnitentibus eodem modo loquitur,expendẽs illa Ioannis verba. c *Qui amat animam ſuam perdet eam. Perdet eam, dixit, ſiue ponendo, vt martyr, ſiue affligendo, vt pœnitens. Quamquam genus martyrij eſt Spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum, quo membra caeduntur ferro, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtius.* Durauit

Fran-

S. Franciſ. quã ſacrificium ſui corporis obtulit.

a ad Rom. c.12.1.

b Ser. 30. in Cant.

c Cap.12. 25.

Digitized by Google

Franciſca martyrium à pueritia vſque ad decrepitatem nec caro ſuis ſtimulis poterat illum incitare, in quo caro ipſa penè demortua languebat. Nec voluptas vlla titillatione emollire valebat ſenium illius, qui contra delitias omnes ſe armauit.

CAPVT VIII.

Prima Sacrificij circunſtantia fuit, vt Turtures, aut Columbarum pulli ſ retorto ad collum capite immolarentur. Quo facto Chriſti obedientia deſignatur.

112 SAcerdos immolaturus Domino, *retorto auis ad collum capite, aut rupto vulneris loco decurrere faciet ſanguinem ſuper crepidinem altaris.* Hæc fuit vna ex circunſtãtijs. Et placet mihi, quod & alijs, ſcilicet, torturam hanc, ſeu rupturam capitis faciendam eſſe abſque ſeparatione; hinc Hebræi non ferro, ſed vngue fieri ſolitam, tradunt, atque legunt. *Et vngue ſecabit caput eius.*

d Cap. 5. 8. Vnde quod legitur in Leuitico. d *Retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur.* (Legunt illi) *contra ceruicem eius, & non diuidet.*

Chriſtus in Cruce poſitus Eccleſiæ firmiter adhæret. Notanda eſt hæc circunſtantia, nam ex ea parte, qua vult ita caput ad collum retorqueri, vt non pænitus abrumpatur, aut diuidatur, ſed vt retortum caput adhæreat collo, fuit vt oſtenderet Chriſtum, qui eſt Eccleſiæ caput, ad Crucem poſitum illi firmiter inhærere; quod luculenter docuit Gregorius, dicens:

e Libr. 6. moral. c. 16 e *Chriſtum mortem ad coniunctionem ſui corporis voluiſſe, non ad ſeparationem quia caput noſtrum, vnde pro nobis mortem pertulit inde verius nobis inhæſit. Perſequutores intulerunt mortem, vt ab eo abſcinderet deuotionem ſed inde fides creuit, vnde hanc ſe extinguere infidelium crudelitas credidit.* Addit Heſychius.

f ad cap. 5. & prim. Leuit. f *Auicula caput ad collum, pinnulaſque retortum, ſignificare non ſolum Chriſtum moriendo ab Eccleſia minimè ſeparari, ſed ad eam fuiſſe conuerſum ſicut conuertitur caput ad corpus, cum ad pinnulas retorquetur.*

Chriſti obedictiæ ſymbolũ retorta auis ad collum capite. Sed in præſenti ſacrificio pullum columbæ, cuius caput ad collum fuit retortum; fuiſſe Redemptoris noſtri Chriſti ſymbolum, aptè dicimus. Etenim victima fuit ipſe in Cruce & etiam Sacerdos Patri perfectè obediens. Collum enim ad quod Chriſtus iugum ſuum nobis impoſuit, ſymbolum obedientiæ eſt. Et ipſe Chriſtus vſque ad Crucem retorto, ſeu inclinato ad collum capite obedientiſſimus expirauit. Vnde factum eſt, vt ſicut per vnius hominis in obedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per obedientiam vnius hominis, iuſti conſtituantur multi. Ex quo ſequitur, quod Chriſtus ſecundum, quod homo habuit Patrẽ tanquã vere, & propriè prælatum, & ſuperiorem, vt vera, & propria; eius eſſet obedientia quæ vt docet D. Thom. g *Eſt ſpecialis virtus & habet ſpeciale obiectũ, quod eſt præceptum ſtrictè ſumptum eſt præ ſe ferens obligationem.* Et certe in obedientia propriè non eſt, niſi quando quis præceptum ſtrictè ſumptum tangere dicitur; Sic ergo obedientia propriè voluntatem ſuperioris cõſiderat. Chriſtus ſecundum quod homo obedientiam patri exhibuit, & patris voluntati intentus, tanquam minor, & ſeruus ſemper inhæſit. g 2. 2. q. 104. a. 2.

Iam ara ergo Crucis Chriſtus, (vt ait Paulus) h *Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Et cum omnibus ſacrificijs præferatur obedientia, iuxta illud Regum. i *Melior eſt obedientia, quàm victima. Conueniens fuit* (infert Diuus Thomas) *vt ſacrificium mortis, & paſſionis Chriſti ex obedientia procederet.* (Et aliã inſuper addit rationem, dicens:) *Conueniens hoc fuit eius victoria, qua de morte, & auctore mortis triũphauit.* k *Non enim miles vincere poteſt, niſi duci obediat: & ita homo Chriſtus victoriam obtinuit per hoc, quod Deo fuit obediens; Secundum illud vir obediens loquitur victorias. Prou. 21.* Hæc Diuus Thomas. h Ad Eph. c. 5. 2. i 1. Reg. 15. 22. k 3. p. q. 47 a. 2.

113 At alicui videbitur fortaſſe durum, quod Chriſtus ex obedietia ſit paſſus, & mortuus; eo quod ſponte ſe obtulit morti, ſed ſi cogeretur obedientiæ præcepto, non eſſet ſpontanea ſua mors, contra illud Iſaiæ. l *Oblatus eſt quia ipſe voluit.* Quamobrem Chryſoſtomus aperte docuit; m Quod Chriſtus non habuit præceptum moriendi. Et illud quod dixit, Chriſtus ſcilicet. *Hoc mandatum accepi à patre, mandatum* (ait) *ſignificare cum patre concordiam*; Et clarius Anſelmus in meditationibus inquiens: *Ex nulla cogente obedientia, ſed ex mera prouidentia paſſus eſt Chriſtus.* Et quod propria voluntate ſuſceperit mortem, habemus ex D. Thoma. n Et fere omnibus patribus. Sed omnia hæc, & his ſimilia ſatis declarant, quod non obſtante præcepto moriendi, Chriſtus libere mortuus eſt, & voluntariè: nemo enim eo inuito, poterat ab eo tollere vitam; ſed ex mandato Patris mortuus, ad mortem ſe vltro abtulit. l Cap. 53. m Hom. 59. in Ioa. *Chriſti obedientia an fuerit ex præcepto.* n 3. p. q. 3. a. 1. ad 3.

Conſideremus ad hoc Abrahami ſacrificium, & in eo, Chriſti obedientiam, in obedientia Iſaac figuratã reperiemus. Adaptato Iſaaco ſuper ſtruem lignorum in altari, & patris manu extenſa, vt feriret; Ecce Angelus dicens. o *Ne extendas manum tuam ſuper puerum.* Et ſignans arietem, in quo perficere deberet ſacrificium: *Leuauit oculos ſuos Abraham, viditq; poſt tergum arietem inter vepres cornibus hærentem, quem aſſumens, obtulit holocauſtum pro filio.* Quod ſacrificium figurarit myſterium, ſcilicet conficiendum à Chriſto ſacrificium in Cruce, & paſſione ſua omnes concedunt, & circunſtantiæ oſtendunt. o Gen. 22. 12. 13.

Quarum altera eſt, quod ligna, quæ ad ſacrificium peragendum tulerant: *Impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum.* Erat quidem Iſaac ad portandum aptus, qui iam forte vigeſimum quin- *Iſaac ligna ferens Chriſtus baiulãs Crucem.*

quintum annũ attigerat; Sed cur ſuper Iſaac, & non ſuper famulos ſuos, qui potiori iure debebant ligna ferre, montemq; cum eis conſcendere, tanquam fortiores, quia robuſti, quia ſerui, & Iſaac delicatus, delicijſq; enutritus ab hoc onere debebat ſubleuari? Ratio eſt, quia per Iſaac, Chriſtum Dominum figurabatur præſignari, conſpiciebat; Merito igitur non iuuenes, ſed ſolus Iſaac ligna holocauſti defert; quia Chriſtus Dominus ſolus inter duos latrones Crucem ſuam figurabatur baiulaturus. Sic Ambroſius inquiens. p *Conſecratur Sacris Hoſtia myſterijs, & commendatur futura, quæ pietatis hoſtia pij ante miniſterij vectura eſt, ligna Iſaac ſibi vexit, Chriſtus ſibi patibulum Crucis portauit.* Hoc idem inter alios, dixit Auguſtinus. q *Iſaac ipſe ſibi ad immolandum ligna detulit, & in hoc Chriſtum Dominum figurauit, qui ad locum paſſionis Crucem ſuam ipſe portauit.*

p *Lib.1.de Abr.c.8.*

q *Ser.71. de temp.*

114 Allegatio, altera ex circunſtantijs fuit, & hæc vinctum Chriſtum à Iudæis ligandum præſignauit, vt fecerunt quando in horto. r *Miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.* Et ligatum etiam conduxerunt hinc inde. Verum dices, Iſaacum vinctum fuiſſe à proprio patre conſtat. *Cum alligaſſet Iſaac filium.* ſ Dominus vero fuit à Iudæis vinculis conſtrictus non à patre. Quomodo ergo vinculis Iſaaci, vincula Chriſti præfigurari potuerunt? Audiant Rupertum. t *Ergo ne, & Deus pater ſuum colligauit filium? colligauit plane, verum non imbecillitatis vinculo, ſed magnæ Charitatis imperio, ne ſe defenderet, ne oblatum calicem paſſionis mori dedignatus abigeret.* Niſi enim pater prior eum alligaſſet, & ipſe alligari ſponte voluiſſet, neq; Iudæi, neq; Gentiles, neq; vlla omnino tenebrarum poteſtas quicquam pœnitus effeciſſet, itaq; prius à patre colligatum, miniſtri Iudæorum comprehenderunt, & ligauerunt,

r *Io.18.12.*

ſ *verſ.9.*

t *Lib.6.in Gen.c.31.*

Ligatus Chriſtus, vt Iſaac à patre.

Sabech quid ſit.

Sed vltra omnes alias circunſtantias, habemus, arietem loco Iſaac immolatum, in typum Chriſti in Cruce immolandi, propterea vidit illum. *Inter vepres cornibus hærentem* Vbi Septug. legunt: *Ecce aries vnus, qui tenebatur in virgulto Sabech cornibus.* Sic etiam legit Theodotion. Et eandem hebraicam vim, ſequuntur Sancti Ephrem, u S. Athanaſius, x Iſichius, y Leontius, z Leocaſtren. a Gerardus Voſſ. b & alij. Quid eſt intelligendum, per ly, *Sabech*, cui cornibus ſuis hæret aries? quid ſit, non ad eo planum eſt. Quidam dicunt, *Sabech*, fuiſſe nomen arietis, *Qui rectis cornibus*, (vt ait S. Euſebius Emiſſenus, quem refert Hieronimus,) *& ad carpendas arboris frondes ſublimis attollitur.* Sed tanquam ridiculum reputat Hieronymus, qui & Euſebium excuſat, tanquam Hebraicæ linguæ ignarum. Alij dicunt; per *Sabech*, ſignificari erectum, & eleuatum; ac ſi diceretur, vt habet Scholia Græca. c *Hircus erectus in virgultum inſcenderet, & cornibus erectus detinebatur; vt ea re manifeſtus Crucis Domini typus premonſtratus ſit* Diuus Hieronymus inquit, quod. d *Sabech eſt Arbor vinculorum ligaminum, & retium.* Et Symmachus ad hoc etiam ſua verſione alluſit, dicens: *Aries retentus in rete cornibus fuit.* Vel etiam dici poteſt inter condenſa irretitus, aut inter vepres implexus, & intricatus, aut vepreto affixum inſtar arietis hærentis arbuſto.

u *Lib.9.de Abr & Iſ. Sacerd*

x *Lib.q.9. 99.*

y *Lib.7.in c.25.Leu.*

z *Act.5. Conc*

a *In c.29. Iſa.*

b *In Ephr. pag.4.629*

c *Vide ad locũ Pereir.*

d *Libr de quæſt. Heb. in Gen.*

Sed quid per arietem? niſi in figura, Chriſtum. Quid per virgultum, *Sabech*? niſi Crucem Domini. Ita ſane per arietem inter vepres inuentum, antequam eſſet immolatus, quia Chriſtus Dominus antequam Cruci affigeretur ſpinis coronandus, præſignabatur. Audiamus Auguſtinum, qui contra Maximinum Arianum Epiſcopum inquit. e *Quis alius erat ille aries, qui cornibus tenebatur in vepre, niſi Chriſtus Crucifixus, & ſpinis coronatus.* Quod etiam alibi expreſſit, dicens. f *Illo etiam ariete, qui cornibus in fructice tenebatur, quo immolato impletum eſt ſignificatiuo ſanguine ſacrificium, Ieſus Criſtus ſignificabatur antequam immolaretur, ſpinis Iudaicis coronatus.* Vel ſi cum Syro legamus: *Ecce aries ſuſpenſus.* Etiam Chriſtus in illo figurabatur Cruci affigendus; ſic Procopius. *Cum fruticetum anterioribus pedibus conſcendiſſet fruticeto implicitus Crucis formam pendens præſeferebat extenſione pedum.* Clarius D. Pater Damianus. g *Hærens cornibus aries, eſt Chriſtus Crucifixus inter aculeatas, & vulnificat Iudæorum iniquitates.*

e *Lib.3.c. 26.t.6.*

f *16. de Ciuit.*

Chriſtus per arietem inter vepres, Spinis coronatus.

g *Serm.de inuent. S. Crucis.*

115 Poſſet ſolum in dubium verti, quomodo ſecundum expoſitionem Hieronymi, quid: *Sabech ſit arbor vinculorũ ligaminum, & retium.* Stare poteſt cum libertate, quam per, *Sabech*, ſignificari docet D. Athanaſius citatus dicens: *Iuxta Hebræos uidetur Sabech remiſſio eſſe, & condonatio.* Hæc ad inuicem oppoſita videntur, arbor ſcilicet vinculorum, & arbor libertatis. Vincula ligant, non liberant: retia mortem afferunt irretitis, & implexis non veniam, & remiſſionem; quomodo ergo vtrumque ſtare poterit in eadem voce, *Sabech?* bene quidem nam ſi, *Sabech*, vt dictum eſt, ſymbolum fuit Crucis, cui affixus, & appenſus detinebatur in figura verus tunc aries Chriſtus, iam nunc completiſſime immolatus. *Sabech*, ſcilicet, Crux fuit Chriſto, & ligaminum arbor, atq; vinculorum, atq; ſpinarum ipſi Chriſto, qui irretitus inter vepres conſpicitur in Cruce, &: *Funibus peccatorum noſtrorum conſtrictus: poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum.* Et has noſtras iniquitates ex communi patrum ſpinæ illæ ſignificabant. *Dominus enim*, (vt Pulchrè Sedulius.) h *Spinas omnium peccatorum pia ſolus humilitate portauit.* Sicque apparet arietem illum ſignificaſſe Chriſtum inter vepres, quibus velut aries redimitus ad victimam venit. Idq; confirmat hircus ille emiſſarius totius populi peccatis onuſtus, de quo legimus in Leuitico quod. i *poſita vtraq; manu ſuper caput eius, confitebatur ſacerdos omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta, atq; peccata eorum, quæ imprecans capiti eius emittebat illum.* Sic etiam collectas vndique peccatorum noſtrorum ſpinas, ſibiq;

Crux in Sabech figurata, & cur.

h *Libr. 5. oper. paſch. c.11.*

i *Cap.16. 21.*

Digitized by Google

ſuper caput impoſitas Chriſtus Dominus, efferebat. *Hircus ille*, (vt cum Iuſtino loquamur.) k *Circumdatus coccino maledictus, & conſputatus, & conuulſus, & compunctus à populo extra ciuitatem abijciebatur in perditionem, manifeſtis notatur inſignijs Chriſti paſſionis: qui coccinea circundatus veſte, & conſputatus, & compunctus ſpinis, & omnibus contumelijs afflictus, extra ciuitatem Crucifixus eſt.*

k Aduerſ. Triphon.

Crux quomodo ſit arbor mortis, & vitæ ligaminum, & remiſſionis.

Arbor etiam *Sabech*, condonationis, & remiſſionis reſpectu noſtri dicebatur, quia Crucem figurabat ex qua omnis noſtra ſalus pendet, in ea conſiſtit remiſſio, & condonatio peccatorum: Et propterea Aries qui potuit virtute diuina in alio virgulto detineri, quia Chriſtum Cruci affixum denotabat, in virgulto, *Sabech*, detinebatur, qui venia interpretatur, vt etiã in catena Græca habemus: *Sabech plantæ genus, quod nomen apud Hebræos veniam ſignificat, quod ad myſterium facit.* Et rectè quia per Crucem veniam conſequuti ſumus, & libertatem, ac vitam. Accipe, quæ ſapienter dixit Iulius Firmicus Maternus: l *Diuini ac liberantis ligni ordinem diſce, de cataclyſmo humanum genus arca lignea liberauit, deinde Abraham, ligna vnici filij humeris imponit, &c.* deinde concludit: *Lignum Crucis Cœli ſuſtinet machinam, terræ fundamenta corroborat, affixes ſibi homines ducit ad vitam.* Reſtat ergo certum, quod, *Sabech*, Crucis ſymbolum, fuerit Chriſto vinculorum, & ligaminum arbor, nobis autem remiſſionis, & vitæ.

l Lib. de errore prophanæ Religion. c. 28.

Immolatio faciẽda reuelata fuit per Abraham, & Iſ.

116 Supereſt, vt videamus, ſi tantæ excellentiæ fuit Abrahami ſacrificium in Iſaaco iam cœptum, cur compleri noluit in eodem, ſed in ariete compleri mandauit? dignum quidem ponderatione eſt dubium: pro quo ſupponẽdum eſt; quod ſibi immolando Iſaac audito à patre Dei præcepto, libenter acceptauit. Narrat enim Ioſeph; m Quod conſtructo Abraham altari hæc habuit verba ad Iſaac, ò puer quem innumeris votis à Deo optaui mihi conferri, & dum perueniſſes ad vitam, nihil eſt, quod pro alimento tuo non feci, neq; me fœliciorem arbitrabar, niſi cum te viderem ad virilem iuuentutem perueniſſe, & moriens te ſucceſſorem mei honoris, & principatus relinquere; cum gauderem, qui Dei voluntate tuus pater ſum factus, denuo ſecundum eius beneplacitum te repono. Sicq; multis alijs verbis dulcedine plenis præceptum de immolando filio proprijs manibus, Iſaaco reuelauit. Sed quid Iſaac audita per patrem Dei ſententia, cur non contremiſcit? cur non ſupplex orat patrem, vt Deum deprœcetur ſuæ ſalutis obtinendæ gratia? nihil equidem tale cogitat, imo Dei audito præcepto, datis manibus morti pijſſimus libenter ſe obtulit. Quod ita D. Zeno habet: n *Lætatus eſt puer pater fideli ipſe quoque, fidelior, nec recuſabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat imperabat; lætatur pater filio quoq; gaudente, & cum gaudio vnici pignoris alligat manus, quas ille vinciendas libenter offerret.*

m Libr. 1. antiq. c. 22.

Mors libẽter pro Deo aſſumpta ab Iſaac, & Chriſto.

n Lib. 2. de Abraham.

Ex hac Iſaac hilaritate, & animi promptitudine, neſcio, quid prius colligam, virtutem, & eximiam Patriarchæ fortitudinem, quæ ſecundam non habet, Deiq; præclariſſimam dilectionem, quæ alium quemlibet affectum ſuperat; an virtutem filij, qui nullo accepto à Deo præcepto, ſed ſolum à patre ſibi reuelato propriam fundere vitam non timet, ſed libenter ceruicem gladio præbet amputandam? Neſcio equidem, nec mirum, talis enim obedientia in eo commendatur, vt difficile ſit ſententiam ferre, vtrum eximiam patris virtutem ſuperarit. Accipe Chryſoſtomum in eadem ambiguitate exiſtentem: *Vtrum admirer* (ait,) *& obſtupeſcam iuſtius, fortem ne Spiritum Patriarchæ, an pueri obedientiam, quod neq; reluctatus eſt, neq; factum ægre tulit, ſed ceſſit, & obtemperauit his, quæ à patre geſta ſunt, & ſicut agnus cum ſilentio ſuper altare accubuit, expectans patris dexteram.* Et poterat equidem recuſare, quippe qui (cum iam vigeſimum quintum annum attigiſſet, & Patriarcha iam fere ætatis eſſet decrepitæ) viribus præſtantior erat, ſed nihilominus ligari voluit, vt Deo obediret; & ſua obedientia figurauit, quod in Chriſto completum eſt; qui Cruce à patre accepta: *Factus illi obediens vſq; ad mortem*, in Cruce ſe obedientem filium patri exhibuit. Nunc ad dubium propoſitum cur quod cœptum erat in Iſaac compleri voluit in ariete? erat nè maioris æſtimationis aries, quam Iſaac? minime: quare ergo non victimam in Iſaac complendam, petijt? forte dices prohibuiſſe Dominum, qui per Angelum repræſentabatur, (aut erat) Iſaacum immolari, quia complendum ſibi reſeruauit ſacrificium. Vnde Clemens Alexandrinus declarans Iſaacũ typum fuiſſe Chriſti, ſubiunxit. o *Hoſtia autem ſicut Dominus, ſed non oblatus eſt, vt Dominus, Ligna ſolum ſacrificij portauit Iſaac, vt lignum Dominus. Solummodo autem iure Iſaac non paſſus eſt, qui primas paſſionis partes verbo ceſſerit.* Ita amabat Crucis ſacrificium, vt nec ſymbolice voluerit Chriſtus quod ſibi gloriam aliquis mortalium præriperet. Iuxta enim Procopium: *Filius Dei loquitur, ſcilicet magni conſilij Angelus, &c. qui clamando occurrit, & tenuit dexteram Abrahæ, ne ſibi debitum triumphum, opere tandem cruento conſummatum, alius prælibaret.*

Iſaac fortitudo & virtus.

Chriſtus cur voluit ſacrificium compleri non in Iſa. ſed in ariete.

o Lib. 1. pedag. cap. 5.

117 Rectè quidem hoc, verum propoſitæ difficultati minimè ſatisfacere videtur, quia etſi præfata probent, quare non voluerit cœptũ ſacrificium conſummari in Iſaac; non tamen exprimunt quare perfici iuſſerit in ariete. Vt ergo quantum valeo, ſatisfaciam; dico id, ita factum fuiſſe, vt omni ex parte ſacrificium illud, quod erat typus, & figura ſacrificij perficiendi in Cruce; puriſſimum eſſet, & abſq; macula, & ſanctitate dignum: Quale non foret illud completum in Iſaac nec cœptum, & completum in ariete, neuter enim ex ſe ſufficiens erat; Ad cujus rei intelligentiam aduerte, quod nunquam legimus in ſacro textu hominis ſanguinem voluiſſe Deum in ſa-

Cur ſanguis animaliũ, & auiũ ad ſacrificiũ recipit. & non hominis.

Digitized by Google

in ſacrificium; & vbi tantam animalium multitudinem ex lege præſcriptam legimus, ex quorum ſanguine immolationes fiebant, hominis ſanguinem non inuenimus à Deo quęſitum, nec ad purgandum, nec ad lauandum. Cur ergo auium, & animalium ſanguis ad ſacrificium eſt aptus, ſanguis autem hominis ineptus? Ratio fuit, quam innuimus, quia ſcilicet non eſſet primum ſacrificium, purum requirens ſanguinem, & ſine macula. Nam vt dixit Paulus, *ab immundo quis mundabitur.* Sanguis autem animalium, & auiũ purus erat, & ſine macula culpæ, cuius incapax eſt animal, ſed adhuc ſufficiens non erat ſanguis animalium culpa carentium, cum etiã ſit ſanctitate alienus, neceſſaria ad purificandum, & ſanctificandum. Ex quibus infero voluiſſe Deum vt figura ſacrificij inciperetur in Iſaac, vt per ſuam obedientiam, Chriſti obedientia ſignificaretur, qui voluntariè, & ſpontè ſe morti tradidit, cuius obedientię capax non erat aries. Sed quia; p *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*, vt dixit Apoſtolus noluit, vt de ſãguine Iſaac fieret aſperſio, quia cum eſſet humanus ex ſe non immaculatus, ratione maculæ illum reiecit, nolens per ſanguinem maculatum præfigurari Chriſti ſanguinem puriſſimum, vndequaque perfectum ad lauandas generis humani maculas; *Vt exhiberet ſibi* (ſecundum Apoſtolum) *Sanctam, & glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam.* q Vt Chriſti ergo ſacrificium, in figura haberet, quod habiturum erat in Cruce, voluit ſanguinem arietis ſine macula, & obedientiam Iſaac in ſignum ſanctitatis. In ariete oſtendebatur victimæ puritas, & in Iſaac ſanctitas.

p *ad Heb. 9.22.*

q *ad Eph. cap.5.2.*

Explicantur qui negant obedientiam ex præcepto in Chriſto.

118 Si igitur ad oſtendendã Chriſti obedientiam, pręcepit Deus Abrahamo, vt proprium filium immolaret, & Iſaac de obedientia miris modis laudatur, eo quod libenter audito præcepto Dei ad mortem ſe diſpoſuit, & non renuens, ſe à patre ligari permiſit: Quis negabit in figurato, quod conceditur in figura? dicamus ergo quod pręceptum adfuit patris, & ſponte ſe morti tradidit Chriſtus; per obedientiam ſatisfecit patri, & per ſpontaneam voluntatem amori.

Nunc ad Chryſoſtomum, qui negare videbatur, dico: quod fortè intelligebat de præcepto coactiuo tollente libertatem, non de præcepto ſuauiter eum mouente ad mortem, quæ forſitan ſuauitas clauditur in eo, quod dixit ſignificare, cum patre concordiam. Similiter ad Anſelmum, qui clare loquitur, dicens: *Nulla cogente obedientia*; nam in ſenſu diuiſo, & abſolute, non obſtante, quod habuerit præceptum moriendi, potuit Chriſtus non mori: Secùs autem in ſenſu compoſito, ſeu ex ſuppoſitione, cuius neceſſitas non tollit libertatem, nec indifferentiam, neque poſſibilitatem ad oppoſitum: erat enim in Chriſto illa indifferentia, quę eſt de eſſentia libertatis, & dicitur ſecundum Diuum Thomam, in ordine ad finem. Sic ergo declarandi ſunt Diuus Thomas, & alij patres, dicentes: quod Chriſtus non inuitus, non reluctans; Sed ſpontè, & voluntariè ſe morti obtulerit, & obediens Sacerdos, & hoſtia inclinato, ſeu vt auicula illa retorto ad collum capite in ſignum obedientiæ. Liberè emiſit Spiritum.

Sed non ſolum in illa Circunſtantia retorti ad collum capitis Chriſti obedientiam intelligere placet. Verum in ipſa columba, quæ ſupra caput Chriſti de Cœlo apparens, oſtenderat, quanti fiat à Deo puritas, ſimplicitas, & manſuetudo ſerui obedientis, eandem obedientiam Chriſti cognoſcimus. Etenim quando, vt legitur in Sacro textu dimiſſa fuit columba à Noe, r vt videret, ſi ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ, ſicut, & miſerat coruum; Coruus non redijt vlterius ad iuſti contubernium, quia vitium ſignificabat, at verò columba, quæ virtutem repræſentat; Miſſa, obedit quidem, ſed iuſtum in arca repetit. Columba etiam Chriſtus eſt, nam ſicut illa fuit pacis indiciũ, & miſericordiam attulit virentibus oliuarum folijs. Ita Chriſtus per aquas baptiſmi ſigna pacis, & ſecuritatis mundo attulit; & totaliter dedit, quando tanquam agnus coram tondente obmutuit in ſignum promptæ obedientiæ; quod etiam tanquam columba hoc idem expreſſit, cum aduerſus interfectorem non reluctans, ſed omnia patienter ferens, mortuus eſt. Vnde Bernardus explicans illud Ioan. 1. & Matt. 3. de baptiſmo Domini, ſubiunxit: *Non incongruè ad indicandum agnum Dei venit columba, quia nihil melius agno conuenit, quam columba. Quod agnus in animalibus, hoc columba in auibus eſt ſumma vtriuſque innocentia, ſumma manſuetudo, ſumma ſimplicitas. Quid enim ſic alienum ab omni malitia, ſicut agnus, & columba. Nocere cuique neſciunt, lædere non nouerunt.* Ecce quam per optimè Chriſti ſymbolum ſit columba, & agnus, vt vtriuſque in ipſo obedientia appareat, & puritas.

r *Gen.8.8.*

Chriſtus columba, & agnus.

119 Sed quid mirum ſi Miſſa ex arca columba Chriſti ſit obedientiæ ſymbolum, quando, & ipſummet Nœmum Chriſti obedientiam figuraſſe, clarè conſpicimus. Etenim vt legimus in eo ... contextu poſt aquarum ceſſationem, & poſtquam ex diſceſſu columbæ intellexerat Noe exſiccatam eſſe aquam adhuc per quinquaginta ſex dies manſit quaſi carceribus mancipatus. Cur obſecro non egreditur ad vtendum tellure iam exſiccata, eaq; fruendum? Quis nauta poſt diuturnam nauigationem optatiſſimum de naui egreſſum non feſtinat accipere? Cur ergo Noe ſtatim exſiccatis aquis non exilijt, non erupit, non deſcendit in arenam, vt conſtructo altari victimas Domino offerret, & pro incolumitate miraculoſa gratias ageret? Non eſſet nè religionis actus? eſſet quidem, & ſumma virtus; tunc Deo ſacrificium offerre, quare ergo diuinum expectauit imperium, & præceptum? (*Egredere de arca: & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum.*) ſ (Quia poſtponendum eſt obedientiæ ſacrificium, cum melior ſit obedientia, quam victimæ. Et perfectus obediens nec difficilia exhorreſcit,

Chriſti vera obedientia Symbolum in Noe non egredientis abſque licentia.

ſ *Geneſ. 8. 16.*

Digitized by Google

reſcit, neque facilia concupiſcit, ſed pari celeritate ad hæc, illaque impellitur, ſolo obedientiæ ſtimulo incitatus. Et ſi dicas non habuiſſe Noe præceptum non egrediendi, neque, vt tali, vel tali die egrederetur, quo coactus ſtatutum tempus expectauerit. Reſpondet Rupertus. t *Viri iuſti, atque perfecti magna in hoc quoq; iuſtitia, atq; perfectio cōmendatur laude digna, quod tam diu carcere incluſus, non erupit ſolutus, mox vt terram vidit; Sed ſicut præceptum obediendi fideliter accepit, ſic & egrediendi licentiam patienter ſuſtinuit.* Cuius ratio iam aſſignata fuerat ab Ambroſio his verbis. u *Recedente aqua, & ſiccata terra exire potuit Noe de arca, ſed iuſtus nihil ſibi arrogat, ſed totum ſe diuino cōmittit imperio, & maximè qui cæleſti fuerat ingreſſus oraculo, cæleſte debuit, vt egrederetur, expectare reſponſum.*

t *Lib. 4. c.26.*

u *Libr. de arca, & Noe. c.21.*

O quam excellens figura obedientis Chriſti ex hoc quod Noe fecit, habetur, pro qua re, Notandum eſt, quod dum iam erat in cruce Chriſtus, vltra varia carnificum tormenta, blaſphemantium voces, & exprobrantium ſuſtinuit patienter: Et hoc quoque prænunciatum fuerat à Dauide. x *Omnes videntes me deriſerunt me: Locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.* Et quia magna erat Iudæorum barbaries, & ſæuitia, exclamabant prætereuntes, & dicebant: *Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud ſalua temetipſum: Si filius Dei es, deſcende de Cruce.* Templi deſtructorem eum vocant, & improperant, eo quod deſtruere, & reædificare templum, quod certe ingens, & vaſtum erat, ſe iactauerat; à Cruce tamen, quod minus quid eis videbatur, non ſe liberaret. Imò & miracula facta colligebant non ope Dei, ſed Belzebut, aut falſa; Siquidem Deus eum, qui ſe dicebat filium ſuum, in tanta afflictione poſitum, non ſaluaret; & à Cruce liberaret. Nihilominus ſi viderent eum à Cruce deſcendere, ſe in eum credere promittebant.

x *Pſ.21.8.*

Chriſtus cur noluit deſcendere de Cruce.

Matt. 27. 40.

120 Dubitatur modo, qua ratione noluerit filius Dei deſcendere, vt & illi crederent? Si venerat pro omnibus, & præcipuè pro filijs Iſrael, & iſti iam credere promittunt, ſi deſcenſum vident à Cruce, quare vt tot ſaluos faciat, non deſcendit? An fortè quia non poterat? abſit. An vt doceret nos nihili faciendi impiorum improperia, vt de Hercule legimus; *Eum non minus, ac muſcas curaſſe verba moleſta?* Sic videtur affirmare Auguſtinus dicens. y *Quia potentiam docebat, ideo potentiam differebat. Si enim commotus ad eorum verba deſcenderet; victus conuitiorum dolore putaretur, &c. Diſtulit potentiam, quia de Cruce noluit deſcendere, qui potuit de ſepulchro reſurgere.* Et Sanctus Gregorius, ait. a *Si tunc de Cruce deſcenderet nimirum inſultantibus cedens virtutem nobis patientiæ non demonſtraret, ſed expectauit paululum tolerauit opprobria, irriſiones ſuſtinuit, ſeruauit patientiam, &c.* Nec Iudæi per deſcenſum de Cruce fortaſſe conuerterentur, qui per Cœli, & terræ prodigia iam in morte viſa, duriores effecti, non ſunt conuerſi, ſcilicet ſunt petræ, non eorum corda, ſed lapidibus duriora remanſerunt.

Vt patientiam doceret.

y *tract.37 in Ioan.*

a *Hom.21 in Euang.*

Sed melius ad intentum dicam: Chriſtum Dominum (cuius figura fuerat Noe) per obedientiam patris in Crucem ſalutis arcam aſcendentem, noluiſſe ab illa viuum deſcendere, non obſtante, quod prætereuntes blaſphemabant, & dicebant: b *Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Et ratio optima eſt, quam Bernardus affert, dicens. c *Satagebant nimirum, vt non ſit iam obedientiæ forma. Illi improperant, ſed Dominus interim obedientiam implet; iuxta illud: Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam.* Eoque laudabilior hæc Chriſti obedientia, illa Noe, quo magis ſpontanea fuit. *Ingredere* dixit Dominus, *arcam tu & omnis domus tua, &c.* At non illi præſcripſit, ne hinc abſque meo imperio egrediaris, iuſtus autem etiam poſt tellurem exſiccatam in eodem carcere ſe detinet, Domini vocem, *egredere,* præſtolatus, quia vt paulo ante diximus; Licet victima optima ſit, ei tamen præferatur obedientia. *Omnia enim bona opera* (inquit Diuus Gregorius. d *Poſtponenda ſunt his bonis, quæ iubentur.* Propterea ergo Chriſtus non deſcendit de Cruce, vt oſtenderet ſe maximi facere obedientiam, & pluris quàm propriam vitam, quod bene expreſſit Bernardus, dicens: e *Vita quoque ipſe Saluator prætulit hanc virtutem eligens magis animam ponere, quam obedientiam non implere. Poſtremo, & ipſum nomen Ieſu quod eſt ſuper omne nomen, & in quo flectitur omne genu Apoſtolo teſte* (Philipp. 2.) *obedientiæ remuneratio eſt.*

b *Mat.27 42.*

c *Serm.1. de paſch.*

Non deſcẽdit vt ſuã oſtendere obedientiã.

d *In 1. Reg.15.*

e *Vbi ſ.*

121 Hanc eandem obedientiam Chriſti colligo ex illis verbis ab ipſo Chriſto in actu ſacrificij ſuper Crucis aram prolatis. f *Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me.* Continuè orabat in Cruce ſe ſeque totum in victimam Deo offerebat pro ſalute hominum, recitans Pſalmum vigeſimum primum, qui totus eſt de Chriſti paſſione, vt oſtenderet ſe eſſe Meſſiam, & ex illo Pſalmo poterant Iudæi cognoſcere, cur non ſe liberare, & à Cruce deſcendere voluiſſet; nimirum quod ex Patris decreto moriẽdum illi erat in Cruce pro ſalute hominum.

f *Matth. 27.46.*

Sed cur patrem vocat eum, à quo clamat ſe derelictum? Quomodo pater eſt, ſi filium ab imminenti morte non eripit, nec vlla conſolatione, tam diram paſſionem in carne, & inferiore animi pater mitigat; ſed eum doloribus, & tormentis cruciari, permittit? Si Filius Dei eſt, cur à Deo patre in Cruce derelictus? Si Filius Dei eſt, cur pater ad aliud, non eum ſuccurrere feſtinat, niſi ad ſuſtentandum eum in tormentis, eiq; vitam ad plura, & plura diriora patienda prorogare videtur? Cur tandem pijſſime Domine, in atroci Crucis ſupplicio patrem vocas eum, qui te dereliquit.

Reſpondet Chriſtus ſe fidenter loqui, quia obedientiſſimus eſt, qui enim obedit, omnia ſua facit, qui per obedientiam patitur, Deum patrem habere ſecurus eſt; & ideò clamat ad eum,

Cur patrẽ vocat, à quo derelictus.

Digitized by Google

cum, & dicit, ſe derelictum, vt oſtendat ſibi ſacrificium acceptum, quod ipſe voluntariè offerebat. Audiamus Drogonem. g *Nec paruam confidentiam familiaritatis, germanitas quæ in conſpectu patris non tam derelictorum ſollicitudinem gerit, vt ſe quoq; in eo, quod conſtat voluntarium, & ſpontaneum dicere non dubitet derelictum*. Etenim cum Patris æterni pectus omni prorſus ingratitudine careat, impoſſibile videbatur verbis Chriſti tam pijs, tamq; ſuauibus, ac viuis operibus eius, gratitudinis ſigno non correſpondere, eaq; opera ſibi grata eſſe, non oſtendere, & conſequenter non fateri Chriſtum eſſe ſuum dilectiſſimum filium. Nam ſi in mõte Thabor ſumma circundatus gloria, eo, quod; *De exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem*, ſcilicet in ara Crucis moriturus; dixit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipſum audite*: Quid diceret in actu obedientiæ, quæ opere completur non complenda memoratur: quando de morte non loquitur, ſed moritur: Non glorioſus apparet, ſed quaſi leproſus; ſuum per totum corpus verſans ſanguinem. *Impoſſibile ſane eſt* (inquit idem Drugo,) *vt in patrem bonum bonæ voluntatis cadat ingratitudo, & non magis tam benigno dilecti ſibi filij affectu complaceat*. Inſuper addit rationem, quare non poſſit ei contradicere, dicẽs: *Suum dicit, vt manifeſtum fiat quod ille, qui ſuus eſt in nullo ei contradicere poſſit*. Si ergo ſibi abſq; vlla contradictione parendum erat Deo patri præcipienti, vt moreretur in Cruce; ab ea non deſcendere, ſed vt victima in ea mori debuit, &c.

g Tom. 2. de Sacramen. Dominicæ paſ.

122 Sed mirum non ſit Saluatorem noſtrum vſque ad Crucem paruiſſe patri, quippe qui etiam vſq; nunc, & ſemper parere non ceſſat. Apud Lucam legimus obedientiam à Chriſto exhibitam Sanctiſſimæ Matri, & Ioſepho eius putatiuo patri, & Virginis Spõſo, quando, vt ait ſacer textus. h *Deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis*: Vbi adnotat Gloſa Intel. ſuper ly *deſcendit*, ex obedientia, humilitate prodijſſe; ait enim: *Vere deſcendit, qui humiliatur ſub illis*. Huc vſq; & non plus vltra extollenda eſt obedientia, ita Dei filius erga obedientiam affectus amore conſpicitur, vt ſeſe hominibus fieri ſubditum, non dedignetur. *Et erat ſubditus illis, Quis? quibus?* (exclamat Bernardus) *Deus hominibus, nec tantum Mariæ, ſed & Ioſeph? vtrinq; ſtupor, vtrinq; miraculum: Et quod fœmina Deus obtemperat, humilitas ſine exemplo: Et quod fœmina principatur Deo, ſublimitas ſine ſocio, &c.* Et Sanctus Baſilius ait. i *In prima ætate* (Chriſtus) *ſubditus parentibus laborem corporalem manſuete, & obedienter ſuſtinuit*.

h Cap. 2. 1.

Chriſtus tiam hominibus be..iens.

i In cõſtit. monaſt. ap. 4.

Ceſſet tamen ſtupor, ceſſet admiratio, ſi aliqua eſt in contemplantibus Chriſtum, ita patri obtemperantem, vt inter anguſtias mortis à principio, quod voluntati patris ſua fuerit conformis, teſtatus ſit: dicens. k *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Nec Paulus miratur, quod fuerit Chriſtus obediens, vſq; ad mortem; conſpiciens quod tanta humilitate obediens, & ſubditus erat illis, qui enim hominibus paruit, non multum erat Deo parere. Ideò Sanctus Ambroſius dixit: *Magiſter veritatis officium implet pietatis, & miramur, qui ſubditus eſt matri*. Patri ſuam promptam oſtenderat obedientiam vſq, ad mortem à natiuitate, & in ipſa morte, quando ſe immaculatam hoſtiam obtulit, quodq; ingrediens paſſionis mare declarauit, per ly, *non ſicut ego volo ſed ſicut tu*.

k Math. 6. 39.

Sed nunquid poſt mortem illa voluntatis conformitas durat, an vero ſicut, & noſtra per mortem ſoluitur? abſit hoc dicere. Nam ſempiterna Chriſti obedientia ex iiſdem verbis colligitur; dum enim caro reluctare videbatur, eiq; moleſtiſſimum eſſe tota vita obedire oſtendebat; calicẽq; paſſionis tranſire obnixe rogabat. Exurges ex aduerſo ſpiritus ad obediendum promptus, non longiſſimam, ſed per omnem æternitatem obedientiam Chriſti patefecit, dicens: l *Non mea, ſed tua voluntas fiat*. Id quod prius ſignificauerat Chriſtus in Ioanne quũ dixit. m *Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam, ſicut audio iudico. & iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam. ſed voluntatem eius, qui miſit me*. Vbi Auguſtinus dicit: *Non quia ipſius in iudicando nulla voluntas eſt, ſed quia non ita voluntas eius propria, vt ſit à patris voluntate aliena*. Manifeſtauit ergo, quod voluntas eius plene ſubiecta, & conformis eſt voluntati diuinæ, & hoc in vita, in morte, & poſt mortem; ſicut elegantiſſimè obſeruauit Gregorius, dicens. n *Nobis quippe obedientia, vſq; ad mortem ſeruanda præcipitur. Ipſe autem ſi ſicut audit iudicat, tunc quoque obedit cum iudex venit. Ne igitur nobis, vſque ad præſentis vitæ terminum obedientia laborioſa appareat, Redemptor noſter indicat; quia hanc etiam cum iudex venerit, ſeruat. Quid ergo mirum ſi homo ſe obedientiæ in præſentis vitæ breuitate ſubijcit, quãdo hanc mediator Dei, & hominum, & cum obedientes remunerat, non relinquit*. Nihil dici poterit luculentius ad commendationem obedientiæ, quam Dominus Ieſus tanti fecit, vt etiam in cæleſti regno conſiſtens, obedientiam exhibeat. Audit enim æternum patrem; Et ex præſcripto patris, ſic iudicat. Sufficiant ergo hæc in præſenti.

l Luc. 22. 42.

m Cap. 3. 50.

n Lib. 25. moral. cap. 11.

CAPVT IX.

Primum, & præcipuum ſacrificium Religioſi in Sancta Religionis Cruce, Obedientia eſſe, debet, ad inſtar Chriſti.

123 QVi conſeruat legem (ait Ieſus Sirach,) o *multiplicat oblationem: ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis*. Religioſis omnibus præcipue conſuluiſſe his verbis

o Eccleſ. 35. 1. 2.

bis

Digitized by Google

bis arbitror. Ipſi enim regulam, quam profeſſi ſunt ad vnguem ſeruandam propoſuere, vt ſic ſub Cruce religionis ſeſe hoſtiam viuam Deo offerant; omnibus enim operibus, quæ in religione fiunt, tanquam ſacrificijs ſibi oblatis, ac ſuauitatis odore redolentibus, delectatur Deus. Hinc eſt quod Auguſtinus dixit: p *Verum ſacrificium eſt omne opus, quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo, relatum ſcilicet ad illum finem boni. quo veraciter boni eſſe poſſimus.* Quod ex verbis Pauli magis probat, qui ad Romanos ait; q *Obſecro itaq; vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Vbi ſubdit Auguſtinus: *Si ergo corpus quo inferiore tanquam famulo, vel tanquam inſtrumento vtitur anima cum eius bonus, ac rectus vſus ad Deum refertur ſacrificium eſt; quanto magis anima ipſa, cum ſe refert ad Deum, vt igne amoris eius accenſa, formam concupiſcentiæ ſecularis amittat, eiq; tanquam incommutabili formæ ſubdita reformetur; hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit; eſt ſacrificium.*

p *Lib. 10. de Ciuit. cap. 6.*

Obediētia primum religioſi ſacrificium.

q *Cap. 12. 1.*

Cæterum inter omnia religionis opera, præcipuum ſibi vendicat locum, Obedientia, quæ vt diximus in principio, eſt ſublimior Crux, in qua ad inſtar ſui crucifixi, tanquam in ara ſe ſponte, & perfecte Religioſus ſacrificat: nā ſi, vt prædicat Eccleſiaſticus: *Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis.* Bonus Religioſus animam ſuam Deo offert, & mactat pro lege, & regula obſeruanda: *Nobiliſſima enim eſt victima, quando,* (vt ait Sanctus Gregorius.) r *Gladio præcepti ſe immolat.* O' Sancta obedientia, quæ propriam mactat voluntatem, & iudicium Deo. Hæc eſt vera Chriſti ſequela, tunc perfecte religioſus Crucifixum imitatur, eumq; pendentem in Cruce contemplatur; ac inſpectorem ſui operis ipſum Chriſtum habet, quando legi, & ſuo ſuperiori obtēperat. Innuit hoc Sanctus Gregorius perfectionem obedientiæ deſcribens, in verbis illis libri quarti Regum capite primo. ſ *Septem diebus expectabis me* (inquit) *hæc profecto eſt forma electa obedientiæ, vt in omni quod foris agimus ad potentiam conditoris vbique præſentem inſpiciamus. Sic nimirum in ſubditione obedientiæ noſtra habere poſſumus & rectitudinem operis, & incrementa deuotionis. Recti quidem tunc ſumus opere; quia pro eo quem cernimus, nos in labore obedientiæ exercemus. Deuoti etiam ſumus; quia ei nos placere credimus, quem inſpectorem noſtrorum laborum attendimus, & largitorem æternæ retributionis.* Et qualiter ſe obedientes ſacrificent, ſubſequitur cap. 10. dicens: *Sola obedientia virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cuſtodit. Hinc melior eſt obedientia quam victima, quia per victimas aliena caro; per obedientiam vero voluntas propria mactatur.*

r *Lib. 35. moral. ca. 10.*

ſ *Cap. 1. 10.*

124 Optimè Gregorius, quod fortaſſe ex Hieremia propheta didicerat; ille enim prædixerat melius ſacrificium eſſe obedire, quam victimas offerre animalium, dicens: t *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocauſtomatum, & victimarum: Sed hoc verbo præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus.* Nunquam ſe Deum de ſacrificijs loquutum, nunquam eis victimas præcepiſſe, clamat Deus per Prophetam, ſed vt eius audita voce, obedirent. Mirum equidem poteſt hoc eſſe legenti, etſi parum in Scriptura verſato; & difficultatem, ſic proponere; qui tot, tantaque ſacrificia, victimas, & holocauſta voluit, quanta facta ab antiquis patribus cum diſpenſatione diuina recepit, non ſine cordis lætitia, & odoris ſuauitate. Qui innumera animalia offerri mandauit in Leuitico, & modum etiam offerendi deſcripſit; vt eſt etiam textus, quem in hoc tractatu aſſumpſimus conſiderandum. Quomodo aſſerere poteſt non præcepiſſe victimas, & ſacrificia, &c. Hieronymus ait hic manifeſtè intelligi: *Quod primum decalogum dederit in tabulis lapideis, ſcriptum digito Dei, & poſt offenſam idololatriæ, caputque vituli, poſtea ſufferit ſibi magis fieri, quam dæmonibus: auferens puram religionem mandatorum Dei: & concedens ſanguinem victimarum, carniumque deſiderium.*

t *Cap. 7. 22. 23.*

obedientiā melior quā ſacrificiū.

Bona equidem expoſitio iſta eſt, ſicut, & aliæ quam plures; quas inter dicendum mihi videtur, quod non petierat Deus primo, & principaliter illa ſacrificia; ſed veluti ſecundariò & conſequenter. Nec mirum cum vſus ſcripturæ ſit aliquando abſolutè negare, tanquā ſi non fieret, quod non fit principaliter. Teſtatur hoc Paulus dicens: *Non miſit me Dominus baptizare, ſed euangelizare.* Et tamen ſcimus omnes Apoſtolos à Saluatore ad baptizandum miſſos. *Ite, & baptizate.* Paulus ergo etiam ad baptizandum fuit miſſus, ſin autem ſuam eſſet vocationem tranſgreſſus; quia iam poteſtate vſus eſt baptizandi: at negando, fuiſſe ad baptizandum miſſum? fatetur munus ſuum principale non fuiſſe ad baptizandum. Ita Deus non petijt principaliter ab Hebræis, vt primo loco animalium ſacrificia, victimas, & holocauſta offerrent; ſed propriæ cuiuſque voluntatis ſacrificium, quod eſt obedire voci eius, vt dixit Gregorius. Propterea dixit Propheta. *Audite vocem meam, &c.* Antefertur enim obedientia & præponitur ſacrificio. Et rectè quidem ac ritè, nam obedientia ſolius Dei eſt, eique ſoli inhæret; at victimæ communes eſſe poſſunt Deo, & Idolis, ideò magis quam victimas, obedientiam quærit. Audiamus Theodoretum, qui in quæſt lib. Reg. dicit: *Ecce non tam vult Dominus holocauſta, & ſacrificia, quam audiri vocem ſuam.* Quaſi apertè diceret; vult primo obedientiam, & ſecundario ſacrificia.

125 Et horum ratio eſſe poteſt, & quia obedientia res melior eſt; & quia non obedire grauiſſimum peccatum eſt. Prima pars patet ex dictis paulo antè, & ſæpiùs; & magis explicatur ſi conſideremus omnia verba à Sa-

Digitized by Google

u 1.*Reg.*15

Cur melior ſit obedientia.

Samuele Regi Saul dicta. u Nempe: *Nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius, vt obediatur voci Domini. Melior eſt enim obedientia, quam victima, & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum, &c.* Cur Domine melior obedientia, quam ſacrificium? cur non ſufficiebat Sauli tot ſacrificia obtuliſſe? quia Deus mortuorum non veſcitur animalium carnibus, cum Dominus ſit omnium teſte Dauide, qui ait: x *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam mea ſunt omnes feræ Syluarum, iumenta in montibus, & boues: cognoui omnia volatilia Cœli, pulchritudo agri mecum eſt; Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius.* Obedientiam petit & non ſacrificiū; melior enim eſt propriæ voluntatis ſacrificium, quia eſt de re meliori, & quam ex ſe non habet, cū noſtra ſit, & libera. Propterea Arias Montanus legit: *Ecce audire præ ſacrificio bonum.* Et Pagninus: *Nunquid voluntas Domini in holocauſtis, & victimis vt in obtēperando voci Domini (ecce parere, quā ſacrificium melius, auſcultare quam adeps arietum.*

x *Pſal.*50. *v.*10.11.12.

Secunda vero pars de peccato inobedientiæ, quod an ſit grauiſſimum, ex hoc patere ſolum poſſet, quia inobediens inferni clauſtra aperit, clauditque obediens. Sed dices non ſunt alia, & grauiora peccata, vt adulteria, ſtupra, inceſtus, & idololatriæ? Verum eſt, an licet maximum peccatum ſit idololatria, non eſt maius, quā inobedientia, ſed æqua lance currunt, pari grauitate notantur. Dixerat hoc idem Samuel inobedientem Saulem obiurgans in contextu citati capitis, ſic: *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.* Vbi clarius traduxit Pagninus dicens: *Peccatum diuinationis eſt rebellio, & Idolum, & Teraphim tranſgredi.* Vatabl. *Contumacia peccatum eſt magia, & obfirmare animum peccatum eſt idololatria.* Simmachus: *Peccatum augurij eſt contentio, peccatum autem idololatriæ inobedientia.* Quid clarius? ex communi ergo ſententia inobedientes dicuntur diuinatores, malefici, magi, auriſpices, & dæmonum cultores, vt peſſimi idololatræ, currunt ergo ex pari inobedientia, & idololatria. Vnde ex Hebræo noſter Rangolius in expoſitione textus, affert: *Pari ſcelere cum idololatra conſtringe, qui Deo præualere velit. Hoc eſt* (declarat ipſe) *qui ſuam potius velit ſententiam obtinere, quam Dei.* Habe eum tanquam Idolatram, qui obedire recuſat, & ſuam facere curat, non Dei voluntatem: quare velut rebellis dignus eſt, vt bonis omnibus priuetur, ſicut Saul iam priuatus exiſtit; Cui Samuel: *Pro eo quod abieciſti ſermonē Domini, abiecit te Dominus ne ſis Rex.* Flamius legit: *Dolores & gemitus ad te adduxiſti.* Regia, & Cōplutēſis. *Dolores, & labores inducunt.* Inobediētia magia, & idololatria, claudunt Cœlū, priuant gloria, reſerant infernū ad deuorandos inobedientes idololatras; quia diuinæ voluntati contumaces, propriæ obediunt, & præcipitantur. Adeò, vt dixerit Bernardus. a *Ceſſet propria voluntas, & infernus non erit.* Et Auguſtinus hoc idem dixit: b *Ceſſet voluntas, & ecce infernus clauditur.* Inferni pœnas, flammaſque æternas cauſat voluntas propria, quæ mergit in profundum, &c.

Inobedientia peccatū eſt grauiſſimum, vt idololatria

a *Ser.*1.*de* [illegible]*ſtor.*

b *t.*10.*ſer.* 31. *ad frat.*

126 Ex his infero, quod tunc verè Religioſus inſtar Chriſti tanquam obediens columba ſe ſacrificat, quando ſimplex, & mitis cum ſuo prælato, velut columba cum Noe placidè in arca Religionis cohabitat, ac miſſus à Superiore nec reluctatur, nec quæritur ob temporum pericula, ſed peractis peragendis ad ſuperiorem regreditur, deſignans manſuetudinem, ac obedientis filij modeſtiam. Vtpote qui etiam ardua ex præſcripto egrediens, nō quærulum, aut aſperum, quid obmuſſitat. Vnde Bernardus, ait: c *Bonus obediens dat ſuum velle, & ſuum nolle, vt poſſit dicere: paratum cor meum Deus, paratum cor meum; paratum quodcunque præceperis facere; paratum ad nutum cuius obedire, paratum tibi vacare, proximis miniſtrare, me ipſum cuſtodire, & in cœleſtium contemplatione requieſcere. Obediens eſt amabilis ſocius, omnibus officioſus, & nulli oneroſus, deuotus ad Deum, benignus ad proximum, ſobrius ad mundum. Domini ſeruus proximi ſocius, mundi Dominus.*

Vera obedientia nō obmuſſitat.

c. *Serm. de Epiph.*

Veræ obedientiæ deſcriptio.

Hanc obedientiam ſeruare debet Religioſus, ſi verè obedire vult, & ſe in obedientiæ cruce tanquam victima offerre. Non quærens cur mihi, & non illi præcipitur; Senior ſum Ego, aut debilior ad ferendum iugum. Non eſt hæc ad obediendum via. Nam vt ait Sanctus Gregorius. d *Vera obedientia nec intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit, quia qui omne vitæ ſuæ iudicium maiori ſubdidit, in hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur operatur.* Et Auguſtinus ad fratres in eremo ait: e *Non placet Deo moroſa, & diſceptatrix obedientia, quæ quidem cum præcipitur; quæritur cur, quare, quamobrem præcipiatur.* Prompta ſit ergo in Religioſo obedientia, ſi Deo placere peroptat.

d *Lib.*2.*in* 1. *Reg. c.*3. *t.* 2.

e *Ser.* 34.

127 Promptitudinem iſtius obedientię ſine vlla reluctatione deſcribit Sacer textus in primo libro Macchab. f *Siluit terra Iuda in diebus Simonis, & quæſiuit bona gentis ſuæ, & placuit illis poteſtas eius.* Regnante Simone ad ipſius nutum terra Iuda quieſcebat. Sed quid dices, intelligit per ſilere, per quieſcere? cur tam communi fruebantur ſilentio omnes habitatores illius regionis? Ratio eſt, quia ipſe Simon, communi omnium bono, dum regeret, intendebat: Adeò, vt quia nemo de illius gubernio lamentabatur, & omnes erāt ad parendum promptiſſimi; dicit Scriptura. *Siluit terra Iuda in diebus Simonis.* Vnde quia Simon interpretatur obedientia, ſub nomine Simonis tria oſtendit contineri prorſus miranda, ſcilicet, vt obedientia ſit grata, pura, & in operis exercitio velox. Grata non murmurans, aut muſſitans, aut reluctans, ſed ſtatim, ac audiuit. *Siluit terra.* Pura nè ſuæ vacet vtilitati, & proprio commodo, ſed alterius voluntatis placito incumbat, vt Simon, qui bono gentis ſuæ intendebat. Velox, & diligens in executione præcepti, quod eueniet

f *cap.*14.4.

Vera obedientia ſit grata, pura & velox.

niet

niet quando, vt ſequitur textus, *placuit illis poteſtas eius*: Quas conditiones his Scripturæ verbis adnotauit Diuus Bonauentura, qui ait. g *Verus obediens debet eſſe ſilens a murmuratione, purus intentione, placens executione*. Et ita eſſe confirmat Iſidorus, quia *facilè agitur, quod libenter auditur*. Et clarius deſcripſit hoc Sanctus Bernardus, dum inquit: *Verus obediens mandatum non procraſtinat, ſed præparat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & ſe totum intra ſe colligit, vt mandatum peragat imperantis*.

g *Serm. 3. Dominicæ infra 8. Epiph.*

128 Rurſus promptiſſimè, efficaciſſimè, & velociſſimè obediēs Religioſus præcurret inſtar Angelorum, qui veluti flamma ignis, totoque ſpiritus impetu currunt, ſi meminerit ſe eſſe equum, aut Dei equitatum ad obediēdum, & ad omne opus bonum, quod iubet, vel conſulit Deus. Legimus enim in Canticis, quod Sponſus Sponſam alloquens, ait: h *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea*. Sed quis iſte equitatus? Aponius, Beda, & Sanctus Bernardus per equitatum accipiunt equos, quos Deus proſtrauit in mari rubro, & ſecundum hanc doctrinam videtur comparare Sponſam non curribus Pharaonis, ſed equis ſuis, quibus pugnans contra illos in mare eos demerſit, vna cum principe, & ſeſſore Pharaone. O quam bene, apteque religioſis omnibus equorum ſimilitudinem conſpicimus conuenire. Etenim Apoſtolis, qui primi, & excellentiſſimi fuerunt equi, ſuccedunt; & animas ereptant, quæ ſub diaboli equitatu perſiſtebant. (*omnes enim qui malè agunt*) dixit Thomas Ciſtercienſis (*ſunt equi in curribus Pharaonis, ſcilicet diaboli, à quo tanquam auriga diriguntur, & agitantur*) per ſanctam prædicationem & exercitia ſpiritualia conuerſæ fiunt equi Dei, in curribus Chriſti, cum frænum diſciplinæ eius ſuſcipiunt, iugum Euangelij portant, & ſpiritu eius aguntur, & à ſeſſore Chriſto ſinunt ſe flecti ad omne bonū quocunque illi libuerit. Vnde Aponius ait: *Mutato magno ſeſſore, magni efficiuntur equi qui portant Spiritum ſanctum; & in quibus ſolebat ſedere Pharao, qui diſperdens, vel diſſipans eos interpretatur, qui vtique princeps intelligitur mundi, nunc vehitur in eis Princeps cœleſtis militiæ Chriſtus. & quos conſueuerant auctores vitiorum miniſtri Antichriſti trahere per ſaxoſa conuallia criminum, nunc à potentibus, & manſuetis equis Apoſtolis vita exemplo, & ſana doctrina trahuntur per iuſtitiæ campos*. Sic ergo aut Pharaonis, aut Chriſti vnuſquiſque efficitur currus: Sed victoria Chriſti in religione præeminet ſemper: Nam vt ait Diuus Bernardus. i *Ibi populus eductus eſt de Ægypto, hic homo de ſeculo; ibi proſternitur Pharao, hic diabolus; ibi ſubuertuntur currus Pharaonis, hic carnalia, & ſecularia deſideria, quæ militant aduerſus animam ſubruuntur: Illi in fluctibus, iſti in fletibus; marini illi, amari iſti. Puto, & nunc clamare dæmonia ſi forte contingat incidere in talem animam, fugiamus Iſraelem, quia Dominus pugnat cum eo*.

h *cap. 1. 9.*

Religioſus obediens eſt equus, aut equitatus Chriſti.

i *Hom. 39.*

Et verè pugnat in anima religioſi Chriſtus, tanquam ſeſſor in equo, qui equus licèt viuus ſit, victima tamen Deo oblata eſt, nō minus, ac victores equi olim Marti ſacrificabantur, teſte Plutarcho. k *Quia animoſa beſtia, & bello apta. & Martialis equus, Dijs verò potiſſimum immolant, quæ his accepta ſunt. & conuenientia. Victor autem equus maſtatur, quia Deo victoria eſt accepta ferenda*. Mactatur quoque victor religioſus equus, ſed continuis diſciplinis, continuiſque ieiunijs, & abſtinentijs, alijſque mortificationibus, non moriens, vt oratione, & contemplatione crucifixi quolibet momento viuam ſe offerat hoſtiam, & malignos ſpiritus proſternat.

k *In quæſt. Rom. 97.*

Equi velocitas ſit in religioſi obedientia.

129 Hoc tamen vnum notare libet, quod equi licet ratione careant, ſunt tamen generoſi, & animoſi, vtq; ad pugnam veloces, cum eis vtuntur duces, ac milites. Sic Virgilius. l

Si qua ſonum procul arma dederunt.
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.

l *3. Georg.*

Vtque hanc velocitatem oſtenderent Poetæ varia varijs dixerunt, vſque adeò vt dixerint non terreſtria eſſe animalia, ſed volatilia, & ſic equos aues eſſe crediderunt, ideoque finxerunt equas ex ventis, non ex equis concipere. Sic Ouidius. m

Ore omnes verſæ in Zephirum ſtant rupibus altis.
Exceptantque leues auras: & ſæpè ſine vllis.
Coniugijs vento grauidæ (mirabile dictu.)

m *3. amor.*

Et de equis Hiſpaniarum hoc ſcribunt Varro n Columella o Plinius p & etiam Virgilius. Sic.

———*Curſibus auras.*
Prouocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis.
Æquora vix ſumma veſtigia ponat arena.
Ille volat ſimul arua fuga ſimul æquora verrens.

n *Lib. 5. de re ruſt. c. 1.*
o *Libr. 6. c. 17.*
p *Libr. 8. c. 42.*

Hanc velocem promptitudinem expoſcit à Religioſis Deus, vt ſicut equi ad curſum feruntur ſolo ſeſſoris ductu, nec diſputant, quare huc, quam illuc potius dirigantur, ita à Deo probentur, qui Dei iugo ſua colla ſubijciunt, Deique mandatis aguntur, quaſi ratione careant: nec enim quorſum, aut quo, vel quare ſibi eundum ſit ante diſquirunt. Non ſecus ac illa Ezechielis animalia. q *Quæ ibant, & non reuertebantur cum incederent*, ad nutum Dei in throno ſedentis, impetu, ac velocitate fulminis: nec tamen oculos in frōte habere dicuntur, quibus viam ante poſitam diſpicerent, ſed dorſa eorum plena erant oculis per circuitum (*totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor*) ne obſtantes viæ difficultates, obiectaque rerum, rationum, ac præceptorum momenta, fixis oculis intuerentur. Quinimo ſupra oculos ſarcina ipſa, quæ portabatur compreſſos, Dei thronum, quo ille flectebat, mirabili deportabant alacritate. Equos igitur, aut iſta animalia imitetur religioſus, vt verus ſit obediens:

q *cap. 1. 18.*

Digitized by Google

diens: ſequatur Deum, aut ſua vice præiatum iubentem, & cæco impetu neſciat, quo eat, nec vllo modo quid de obedientia ſcrutando inquirat, Nam vt ait D. Gregorius. r *Neſcit iudicare quiſquis perfectè didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, ſi præceptis obediat*.

r Lib. 2. in 1. Reg. 3. t. 2.

130 Eandem hanc promtitudinem declarauit Regius vates cum de obedientia populi loqueretur, Deus dicens. ſ *In auditu auris obediuit mihi*. Sed forte quæres, cur non dixerit; voluntatem meam promptè obſequutus eſt, aut iuxta eam ſtatim operatus eſt? Sic enim commendatam relinqueret obedientiam, quæ in exercitio operis ſufficienter cognoſcitur: aut ſi auditu audiuiſſe fatetur, ad quid opus erat ſuperaddere aurem? *In auditu auris*. Certum enim erat, quod aure audierat, cum organum ſit auditus? Reſpondet D. Bernardus. t Aggregatum illud auris, & auditus velocitatem obedientis, oſtendit qui non prius mandatum imperantis audit, quam opere præceptum exequatur; audiant verba eius: *In auditu auris obediuit mihi, vt videlicet oſtenderet, vno, eodemq; momento proceſſiſſe, & imperantis imperium, & obſequium obſequentis*.

ſ Pſ. 17. 45

Vera obedientia moram tollit.

t *Serm. de virt. obed. & eius gradibus.*

Nihil ſub ſole velocius, & celerius currere experimur fulgure; Ideò Chriſtus Apoſtolos alloquens, teſte Luca, dixit: u *Videbam Satanam ſicut fulgur de Cœlo cadentem*. Vt oſtenderet, quia velociter, & quaſi in momento ſpectantibus omnibus Angelis de Cœlo eiectus, cecidit: Sic Euthimius dicens: *Viſus eſt fulguris exemplo oſtendens vehementiam, & velocitatem caſus illius*. Et Chriſtus videtur alluſiſſe ad illud Iſaiæ. x *Quomodo cecidiſti de Cœlo Lucifer*. Et iiſdem verbis labendi, & cadendi fulgur deſcripſit Lucretius: y

u Cap. 10. 18.

x Cap. 43. 12.

y *Lib. 6. Fulguris celeritas, & velocitat.*

Mobilitas autē fit fulminis, & grauis ictus,
Et celeri ferme pergunt, ſic fulmina lapſu,
Inter enim fugit, penetrat per rara viarum
Non igitur multis offenſibus in remorando
Haſitat, hanc ob rem celeri volat impetu labens.

Et Seneca eleganter celeritatem ex obliguitate cognouit dicens: a *Ignes aer trāſuerſos agit. Magna vi illos executi argumentum eſt, quod obliquè feruntur, & præ rapida celeritate apparet illos non ire, ſed proijci*. Hinc à Poetis dicuntur, *obliqua fulmina*, atq; ipſemet Seneca ſcripſit: b *Quem non concutiet cadens obliqua via fulminis*.

a *lib. 2. nat. 99. cap. 28.*

b *In Thyeſt. act. 2.*

Vtitur hac ſimilitudine Deus expeditiſſimam deſcribens promtitudinem ſeruorum obſequentiſſimorum, in illis verbis Iob: c *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, Adſumus*. Quod dictum arbitror præcipue conuenire religioſis, qui velut fulgura, parati, expediti, celeres, rapidique ſunt, vt eant, quo mittuntur. Idq; non obſcurè declaratum fuiſſe exiſtimo in Dauide illis verbis, d *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*. Vtitur enim Deus ſeruis ſuis veluti fulminibus, & ventis vrenti flamma circundatis, tanquam tabellarijs à Domino miſſis. Verbum enim mittere imperantis Principis eſt, qui ſeruo imperat, vt iuſſa executioni mandet. Sed cur non tonitrua Religioſi vocantur, ſed fulgura? quia licet tonitrum antea fit, quam fulgur, nihilominus conſpicitur primò fulgur, cum citius, & quaſi in inſtanti lux per orbem diffundatur. Sonitus autem non niſi medijs ſpeciebus, quarum motu peruenit ad aures, vt Philoſophi aſſerunt: idque per extenſum cecinit Lucretius ex ſententia Epicureorum; lib. 6. dicens:

c Cap 38. 35.

d Pſalm. 103. 4.

Religioſi cur fulgura & non tonitrua dicantur.

Sed tonitrum fit vti poſt auribus accipiamus.
Fulgure, quam cernant oculi, quia ſemper ad aures.
Tardius adueniunt, quam viſum, quæ moueant res.
Id licet, nunc etiam cognoſcere cædere ſi quem
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum.
Ante fit, vt cernas ictum, quam plaga per aures.
Det ſonitum, ſic fulgorem quoque cernimus ante.

131 Ad rem nunc noſtram: Religioſi tonitrua in ſe ſunt, & primo generantur, ſed quomodo id fiat; audi Tigurinam in illud Iob. 6. e *In manibus ſuis abſcondit lucem, & præcipit ei, vt rurſus adueniat, annunciat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit*. Ibi Tigurina aſpiciens ad fulguris productionem, ait: *Nubibus includit exhalationem igneam, eiq; præcipit, vt tendat contra occurrentem vaporem, nunciatque illi ſocia eius, quod indignetur vapori aſcendenti*. Ecce quomodo in Religione tonitrua generantur. Nubes eſt religioſi caro, intra nubem adeſt ignea exhalatio; id eſt anima intellectiua, quæ à terra vſque ad ſupera volat: eſt ignea propter gratiam, & & charitatem, ſed cum vapor terreus, id eſt, appetitus ſenſualis exurgit, & aſcendere conatur rationem; præcipit Deus religioſis, vt fractis, ruptiſque nubibus, id eſt, macerata carne cilicijs, diſciplinis, alijſque pœnitentijs, grauis pugna fiat, & tunc pugna peracta, id eſt, ex colliſione carnis egreditur fulgur, ſuoque fulgore replet orbem. Sed vbi fit iſta tonitrui pugna, & iſta fulgoratio, quæ charitatis igneam oſtendit? in religione. Etenim Religionem quamlibet non ſolum reor eſſe Cœlum, cui ſæpe eam comparauimus, ſed templum Cœli Dei, in quo religioſa efficiuntur tonitrua, ita vt licitum ſit mihi religiones omnes appellare illo Epitheto, quo Lucretius Cœlum ipſum nominauit; Nempe: *Tonitrualia templa ſupernè*. Quaſi diceret: Cœlum eſt templum Dei, cuius maieſtas tonitruis, & fulminibus declarari ſolet. Vnde Abacuch dixit: f. *In fremitu conculcabis terram, & in furore obſtupefacies gentes*.

e Cap. 36. 32.

Tonitrua fiunt in religione, & quomodo.

f cap. 3. 12

Verum ſit iam, quod fulgura, & tonitrua dicantur Religioſi; Cur peto primo per lucem deinde per ſonitum videntur, aut videri debent? Faciis eſt reſponſio; quia ſcilicet primo per lucem boni operis, per ſanctitatem

Digitized by Google

vitæ manifeſtantur oculis hominum, vt videant eorum opera bona: deinde tonitrui ſonitus auditur; quando ad prædicandum miſſi, peccatoribus timorem minis inferni afferunt: quando audiuntur (vt Lucretij) verbis vtar, rapidi fremitus, & murmura magna minarum: quando aduentum præteritum Dei miſericordia moti, ac futurum eiuſdem Dei ad iudicium annunciant populo vt reuerentem amorem habeant pariter & timorem. Timorem, ne perdant; amorem, vt conſequantur illam ineffabilem gloriam, pro qua conſequenda efficacius, ſicut & verius ſalutationem Septimij, quam fecit Iano Deo ſuo, dicere libeat:

Religioſi cur ſunt primo fulgura deinde tonitrua.

> *O beate rerum Sator, ò principium Deorum.*
> *Stridula, cui limina, cui cardinei tumultus.*
> *Cui reſerata mugiunt aurea templa mundi.*

132 Vlterius, & magis ad rem fulgura dicuntur religioſi, non tonitrua, quia illa momento ipſo temporis micantem toto Cœlo lucē diffundunt; iſta tardiùs multo agunt, & non niſi exacto tempore ſonitum emittunt, atque audiuntur; Vnde celeritas obedientiæ ſplēdet, & eo magis, quod miſſa fulgura, non dicunt; *Adſumus*, nec enim ante opus cōpletum, vel tantulam dicendi, *adſumus*, morulam conſumi patiuntur. Sed quid refert dicere, aut non, *adſumus*; quid mali eſſet, ſi ad oſtendendam promptitudinem, Religioſus ſe obedire oſtenderet, illo verbo paratum ad quodcunque ſuperior iuſſerit? Refert quidem, nam celeritas obedientiæ requirit, vt velociter eant Religioſi, & antequam reſpondeant, *Adſumus*, iam opus perfectum omnino ſit; punctoque eodem, ac mittuntur, & eant, & redeant, atq; tandem dicant: *Adſumus*, quia ait Gregorius. g *In illo verbo adſumus quoddam obſequium declarari.* Tam celeriter mandata Regulæ, & prælati exequi deberent religioſi, vt ſimul atq; mittantur, opus complerent, & completo opere ſe offerrent, dicentes; quid amplius iubes pater, iam opere compleuimus, quæ præcepiſti. En *Adſumus*: vt iubeas, quod reliquum fuerit peragendum: prompti enim ſumus, tuum erit mittere, noſtrum ire; nec fatigamur ire, redire, & reuerti: fulgura enim ſumus ad exequendum quæcunque iuſſeris: hoc innuit Philippus dicens: *Reuerentia fulmina eo modo dicuntur cum effectum fuerit illud ad quod diriguntur iubentis ſcientia.* Erit igitur religioſus obediens fulgur, erit Angelus, erit Spiritus, & ignis vrens. Et Theodoretus hoc idem expreſſit, dicens: h *Eoſdem & Spiritus, & ignem appellauit: Potentiam, & celeritatem per vtrumque edocent, quandoquidem Spiritus natura acuta eſt; potens autem inſignis.*

Obedientia celeritas.

g *3. moral. cap. 4.*

h *In Pſal. 103.*

133 Et quid efficacius celeritatem obedientiæ oſtendet, & per quod cæca religioſi prōptitudo pateat; quam Lazari reſurrectio, cum ad ſolam Chriſti iubentis, & euocantis vocem. i *Lazare veni foras.* Reſurge, redi ex atris, & arcanis mortis, & antris inferni: redi ò Lazari anima ad lucem hanc viuentibus communem. *Et ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata.* Cooperiebatur tunc facies, ne horrorem pallor incuteret: Manus, & pedes ligabantur inſtitis, id eſt linteaminibus, aut faſcijs ſepulchralibus, aut tenuiſſimis faſciolis. Sed cur percontaberis non ſolutis manibus, & pedibus, aut cur cooperta facie, reſurgit? Si ad vocem Domini clamantis exiuit foras, nonne melius inceſſiſſet ſolutis pedibus, apertiſque oculis, vt iter melius perageret, ſublato ab oculis velo? Varias afferunt de hac re Sacri Doctores expoſitiones: Sed nobis ſufficiat cæcæ & exoculatæ obedientiæ typum agnoſcere in Lazaro, ſic ad vitam imperio Chriſti redeunte. Quod Ambroſius iam docuit, dicēs: k *Comprehende ſi potes quemadmodū clauſis oculis iter carpat, vinctis pedibus gradum dirigat inſeparabili greſſu, ſeparabilique progreſſu. Virtute enim diuina præceptionis operante, natura ſuum non requirebat officium. Et tanquam in exceſſu poſita non iam ſuo ordini, ſed diuino nutui ſeruiebat. Rumpebantur prius mortis, quam ſepulturæ vincula: Agebatur prius, quam parabatur inceſſus*; Talem docet eſſe obedientiam religioſi, nempe cæcam, promptam, celeremque nec dubitet ſe itinere non recto incedere, dum velit eſſe cæcus, aut errare vel in foueam cadere; nam tutus abſque dubio incedet obedientiæ præcepto, hoc lumen habet, & tanquam cuſtos aderit; vt eleganter ad Monachos ſcribens eos hortatur in Deum, ſe rectò dirigere habentes ordinem, & obedientiam pro cuſtode. *Sic ſtate in Domino* (ait) *ſolliciti ſemper circa cuſtodiam ordinis, vt ordo cuſtodiat vos.*

Lazari reſurrectio ſymbolum obedientiæ.

i *Ioan. 11. 44. 45.*

k *Libr. de fide reſurr.*

Epiſt. 321

134 Exemplum inſuper promptæ obedientiæ ad viuum depictę conſpicimus in conuerſione Pauli Apoſtoli, etenim ille, qui iam fuerat (vt ex nomine deducit Cornelius) quaſi infernus ſemper hians ad ſanguinem, & cædem fidelium; ita vt de eodem dicat Auguſtinus. l *Nemo acrior inter perſequutores: ergo nemo prior inter peccatores.* Dum ad explendam ſuam ſæuitiam, & auiditatem, tanquam lupus rapax pergeret, ad cœleſtem vocem tremuit, & ſtupuit, ac vocanti reſpondidit. m *Domine quid me vis facere.* Et ſtatim, ac lux de Cœlo interius Pauli intellectum illuminauit, cæcus remanſit exterius. *Apertis oculis nihil videbat*, & iurè quidem; nam qui lumine cœleſtis obedientiæ illuminatus euadit, proprij iudicij lumine priuatus apparet: Maior lux minorem impedit, ad ſplendorem lucidiſſimi Solis, facibus non indigemus; ita nec oculi neceſſarij ſunt ad lucem obedientiæ; proprio ſit iudicio cæcatus obediens, ne luci obedientiæ reſiſtat. Nam vt Chryſoſtomus ait. n *Obedientiam fides exigit non curioſitatem.*

l *Serm. 10 de, verb. Apoſt.*

Obedientia eſt cæca.

m *Act 9. 8*

n *Hom. 27 ad Rom.*

Plorat Bernardus, ſed ſuauiſſimè, & efficaciter cupiens omnes religioſos ad inſtar Pauli obedientes, & prompto animo relinquentes propriam voluntatem, oculoſque internos proprio

Digitized by Google

prio iudicio priuatos eſſe, non minus ac clauſos habere corporeos oculos, ad hoc vt eis prælatus dicat, quod Chriſtus cœco apud Euangeliſtam Lucam. o *Quod vultis, vt faciam vobis?* Et diſcernant, dijudicent, exigat in quibus obediant imperanti, imo in quibus præceptorem ſuum ipſorum obedire neceſſe ſit voluntati. *Non fuit proculdubio timor ille aut ſtupor, quem tam facilis, & exacta comitata eſt obedientia, ſiue intimo animi ſenſu, atque plenitudine.* Sic ſubditi omnes Religioſi, cæci eſſe debent, ſed ſpirituali cæcitate, amiſſa iam illa, quæ cœleſtibus bonis oculos claudere, boniſque caducis, ac terrenis aperire ſatagebat, vt dicere queat de nobis Bernardus, vti de Paulo dixit. p *Fœlix cæcitas qua malè quondam illuminati in præuaricatione, tamen in conuerſione oculi ſalubriter excæcantur.*

o *Cap. 18. 40.*

p *Ser. 1. de Conuerſ. Pauli.*

Vnum quodque corpus vnicum habet intellectum. Cum autem religio vnũ ſit corpus myſticum vnum quoq; intellectum, & non plures habere debet, ſicque vnus in prælato reſideat. Aduertant obſecro, quod in ſignum honoris, & reuerentiæ caput diſcooperimus ſuperiori, dum inclinati ad ſuam præſentiam caputium à capite amouemus, ſic amoueatur interius proprium ab obedientia iudiciũ, ſi capiti illud repugnat, ſcilicet mandato ſuperioris. Non deſunt ex ijs, qui exterius parent, ſed interius propriæ hærent ſententiæ, arguentis externis rationibus omnino, ratione carentibus, iniuſtum, & irrationabile fuiſſe præceptum. Cooperto capite coram ſuperiore manent interius, ſi proprio innituntur iudicio, & fruſtra exterius caputium amouent, ſi interius recalcitrant. Legatur Auguſtinus qui de obedientia Abraham loquens ait. q *Diuino intonante precepto obediendum eſt non diſputandum: Cum ſuperior imperat diuinum preceptum* (vt ſupra iam oſtendimus) *intonat, Precepto ergo ſuperioris intonante obediendum eſt; non vero friuolis, & à malo dæmone ſuppeditatis argumentis diſputandum.*

Verus obediens non vtitur argumentis.

q *Libr. 16. de Ciu. c. 32*

135 Ethnici veritatem iſtam inſinuarunt, quandoquidem Pythagoræ diſcipuli nullam aliam rationem, ad ſuas (dum Philoſophiæ eo doctore vacabant) comprobandas propoſitiones volebant; niſi: (Ipſe dixit) ſubdentes ac ſubmittentes proprium intellectus acumen, præceptori. Dogmata legis, præcepta Euangelij, ò quantum ſplendore, & veritate diſtant à præceptis, & dogmatibus pythagoricis; nec minus quam diſtat terra à Cœlo. Illa tanquam terrena iſtis ancillantur, tanquam, cœleſtibus: Si ergo ſat erat illis hoc pronunciatum *Ipſe dixit*. Cur religioſi ſubmittere negligunt iudicium ſuperiori? Sed vè nobis, quia non minus vituperandus eſt ſcrutator inobediens, ac obediens promptus, & cæcus. Innuit hoc Salomon, dicens. r *Mens iuſti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis.* Qui verus religioſus eſt tacendo, & ſilendo per humilem ſui deiectionem obtemperat, ſeque ſine contradictione ſubmittit; ſolum cogitat in corde, quam citius reſpondere, & obedire. Sed qui malus religioſus abutitur ratione, & vtitur immoderatis verbis, quibus obſiſtit prælato, obtrectat, & immurmurat; prout ex Hebræa traductione habetur. *Cor iuſti meditabitur ad reſpondendum, & os impiorum eructabit mala.* Comprobat intentum ſanctus Baſilius in conſtitutionibus monaſticis, dicens: ſ *Quemadmodum paſtori ſuo oues obtemperant, & viam quamcunque ille vult, ingrediuntur; Sic qui ex Deo pietatis cultores ſunt, moderatoribus ſuis obſequi debent nihil omnino curioſius illorum iuſſa perſcrutantes, quando libera ſunt à peccato, contraq; ea ſumma animi alacritate, ſummoque ſtudio conficere.*

Iuſti obediẽtia ſilet, econtra mali.

r *Prou. 15. 28.*

ſ *Cap. 23.*

136 Aliud ſimile aſſumo ex qualibet Mechanica arte, in qua varia ſunt inſtrumenta, eaq; nunquam reluctantia vidimus, nec audiuimus vnquam: Verum vtitur illis artifex ad ſui voluntatem. Nullum inſtrumentum audet reſiſtere mouenti: facile ad manum mouetur artificis. O vtinam, & ſic eſſet Religioſus obedientiſſimus veluti inſtrumentum ad conficiendum ſpirituale ædificium non reluctans, non diſceptans. Audiat quæſo textum, quem hic adduco ex actibus; vbi Angelus alloquens Philippum præcepit ei, dicẽs: t *Surge, & vade contra Meridianũ ad viam quæ deſcendit ab Hieruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta: & ſurgens abijt, &c.* Notentur verba illa, *Surge, & vade: & ſurgens abijt.* Nullo intermiſſo temporis momento, nulla diſceptatione præmiſſa; mandatum abſque reſiſtentia exequitur Philippus, *& ſurgens abijt.* Vnde Chryſoſtomus. bi ait: *Nihil interrogans, & in altero perfectionem, & in altero obedientiam oſtendens videlicet, abeundo.* Sic nulla poſtpoſita mora ad inſtar Philippi obedire debent religioſi abſque vlla contradictione. Præfato exemplo religioſos ad obediendum monet Carthuſianus, & tandem dicit: *Vt ſine ſuperflua inquiſitione, ſtatim obediant, imò olim ſanctos ſubditos patribus ſuis in his, quæ vel irrationabilia, vel inutilia videbantur, obediſſe celeriter conteſtatur.*

Obediẽs eſt velut artificis inſtrumentum.

t *Act. 8. 26*

Proſequitur dulciſſime Bernardus, dicens: u *Siue Deus, ſiue homo vicarius Dei mandatũ quodcunque tradiderit, pari profectò obſequendum eſt cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcepit homo.* Et iure quidem, nam ſi quod iuſſerit ſuperior contra legem Dei fuerit, Reſpondet cum Diuo Petro. x *Obedire oportet Deo, magis quam hominibus.* Non minus, ac reſponderunt Machabæi Antiocho mandanti, vt contra legem Dei veſcerentur carne porcina: y *Non obedio præcepto Regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen.*

u *Libr. de præcep. & diſpen.*

x *Act 5. 29*

y *2. Mac. 7. 30.*

Huic ſimile eſt axioma Platonis. a *Nulli hominum fas eſt diſcedere ab eo munere, quod Deus ei imperauit.* Nam, vt idem ait. b *Illud ſanctum eſt, quod Deo gratum eſt, & placet.* Et veritas clara eſt, nam qui ad mandata Dei tranſgredienda ſuſcipit, vt voluntati creatæ hæreat, ſciat non aliter, ac primi parentes ſe

a *in Phæd.*

b *In Eutyphro.*

Digitized by Google

à dæmone deceptum: illi enim non ea cum exequendo Dei mandato, ſed ſcrutatores effecti, quaſi dicebant; vt Auguſtinus diſcurrit de Adam dicente: *Si bona eſt arbor, quare non tango? ſi mala eſt, quid facit in paradiſo? prorſus ideo eſt in paradiſo, quia bona eſt: ſed nolo tangas. Quare non tango? quia obedientem volo, non contradicentem ſeruum, &c. Quare? quia Dominus ſum, & ſeruus es. Hæc tota cauſa eſt. Si parua eſt, dedignaris eſſe ſeruus. Quid autem tibi expedit niſi eſſe ſub Domino? quomodo eris ſub Domino, niſi fueris ſub præcepto? &c.*

Obedientia non ſit diſceptatrix.

137 Sed Adam à diabolo deceptus, aut forte non deceptus ſi formaliter loquendo eſt; deceptio enim, & fallacia non eſt ex parte obiecti, ſi in eo obſcuritas non eſt, tunc autem non erat in præcepto obſcuritas, cum certius ſit, ac Sole ſplendidius, Deo eſſe obediendum: ſed voluit decipi ambitioſis allectus, & melliſluis verbis. *Eritis ſicut dij.* Qua ratione poſt peccatum illuſit eum Deus, dicens. e *Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis ſciens bonum, & malum.* Quæ verba per ironiam fuiſſe dicta, aſſerunt patres. Quaſi diceret voluit Adam per eſum pomi nobis fieri ſimilis, en quam factus eſt diſſimilis? Voluit ſcire bonum, & malum, en in quale ignorantiæ barathrum corruit. Ita Gennadius, Theodoretus, & Rupertus, qui ait: *Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, vt iam non ſimus nos Trinitas, ſed quaternitas, quamquam non cum Deo Deus, ſed contra Deum affectauerit eſſe Deus.* Sunt verba Dei exprobantis, iuxta Chryſoſtomum qui ait. *Acriter in tranſgreſſorem hoc dictum vibratur: propterea quod contempſiſti mandatum meum Ecce factus es, quod expectaſti; imo non quod expectaſti, ſed qualem te fieri dignum erat.* Itaq; inobedientia Adami, ipſi fuit cauſa ruinæ, & nobis. Sed quia ſecundus Adam Chriſtus ad ſui nos vocauit ſequelam dimiſſo primi parentis ſpolio induti ſumus Chriſtum Ieſum in baptiſmo, & vlterius nos magis ſacrificantes nos metipſos non dæmoni ſuadenti, ſed prælato in Religione præcipienti obedire tãquam Deo debemus. Audiamus Bernardum vnicuique noſtrum loquentem. *Valde peruerſum eſt profiteri te obedientiam in quo noſceris ſuperiorem propter inferiorem, id eſt diuinam propter humanam ſoluere obedientiam: Quid enim? Quod iubet homo, prohibet Deus, & ego audiã hominem ſurdus Deo? Non ſic Apoſtoli: clam quippe dicentes; melius eſt obedire Deo, quam hominibus.*

e *Gen. 3. 5. & 22.*

138 Sic ſe ſacrificabit religioſus; *& capite ad collum retorto*, inſtar Chriſti, fiet victima Deo in Cruce religionis dicata. ſicq; grata obediens ſemper victima erit; iuxta primam circumſtantiam turturum ſacrificij, & columbarum. Sed dices, quando fiet, quod habeat religioſus caput ad collum retortum? Reſpondeo, quod tunc retorquet caput ad collum religioſus, quando caput, & mentem ſuperioribus inclinat, motumq; propriæ voluntatis inſtar colli turturei, ſicut ſe nobis Chriſtus vſq; ad mortem Crucis obediens, retorto, & inclinato in cruce capite verum, & proprium obedientiæ typum exibuit: quid enim propius per collum oſtenditur, quam religioſorum vita; ipſorum enim profeſſio eſt obedientia: iuxta illud Eccleſiaſtici dicẽtis. d *Collum veſtrum ſubijcite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam.* Et alibi. e *Iniice pedes tuos in compedes illius, & in torques illius collum tuum; ſubijce humerum tuum, & porta illum, & ne acedieris vinculis eius.* Sicut enim torques totum collum ambit, & complectitur, ſic obedientia totum religioſum, omneſq; eius actiones, totamq; vitam complectitur, vt nihil ei agere liceat, niſi quod ſuperiori libeat. Inſuper ſicut torques è margaritis contextus plurimas continet margaritas: ſic obedientia omnes virtutes; & ea non deprimitur religioſus, ſed decoratur, & coronatur.

Obedientia eſt torques aureus.

d *Cap. 51. 34.*
e *Cap. 6. 25.*

Sed dices quomodo coronatur, qui iam in compedes, pedes inijcit, tanquam reus carceribus mancipatus? Coronatur profecto, ſed ſtringitur hic prius, arctatur compedibus, manibuſq; inijciuntur vincula: vt caro ſeruiat ſpiritui, & ſpiritus Deo, vt à prauitate, & propria voluntate compeſcatur. Ideo vincula, & compedes, ſunt, non ſeruitutis, ſed libertatis inſignia; quæ deſinunt in torquem glorioſum, eumq; aureum, vt ſuſpicatur Auguſtinus, dicens: f *Incipit à vinculis ferreis, finitur ad Torquem aureum. Dictum eſt enim de ſapientia, & torquem aureum circa tuam ceruicem; non tibi imponeret torquem aureum niſi primum in compedibus ferreis te alligaſſet.* Et Hieronymus ad Fabiolã inquit: g *Vincula Domini voluntaria ſunt, & vertuntur in amplexus; quique his fuerit colligatus, dicit Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Sed præcipit, ne ob præfata obedientiæ vincula, triſtitia afficiatur, & impatientia. Ideò ſubiunxit; *Ne acedieris vinculis eius* Id eſt ne ægre, & indignè feras obedire. Vbi Syrus: *Appropria humerum tuum, & porta eum, & ne contriſteris in pondere eius.* Hinc Ambroſius dixit. h *Portate Chriſti iugum, ſuaue eſt, ſi ornamenta putes ceruicis tuæ eſſe non onera; attolle ergo oculos tuos, ad Dominum Deum tuum, & quære Deum, & inuenies. Erige ceruicem tuam, redimicula non vincula geris.*

f *In Pſ. 149.*
g *Epiſt. 127.*
h *Ser. 3. in Pſal. 118.*

139 Et vere quidem tam leue eſt iugum Chriſti, vt obedientia, quæ iugum eſt, non prematur, ſed leuetur. Suæ voluntatis ſacrificium offert, qui obedit, & moriens non moritur, & ex prompta obedientia ſecuritas cuiuſcunq; rei oritur, nauigat ſine damno, & contra omnia pericula incedit ſecurus. Conſideremus quæſo duo illa ſacrificia veteris legis, alterum Abrahami ex præcepto Dei filium ſuum ſacrificãtis, alterũ vero Iephthe filiam ex voto immolantis: Quærit modo Ambroſius, *Qua ratione illic Deus non permiſerit parricidium fieri, hic ſit paſſus impleri? nunquid acceptator perſonarum eſt Deus?* Et Reſpondet: *Non, ſed meritorum, atque virtutum. Sed quæ quæſo ſint iſta virtus, & vnde meritum Abrahami?* Niſi ex prompta obe-

Obedientia exonerat nõ onerat.

Abra' ami celeris obedientia.

obedientia; quæ ita celeris erat, vt Dei clamoribus. (*Abraham Abraham ne extendas manum tuam,*) abincepto retardari opus eſſet. Vnde Auguſtinus dixit. i *Qui iuſſerat, vt ferret, modo vociferatur, vt parceret.* Eandem obedientiam cõſiderans Chryſoſtomus dixit: k *Eadem vox dextram armauit, & cohibuit: dixit: Occide, protinus armata eſt, dixit; ne Occidas, protinus exarmata eſt.* O celeritas veræ obedientiæ, qua aſpicimus Abraham non cum aliqua fera luctantem, ſed cum natura pugnantem, nec inde crudelem, aut impium, dicemus patrem, ſed piiſſimum; nam vt ait Sanctus Zeno. l *Abraham Dominum Filio, Sacerdotem prætulit patri; nec pium ſe credidit, niſi probaſſet fidelem.*

i *Serm.72.*
k *Hom.3. in 2. ad Corint.*
l *Ser.2. de Abraham.*

Sed dices in hoc etiam Iephthe conueni re videtur; nam iuxta illud. *Vota mea Domino reddam.* Deum paternis affectibus, & reſpectibus præferendum, cenſuit; nec tam officioſus, quam gratus, pro victoria exiſtens debitor, reddere debitum, videbatur; Cur ergo non acceptum ſacrificiũ ficut, & illud Abrahami? Pluribus de cauſis fuiſſe docet Ambroſius, ſed præcipua eſt, quæ nobis fauet, ſcilicet fuiſſe ſignum promptæ obedientiæ; his verbis. *Aut fortaſſe, quia non vna formâ meritorum; ideò non vna forma factorum pater doluit, ſicut filia; vterque de Dei miſeratione dubitauit. Non doluit Abraham, nec conſuluit parentis affectum, vbi audiuit diuinitatis oraculum, non diſtulit ſacrificium; ſed maturauit obſequium: Non dubitauit Iſaac, cum imparibus ſequeretur patrem paſſibus, non fleuit cum ligaretur, nec dilationem popoſcit cum offerretur; & ideò miſericordia largior, vbi fides promptior. Et bene non fleuit factum patris, qui riſus eſt matris; pro qua deuotionis exultatione, ouis pro illo iuſſa eſt immolari, quia ipſe non diſtulerat immolandum. Nec de Dei miſeratione ambiguus, nec de ſui deuotione ſollicitus.* Et vltra hæc docet Ambroſius, quod debuerat Iephthe meminiſſe ex præcedenti ſacrificio, quod Abraham obtulit; Deo parricidium non probari, cum pro filio ouis fuerit ſubiecta; vt illa feriretur, non filius. *Exemplum tenebatur ſequi, quo docebatur: Dominum ſanguine non delectari humano, & Deo à parentibus offerri debere filios non iugulari.*

Abrahami ſacrificium cur acceptũ & Iephthe minime.

140 Ex dictis colligo voluntatem, & carnem à religioſis immolandam eſſe, non iugulandam: retortum habeat religioſus ad collum caput, non diuiſum, & à corpore ſeparatum: Videatur quaſi mortuus; ſed Deo viuat, eiq; promptè obtemperet. Hinc Seraphicus ille Franciſcus perfectum obedientem hac ſimilitudine depinxit, vt in vita eiuſdem ſancti refert ſanctus Bonauentura, dicens. m *Tolle corpus examine, & vbi placuerit pone, videbis non repugnare motum, non murmurare ſitum, non reclamare dimiſſum. Quod ſi ſtatuatur in cathedra non alta ſed ima reſpicit: ſi collocetur in purpura, duplo palleſcet? Hic verus obediens eſt; qui cur moueatur non dijudicat, vbi locetur non curat, vt non tranſmutetur, non inſtat; euectus ad officium, ſolitam tenet humilitatem, plus honoratus plus reputat ſe indignum.*

m *Cap.6. Obedientia exemplum datũ a Seraphico Franciſco.*

Et recte etiam Ioannes Climacus. n Vocauit obedientiam. *Sepulchrum voluntatis*, in ea enim ſe exercet quaſi mortua voluntas, quæ ſolum viuit in humilitate. *Obedientia* (ait ille) *eſt ſepulchrum voluntatis, & exercitatio humilitatis.* Vt vere Sanctiſſ. & humiliſſima Virgo cæleſti nuncio hanc cum obedientia humilitatem expreſſit, dicens: o *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſicut verbum tuum.* Tantam humilitatem admiratur Bernardus, exclamatq; dicens: *Quæ eſt tam ſublimis humilitas, quæ cedere neſcit honoribus, mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat.* Obedientiam vero expreſſit illis verbis. *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*: Quæ verba expẽdens Titus Boſtrenſis ait: *Ecce ancilla, fiat mihi. En tabula ſum, quamuis ſcripturam excipere idonea; ſcribat in me ſcriba ille, quodcunq; viſum fuerit, faciat de me Vniuerſorum Dominus quidquid libuerit.*

n *De obed. Gradu 4.*
o *Luc. 1. 38.*

CAPVT X.

Sanctus Pater Franciſcus de Paula, quam perfectè fuerit in Cruce obedientiæ immolatus, oſtenditur.

141 CHriſtus Redemptor noſter, p Apoſtolos ſuos primis honoribus apud immortalem Regem potituros demonſtrauit, dum dixit: *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Eo igitur modo quo diſpoſitum fuit Chriſto, diſponendum dixit Apoſtolis. Cum ergo per obedientiam ad regnum peruenerit Chriſtus factus patri: *Obediens vſque ad mortem*, ipſi à patre præceptam, ita Chriſtum per obedientiam diſpoſuiſſe regnum Apoſtolis dicendum, arbitror: Nam licet eos tranſituros per labores, crucem, & mortem ſignificauerit, vt per varias haſce tribulationes, illi Chriſtum ſequentes, regnum ingrederentur; obedientiæ tamen merito patiebantur, & obedientiæ præmio regnum tenuerunt, & thronum; ſeu iudicandi poteſtatem; quod autem ad hanc excelſam dignitatem, & honoris ſublimitatem per obedientiam peruenerint Apoſtoli, teſtatur Paulus dicens: q *Per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum ad obediendum.* En ergo ad obediendum Apoſtoli electi, qui paulo ante ad ſedendum dicti ſunt, vt diſcamus tam certo propoſitos eſſe honores obediendi, vt iam ipſa obedientia, & honor vocari poſſit, & dignitas.

p *Luc. 22. 29.*
Obedientia eſt honor dignitas, & regnum.
q *ad Rom. 1.5.*

Ruſus ſi conſideremus Adam, tunc quando obediens erat Deo, cætera animalia ipſi homini obtemperaſſe eiq; debitum honorem tribuiſſe, conſpicimus ex ſacro textu, quando.

For-

Digitized by Google

r *Gen. 2. 19*

r *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatibus Cœli; adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.* Ecce animantia aut diuinitus inſito ipſis, & occulto quodam motu, aut forte Angelorum miniſterio ad Adamum aduolarunt, vt præſtantiſſimum omnium animal ſalutarent eique tanquam Regi obedientiam, & ſubiectionem profiterentur: & inde coram ſe cōgregatis illis, ſingulari polleret Adam honore, videnſq; nihil ſibi compar eſſe in iumentis, Dominum ſe vniuerſorum cognouit, & maxime ex nominum impoſitione. Hoc tamen dominium factus inobediens in transgreſſione præcepti, perdidit; & nos perdidiſſe cauſa fuit. De qua re diſſerens Chryſ. ſcribit: ſ *Vidiſti conſummatam potentiam? vidiſti Domini auctoritatem? perpende cum aliis, etiam hoc, quod, & leones, & pardi, & viperæ, & ſcorpii, & alia omnia etiam illis truculentiora ad Adamum, quaſi dominum omni cum ſubiectione acceſſerunt. Ne igitur arguat quis, quod à Deo ſunt creata, neq; contra opificem linguam acuat, imò contra ſuum caput, dicendo illa inutilia verba: Cuius gratia feræ productæ ſunt? Nam omnia perinde, ac manſueta ſeruitutem agnouerunt, & dominium; id quod monſtrat manifeſtè nominum impoſitio, nomina, quæ impoſuit illis, vſq; in hodiernum diem permanent. Ita enim hac firmauit Dominus, vt perpetuam habeamus memoriam, quem honorem initio, cum adhuc obediens eſſet Adam à Domino omnium accepit, & ablati huius cauſam, illi adſcribamus, qui peccato ſuo hanc ſuam poteſtatem mutilauit.*

Adam obediēdo imperabat cunctis animātibus.

ſ *Hom. 14*

Adam per inobedientiam imperium amiſit.

142 Vt autem hanc iterum poteſtatem acquireret homo, ſub obedientiæ iugo manere debuit, & quò magis fuerit efficax, & velox obedientia, eo magis ſe Deo ſacrificabit; nam ideò verba ſuperius allata: t *Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis.* Tigurina tranſtulit. *Qui ſeruat legem abunde ſacrificat: qui ſtudet præceptis litat ſolutariter.* Et Sanctus Gregorius inquit: u *Nos ipſos ſacrificium Deo offerimus cum vitam noſtram diuino cultui dicamus.* Ex oblatione ergo ſui ipſius, & ex obſeruatione legis, & præceptorum Dei perfecta oritur obedientia, qua poteſt quiuis ad priſtinam dignitatem peruenire, & cæteris creaturis dominari, eiſq; vt Dominus imperare; imò etiam, & ipſum Deum ad obſequium ſibi præſtandum compellit. Audi pſeudo Auguſtinum ad fratres in Eremo. x *Sciendum fratres, quod quanto modo erimus ipſi obedientes ſuperioribus noſtris, tanto erit Deus obediens orationibus noſtris.*

t *Eccleſ. 35. 2.*

u *Libr. 9. moral c. 31*

x *Ser. 61. de obedien.*

An præſtiterit Deo hanc obedientiam Sanctus Pater Franciſcus de Paula, & illi ſe per obedientiam tanquam per Crucem ſacrificauerit, & perfecte obtulerit, à priori probare non contendo: quilibet enim id ſcire oportet ex ſanctitate iam Eccleſiæ teſtimonio comprobata. Eamq; ſimilem facere Noemi obedientiæ, cui etiam, & Chriſti obedientiam ſupra capite octauo aſſimilauimus facile eſt, eo quod Chriſtus de Cruce non deſcendit, ſicut Noe de arca non eſt egreſſus, vide ibi quare, &c. Obediuit Noe, arcam fabricauit, præceptum habuit ingrediendi, & apertis cataractis Cœli, inundantibus aquis ſuper terram factum eſt diluuium, tandem diminutæ ſunt aquæ, & areſacta eſt terra. Quod bene ſciuit Noe, tunc quia poſtmodum miſſa columba non rediit, vt prius ad arcam, tum etiam quia ipſe Noe aperiens tectum arcæ aſpexit, viditque quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ, & nihilominus imperantis Domini expectauit iuſſum, vt egrederetur ipſe cum vxore, filiis, &c. Et ſuo etiam modo pecudibus: rationem autem ſi quæras, quare non fuerit egreſſus? attulimus loco citato ex Ruperto, & Ambr. quia ſcilicet ſe tenuit obedientiſſimus in arca, expectans, vt præciperet egreſſum, qui præcepit ingreſſum.

Franciſcus noſter Noe ſimilis.

143 Ecce alter Noe Sanctus Franciſcus de Paula; quem illi ſimilamus, primum quia de Nœmo ſcimus ex ipſo Dei teſtimonio fuiſſe iuſtum. a *Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis.* Et Franciſcum diximus ab inſtanti conceptionis ſecundum piā fidem ſanctificatum, ſumpto iudicio à flamma, tunc temporis ſuper domum viſa, totamque ferè patriam exclareſcente; & poſt natiuitatem ſanctitatis ſigna puerulus oſtendebat virtutibus, & ſanctis operibus; vnde colligere quibant omnes non ſolum iuſtum, ſed vere perfectum ſe repræſentari Franciſcum. Nam ſi, vt Chryſoſtomus ait. b *Hic eſt perfectus, qui nihil intermittit, in nullo claudicauit, non in hoc faciebat, in illo vero peccabat.* Franciſcus nihil intermiſerat, qui adhuc puer & pedeſter Lauretanam domum petiit peregrinus, aliaque ſacra loca viſitauit, ſemper bene operans in nullo claudicauit: vt dicere poſſem quod erat puer, ſed homo: vt de Noe dixerunt ſeptuaginta. *Noe homo iuſtus.* Nec ſine myſterio dictionem illam addiderunt. Et ſi dicas, cur id fecerint, cum ſuperfluum videatur ly *homo* quis enim ita inſanus eſſet, aut ſtupidi ingenii, qui non exiſtimet hunc, quem dixit iuſtum, hominem eſſe? Reſpondet huic difficultati Philo Hebræus. c *Sciēdum quod hominem non vulgari loquendi forma rationale animal vocat, ſed per excellentiam eum, qui verè ſuo reſpondet nomini euectis ex animo immanſuetis, rabidis, feriniſque vitiorum affectionibus.* Sed hæc, quis tam perfectè ſuis temporibus eiecit ex animo, vt Franciſcus; qui puer, ſed vt mirabilis homo mundum relinquere, & conuerſationem hominum deſerere ſtatuit, & opere compleuit.

a *Gen. 6. 9.*

b *Hom. 23 Homo ille eſt vere talis qui vitiis caret.*

c *Libr. de Abraham.*

Vt veluti columba cui per ſimplicitatem comparandus tunc erat Franciſcus, qui in mundanis rebus requiem nō inueniebat innocens & ſimplex iam per columbam deſignatur, de qua legimus. d *Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eum in arcā.* Sed dices quid pulchrius mundo? quomodo requiem pedibus non inuenit, vbi tantæ ſunt deliciæ, tot voluptates, & diuitiæ, tot gloriæ,

d *Gen 8. 9*

Mundus fallax, & tenebroſus.

& ado-

Digitized by Google

& adoramentorum diuerſa genera? Et quid ſenſus noſtri concupiſcere poſſunt melius? miror quomodo non inhæreat, nec oblectetur Franciſcus? cur in his omnibus requiem non ſumpſit? Ratio eſt, quia diuino fretus auxilio nouerat, quod licet ab amatoribus mundi hæc omnia deſiderabilia appareant, tamen fallaciæ ſunt, & tenebræ. Vt ſapiēter diſcurrit Sanctus Laurentius Iuſtinianus, dicens:

e Libr. de ligno vitæ. c. 1. de fide.

e *Quid hic mundus, & omnia quæ in mundo ſunt appellari poſſunt rectius, quam tenebræ? Quamquam enim aliter iudicentur ab ipſorū amatoribus veræ tamen tenebræ ſunt, & palpabiles, oſtendunt enim ſe eſſe quod non ſunt, & falſis ſuis pollicitationibus inſipientium deludunt animos, trahunt illos poſt ſe funiculis vanæ ſpei, & irrationabilis ſecuritatis: promittunt fœlicitatem prolixam vitam, & in extremis miſericordiam, cum hæc nequaquam conferre queant; O filij hominum graues corde, vt qui tanta auiditate ambitis hæc, tantaque ſedulitate hæc quæritis? O præuaricatores? Reuertimini ad cor, intelligite non intelligentes, quia omnes mundi promiſſiones seductoria ſunt omnes blāditiones, venena, cuncta delectationes pocula mortalia, viaq; illius ſempiterna mors.*

144 Diuum Laurentium ſic clamantem non audiunt peccatores, qui mundanis rebus irretiti inhærent, & ea mundo difficilè reuocantur, & quaſi bituminati non niſi cum magna difficultate poſſunt reſurgere. Legimus in Geneſi (præmiſſo ex præcedentibus prælio quatuor Regum contra quinque) quod multi in loco certaminis, vbi aderant putei bituminis, in eos pugnando corruerunt.

f Cap. 14. 10.

f *Vallis autem ſylueſtris habebat puteos multos bituminis, itaque Rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntque ibi.* Sed quid per vallem ſylueſtrem, aut campeſtrem. Cum Chaldæo niſi præſens ſeculum denotatur nequam? quod quidem ad ſimilitudinem vallis ſylueſtris, eſt locus exilij, locus contagij, & locus periculi: Propterea dixit Ioannes. *Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo ſunt.* Et ſi de ea valle dicitur, quod multos bituminis puteos haberet; poteſt etiam hoc de mundo verificari? ò vtinam, & non verificaretur; etenim ſi conſideremus proprium bituminis eſſe retinere, verè agglutinati retinentur peccatores, nè reſurgant. Audiamus Bernardinum Senenſem qui ait.

Peccatores à mūdo difficile reuocantur.

g Ser. 19.

g *Hæc mundana vallis multos habet puteos bituminis, quia in ea ſunt multi, & bituminati caſus, in quos peccatores ruentes difficillimè reſurgere habent.* Peſtifero ergo bitumine mundi retenti diuinos clamores non audiunt ex animo, propterea à mundo non reuocantur.

Franciſcus mundū fugit, vt cælū aſſequeretur

Audiuit toto corde Franciſcus, & delicias huius ſeculi tanquam viros ſerpentium exhorrens, conuerſationem hominum, quæ ſæpè animam lædit, deſerere voluit, & in eremum ſeceſſit, vt ex fuga mundi ſolum Chriſtum lucrifaceret; Mundus enim, & omnia, quæ in mundo ſunt relinquenda, vt Cœlum aſſequamur. Huc aduoco D. Paulum, qui in ſuis poematibus, h ait:

h natal. 10

Sponte relinquamus mundum, non ſponte carendum,
Sponte niſi fugimus; moriamur, nè moriamur:
Lethalem vitam vitali morte tegamus.
Terrena intereat, ſubeat cæleſtis imago,
Et Chriſto vertatur Adam, mutemur, & iſtic.
Vt mutemur ibi: qui non permanſerit in ſe.
Idem, & in æterno non immutabitur à ſe.

145 Franciſcus ſponte reliquit mundum, ſponte in ſolitudinem fugit, lethalem credens mundum, eſt ſolum Chriſtum amplexus. Sed num ſpontanea tantum ſua voluntate id fecerit, vt à puerilibus annis aſſiduis vigilijs, & ieiunijs corpuſculum maceraret, & legem Dei inuiolabilem obſeruaret, atque adoleſcens factus conuerſationem hominum vitaret, & relictis parentibus clam eremum peteret? Non vtique, ſed Deo ſic mouente, & inſpirante, ac volente, vt ſuo imperio, prout Noe, iuſſit arcam ingredi, ita & Franciſco iuſſit eremum petere. Et ſicut Chriſtus ductus fuit à Spiritu, *vt tentaretur à diabolo.* A Spiritu ſcilicet diuino; à quo etiam Spiritu ductus fuit Franciſcus: Sic enim legimus in actis eius Canonizationis. *Vix tertium decimum attigerat ætatis annum, cum ducente Spiritu ſancto ſeceſſit in eremum.* Voluit ergo Spiritus ſanctus egregium militem Franciſcū ſolitarium, tanquam tyronem docere, vt inde poſſet ſemper cum diabolo congredi, eumq; tolerando proſtrare. Sic obediens non minus, ac Noe arcam ipſe eſt eremum ingreſſus.

Sed quibus armis ò Sanctiſſime Pater armatus incedis? Cur illa tam horrida deſerti antra non formidas? Cur currentium aquarum ſtrepitum illius torrentis expaueſcendum, die noctuque non times? & inſultantes hoſtes quomodo vinces? Dei auxilio, patientia, & fidei fortitudine. Fidei confiſus, vt Noe, & fidem habuit anchoram vitæ ſuæ. Vt poſſim dicere quod de Noemo dixit Chryſoſtomus:

Fides Anchora vitæ.

Vidiſti quomodo fides in Deum, quaſi ſecura quædam anchora fecit, vt arcam curaret fieri, & in habitationem ſuſtineret, nam hæc illi ſalutis fuit occaſio. Sic Franciſcus Eremum vndequaque horridum fideque armatus non timuit, tolerauit inſultus, & tolerando, non ferro pugnando, omnia deuicit: vt de Noemo dixit Sanctus Laurentius Iuſtininianus. *Omnia vincit aduerſa non confligendo, ſed ſufferendo, non murmurando, ſed gratias agendo.* Pugna ò quam pulchra, & fœlix, vbi obediens Franciſcus orationi, & ieiunijs vacabat corpus affligebat plurium dierum inedia. Et dum diabolus eum aggredi varijs tentationibus ſatagebat, ipſe diabolum ad duellum prouocabat, & baculo ſanctæ Crucis, ac crucifixi virtute, non minus, ac Sol infinitos dæmones, eorumque illuſiones tanquam nubes diſſipabat, dura, nudaque terra, in qua dormiebat, ita afficiebantur dæmones, vt certè ne illum diu ſic cōſpicere poſſent, nō in

Franciſcus patiens inuictus ad omnia.

Fran-

Franciſci triumphum cederet prælium. Ita obedientiſſimus Franciſcus ad hæc ſuſtinenda diuino Spiritu ductus eremum petijt, ibiq; per ſex circiter annos patienter perdurauit; nihil expaueſcens patientiæ lorica munitus, inuictus ad omnia, & fortis ad pericula; vt de eodem Noe, dixit idem Laurentius. i *Non mediocris animi eſt patientia, quæ inſuperabilem facit hominem inexpugnabili prælio aduerſus omnia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, ita vt nec ipſam timeat mortem.*

i *Libr. cit. tract. 5. de patien. c. 2.*

Franciſcũ vt ad maximam dignitatem eueheret, varijs experimentis probauit Deus.

146 Quando autem militem Franciſcum bene inſtructum ad patiendum, diabolumque vincendum ſupremus Imperator cognouit, prout egregium ducem illum conſtituerat, & educendis ordinibus in Eccleſia deſtinarat, iuſſit egreſſum, eique vt Noemo. Egredere, dixit, vt ſcilicet relicta ſolitudine fratres reciperet, cui præmotioni diuinæ inhærens, promptus obediens præceptum executioni mandauit. Sed cur aliud nunc ab eo ſuæ obedientiæ experimentũ difficile ſuſcipit Deus? non ſufficit vale parentibus & terrenis voluptatibus dixiſſe, & inter hoſtes inuictum extitiſſe, eoſque pœnitentijs ſuperaſſe, cur denuo maiora imponit prælia, durioraque certamina? Aduertendum eſt, Deum in tantam eum in dignitatem ſtatuiſſe, euehere, vt Dux ſuæ militiæ eſſet, & apud omnes ſanctitatis ſtupor, propterea non eſt mirum ſi eũ Deus ad maiora iterũ probauerit: quiá quos Deus maximos efficere ſtatuit, hos varijs probat experimentis. Sic docet Baſilius de Seleucia Epiſcopus, dicens: k *Athletam, quem ad tantam diuini huius amoris exercitationem prouocabat Deus in medium terrarum orbis ſtadium conijcit multis antea virtutum experimentis, velut in paleſtra eruditum.* Hæc ille de Abraham, quæ ad vnguem verificata ſunt in Franciſco intra Eremum experimentis varijs probato, vt inde tanquam ex mundi angulo exiens per totum terrarum orbem eius fama diffunderetur.

Sic obediens fuit Franciſcus, ſed eius obedientiam excellentius, & euidenter à poſteriori probare haud difficile erit: ſcilicet ex eo quod omnia creata ipſi obtemperabãt, nec alia ratione, niſi quia verus Chriſti ſeruus erat, & obediens, idq; ipſemet ſanctus pater apertè oſtenderat, quia dum dominium ſupra ſingulas creaturas ſe habere demonſtrabat, dicere ſolitus erat, (vt refert Leo. X. in Bulla Canonizationis) *Qui perfecto corde Domino ſeruiũt omnia creata illis obtemperãt.* Et quod dicta factis comprobauerit per ſingula diſcurram.

l *Tom. 1. cap. 7.*

147 Et primò ſupra dæmones oſtendit habere dominium; pro qua re recolenda ſunt quæ ſupra ex D. Gregorio relata ſunt: l Sanctus enim iſte doctor exponens textum prouerbiorũ, (*Vir obediens loquetur victorias*) dixit; quod, *cum hominibus pro Deo ſubijcimur, ſuperbos ſpiritus ſuperamus.* Et Sanctus Pater Frãciſcus dæmones ſuperaſſe, imo & ab eiſdẽ, quibus dominabatur, obedientiam obtinuiſſe, pro certo habemus. Sed aduertamus prius quod Chriſtus vſque ad mortem obediens fuit; Perinde quæro qua ratione vſq; ad mortem obediens? an forte, vt ſicut in arbore inobediens Adam victus remanſit à dæmone, ita dæmon per obedientiam Chriſti in Cruce vinceretur? ita ſane. Sicq; optime reſpondere videtur Sanctus Ireneus dicens: m *Vt quod perdideramus in Adam, hoc in Chriſto Ieſu reciperemus, quia non erat impoſſibile eum hominem, qui ſemel victus fuerat, & eliſus, per obedientiam replaſmare, & obtinere brauium victoria.*

m *Lib. 3. aduer. hæres cap. 20.*

Franciſcus dominium habuit ſupra dæmones.

Hinc ergo victorem contra dæmones Franciſcum merito obedientiæ fuiſſe haud dubitanter aſſero canit enim in eius officio Eccleſia, (*deuictis hoſtibus triumblat cum Angelis coronatus*) ac ſæpè etiam ſcimus victos dæmones ſuo traxiſſe cingulo, ac ſæpè eis imperaſſe, vt aliquid in beneficium fabricæ, vel geſtarent, vel facerent tanquam baiuli, & operarij, ſic legimus in eius vita. Vnde, & aliquando credentes dæmones tanquã ignotos, ſe ad ſanctum acceſſiſſe; eis continuo in fabrica Eccleſiæ velut alijs operarijs vtebatur, quos iam cæleſti ſpiritu illuminatus prænouerat. Et dum ad opus conſtruendum illos recipiebat, grauiora pondera geſtare, illis imperabat; adeò, vt ſæpe eorum alter tale pondus portaret, ad quod ferendum vix plurimum hominum vires ſufficerent. Quũq; in oppido paterni apud noſtrates conſtrueretur Eccleſia à Sanctiſſimo patre, & ventum eſſet ad lapideam portam erigendam, iam eleuatis poſtibus ſuper ſolidas baſes, quando ſuper poſtes collocandum erat ſuperliminare, tunc vni dæmoni præcepit, vt ſaxeam illam trabem ſumeret, & ſuper poſtes ponendam curaret. Reſponditq; nequam ille ſpiritus ſe præ oneris magnitudine minime poſſe. Cui Franciſcus accipe (ait) ex vna parte tu, alteram ego accipiam, & ita fecerunt, & per duas ſcalas hinc inde poſitas aſcenderũt; cũque deponere lapidem oporteret Sãctus Pater ſuam depoſuit partem, rectéq; collocauit ſuper caput vnius poſtis prope ſe ſtantis; At dæmon magno ſtridens eiulatu proiecit in culmine alterius poſtis ſuam partem lapidis, ita fortiter, vt per medium rumperetur lapis, & rupto lapide ſtatim euanuit; at Franciſcus mox ſuppoſuit manum lapidi, quem, & firmauit colliſione illa non obſtante. Mirabile prodigium quod vſq; nunc cernitur, dum patenter ab inſpicientibus, ſeu Eccleſiam ingredientibus lapis colliſus, & ruptus conſpicitur: his omnibus apparet, quam magna fuerit Franciſci obedientia, qui lapſis Angelis, ita dominabatur.

Idq; merito obedientiæ.

148 Ex iſta victoria verificatur adimpletum in Franciſco, quod in Geneſi ſcriptum legimus. n *Inimicitias ponam inter te, & mulierem inter ſemẽ tuum, & ſemen illius ipſa conteret caput tuum.* Ibi ſplendet victoria per Chriſtum (*Semen*) obtinenda propterea per ly *Semen, filium* poſuit Chaldæus dicens: *Inter filium tuum, & filium eius*, (& addit) *ipſe obſeruabit tibi, quod feciſti ei à principio.* Chriſtum ergo, quem alij obſcurius, ille exprimit clarius. Et Septuag. etiam legunt: *Ipſe ſeruabit*

n *Cap. 3. 15.*

nabit caput tuū,& tu ſeruabis eius calcaneum. Sed cur pœnam hanc infligit ſerpenti, ita vt hominem dicat calcaturū pedibus ſuis caput eius? Nota quod viſibilis iſte ſerpens inuiſibilem repræſentat; Ideoq; dixit hominem calcaturum caput ſerpentis viſibilis, quia poſt Chriſtum, qui calcandi vires dedit voluit Deus, vt quilibet homo Deo obediens ſciret ſe oppreſſurum dæmonem ſerpentem inuiſibilem. Sic Chryſoſtomus hac de re ediſſerens. o *Vide quomodo per pœnam huic beſtia deputatam* (ait) *quanta humani generis cura Deo ſit demonſtretur, & hoc quidem de viſibili ſerpente, licet autem poſt hoc, volenti conſiderare ſcriptorum tenorem, & agnoſcere, quod ſi de ſenſibili ſerpēte hæc dicta ſunt, multo magis accipienda ſunt de ſpirituali ſerpente, etenim, & illud pedibus noſtris ſubiecit humiliatum, & nos incumbere illius capiti fecit.* Multoties Franciſcus venenatum ſerpentis caput ſuis virtutibus, & obedientia contriuit, perpetuum illi cum inferni reptilibus fuit bellum, nullum quaſi fuit tempus, quo hoſtile bellum nō habuerit cum dæmonibus, ſemper cum eis aut bellabat interius, aut exterius dum à corporibus obſeſſis eos eijciebat, exire imperabat, &c.

o *Hom.* 17.

Nec ſolum ſuper dæmones imperium habuiſſe oſtendit; ſed ſuper omnes etiam creaturas. Aſpiciant quæſo ignem, & facile comprobabunt iſtam creaturam magis omnibus alijs indomitam eſſe; attamen Franciſcus eam domitam fecit; nec alio quam obedientiæ merito indomitum ignem domuiſſe, arbitror, iuſſerat Nabuchodonoſor tyrānus Princeps, vt tres illi adoleſcentes hebræi in fornacem ignis ardentis mitterentur, eo quod auream ſtatuam, quam fecerat, & propoſuerat adorandam, vt ipſe impius Rex adoraretur in ea. Et ſancti illi adoleſcentes adorare noluerunt, confitentes ſoli Deo vniuerſorum patri, & Domino deberi adorationem. Miſſi tandem in fornacem, non ſolum ignis eos intactos reliquit, ſed reueritus quoq; eſt, & vincula diſſoluit: atq; inter irroratas diuinitus flammas ſuauiſſime benedicentes Deum hymnum cantabant. Affert rationem Daniel dicens. p *Fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem*. Non deeſt, qui arbitretur, non fuiſſe igne conſumptos, quia Angelus in medio fornacis exiſtens, aut reſtitit igni, opponendo illi aliqua refrigerantia, quibus, & calor ne ab igne flueret impediebatur, & rore aſperſa fornax ſolatium afferebat. Verum abſq; fundamento dicitur, nam ſic non eſſet calor in igne, nec in actu primo, nec in ſecundo, & contrarium patet in ſcriptura, quæ aſſerit vinctos pueros fuiſſe miſſos in fornacem, & vincula combuſta fuiſſe, ſed pueros liberos, & ſolutos manſiſſe. Vbi Gloſa Interl. ait: *Ligati, ſed ardent vincula, & vinctos flamma non tangit*. Itaque dicendum eſt, in igne calorem non ſolum fuiſſe, quo ad actum primum, ſed etiam quo ad effectum, ſeu actū ſecundum; nam & vincula combuſſit intus, & foris Chaldæos: *Incendit quos reperit iuxta fornacem.* Si igitur impietatis miniſtros, & vincula combuſſit, cur non tangit ſanctos pueros? ſi illos, qui plures, & ætate maiores ſunt, non timet; cur iſtos non aggreditur? obedientiæ merito tribuitur, quod indomitum elementum ſua non vtatur vi: Creatori quidem ſuo obediuit ignis, quia mandatis diuinis obtemperantes illi, miſſi fuere in fornacem: Hanc eandem rationem aſſignat Liranus, dicens. *Quia cum creatura obediat creatori in omnibus poſſibilibus, fieri poteſt per virtutem diuinam conſeruari ardorē ignis in actu primo ſine ſecundo, quia prius poteſt abſolui à poſteriori.* Ex quibus patet, ignem non ſolum Deo obtemperare, ſed etiam obedienti Deo.

p *Cap.* 3. 11.

Ignis in fornace pueros cur nō combuſſit.

149 Neſcio an recte dicam Franciſcum Patriarcham noſtrum fuiſſe igneum, vtpote qui ſemper cum igne, & in igne verſabatur: aut niueum ardenti igni reſiſtentem: ipſe carbones accenſos ſuis geſtabat manibus, aut ſinu, & nec vrebatur caro, nec veſtium pilus; ita prunas tractabat, ac ſi eſſent flores ſuauiſſimi, ſuauiſſimum ſpirantes odorem. Imò dum manibus tenebat prunas, circunſtantes hortabatur, vt ſe in ſuis manibus, aut ſinu calefacerent. Sed quod magis mirandum eſt, ipſum in medio fornacis deambulantem contemplari. Ruinam præmonſtrabat fornax, & iamiam dirui videbatur, ac Franciſcus ſigno crucis munitus, fornacem ingreditur, & inter voraces flammas hinc inde conuerſus perambulabat, & vbi diruebatur fornax approximabat, & manu partem illam fornacis tangendo, dicebat, eſto firma, ſta, ne mouearis a loco ex charitate. Hac arte, non alia ædificatoris, aut alterius cuiuſcunque artificis vtebatur. Vbi duo ſunt miranda, & quod pars illa ſuo iuſſu ſit ſolidata, & obfirmata in ſuo priſtino ſtatu; & quod ignis, vndequaque circundans Franciſcum, non combuſſerit, imo nec veſtem vllo modo læſerit.

Franciſcus prunas ac flores tractabat.

Sed cur quæres abſque læſione ſit ab igne egreſſus? aut cur non timet, voraces flammas ingredi, & per eas, tanquam per auram refrigerantem deambulare? Ipſe Franciſcus iam præuenit, huicque difficultati adæquatum præbuit reſponſum; illis verbis: *Qui perfecto corde Domino ſeruiunt, omnia creata obediūt illis.* Ideoque ipſi ignem parere, non dubitauit, eo quod ipſe, tanquam fidelis ſeruus, Deo promptè obediebat.

Fornacem ingreſſus obedientiæ merito non læditur.

150 Sed addendum eſt, quod magis ſanctitatem Franciſci extollere videtur, ſcilicet quod per medium fornacis ambulans videbatur ſimilis filio Dei. Nec eſt dubitandum talem apparuiſſe, ſi in fornacem Babyloniæ mentis oculos dirigamus: cū enim vltra tres in fornacem miſſos Rex Nabuch. Vt arbitror, vidit; dum dixit: *Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Nunc inquirit Rupertus; *Vbi nam viderat Rex ille Filium Dei?* Et rectè quidem interrogat, nam, vt quis ſciat alterum alteri ſimilem eſſe, oportet antea illum alterum, cui ſimilem dicit ſecundum, vidiſſe: quumque non fuerit Deus ab illo Rege viſus,

Franciſ. eſt ille quartus ſimilis filio Dei.

X quo-

Digitized by Google

quomodo ſcire poterat quartum eſſe Deo ſimilem? Recte ergo ait: *Vbi nam viderat Rex ille filium Dei?* Cui interrogationi non deſunt, qui reſpondeant, multa Regem illum etſi impium cum Daniele colloquia habuiſſe ab eoque audiuiſſe portenta legis diuinæ, & quod in Exodo: q *Apparuit Moyſi Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Tanquam in ſolio Maieſtatis ſedebat, vel ſtabat in flamma, quæ in rubum non agebat, vel eius comburendo folia, vel plantam deſiccando; ſed potius quaſi in aquam conuerſa ſpinoſam plantam rigabat, totamque floridam, ac viridem, foliaque virentia relinquebat. His ſtantibus Rex ille cum vidiſſet quartum vna cum tribus in medio fornacis commutantem fornacem in templum pſallentium, & prunas in flores, ac ignem in auram ſuauem, imaginatus eſt, totum id eueniſſe, quod in rubo, qui illæſus remanſit ab igne, eo quia Deus erat in eo. Igitur intulit Rex, hunc quartum haud alium eſſe poſſe, niſi Deo ſimilem. Et hoc ad gloriam Franciſci quiſq; conſpicit redundare, etenim ſi ille medium fornacis ingreſſus, & inter ardentes flammas, quaſi ludens ignis ardorem extinxit, & ab incendio vorandi vim imperio ſuo abſtulit; dicere audeo, ipſũ eſſe ſimilem Filio Dei, Siquidem quartus ille non fuit Deus, ſed Deo ſimilis, ergo fuit figura Franciſci, qui poſt tres adoleſcentes illos fuit quartus, qui fornacem ardentem ingreſſus, exiuit illæſus.

q Cap. 3. 2.

151 Similem quoque Filio Dei fuiſſe Franciſcum ex imperio, quo frænum poſuit Scillæ & Charybdi afferre, non dubito. Nemo enim ignorat id, quod fabulantur poetæ de his mulieribus in monſtra marina conuerſis, ac ſiculum fretum infeſtantibus, naufragiumq; facientibus, vt naufragos homines vorarent canes qui circa pudenda Scyllæ erant. Si non malis dicere, quod Scylla, & Charybdis ſcopuli fuerint, hinc inde poſiti, & per concauitates rupium fluxum fieri maris, & refluxum; circa eos ſcopulos in mari ſiculo: Quibus in locis cum grauiſſimus eſſet ſtrepitus propter ſaxorum concauitates confabulati ſunt antiqui, canes eſſe circa latera, & inferiores partes Scyllæ eam vorantes. Sed præſtat inter omnes Virgilius, qui ita breuiter intentum expreſſit. r

r Libr. 3. Æneyd.

Dextrum Sylla latus, Læuum implacata Charybdis.
Obſidet; atque imò barathri ter gurgite vaſto
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras.
Erigit alternos, & ſydera verberat vnda
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.

Ex hac fabula id tantum, quod veriſſimum eſt, conſiderandum propono; ſcilicet quod antequam Sanctiſſimus noſter Patriarcha per illud mare abſque nauigio tranſiret in maximo nauigantes verſabantur periculo, & ſæpiſſimè nauigia qualitercunq; vaſtiſſima compulſa, quandoq; ab vndis, vel à tempeſtate ex Scylla in Charybdim, ſubmerſa ab ipſo mari abſorbebantur. Quæ autem ab vndis Charybdis agitata, rurſus, & compulſa in aſperas, & latentes Scyllæ petras irruerint, quaſſabantur, & diſrumpebantur, & feræ, monſtraq; marina multiplicia exeuntia homines è nauibus colligentes, edebant. Terrori itaq; ſemper fuit, etiam expertiſſimis nautis fretum ſiculum, quouſq; hæc loca ſuis pedibus nauigaſſet verus Hercules diuinus Franciſcus, qui ſuo imperio interemit Charybdim, ne hians ſorberet amplius, & nudauit Scyllam voracitate ſua, ne in poſterum, quæ à ſpoliando dicitur, miſeros nauigantes ſpoliaret. Ideoq; ex tunc, vſque ad præſens conſpicitur, vt mare placidum à transfretantibus, & tranquillum; ita vt etiam imperiti nautæ, & pueri, quaſi per lacteum mare ſiculum, olim terribile, nunc valeant nauigare.

Similem Chriſto Frãciſcus eſſe imperio ſuper mare.

152 Quis hoc fecit? Franciſcus; qui cum ad transfretandum non haberet nauim, nec vnde nautis ſolueret portorium; nullo timore perterritus, ſed intrepide, ac diuina virtute armatus, mobile elementum, mobilibus calcauit pedibus, ſolo vtens pro naui pallio, & ſecum ſocium ducens videbatur feciſſe, quod Scyllæ, & Charybdis fretum mobilitatem propriam amiſerit, & ſub pedibus eius duritiem, acquiſierit, veluti ſi lapideum eſſet, aut in ſolidam terram conuerſum. Facit ad intentum, quod narrat Mattheus de Chriſto, quod ſcilicet ad transfretandum; ſ *Aſcendente eo in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari; ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipſe vero dormiebat.* Mirandum quidem eſt cur piiſſimus ſaluator excitauerit; & immiſerit illam procellam ipſo dormiente? Sed vere ſomnus licet naturalis, tamen ſpõte aſſumptus à Chriſto vt augerentur venti, & creſceret tempeſtas, ac timentes diſcipuli efflagitarent pro remedio, & magis Chriſti potentia in maris, & ventorum ſedatione appareret. Audiant Originem: t *Ingreſſus nauiculam fecit turbari mare, vt diſcipulos mitteret in timorem, & ſuum auxilium poſtularent, ſuamq; potentiam rogantibus manifeſtaret.* Quod ita factũ eſt, nam increpatis diſcipulis: *Imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Et ſtatim, qui erant in mari, nauibuſq; eam comitantibus, mirati ſunt dicentes: *Qualis eſt iſte, quia venti, & mare obediunt ei.* Quaſi dicerent pluſquam Moyſes hic, nam ille tetigit ſua virga aquas maris rubri, vt iter per aridam præberet populo: Et pluſquam Elias, qui ſecutus Iordanem tranſmeauit, ſolum confiſus eo, quod pallio ſuo tetigerit aquas, Chriſtus autem ſedauit procellam nõ tactu, ſed ſolo verbo, *& facta eſt tranquillitas magna*; Quando imperauit ventis, & mari, & ſtatim non verbo, ſed opere mutatæ creaturæ obedientes ſe oſtenderunt. *Iſte vero* (ſubſequitur Origines,) vno verbo mandauit illis, quæ non, *habent verba, & obediunt ei.*

ſ cap. 8. 23.

t Hom. 6. in diuer.

153 Vere dixerat Chriſtus: u *Opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.*

u Ioan. 14. 12.

Cum

Cum loqueretur de fideli, qui ſuis verbis crederet, & opere veluti fidus obediens, quod audiret, exequeretur: nam qui crederet Patrem in Chriſto, & Chriſtum patris præcepta complere, à fortiori, & ipſe obtemperaturus Chriſti mandatis ſe prompte exhiberet: Et maiora horum faciet; Nam Petrus vmbra ſanauit, non Chriſtus, ſed fimbria, Fräciſcus de Paula etiam maiora fecit, quam Chriſtus. Nam ſi Chriſtus. *Imperauit ventis, & mari.* Franciſcus non ſolum imperauit, ſed pedibus mare ſiculum calcauit, quod cum dicatur pontus ex illo pontem fecit ſibi ſecurum, vt ſecure per pontem, veluti pontem pertranſiret. Si vero dicamus illud fretum ex feruentibus, & procelloſis vndis, ad præſentiam Franciſci, & ad ſuum imperium etiam quieuit. Sic nominis Ethimologiam deſcripſit quidam, dicens.

Pontus ponte caret, ab æquo dicitur æquor,
At freta cum feruent: Mare dicas cum ſit amarum.

Sedauit Franciſcus Mare non ſolū pallio pedibuſque ſed Zoccolis.

Siculum igitur fretum ad præſentiam Franciſci omnem amiſit feruorem, & ſuperauit Moyſen, & Eliam: nam pallio, & baculo ſuſtinebatur ſuper aquas, & tremendum illud fretum, quod vulgo (Farum) dicitur Scyllæ, & Charybdis, horrendum quibuslibet nautis Franciſci imperio fuit obediens; quia Chriſto obediens ipſe fuerat, & obedientibus obtemperat Chriſtus, eiſque facit parere creaturas. Rectè Auguſtinus conſiderans, quod ſtetetit Sol, *obediente Deo voci hominis, dixit.* z *Non humani imperij auctoritate luminaria requieſcunt, ſed tantum imperantis iuſſui obediunt. Dominus orationi ſuæ obediens præcipit, & obediunt. Ex quo intelligitur Deum ſeruorum ſuorum precibus obedire, & ad eorum neceſſitatem creaturas ſuas opportune gubernare.*

z Lib. 2. de mirabil. 55 cap. 4.

Sed adde tantum portentum eueniſſe, quia ſi Chriſtus imperauit mari, & ventis, Franciſcus factus ſimilis Filio Dei imperauit ventis, & mari; quando vt legitur in bulla ſuæ canonizationis: *Siciliæ fretum ſtrato ſuper fluctibus pallio cum ſocio tranſmiſit.* Sed quia Dei Filius (maiora horum faciet) dixit. Etiam Franciſcus maiora fecit; ille ſiquidem ſedarat ſuo verbo mare, iſte ſuis meritis (mirabile quidem dictu) etiam Zoccolis. Damnatus quidam ad triremes, quæ Franciſcum in Galliam proficiſcentem portarunt, cum redirent, tempeſtate, & maris procella ortis, videns triremem procelloſis fluctibus agitatam fluctuare, proiecit Zoccolum ſancti Patris in mare (quem caſu relictum, & inuentum eo tempore crediderat, ſed fortè diuino Spiritu præuiſa tempeſtate à Franciſco dimiſſum) dicens adhuc hic ſunt maledicti illius fratris Zoccoli? (Maledixit, quia libertatem, quam ab ipſo ſperabat, nō obtinuit) ſed Zoccolo tangente aquam ſtatim facta eſt tranquillitas magna. Quid vltra? Sed illius virtute, qui voluit per ſeruos ſuos maiora fieri.

a Cap. 10. 11. 154 Fortaſſe hoc etiam Propheta Zaccharia vaticinatus eſt; quum dixit. a *Tranſibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis.* Varij varia dicunt in expoſitione huius textus, ſed Iudæorum fœlicitatem in reditu in Iudæam inſinuari arbitrantur quamplures, quaſi remouere promittat Deus obices, & obſtacula maris, & fluminum, & ſiccare ſi opus eſſet mare, ac flumina, vt ſiccauit per Moyſen, quando virga percuſſit rubrum mare, & ſub Ioſue profunda fluminis Iordanis, quod ſi contingenter Propheta loqueretur, libenter amplecterer, Sed quia abſolutè loquitur de re futura in mari, vt etiam Iudæi ad literam hæc intelligentes, dicant; prædici à Propheta portenta futura, quæ facienda erant à ſuo Meſſia, ſicut facta ſunt à Moyſe in Mari rubro. Et de his portentis imperando mari, & ventis fecit noſter verus Meſſias Chriſtus, & facienda maiora permiſit ſeruis ſuis.

Prophetia Zaccharia de tranſitu maris freti, pro S. Patre Franciſco.

Ideo mihi videtur dicendum, quod attentis illis verbis: *Tranſibit, & Percutiet,* quibus Propheta videtur inſinuare aliquam ſingularem perſonam; de glorioſo Patriarcha Franciſco de Paula textum poſſe aptiſſimè intelligi, & Prophetam fuiſſe locutum etiam, quo ad literam arbitror: quod ſi ita ſecundum literam negauerint; Myſtico ſenſu nequeunt negare. Quid enim potentius ſiculo freto, quod cæteris omnibus fretis, quantumuis feruentibus, feruentius eſt; ſuoque feruore fit omnibus horribile, & magis, ac magis horribile, imò & terribiliſſimum olim antequam Sanctus Pater ſuis pedibus per illud tranſfretaſſet. Ergo dum ait: *Tranſibit in maris freto* Franciſcum præuidit, & de ipſo Prophetia eſt verificata, & in ipſo completa. Quaſi dixiſſet *Tranſibit* Franciſcus, qui iam tranſiuit in ſiculi maris freto. *Et percutiet* (ſequitur textus) *in mari fluctus,* quod opere completum eſt: Etenim percuſſit non ſolum pedibus mare calcando ſed proprio ſuo verberabat baculo fluctus maris, quando manibus tenens baculum ſuccedentes vndas percutiebat, non omnes vndas ſimul, ſed vnam poſt alteram ſua percuſſione retro proijciens. *Et tunc confundentur omnia profunda fluminis.* Quaſi diceret: ad præſentiam Franciſci, cuius imperio cedit ſiculum fretum quamuis terribile, & horribile; reliqua flumina, & ſi profunda verecundabuntur, & pudefient, & confundentur non cedere, eique ad nutum non obedire. Qua ratione Tyberis fluuius ad imperium Franciſci ſtatim creuit, quando Summo Pontifici obedientiſſimus ad Regē Galliæ ſe transferre ſatagebat: Sed fluminis ingreſſa Triremi, paulatim exſiccabantur aquæ; Curaque completa ſacrorum locorum viſitatione, & peractis in orbe peragendis, ac poſt Summi Pontificis benedictionem nauigare oporteret, perſcrutatis aquis pro nauigatione neceſſarijs, textu comprobarunt non poſſe triremem nauigare, quæ ferè, & quaſi tota in arena iacebat, ita diminutæ erant aquæ: Mox Franciſcus iuſſit nautis, vt iterum aquas metirentur, quibus metitis ad ſex palmos creuiſſe illicò flumen comprobarunt; Eoq; augmento triremis potuit velociſſi-

ciſſimè à Tyberi ad mare egredi: quo miraculo oſtendit Deus Franciſcum, non ſuper mare tantum ſed ſuper flumina dominiū habuiſſe; adeò vt liceat mihi cum Regio Vate exclamare.
b *Pſal.* 88. 10. b *Tu dominaris poteſtati maris motum autem fluctuum eius, tu mitigas.* Et cum Iob.
c *Cap.* 26. 12. c *In fortitudine illius repente maria congregata ſunt*, Id eſt cum ſeptuaginta: (nos in Franciſcum tranſitum facientes dicamus.) *Virtute ſua ſedauit mare.* Cum Vatablo: *virtute eius quieſcit mare.* Et cum Simmacho: *Sua prudentia confringit arrogantiam maris.* Cedat ſuperbus ille Antiochus, Qui (vt Sacer textus ait.)
d 1. *Macchab.* c. 9. 8. d *Sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terrā in geſtatorio portabatur &c.)* Franciſco, qui humilitate, & obedientia, quod Antiochus ſuperbia ſua, & auſu temerario facere nequiuit, ille peregit. Ei vt fortiori mare, & venti paruerunt, ipſe ſua virtute quieſcere fecit fretum, quod ad faciliter nauigandum ſedauit, & ſua prudentia illius freti arrogantiam abſtulit; ſuiſque pedibus tumentes fluctus, non ira, ſed reuerentia confringebantur: habentes eum ſimilem Filio Dei, qui prius imperauerat ventis, & mari.

155 Sed ſi ventis, & mari imperauit Franciſcus, ſuo que ſtatim paruerunt imperio. Cur nos miſeri obedire vel recuſamus, vel tepidè facimus? Gloriamur filios eſſe talis ſanctiſſimi Patris, & quaſi ſua in auribus noſtris ſonitum efficere videntur verba illa Malachiæ.
e *Cap.* 1. 6. e *Si pater ego ſum, vbi eſt honor meus, & ſi Deus ego ſum, vbi eſt timor meus?* Quibus verbis à Sancto Bernardo auditis, ait.
f *Serm.* 17. *in Cant. in fine.* f *Confundor, confundor audire; Si ergo Pater vbi eſt honor meus?* Verba dicta propriè de Deo intelliguntur, qui primus, & præcipuus Pater, & Dominus noſter eſt, & noſtram ingratitudinem, & irreuerentiam culpat, & accuſat. Sed à noſtro Patre, & Patriarcha Franciſco nobis dicta præcitata verba intelligamus. Ipſi enim debemus amorem reuerentiam, & obedientiam; Attamen etſi Filij, ſed velut ſpurij plerique viuimus; vbi enim priſcorum exacta obſeruantia? vbi reuerentia? vbi erga patrem obedientia? & amor? Diui Bernardi vtar verbis.

Non eſt filius Franc. qui eum operibus non imitatur.

g *Serm.* 11. *in Cant.* g *Ita ipſe patrem ſe exhibuit mihi, ſed non ego me viciſſim illi filium. Quanam fronte attollo oculos ad vultum patris tam boni, tam malus filius? pudet indigna geſſiſſe genere meo, pudet tanto patri vixiſſe degenerem. Exitus aquarum deducite oculi mei, operiat confuſio faciē meam.* Obediens fuit Franciſcus Deo, obediamus Deo, & Franciſco: ſeruauit ipſe regulam, & ſeruandam nobis propoſuit, ſeruemus, & nos eandem; alias nec ipſe Pater noſter, nec nos veri filij ſumus. Nunc ſufficit nobis tanti Sancti, & Sanctiſſimi Patris dici Filios, niſi eius opera ſectemur.

Nam, & Hebræi Filij Abraham erant, & tamen in Euangelio eis intonuit Chriſtus.
h *Ioan.* c. 8. 37. h *Scio quia filij Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere, quia Sermo meus non capit in vobis.* Sed quomodo dices, Filij Abrahæ potuerant eſſe, ſi homicidæ erant: bene poterant eſſe ex proſapia Abrahæ, & ſuum, quoad corpus, habere ſanguinem, ſed degeneres eſſe, quoad mores animæ. Vicerat in illis voluntatis malitia naturæ priuilegium. Vnde Chryſoſtomus inquit.
i *Hom.* 9. *ſuper Mat.* c. 2. i *Vidiſtis certè quod non ſuffecerit ad ſuffraginm liberorum paterna nobilitas; vitia ſiquidem voluntatis vicerunt priuilegia naturæ.* Et propterea dixit eis. *Si Filij Abrahæ eſtis opera Abrahæ facite. Non negat* (ait Auguſtinus) *eorum originem, ſed facta condemnat; caro eorum ex illo (Abraham) erat, vita non erat.* Vtinam & ſimilia nobis dicere non oporteat: ſcilicet ſi Filij Sancti Patris Franciſci eſtis, opera eius facite: Originem ab eo duxiſſe oſtendimus habitu quem geſtamus, & ſuis laboribus acquiſita amamus, iiſq; vtimur, & veſcimur, ſed operibus noſtris patrem inhonoramus, & grauiter offendimus. Ad quid ò me miſerum iuuat eſſe minimum religioſum in habitu, ſi ſuperbum, ſi iracundum, ſi laſciuum, ſi inobedientem, ſi cupidum, &c. In corde, opere, aut verbo eſſe conſpicimur. Audiant Nicolaum de Lyra.

Minimi habitū geſtare nō ſufficit illi qui eſt corde ſuperbus laſciuus, &c.

k *In Cap.* 8 *Ioan.* k *Fruſtra gloriatur aliquis quod ſit filius ſecundum habitum alicuius ſancti, niſi opera ſua ſecundum ſuā poſſibilitatem imitetur, imitari.* Ergo nos oportet Franciſcum Patriarcham noſtrum, ſicut, & ipſe imitatus eſt Chriſtum, cui per obedientiæ meritum deſcripſimus illum ſimilem in dominio.

156 Et vltra ea quæ dicta ſunt ad ſimilitudinem iſtam comprobandam addere oportet, non minus imperium habuiſſe ſuper terram, ac ſuper mare diximus. Idq; operibus demōſtrauit. Mitto quod terra vteretur ad curandas varias, & peſtiferas ægritudines: quod herbis ſponte natis vlcera ſanabat; quod flores ſtatim odoriferos prodire volebat; multaque alia in ſignum obedientiæ iuſſu ſancti patris terra ſubminiſtrabat. Sed portentorum portentum maximum fas eſt appellare pendentem illum lapidem, ſeu ſaxeum molem, & quidem maximam, & ingentem, quæ vſq; nunc exciſa à monte viſitur; & ad perpetuam rei memoriam, ſic ſemper Deo dante perdurabit. Factum ita euenit: cum ingentem rupem ex ſaxeo monte exciſam, & cadentem vidiſſet Franciſcus, ac præcipiti ſuo lapſu ruinam molendino, ſubter montem ſito minantem, ſtatim manu ſuſtinuit, eiq; vt firma, & ſtabilis eodem loco maneret, iuſſit; quare obediens rupis ad præceptum ſancti patris fixa mibi, & immobilis permanſit, nec amplius vſque adhuc dimota inde eſt: Imò tranſeuntibus quodammodo terrorem afferret; niſi pro certo haberent meritis Franciſci non inde amoueri. Et tandem cuncti aduenæ, qui deuotionis cauſa propriam ſancti patris domum in paternis bonis ſitam, inuiſendam pergunt, ſtupent tam magnum lapidem ſiſtere immobiliter, nunc inflexum, & quaſi curuum.

Dominium Franciſci ſuper terrā.

Portentum rupis exciſæ in Paula.

Vere poteſt dici illud Zacchariæ.
l l *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.* Hi oculi non

erant

erant lapidi inciſi, ſed à lapide ſeparati; vt opinantur Lyro, Vatablus, Fernandez, Sanctus, & alij, & in lapidem proſpectantes: quia omnes tranſeuntes, quaſi in ecſtaſim rapti mirantur, & admirantur ſtupendum prodigium. Cedat huic lapidi illud immobile capitolij ſaxum apud Virgilium: m quo perpetuitas Romani imperij oſtendebatur iuxta reſponſum aruſpicis, nempe; *Roma imperium caſurum quando ſaxum capitolij cadet*: Quaſi diceret; ſicut illud ſtabile ſaxum nunquam cadet, ſic nunquam Romana gloria ruet. Sed melius ſtabilem, & æternam gloriam Franciſci mortalibus oſtendit lapis ille, & in futurum ſuperſtitibus oſtendet, quia imperio Franciſci obediens permanet immotus, & immobilis permanebit. Et ne lõgius curram, cum Dauide concludo: n *Omnia quæcunque voluit fecit in Cœlo, & in terra*. Quia per eximiæ obedientiæ prærogatiuam, Immortalis Deus mortali homini Franciſco tot priuilegia conceſſit; vt & dæmones contremiſcant, quieſcat mare, & ſub pedibus ſuis induretur, imperet mortuis, & reſurgant; ſicut & febri alijſq; morbis imperando, euaneſcat, aquam ex lapidibus educat, fluminum impetus frænet, oculis viſum, auribus auditum, mutis loquelam, mortuis vitam tribuat; & tandem, vt certo conſtat, quidquid voluit ſuis meritis præſtitit indigentibus Deus; & iam continuo deuotè petentibus per ſui nominis inuocationem præſtat ille, qui miſericors eſt, & pius, quia largitor munerum eſt, & ſcit ſibi obedienti obedire.

m Æney. 9.

Miracula facta ex virtute obedientia.

n Pſ. 134.

CAPVT XI.

De alia ſacrificij circunſtantia, quæ fuit, vt auium plumę proycerentur, in qua actione Chriſti paupertas declaratur.

157 VEſiculam gutturis, (ait ſacer textus.) o *Et plumas proijciet prope altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi ſolent.* Per veſiculam intelligunt nonnulli pulmonis vexiculam, alij ventriculum ſtercoris. Vnde Chaldæus interpretatur; proyciendam eſſe, *veſiculam cum ſtercoribus*; Quod pro ſtercore fortè intellexit recentes cibos nondum digeſtos, & in receptaculo, & veſica gutturis reſeruatos. Quo facto docemur omnia mundi ſaltem ſuperflua fore tanquam ſtercora ſpernenda, atq; deſerenda; eorumq; ſuperfluorum curioſa inquiſitio; vt auium plumæ proyciebantur, reijcienda eſt. Nam mens deſigenda eſt in puluerem, & cinerem ex quo orti, & in quem reuerſuri ſumus. Ita Iſychius, & Radulfius. Inſuper etiam cum plumæ ſignificent molles veſtes, & prætioſas, atq; delicatas; eas abijcere debet, qui vult fieri Dei holocauſtum. Quumq; primum, præcipuumq; holocauſtũ ſui ipſius obtulerit Chriſtus à plumis, & curis temporalium rerum perfectè ſe alienauit, & pauperem vitam egit; vt nos ad paupertatis voluntariæ virtutem accenderet. Vtq; omnibus hæc ſit perſpicua veritas, ſequenti doctrina eam probare nitar.

o Cap. 1. 16. *Paupertas eſt vna ſacrificij circunſtantia.*

Et primo, Ipſemet Chriſtus (ſe pauperem fuiſſe, & pauperem vitam duxiſſe ab inſtanti conceptionis vſq; ad complementum ſacrificij in ara Crucis exhibitum, docuit; dicens: p *Vulpes foueas habent, & volucres Cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Ditiora eſſe animalia, tam terreſtria, ait, quam volatilia filio hominis: illis quidem ſunt cauernæ, aut ſpeluncæ, iſtis vero ex ramis, & folijs arborum vmbracula contexta; & ille qui auctor omnium eſt, ait, mihi nec vbi caput ponam eſt. Hinc Sanctus Hieronymus hunc locum expendens, & ſcribam alloquens ait, q *Cur me propter diuitias, & ſeculi lucra cupis ſequi, cum tantæ ſim paupertatis, vt nec hoſpitiolum quidem habeam, vt tecto vtar non meo.* Et ſuper locum illum Matth. r *Vt non ſcandalizemus eos vade ad mare, & mitte hamum; & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te.* Ait Hieronymus: *Hoc ſimpliciter intellectum ædificat auditorem dum audit tantæ Dominum, fuiſſe paupertatis, vt vnde tributa pro ſe, & Apoſtolo redderet, non habuerit.* Verum alibi explicans eandem Chriſti paupertatem dixit: ſ *Hoc intelligendum eſt, quod tantæ paupertatis fuerit Chriſtus, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitium, nullam inuenerit manſionem.*

p Matth. 8.20. *Chriſti paupertas magna.*

q Tom. 9.

r Cap. 17. 26.

ſ Libr. 1. in Matth.

Hoc idem ex Diuo Thoma confirmatur, quærens enim Sanctus Doctor, t *Vtrum Chriſtus in hoc mundo debuerit pauperem vitam ducere?* Et Reſpondens inquit: *Decuiſſe Chriſtum pauperem vitam ducere in hoc mundo. Tum quia congruum erat prædicationis officio, & ſi diuitias haberet, cupiditati eius prædicatio adſcriberetur.* Sic affert ex Hieronymo dicente: *Quod diſcipuli eius ſi diuitias habuiſſent, videretur non cauſa ſalutis hominum, ſed cauſa lucri prædicare; & eadem ratio eſt de Chriſto. Tum etiam* (ait) *quia ſicut mortem corporalem aſſumpſit, vt nobis vitam largiretur ſpiritualem: ita corporalem paupertatem ſuſtinuit, vt nobis diuitias ſpirituales largiretur ſecundum illud ad Corinth. Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, vt illius inopia vos diuites eſſetis.*

t 3. p. q. 40. a. 3. *Decuit Chriſtum pauperem eſſe, & quare.*

158 Obijcit ſibi D. Thomas, debuiſſe Chriſtum eligere mediocritatem, quæ inter diuitias, & paupertatem reperiri ſolet, prout poſtulauerat Salomon; qui typus, & figura Chriſti fuit, dicens. u *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum tribue victus meo neceſſaria*; Ergo Chriſtus non debuit pauperem vitam facere, ſed moderatã, qua via ſecurus quiſque incedet, ſine periculo ſuperbiæ, aut impatientiæ, vt Diuus Bernardus inſinuauit, inquiens: x *Quia vtrobiq; in ſiniſtris videlicet, ac dextris, in proſperis, atq; aduer-*

u Prou. 30

x Ser. 2. in Domin. Pſ.

Digitized by Google

aduerſis periculum eſt ideo Sapiens dicit: diuitias, & paupertates ne dederis mihi: nè forte aut diuitiæ extollerent in ſuperbiam aut paupertas deijceret in impatientiam. Non quia iſti defectus eſſe potuiſſent in Chriſto, qui eſt Filius Dei, & ab omni peccati labe immunis: Sed ne Iudæi alijque gentes paupertatem eius crederent aut iudicarent ſuam abſtinentiam eſſe coactam. Iuxta quod dixit Sanctus Ambroſius. a *Salomon, qui ſapiens erat, timuit per diuitias extolli, & pauper fieri formidauit, ne paupertatis neceſſitate abſtinentiæ gratiam non teneret.* Ac fortaſſe etiam dicerent in Chriſto non defuiſſe damna paupertatis, quæ ſubiunxit Salomon dicens: *Ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam quis eſt Deus?* Hæc videntur damna illorum qui, & ſuperbi, & idololatræ propria moti malitia propter diuitias, quibus abundant multoties euaneſcunt; & impij fiunt.

a *In Pſal. 118.*

paupertatis damna, furtum, & periurium. Sed de paupertatis miſeria dixit Salomon: *Aut neceſſitate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei,* coactæ paupertatis damna, furtum, & periurium, & in hæc timebat Rex Salomon incurrere, eo ipſo quod pauper eſſet. Sed mirum videtur poſſe id Regi euenire. Verum Suetonius de Domitiano Imperatore refert, quod *ille pauper effectus ad furandū ſe dedit.* Vnde Martialis dixit. b *O quantum cogit egeſtas.* Vlterius periurium timuit, nam ad peierandum ſuadet paupertas. Hinc ille iuris conſultor Caliſtratus dicit: c *Probandum eſſe an pauper ſit, uel diues, qui teſtis eſt ob firmitatem teſtimonij, cum poſſit facilè labi pauper ad ſuam ſubleuandam paupertatem quacunque via, præcipuè furandi, & mentiendi.* Quod & Iuuenalis etiam cognouit cum dixit. Satyr. 3.

b *Epigrā. ad Chiridemum.*
c *Lege 3. in princ. ff. de teſt. in §. Sancim. in authen. eo. tit. & in ca. in primis. ſed. & de perſonis. 2. q. 1.*

> *Da teſtem Roma tam ſanctum, quam fuit hoſpes.*
> *Numinis Idai.*
> ————Et paulò poſt
> *Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca.*
> *Tantum habet, & fidei.*

Pauper à teſtificando expelitur. Mirabile dictu: non igitur fides adhibenda, niſi diuitibus, ſi non ad probitatem viri teſtificantis, & ſed ad plenam denarijs arcam inſpiciendum eſt, pauper ergo caret fide? Ita, Reſpondet, & rationem aſſignat, dicens:

> *Et noſtrorum aras, contemnere fulmina pauper,*
> *Creditur, atque Deos, Dijs ignoſcentibus ipſos.*

d *Cap. 27.* Adde quod etiam Eccleſiaſticus dixit. d *Propter inopiam multi deliquerunt.* Cui ſe ſubſcripſit Siluius Italicus: e *Sceleris procliuis egeſtas.* Et Lactan. Firmian. inquit. f *Multa ſunt quæ ad peccandum irritant ætas, violentia egeſtas, occaſio.* Sicuti ergo de his omnibus timens Salomon, paupertatem vitare optabat; ita & Chriſtus debuit non ducere pauperem vitam, non quia de damnis timeret; ſed ne alijs ad ſuſpicandum occaſionem præberet.

e *Lib. 13.*
f *Lib. de ira Dei cap. 20.*

159 Sed Reſpondet Diuus Thomas; quod licet mendicitas ſit occaſio furandi, & mentiendi, aut etiam periurandi. Quia vero Chriſtus peccati capax non erat propter hāc cauſam ex qua Salomon hoc vitabat, Chriſto vitanda non erant. Neque tamen quælibet mendicitas eſt furandi, & periurandi occaſio, ſed ſola illa, quæ eſt contraria voluntati, ad quam vitandam homo furatur, & periurat; ſed paupertas voluntaria hoc periculum non habet: & talem paupertatem *Chriſtus elegit.*

Paupertas voluntaria libera eſt à præfatis damnis.

Nec valet dicere debuiſſe Chriſtum non præbere alijs occaſionem ſuſcipiendi, ſiquidem ſtulta, & voluntaria imaginatio eſſet: Sicuti foret nunc ſi quiſpiam iudicaret Franciſcanos omnes, cæteroſque religioſos ad furandum, & periurandum induci propter paupertatem, quam voluntariè amplexi ſumus (ad inſtar Chriſti, qui pauperem elegit matrem, patrem fabrum, nec in domo, ſed in ſtabulo voluit naſci, nec in cunis, ſed in præſepio, eoque alieno reclinari, & tota vita nihil proprium poſſidere, ſed aliorum eleemoſynis viuere, ita vt dicat D. Thomas ad 3. quod à mulieribus, & diuitibus neceſſaria accipiebat, teſte Luca, qui ait. g *Mulieres quædam ſequebantur Chriſtum, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.*) Sic & de Chriſto ſtulte erraſſent, ſi eum in præmiſſis miſerijs deficere eſſent imaginati: illa enim ex paupertate inuoluntaria oriri aliquando ſoleant, non à voluntaria, quæ libera eſt ab ijs periculis.

g *Cap. 8.*

Chriſti etiam paupertatem colligimus ab illo Summi Sacerdotis ornamento, quo induebatur cum ſacrificium offerendum erat. h *Facient autem ſuper humerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bis retorta opere polymito.* Quod ſuper humerale fuerit veſtis propria Pontifici certum eſt & Ephod etiam dicitur non alijs minoribus Sacerdotibus, vel Secularibus conceſſum, quibus etſi conceſſum erat Ephod, illud erat ſimplex, & lineum: Hoc autem de quo hic textus loquitur, diſtinguebatur à Sacerdotali & ſolius erat Summi Pontificis, quia polymitum ex auro hyacintho, purpura cocco, & byſſo erat intertextum; & tam pectus eius, quam humeros tegebat, tam inferne potens, quam ſupernè continua, & vniformi textura vndique contextum, nullis nodis aut fibulis connexum, vt ijs amotis aperiri poſſet, conſtans manicis, inſtar thoracis, protenſum non vltra, ſed vſq; ad cingulum; & contextum erat ex filis aureis, hyacintinis, purpureis coccineis, & biſſinis opere polymito idest contextum verſicoloribus, licijs, & filis, aut ſtaminibus veluti, quæ textrices in telis implicant. Vnde Plinius. i *Plurimis vero licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit.* Et Virgilius Eclog. 8 *Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore licia circundo.*

h *Ex. 28.*
Pontifex ſuperhumerali indutus Chriſtus in figura.
i *Lib. 8. c. 48.*

160 Sed nunc ſi ad literam intelligamus textum, cur quæſo ſummum Sacerdotem tam prætioſis veſtibus ſuper indui præcepit Deus? quid prætioſius auro, hyacinto purpura, &c. quis negabit luxum in veſtimentis fugiendū? certè

Veſtium luxus fugiendus.

certe fugiendus eſt, vt docuit Sanctus Paulinus Panægir. de Cel. puero. dicens.

Nolo mihi tyrio modo ſerica murice veſtis
Ardeat arſuri corporis inuidia,
Ne poſt purpureos me flamma perẽnis amictus
Ambiat, & pretium, veſtis in igne luam.

Et ſane qui pulchris, & prætioſis veſtibus ſe induunt, ſuis ipſi ſunt inferiores veſtimentis, prætioq; viliores ſic de quibuſdam mulieribus loquebatur Clemens Alexandr. dicens: k *Si corpus quidem earum, nempe mulierum, venundetur, nunquam mille dragmas atticas inuenerit, vnam autem veſtem mille talentis ementes, ſe eſſe veſtibus inutiliores, ac viliores arguunt*. Cur ergo Sacerdotum veſtes, ita prætioſas fieri, iubet, vt fint ex auro, pupura &c. an, vt dignitas illius miniſterij reſplendeat? an vt tam miniſtrantes, quam aſſiſtentes magis attenti eſſent, & cum omni reuerentia ad Dei cultum, & religionem incitarentur? optime quidem. Sed cur non ſufficit aurum, ſed biſſum requirit? aurum cum lino, & ſi puriſſimo, non tam conuenit quam cum margaritis. Sed dicendum eſt per aurum denotari ſapientiam, & dilectionem Dei, & proximi in Chriſti Sacerdote reperiendam; propterea ait Beda. l *Cuncta fiunt de auro, prætioſis coloribus, quia nihil vile, aut ſordidum in Sacerdotis ore, vel opere debet apparere, ſed cuncta, quæ agit, vniuerſa, quæ loquitur, omnia, quæ cogitat, & coram hominibus præclara, & in conſpectu interni arbitri oportet eſſe glorioſa*. Et Beatus Gregorius Magnus inquit: m *Recte ſuperhumerale ex auro, hyacinto, purpura, & byſſo retorta fieri præcipitur, vt quanta Sacerdos clareſcere virtutum diuerſitate debeat, demonſtretur*. Et addit; *vt per omne quod penetrat non ad res infimas, ſed ad amorem cæleſtium ſurgat*.

k 1. pædag. cap. 10.

Veſtis verſiculorum virtutes in Sacerdote ſignat.

l Cap. 3. li. 3. de Tabernac.

m 2. part. paſtor. c. 13.

161 Nec materia ſuperbiẽdi ſumitur à Sacerdote ex veſtium prætioſitate, ſi inhæreat diuinis, ſed ex illa diuerſæ qualitatis materia, ſeu colorum varietate meliorandi ſe ipſum occaſionem ſumit cum illa omnia interiorem, & exteriorem munditiam declarent, & quod pluribus fulgere debeat virtutibus. Ita loquuntur B. Arnoldus, & Alcuinus, ille ait. *Oportet ſane, vt Sacerdotalis actio, ſemper ſit, & auro ſapientia fulgida, & hyacinto ſpes in ſublime erecta, purpura regni, vt debellatrix peccati in captiuitatem redigens dæmoniorum monſtra, circundata, & coccobis tincto, dilectione gemina flammea, & byſſo retorta ſemper in oppreſſione, & caſtigatione carnis ſollicita*. Alcuinus vero magis declarat dicens. n *Ad hæc facienda non tam diuerſa, quam ſpecies ſumebantur, aurum videlicet quod eſt ſplendor ſapientiæ diuinæ: cui iungebatur hyacinthus, qui eſt color æreus, cæleſte videlicet deſiderium: purpura apponebatur, quæ ſanguinis imitatur colorem, & per duo genera martyrij nouerint ſe exercendos electi, id eſt, ſi neceſſe ſit non dubitent mori pro Chriſto: & pacis tempore in ſeipſis appetitus occidãt, mortificantes membra ſua cum vitijs, & concupiſcentijs: coccus bis tinctus Dei, & proximi dilectionem, indicat efficaciter tenendam, byſſus geminam caſtitatem, corporis ſcilicet, & animi ſignificat. Vnde de verè vidua dicit Apoſtolus, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu; his ornamentis debet Chriſti Pontifex refulgere, his coloribus ornari*.

Colores virtutũ diuerſitatem innuunt.

n Libr. de diuin. offic. §. de ſingulis veſtibus.

Eleganter quidem per hos patres docemur de virtutibus, quæ aut inſunt, aut ineſſe debent Sacerdotibus. Sed ſi per ſummum Sacerdotem intelligamus Chriſtum deſignari, vt fas eſt intelligi, cum ille ſit in quem omnia tendant, & ad quem omnia reſpiciant, tanquam ad rerum Dominum, propter quem omnia alia ordinata ſunt, & in quo omnia debent verificari, quia ſemper Moyſes cum Chriſto, lex cum Euangelio correſpondet, ideò ſuper humerale huius Sacerdotis magni obedientiam abſq; dubio ſignificat Charitatis, qua Chriſtus Filius Dei portandis imo tollendis peccatis noſtris humeros ſuppoſuit, & cum illis in Crucem aſcendit. Et hoc per ſuperhumerale varijs coloribus polymitum ſignificare intelligimus; *Quia ipſe eſt* (inquit Rupertus.) o *Propitiatio pro peccatis noſtris, non autem pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi, non coacta ſed ſpontanea Charitate, quæ cæteris virtutibus illa præeminet, vt cæteris metallis aurum præualet*.

Super humerale polymitum in Chriſto ſignat omnes virtutes.

o Libr. 3. c. 13.

162 Nihilominus deſignari Chriſtum per ſacerdotem, & eius virtutes per colores concedentes; dubitare poſſumus, diues, an fuerit, vel pauper? tum quia præfatæ virtutes per varietatem colorum indicatæ ineſſe poſſunt etiam diuitibus; Tum etiam quia eſt indumentum præcioſum, & ſpecioſum: Satis enim precioſa materia eſt aurum, & purpura ornamentum Regis; Quomodo ergo poſſumus dicere (ſi ſuperhumerale illud mente concipiamus) Chriſtum non diuitem, ſed pauperem fuiſſe? Reſpondeo illud ſuperhumerale præter cætera omnia myſteria, quæ per ipſum ſignificabantur, Chriſti etiam paupertatem nos docuit, & voluntariam crucifixi Sacerdotis in ara crucis ſe offerentis indigentiam expreſſit. Vnde temere errabat Gyraldus ille, qui fingebat quoddam in Eccleſia ſuperhumerale temporalium diuitiarum; quia ſuperhumerale Chriſti paupertas eius, & nuditas in Cruce fuit, gemmatum ſane, ditiſſimum, ac præcioſiſſimum; quo à ſuis crucifixoribus ſpoliari non potuit, & nihilominus eum Gyraldus ſpoliare contenderat. Sic docet Diuus Bonauentura in Apologia pauperum contra Gyraldum. Sed hæc accipe inter alia eius præclariſſima verba. p *Hoc ſuperhumerali, & rationali verus Pontifex Chriſtus adornatus fuit, dum ſanctæ paupertatis perfectionem, verbo docuit, & exemplo probauit, & tunc potiſſimum, quando, vt verus Pontifex per ſanguinem proprium ingreſſurus, in ſancta pauper, & nudus in cruce pependit. Hoc ornamento nobili, & ſpirituali, quo à corporalibus crucifixoribus Chriſtus ſpoliari non potuit, hic velut atrociſſimus prædo eum nudare contendit, & aliud quoddam confingere nititur, non vitta hyacinthina, & catenulis aureis, ſed terrenarum poſſeſſionum affluen-*

Superhumerale docet etiam Chriſti paupertatem.

p Part. 2. reſpon. 3. poſt med.

Digitized by Google

aſſluentijs tanquam iunctura lutea, & viſcoſa conſtrictum: quaſi Christus cum Apoſtolis terrena poſſederit. Et alibi. q *Sicut in Saluatore noſtro crucifixo* (ait) *nihil fuit quod ſæculares glorias, aut diuitias ſaperet, ſic nihil egit nihil docuit per quod mundi diuitias appetendas eſſe monſtraret: quin potius, vt nos ad perfectæ paupertatis amorem accenderet hoſtiã Deo patri, vt Pontifex offerens nudus in Cruce pependit.* Ecce quam eleganter Seraphicus Bonauentura ſacrificium Summi noſtri Sacerdotis Christi deſcribit, quando contentus hoc ſacro paupertatis ornamento, quod eſt Pontificis ſuperhumerale, ſuo Patri hoſtiam ſui ipſius obtulit. Prætioſitas ergo polymiti ſuperhumeralis ex auro, & purpura, cocco, byſſo, &c. Spirituales diuitias deſignabat, nobis largiendas à Christo, quando pauper, & nudus penderet in cruce: & totum ſuperhumerale onus eſt noſtrorum peccatorum, quo onere onuſtus Crucem aſcendit.

q *Artic. 2. p. 1. reſp. 3. in fine.*

163 Scribit Sanctus Hieronymus. r *Præſepe in quo infantulus vagijt ſilentio magis, quam infimo ſermone honorandum eſt.* Et ſi quæras quare debeat præſepe ſilentio honorari, & non potius illud vſque ad ſydera extollere? Reſpondere haud dubito, quia illudmet præſepe concionatoris officio fungitur; ideoque attentè audiendum; clamat enim Christi paupertatem, humilitatem cæteraſque virtutes. Vnde doctiſſimus Cornel. à Lapide in eo agnouit quendam typum paupertatis, & pauperis regni Christi, in quo pingitur Christus recens natus poſitus in præſepio, iacens in fœno inter bouem, & aſinum; aſtantibus, & adorantibus Sancta Maria, & Ioſeph cum Lemmate aureas eius dictante gnomas. Et inquit: Hic diſce ò fidelis anima pleniſſima reſignatione, & abdicatione rerum creatarum, & purificatione affectuum liberam, impertubabilem, quietam, & nudam Deo tuo mentem præſentare, vt nihil habens, vera in eo omnia poſſideas. Eſt enim vera paupertas expedita: *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* ſ Nuda: *Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram.* t Patiens: *Patientia pauperum non peribit in finem.* u Confidens: *Tibi derelictus eſt pauper.* x Opulenta: *Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* y Secura: *Ego autem mendicus ſum, & pauper Dominus autem ſollicitus eſt mei.* z

r *Epiſt. 18.*

Præſepe Christi concionator eximius.

ſ *Matt. 19. 21.*
t *Pſ. 72. 25*
u *Pſal. 9.*
x *Pſal. 34.*
y *Matth. 19 29.*
z *Pſal. 39.*

Concio iſta eſt, quàm à præſepio non verbis, ſed factis proclamat Christus, quamque tota vita, ac etiam in ipſa morte proclamauit è patibulo Crucis. Scilicet: *Filij hominum, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Vanæ ſunt omnes mundi opes, vanæ pompæ, vanæ deliciæ, vani honores, vana contemnite, vera ambite; nec veriora inuenietis, quam quæ paupertas Christi in ſtabulo offert, & ſequentibus promittit, & ſua paupertate ditiſſimos omnes facere conſpicuum eſt. Audiant Bernardum. a *Prætioſioris panni Saluatoris omni purpura, & glorioſius hoc præſepe auratis Regum ſolijs: dicitur denique Christi paupertas cunctis opibus, cunctiſque theſauris ſæculi; quid enim humilitate diuius? quid prætioſius inuenitur? quia nimirum regnum Cælorum emitur; & diuina gratia acquiritur, ſicut ſcriptum eſt: Beati pauperes ſpiritu, quoniam eſt regnum Cælorum.* Et alibi etiam ait. b *Saluator cuius eſt aurum, & argentum ſacram in corpore dedicat paupertatem.*

b *Ser. 4. de Natiu.*

164 Et ſic mirum non eſt, ſi pauper Christus diligat pauperes, ſimilitudo enim cauſat amorem; imò ita pauperes diligit, vt in hac eadem vita eos quodam modo beatos faciat; idque oſtenderat illis verbis: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorũ?* Vbi, beati dicuntur (vt communiter exponunt Patres) in ſpe non re, aut beatitudine viæ non patriæ, quatenus ad beatitudinem tendunt; aut inchoatione virtutis, non inconſummatione gloriæ. Sed quia beatitudo dos eſt propria Deo, aliquid amplius videtur Christus inſinuare, dum pauperes dicit beatos; nimirum eſſe participes diuinitatis, atque inde ex nunc aliqua frui gloria. Sit exemplum: Regis Hiſpaniarum Filius, aut alterius magni Principis. Si Filius Regis eſt, Princeps Hiſpaniarum dicitur, & propriè Dux Calabriæ; vel ſi alterius Principis filius eſt, aliquo alio gaudet titulo, vt Comitis, aut Marchionis, &c. Et tamen paruulus ille, nec ſtatum poſſidet, nec gubernat, & regit ſubditos, quin imò nec obolum habet, aut expendere valet: Et nihilominus certiſſimè ius habet ad regnum, ſeu ſtatum, & verè titulo gaudet. Simili modo pauperes habent ius ad regnum beatitudinis, & ex nunc titulo gaudent, ideoque dicuntur beati; *quia ipſorum eſt regnum cælorum.* Nam licet nunc realem poſſeſſionem non habeant, certiſſimum tamen habent ius, & quidem Dei verbo inhærens, quod firmitate, & certitudine ipſos cælos abſque dubio, & terram ipſam ſuperat. *Cælum enim, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.* Quid opulentius affectabit pauper? quis non propter cæleſtia terrena deſpiciat? dicente Auguſtino. c *Dimitte terrena, & accipies cæleſtia.* Sed certè mundo, vt Deo fruamur, renuntiare oportet; non enim duobus Dominis ſeruire licebit. Ideo dixit Sanctus Proſper Aquitanus. *Qui vult Deum poſſidere, renunciet mundo, vt ſit illi beata poſſeſſio.* Fœlices pauperes, quibus Deus non aliter ac Leuitis ſemeipsũ dedit. e *Noluitque eos poſſidere agros, vineas, prata, &c.* Eis tactus ipſe ager, & fructus. *Quid vltra* (addit Sanctus Proſper) *quærit, cui omnia ſuus conditor fuit? aut quid ei ſufficit, cui ipſe non ſufficit? quid poteſt eo eſſe fælicius, cui efficitur ſuus conditor cenſus, & hæreditas eius dignatur eſſe ipſa diuinitas.* Paupertas ergo Spiritu, qua homo amorem ſuum auocat ab omni re creata, cum totum cum omni ſua ſpe in Deo creatore reponit, & in eius amore perfectè conſiſtit. Vera eſt virtutis ſumma, veraque huius vitæ beatitudo, & tanquam ſuum ius habet ad Cœlum. Vnde Bernardus dicebat. f *Vis obtinere cælum*

Pauperes dicuntur beati quia ex nũc aliqua fruuntur gloria.

c *Ser. 133 de temp.*

d *Lib. 2. de vita contempl. c. 16.*
e *Nu. 18. 20.*

quod

f Serm. 1. in feſto omnium SS.

quod perdidit ſuperbiens Angelus qui confiſus eſt in virtute ſua,& in multitudine diuitiarum ſuarum ? paupertatis vilitatem amplectere, & tuum erit.

Sed aliquid amplius affert ipſa paupertas; nam pauperum aduocatione Cœlum ipſum in quod ius habent, diuites ingrediuntur. Hinc Chriſtus tam ſalutare conſilium præbuit diuitibus; dicens. g *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Id eſt, de opibus quæ vel iniquè, vel fraudulenter adeptæ ſunt, vel de opibus abſconditis in arca, ne ijs gaudeant pauperes, & non conſiderant eas eſſe infidas, & fallaces, ſed veluti iniqui, & impij putant eas ſolas eſſe diuitias,quia nō nouerunt diuinas, & cœleſtes. Vt autem ſciāt quanto maiora,& opulentiora ſint,quæ in Cœlo habentur ſuadet diuitibus terrena erogare pauperibus; nam ſi pauperes Sancti fuerint, in die mortis habebunt eos interceſſores imò, & receptores ipſorum in Cœlum. Sed dices fortaſſe pauperes ſunt peccatores, & ex illis, qui peccato moriuntur, quomodo ergo poterunt eſſe interceſſores, & receptores? Reſpondeo quod ſi fortè pauperes illi, quibus largiris eleemoſynam, impij fuerint propter eleemoſynæ meritum recipieris à Chriſto, & à tota cœleſti curia. Ideò ſubiunxit: *Vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Vbi Theophylactus inquit. *Æterna tabernacula à pauperibus in Chriſto conſtituta ſunt, in quæ poſſunt recipere eos, qui hic ipſis amicè de bonis, quæ ſunt Dominica largiuntur. Fœlix permutatio, cum temporaria permutantur æternis.*

g Luc 16.3 *Pauperum merito, & oratione diuites Cœlū ingrediuntur.*

165 O mira maieſtatis dignatio; Ecce quantū diligat pauperes Deus, qui cum ipſe ſit gratiæ, & gloriæ largitor teſte Dauid: h *Gratiam,& gloriam dabit Dominus;* ita pauperem exaltat, eique tantum fauet, atque maximam auctoritatē tribuit, vt quod ſibi proprium eſt pauperis manibus elargiri non dedignetur. Ad cuius rei maiorē intelligentiam expendenda ſunt verba Diui Pauli. i *Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus, & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt per exhortationem, qua exhortamur, & ipſi à Deo.* Fatetur Paulus maximā recipere à Chriſto conſolationem non ſolum pro ſe, ſed pro alijs. Sed num quæro aliunde Paulus ſuos Chriſti conſeruos in afflictionibus poſitos conſolari dicat, an ipſa eadem conſolatione, qua ipſum conſolatur Deus? abſque dubio dicendum, quod per eandem conſolationem conſolatur Deus Apoſtolos, & ipſis mediantibus, alios conſeruos exhortari,& conſolari non ceſſat: quaſi dicat ita veſtra eſt conſolatio, vt etiam alios eiuſdem conſolationis participes efficiatis. Sic & pauperibus dixit: *Veſtrum eſt regnum Cœlorum;* quia alios ibi admittere valetis. Item ſicut qui Regem alloquutus,ait,ſe ingreſſum fauente cubiculario, atque eum introeunte in Regis audientiam; ita & diues ſe gloriari oportet, quod medijs pauperibus Cœlum fuerit ingreſſus, & quod pauperes non pro ſe ſolum meruerunt in profeſſione ſanctæ paupertatis, ſed etiam eorum meritò lucrantur, & diuitem cui proſunt, dum pro eis collata eleemoſyna ſemper orant, vt cœleſtia pro terrenis conſequantur. Nec mirum nam teſte Auguſtino. k *Non defuit ex gentilibus qui huius veritatis notitiam non habuerit.* Etenim Virgilius dum beatorum animas in Elyſijs campis fœlicitate frui commemorat, ſubiungit; Non ſolum illic eſſe quos proprijs meritis migraſſe ſcimus, verum quoque eos, qui aliorum meritis in campos Elyſios migrare meruerunt. l

Qui ſui memores alios fecere merendo.

h Pſal. 83.

i 2.Cor.1.4

Exemplum pro eadē re.

k *Lib. 21. de Ciuit.*

l *Lib. 6. Aeneyd.*

His conformia videntur, quæ Paulus dixit: Sed ex inæqualitate in præſenti tempore. m *Veſtra abundantia illorum inopiā ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas.* Sed quomodo dices, poterunt pauperes diuitibus vnquam fieri æquales? benè poſſunt,ſed proportionaliter, quia ſicut diuites ſuperflua dando pauperibus eos ſibi æquales faciunt, ſeu pares, ita & pauperes communione meritorum diuites ſibi adæquant, non omninò, ſed proportionaliter; ita vt neutri in neutro deficiāt, vel nimis præ alijs abundent. Nam alioquin nec diuites dando pauperibus tantum dant, vt eos ſibi æquè diuites faciunt; nec pauperes reddendo diuiti preces, & ſpiritualia dat æquale, ſed multo amplius, quam temporale,quod accepit nec rurſus tantum dat ſpiritualium, quantum habet, vt ait Diuus Thomas; abundant tamen diuites,dum oratione & meritis pauperum pro eleemoſyna eos ſubleuat Deus in hac vita, & poſtea pauperes recipient diuites morientes in æterna tabernacula. *Ipſorum eſt enim regnum Cœlorum.* Ex amore ergo, quo Deus pauperes proſequitur, oſtenditur, quantum illi grata ſit paupertas, & quanti eam fecerit mittens filium ſuum in cruce paupertatis immolandum.

m 2.Cor.8 14. *Pauperes, & diuites quomodo ad inuicem æquentur.*

CAPVT XII.

Religioſi quoque Crucem Chriſti ferentes inſtar auium paupertatis ardore ſeſe immolant in eadem Cruce.

166 FVerunt enim multi hæretici contra voluntariam paupertatem inſurgentes quorum errores reijciuntur à noſtris Doctoribus, & deſtruuntur: Vt fuerunt inprimis errores Ioannis Spangebergij dicentis: Paupertatem voluntariam eſſe fruſtraneam. Item Guilhelmi de Sancto amore, dicentis paupertatem habitualem licitam eſſe non actualem: quia, inquit, promptitudo animi ſolum licita eſt ad relinquendum omnia pro Chriſto cum vrget neceſſitas, qua neceſſitate excluſa illicita eſt. Et deſiderij cuiuſdam hæ-

Digitized by Google

reſiarchæ dicentis: Paupertatem voluntariam non ſolum eſſe inutilem, ſed etiam noxiam. Vnde, vt ait, D.Thomas. n *Condemnat ſtatum eorum, qui relictis omnibus egere volunt cum Chriſto.* Vt ſunt Religioſi omnes, qui paupertatem profitentur, & velut aues immolatæ in Cruce paupertatis ſeſe ſponte immolant, pro qua re.

n *Opuſc.* 19.

Aduertendum eſt, quod per ly *par turturum, aut duos pullos columbarum* in hoc ſacrificij munere, laudabilis oſtẽditur paupertatis virtus: tali enim hoſtia pauperum inopiæ, & pietati conſultum eſſe præſcribi, qui cum maiora offerre non poſſent, illa auium genera, quæ facili negotio, paruoque prætio parabantur, offerunt: Suam nihilominus pietatem in Deum hiſce muneribus teſtabantur. Hanc rurſus eandem paupertatem Sacer textus in proiectis auium plumis, nempe omnibus omninò rebus, bonisque exterioribus, vt nudum ad Crucis aram Chriſtum, nudi ſequamur: Sic enim antiquitus ſpretis mundi illecebris, proiectis ad Apoſtolorum pedes pecunijs, ſoli Chriſto crucifixo inhærentes in Cruce paupertatis ſeipſos ſacrificabant: idq; mente reuoluens Sanctus Saluianus, & videns, quam inſatiabilis eſſet ſuis temporibus ſuperfluorum cupiditas; vtpote quæ virtutes omnes expellebat, & vitia generabat, non ſine cordis dolore exclamauit, dicens: o *Abijt egregia ac ſupereminens primitiuæ Eccleſiæ beatitudo, qua omnes Chriſtum agnoſcentes caducas rerum mundialium facultates in ſempiternas cœleſtium poſſeſſionum opes conferebant, multantes ſe vſu præſentium præclaram ſpem futurorum immortales diuitias præſenti paupertatis ambitu ementes. &c.* Eſt quidem, & noſtris temporibus valdè peſtilentior cupiditatis rabies, & deploranda nimis; dum nec territi diuinis flagellis, nec ad neceſſitatem ſubleuandam deſiderantur pecuniæ, & acquiruntur; ſed vſurario lucro, ita Mundani ſtudent, vt vltra quinquaginta, imò & aliqui vltra centum pro cento habere conentur, velintque extorquere: Vt ſic per noua quæſtuum incrementa exardeſcens cupiditas coaceruandis, vndique & per fas, nefaſque opibus cumulandis incumbit, emergitque auaritia, radix omnium malorum. In rem quidem hanc qui attentè inſpexerint, illos certè ſtolidos, & inſenſatos diuites iudicabunt dum terrenis tanta auiditate vacant, quod cœleſtia minimè aſpiciunt. En miſeri cur non hæc omnia ſtercora putatis, quæ nec ſanæ mentis ſunt nec proſunt. Quinimò officiunt plurimum, & theſauris animæ obſunt, ac ſenſibiles opes, quæ manibus attrectantur, diſperdunt, & delent. Expectantur obſecro aliquantulum veritatem hanc, ex ijs quę dicemus Deo dante in tractatu vbi de terræ motu noſtris temporibus partem Calabriæ ſubuertente, & ferè totam timore perterritam indicante.

o *Lib. 1. ad Eccleſ. Cathol.*

Vſura reprehẽditur.

Paupertas Religioſa.

167 Et ad auream illius ætatis Euangelicam paupertatis perfectionem, quam Religioſi hodie profitentur, deueniamus: Et vtinam obſeruemus, vt oportet; Nam qui verè obſeruant huius miſeræ cupiditatis liberi ſunt, & tanquam cruciferi Religioſi crucem Chriſti ſequentes, illius imitantes paupertatem, dicunt cum Petro. p *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Nimirum* (ait Bernardus) *quia exultauit ille vt gigas ad currendam viam, nec currentem ſequi poteras oneratus.* Hic cupiditas pauperum cupiditati opponitur diuitum: Pauper enim Spiritu, licet cenſu ſit inops, tamen ſenſu eſt diues, quia amore Chriſti omnia, quæ habere, ſperare, & conſequi poſſet per totam vitã in mundo, imò totum mundum, & omnia quæ in mundo ſunt Petrus reliquit, & cum eo religioſi, vt totum cor Deo tradant, omnia relinquunt, qui eſt actus heroicus paupertatis æquè, ac charitatis, & religionis: hac ergo paupertate religioſi ſe totos Deo in holocauſtum, tanquam turtures, & columbæ offerunt, & fiunt ipſimet animatum Dei holocauſtum. Audi Auguſtinum. q *Petrus non ſolum dimiſit quidquid habebat, ſed etiam quidquid habere cupiebat. Quis autem pauper non turgeſcit in ſpe ſeculi huius? Quis non quotidie cupit augere, quod habet? iſta cupiditas præciſa eſt. Ibat in immenſum, accepit modum, & nihil dimiſſum eſt? prorſus totum mundum Petrus accepit. Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Et Gregorius, & ex eo Bernardus, r *Multum deſeruit,* (ait) *qui voluntatem habendi dereliquit a ſequentibus Chriſtum tanta relicta ſunt, quanta à non ſequentibus deſiderari potuerunt.*

p *Matth.* 19. 17.

q *In Pſ.* 103. *Cõc.* 3

r *Hom.* 5. *in Euang.*

Quam viam ſequuntur Religioſi, qui omnem diuitiarum cupiditatem abijcientes, iuxta Pauli conſilium, deponunt omne pondus, & currunt, vt comprehendant, omnemque terrenarum opum ſarcinam, quæ nos grauat, & quæ nos veſtium inſtar voluunt, curſumque præpediunt, aut retardant ſummo gaudio à ſeſe remouent, ac ſpernunt; vt nudi cum Chriſto nudo ſtadium crucis currant, eiuſq; nuda, & clara veſtigia ſic ſequuntur. Nam vt Amos Propheta ait. ſ *Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet.* Et quis eſt iſte robuſtus corde? niſi religioſus Spiritu pauperrimus. Et qui ſunt fortes? niſi diuites, qui potentes dicuntur ſeculi. Vnde Hieronymus legit: *Inter potentes nudus fugiet: Quia religioſus proiectis diuitijs ſe terrenis omnibus nudat, vt leuis, & expeditus à mortalium potentium fece ad eam vitam, quæ ab interitu remota eſt, quaſi additis alis euolat, tanquam curſor robuſtus inter fortes nulla Sarcina prægrauatus nudus poſt Chriſtum nudum pariter currit*; ait Hieronymus ibi. Et in regula Monachorum ad Paulam, & Euſtochium dixit: t *Nudus Ieſus nudos quærit ſequentes: quod ſi ipſum ſequi volueris temporale aliquid appetens, oneratus grauedine nudum ſequi poteris.* Et alibi u de Crate Thebano quondam ditiſſimo, ſed amore philoſophiæ totum auri pondus abijciente, dixit: *Non putauit ſe ſimul poſſe, & virtutes, & diuitias poſſidere. Nos auro ſuſarcinati pauperem Chriſtum ſequemur?* Minimè quidem, ſi Cœlum ingredi cupimus; quia non aſcendit in Cœlum, qui curis terrenarum rerum & cupiditatibus præ-

ſ *Cap.* 2. 16.

t *Cap.* 3.

u *Epiſt.* 3. *ad Paulin. de Inſtu. Monachi.*

Digitized by Google

prægrauatur, non eum capit Cœli porta, qui latos extendit vanitatis ſinus, & tumoribus ſuperbiæ inflatur, & grandes diuitiarum ſarcinas deportat.

168 Exprimit hanc veritatem Patriarcha ille Iacob dum refert ſe vidiſſe Scalam Cœlum à terra pertingentem. Aſcendenteſq; etiam, ac deſcendentes per eam Angelos: Statimq; ait. *Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta Cœli.* Domum appellauit locum illum, in quo videbat Deum veluti herum domus, aut alicuius familiæ patrem, quem innitentem ſcalæ agnouit. Et portam Cœli nominauit, ex eo quod ſcala ad portam Cœli pertingebat. Sed cur dices Iacobo Cœlum apparuit apertum? Cur tantum erga eũ Deus amorem oſtendit? cur tali beneficio eum eſt proſequutus? Dicendum reor, hoc eueniſſe, quia erat afflictus, merẽs, & profugus, & huic panditur Cælum. Ideo clamat Rupertus ibi: *O profugum cæleſtis Aſyli protectione dignum, quam veraciter dictum ſit: iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde.* Pſal. 33. Et Hieronymus expendens ea Dauidis verba, ait: Nunquam elongatur ab eis, qui propter illum ſuſtinent. Cum ipſis eſt in tribulatione; non loco ſed auxilio. *Exultandum ergo eſt in tribulatione, quæ ſignum eſt Dei præſentis, fauentis, & Cælum patentis. Patuit itaque Iacobo tum quia profugus, & afflictus, tum etiam quia peregrinus, & huic Cælum tãquam finis, & peregrinationum terminus panditur, vt ibi conſummato curſu intret in gaudium Domini ſui.* Felix Iacob cui ſcala de terra in Cælum erigitur, cui Deus tot bona præſtat. *Hac planè* (ait Rupertus) *magna eſt dignatio ſupernæ propitiationis, quæ ſuper hunc peregrinum talem vel profugum viſcera ſua non continuit, quin properaret oſtendere, quam tutum illi prepararet, refugium in altitudine Cæli.* a Verum non propter hoc tantum reſeratum Cælum oſtenſum eſt Iacobo, ſed præcipuè illi patuit, tanquam homini pauperi, & expedito depoſitis iam Mundi, terræque Sarcinis ad Cælum velociter currenti.

Iacob religioſorum typus.

a *Lib. 7. in Gen. c. 22.*

Sed nunc, quæres, qui ſunt ſub typo Iacobi præſignati? aut qui ſunt, qui adhuc in mundo degentes Iacobum imitãtur? Religioſos à Mundo etiam profugos deſignari, non ineptè aſſero. Quippe, qui vndas maris huius mundialis, eiuſque voraginem vitiorum, & criminalium peccatorum foueas fugientes, Cruciq; Religionis inhærẽtes, & ſoli Chriſto ſeruientes corpus laboribus, & pœnitentijs humilitate, & paupertate, ita affligunt, vt non deſinant ſemper ſe puros ſeruare, quouſq; ad vltimam perfectionem perueniat. Et de iſtis Religioſis videtur adnotaſſe Rupertus, quando dixit: b *Iacobum imitantur, quicunq; depoſitis ſæculi oneribus nudi, & expediti ad deſtinatum tendunt, cũ Apoſtolo dicentes.* c *Nõ habemus hic manentem Ciuitatem, ſed futurã inquirimus. Illis porta Cæli aperitur, & aſcendentibus ſcala hæc erigitur. Scala verò ipſa erecta, noſtra eſt vita in hoc ſæculo, quæ humiliato corde à Domino erigitur ad Cælum.*

b *Loc. cit. c. 21.*
c *ad Heb. c. 13.*

169 Rurſus certum eſt, quod anima ſi leuis non eſt, & expedita per ſcalam, & portã Cæli ſubintrare nequibit. Nunc interrogabis cum Diuo Chryſoſtomo: d *Quis poteſt animam leuem efficere?* Sed reſpondet ipſe Chryſoſt. *Vita admirabilis: ad nihil eorum quæ hic ſunt, aſpirare: Nec pedibus ſuis quidquam alligare eorum, quæ deorſum, & feruntur, & ferunt.* Fruſtra ergo onuſti conſcendere contendunt in Cælum, ſub terra profecto, & cum terra neceſſe eſt decidant, qui affectu, & cupiditate toti ſunt facti terreſtres. *Fœlices ò Religioſi* (exclamat Bernardus) e *qui non ſolum itis, ſed curritis, quia exonerati eſtis, & accinti nihil ponderis ſupra dorſa portantes &c. Sed non ſic filij ſeculi huius etenim grauiſſimis ſarcinis prægrauati, vel ſub onere, vel cum onere cadunt.*

d *In Pſ. 4.*
Anima quomodo fiat leuis.
e *Serm de quadruplici debito.*

Sed mirandum eſt cur tantum Iacobo patefactum ſit Cælum, & non Abrahamo, qui primus fuit inter Patriarchas, & de Chaldæa in Meſopotamiam, & de hac in Chanaan, in hac tota vita peregrinus millies terram mutabat, & tamen ei minimè Cœlũ ſeſe oſtendit apertum? Profugus etiam dicitur à patria iubente illi Deo: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* f Atque illo ſtatim obediente fuit nobis exemplum, noſtra, noſq; ipſos abnegandi. Vnde D. Baſilius expendens tria illa, de Patria, cognatione, & domo; ait, g *Egreſſio perfectiſſima aſcenſio eſt ab omnibus corporis voluptatibus, quæ quidem nomine terræ explicantur cum dicitur Abrahæ: egredere de terra tua: ſed & fuga à delectatione ſenſibiliũ organorum nomine cognationis innuitur, cum additur, & de cognatione tua. Denique auerſatio, & fuga vitæ criminibus prius obnoxiæ per contraria virtutum ſtudia paterna domus vocabulo inſinuatur, cum ſubiungitur; & de domo patris tui.* Prudenter ergo dicimus, quod per hæc tria, quę ipſe peregit non ſolum fuit Religioſorum exemplũ, ſed veluti radix eorum; eo ipſo, quod à ſæculi vanitate ad religioſum inſtitutum, à laxiore ad anguſtiorem vitæ rationem conſectandam in lege gratiæ ſine vllo, aut numero, aut termino diuinitus vocantur: lubentique animo egrediuntur de terra ſua, & de domo patris ſui, & de cognatione ſua, vaduntque in terram, quam Deus demonſtrat, ſcilicet vbi arctius viuitur, iugiter depugnatur aduerſus carnem, & ſanguinem, & aduerſus principes, & poteſtates tenebrarum harum.

Abraham religioſorũ radix, & exemplum.
f *Cap. 12. 1.*
g *In cap. 7. Iſaia.*

170 Verum cum tanta fuerit in Abrahamo religioſitas non legitur ei, ſicut Iacobo apertum fuiſſe Cœlum: Ideoque fas erit quærere, qua ratione non patuerit illi? ſed non arbitror aliam fuiſſe, niſi quia pauperrimus Iacob erat proripuit enim ſe in exilium voluntarium, paternæque domus perfugio, alimento iuſtiſque delicijs omninò abdicatis, vitam exulis, & peregrinantis laborioſiſſimam ingreſſus, perfectionem Euangelicam iam tunc in ſeſe quodammodo indicauit, & à parẽtum conſpectu, domoque auulſus, totque itineris, exilij moleſtias ſubiturus quicquã de ope rerum humanarum requiſiuit, ſed pedeſter ſine

Abraham cur non patuit Cœlũ ſicut Iacobo.

Digitized by Google

h Ser. 79. in Gen.

vllo apparatu iter illud ſuſcepit. Idque ita demonſtrat S. Auguſtinus dicens: h *De beato Iacob non legimus quod cum Equis, aut Aſinis, aut Camelis abierit; ſed hoc tantum legimus, quod baculum in manu portauerit, ſic enim ipſe dixit: In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum &c. At verò Abraham diuitijs ſemper affluit; Erat autem diues valde in poſſeſſione auri, & argenti, vt legitur in ſacro textu.* i *& ſimul ſtare cum Loth nequibat, vt ibi etiam habetur, nec poterat eos capere terra: Erat quippe ſubſtantia eorum multa.* Per ly *Diues valde*, habetur ex Hebræo, *grauis nimis vel vehementer.* Scilicet grauitate opũ, quæ etiam viro Sancto graues ſunt: & quia non aſcendit in Cęlum, qui curis rerum terrenarum, & cupiditatibus prægrauatur non fuit illi tam diuiti oſtenſa porta Cæli, non quia Abraham iuſtus non eſſet, ſed vt doceret nos diuinitus, non ſatis eſſe ad vitæ perfectionẽ, quod hanc, vel illam, aut aliam regionem incolamus, ſi ſemper in terris incolamur, ſi ſemper in terris corda fixa habuerimus. Cælum ergo verè, & toto corde quærentes, vt ſunt veri Religioſi, non ſolum abijciunt patriam, & domum paternam, omneſque conſanguineos, ſed etiam vt aſcendant per ſcalam, & intrent Cæli portam, cunctis omninò opibus dicunt, vale. Extat illud Ambroſij. k *Patriarchæ terram ſolo mutarunt, nos Cælo terram mutemus.*

i Gen. 13. 26.

k Libr. de reſurrect.

171 Aſcendit Chriſtus in altum, & ſecum Religioſi aſcendunt in Cœlum, quãdo Chriſtum ſequũtur, & imitantur in terris. Propterea dixerat Dominus ore Salomonis. l *Qui calumniatur egenti, exprobrat factori ſuo: honorat autem eum, qui miſeretur pauperis.* Chaldæus vertit: *Qui opprimit pauperem, opprobrium facit animæ ſuæ.* Septuag. *Qui calumniatur pauperem irritat eum qui fecit illum.* Theodotion, *blaſphemat.* Et Sanct. Paulinus, *exacerbat.* Sed cur probro, aut contumelia, vel blaſphemia afficit conditorẽ, qui pauperem ſpernit? An quia, vt ait Eccleſiaſticus. *Paupertas, & honeſtas à Deo ſunt?* Minimè, quia etiam Salomon ait: *Diues, & pauper obuiauerunt ſibi, & vtriuſque operator eſt Dominus;* Non ergo hac ratione magis iniurius eſt artifici, qui pauperem, quam qui diuitem calumniatur. Quare ergo præcisè de paupere loquitur, & non de diuite, cum vterque opus Dei ſit? aut quid eſt in paupere principalius, quo exacerbatur, & blaſphematur Deus à calumniantibus pauperem, quod in diuite non ſit? certe hoc erit, quia pauper ſingulari quadam ratione ad imaginẽ Dei factus eſt, & quæ imagini irrogantur, iniuria ad exemplar redeat, neceſſe eſt. Sed quis negabit Religioſos eſſe expreſſiores Dei imagines in terris, qui cum eſſet Deus ad extremam paupertatem ſeſe abiecit: Sic quoque Religioſi voluntariè pro Chriſto pauperes effecti diuitias omnes, & habendi cupiditatem reliquerunt. Audi Saluianum Epiſcopũ Maſſilien. qui voluntarium pauperem deſcribens, ait: *De illis, qui expediti ab omnibus, vel penè ab omnibus ſarcinis, Saluatoris viam ſequuntur, & Dominum Ieſum Chriſtum non ſanctitate ſolum, ſed etiam paupertate imitantur, nihil eſt, quod dici poſſit, niſi illud tantum quod etiã Propheta dixit: Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: hos enim non aliter, quam imitatores Chriſti honoro: non aliter, quam Dei imagines colo: non aliter, quam membra Chriſti ſuſcipio.* Sunt ergo Religioſi, qui ſua ſponte paupertatem elegerunt, imitatores Chriſti, & Dei imagines. Et licet verum ſit, tam diuites, quam pauperes, ac omnes in vniuerſum eſſe ad imaginem Dei conditos, tamen pauperes magis expreſsè, atque germanè illum repræſentant, & adumbrant, dum Saluatoris viam ſequuntur; quam ſequelam ferè negligunt diuites.

l Prou. 14. 31.

Pauper eſt Dei imago peculiaris.

m Cap. 11. 34.

n Prou. 22.

Religioſi ſunt Dei imagines.

172 Exemplum huius veritatis habemus in diuite Euangelij de quo legimus, quod cum à Chriſto expoſtulaſſet, quid ſibi faciendum eſſet, vt vitam conſequeretur æternam; dixit illi Dominus, o *Serua mandata.* Et reſpondenti à iuuentute ſua in lege Dei educatũ, ſtudioſè cuſtodiſſe omnia præcepta Dei, & quid ſibi deeſſet ſciſcitanti, Reſpondit Dominus: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cælo, & veni ſequere me.* Hiſce verbis Religioſorum vita deſignatur; vt Bernardus clamat, dicens, p *Hæc ſunt verba, quæ contemptum mundi in vniuerſo mundo, & voluntariam hominibus perſuaſere paupertatem. Hæc ſunt quæ monachis clauſtra replent, deſerta anachoretis, &c.* Adoleſcens autem ille, *Abijt triſtis.* Sed cur triſtitia plenus diſceſſit: *Erat enim habens multas poſſeſſiones;* Et quia diuitijs onuſtus ambulare non poterat, ſequelam Chriſti noluit amplectere, & quaſi aureis catenis circumuolutus, aut ferreis diuitiarum compedibus ad perfectionẽ progredi, nequibat. Ideo Chriſtus ſubiunxit: *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum Cælorum.* Sed quare Domine mi? nonnè verum eſt, quod Cœlum pro omnibus aperuiſti? Cur ergo tam difficilè erit diuitibus, quod faciliter patet pauperibus? Etenim pauperes ingrediuntur tanquam Domini, iuxta illud, *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorũ.* Quid ergo habẽt diuites, qui aut difficile, aut Cœlũ non intrabunt? Nemo ſit, qui miretur, nam cum ſurſum tendant, *pondere grauati, aut oppreſſi,* (ait Gregorius.) q *Difficilè in regnum Cœlorum, ſi tamen ambulant, peruenient, aut intrabunt.* At vero Religioſi, qui voluntate pauperes ſunt velociores, & honoratiores ſectando Chriſti veſtigia incedunt, vt in Cœlũ aſcendant; quod colligere ex verbis Auguſtini bene viſum eſt, ait enim: r *Si intueri volueris animam hominis aurum amantis inuenies eam, vt veſtimentum à decem millibus vermium corroſum; ita eam perforatam vndique à ſolicitudinibus, & à peccatis putrefactam, & arugine plenam. Verùm non talis anima pauperis voluntarij, ſed potius fulget, vt aurum ſplendet vt gemma, efflorescit vt roſa. Non eſt illic tinea, neque fur, neque ſolicitudo* nego-

o Mat. 19. 22.

p In Declamat. initio.

Diuiti difficile Cœlũ aperitur patet facilè pauperi.

q Homil. 37. in Euangel.

r Homil. 47. in Matheo.

Digitized by Google

negotiorum huius vitæ, ſed ſicut Angelus conuerſatur. Non ſubiacet dæmonibus, non aſſiſtit Regi, ſed aſſiſtit Deo; non miſcuat cum hominibus, ſed cum Angelis: non habet theſaurum terram, ſed Cœlum, &c. Quid igitur hoc paupere melius? An non habet equos, & currum? Quid vero id opus eſt ei, qui ſuper nubem vehi debet, & eſſe cum Chriſto. Hæc Auguſtinus. Diuites ergo arctam, & difficilem eorum diuitijs ſibi viam ſternunt; nam dum amant, quæ poſſeſſa onerant, ab illis, quæ poſſident prægrauantur, vt cum Chriſto haud incedere valeant. Pauperes vero voluntarij velut nubes volāt, aut nube eleuantur, vel ſicut Chriſtum in altum euectum nubes ſuſcepit, ita paupertas velut nubes pauperes Chriſti imitatores ab oculis mundi ſuſcipiet, & abſcondet; nunc intra clauſtra vt peracto huius vitæ curſu ſplendida nubes ſuſcipiat, eoſque in Cœlum è terra aſcendentes aſportet. Audi D.Gregorium Niſſen. ſ Qui expendens illud, *Beati pauperes Spiritu*, qualiter aſcendant pauperes per nubem oſtendit, dicens. *vis intelligere quis pauper ſpiritu ſit? qui propter ſpiritū egenus eſt, qui corporalē opulētiā animæ diuitijs permutat: qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excuſſit, & abiecit; vt ſublimis per aerem ſurſum rapiatur, vt inquit Apoſtolus in nube vna cum Deo per cæleſtia tendens. Ponderoſa quædam res eſt aurum, oneroſa res omnis, quæ diuitiarum cauſa expetitur, leuis vero res quædam, & ſublimia petens eſt virtus. Si igitur ad ſuperna nos aſcendere oportet, ab uſque deorſum trahunt inopes, & egeni ſimus, vt in ſupernis verſemur.* Quid excellentius ad intentum dici poteſt? nihil profecto, cum nihil ſit paupertate locupletius.

Paupertas in Cœlum euehit pauperes vt nubes Chriſtū.

ſ Libr. de beatitudinibus.

173 Et hoc ex dictis clarum eſt, maxime quia per paupertatem, ex nunc beatificat eos Dominus dicens: *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum.* Sed cur beati dici queunt religioſi, qui nihil habent? ſi enim recte vox ipſa (Beatus) perpendatur, aliud Varone teſte ſignificare neſcimus, niſi opulentiam, & ille beatus dicitur, qui ab opibus opulentus eſt, multaq; bona habet; Et diues à diuo qui vt Deus nihil indigere videtur. At religioſi qui nulla terrena bona poſſidēt, & omnibus indigere videntur, nec beati, nec diui dicendi ſunt, Quare ergo beatificat eos, quibus beatos eſſe quaſi repugnat? Sed pro intelligentia notandū eſt, Chriſtum alludere ad illud Moyſis. t *Beatus es tu Iſrael, Quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in Domino.* Saluabātur Iſraelitæ in Domino; ſed quid eſt ſaluari in Domino, vt inde dicatur. Beatus? Saluabatur in Domino, quia eius auxilium à Deo erat, & non ab homine; & dicebatur beatus, eo quod talem Deum habebat, qui omnia bona ei tribuebat. Ipſe enim Deus erat ſcutum auxilij totius Iſraelis à quo ſcilicet omne auxilium, omniſq; protectio prouenicbat. Cumq; Religioſorum Symbolum fuerint Iſraelitæ, dicendum eſt quod pauperes ſpiritu ſint populus electus, qui ſuam ſpem, opes, ſalutem, fælicitatem collocarunt in Domino; quia enim ſpernunt opes, iiſq; dominantur, quæq; verè bona ſunt ſequuntur, nempe paupertatem ſpiritus, manſuetudinem, cibiq; & potus abſtinentiam &c. Beati dicuntur: Nam vt inquit Cicero. u *Beatus eſt cui ſecretis malis omnibus cumulata eſt bonorum complexio.* Hinc eſt, quod ad Iſraelitarum inſtar dicuntur ſaluari in Domino, quaſi dominium quoddam Dei beneficio ſupra Cœlum exercentes religioſi, quorum paupertate ad beatitudinem quandam ſint, eleuati, dum omnia ſpernunt, & omnia habent, *quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum.* Audi Iſidorum. x *Beatus dictus, quaſi bene auctus, ſcilicet ab habendo, quod velit, & nil patiendo, quod nolit. Ille autem verè beatus eſt, qui & habet omnia, quæ vult bona, & nihil vult mali, ex his enim duobus homo dicitur beatus.* Non ergo obſtat quin dicamus religioſos beatos, eis enim beatitudinis nomen non contradicit.

Religioſi dicuntur beati ex paupertate.

Deut. 33 29.

u *Tuſcul. 4.*

x *Lib. 10. Orig. lit. B.*

Hinc errare profecto dicimus mundanos, omneſq; Philoſophos, qui dum cæleſti carent philoſophia in opulentia beatitudinem collocāt, non in paupertate; in ſublimitate, non in humilitate; in ſaturitate non in eſurie &c. Sed ſtultam prorſus hanc horum philoſophiam declarauit Chriſtus cum beatitudines docuit. Etenim, vt inquit Ambroſius. a *Inde incipit beatitudo iudicio diuino, vbi ærumna æſtimatur humano.* Et Diuus Bernardus ait. b *Veritas loquitur, quæ nec fallere, nec falli poteſt, & ipſa eſt, quæ dicit: Quoniam beati pauperes ſpiritu; ſic vos inſenſati filij Adam diuitias quæritis, diuitias deſideratis vſq; adhuc cum iam beatitudo pauperum diuinitus commendata, prædicata mundo credita ſit ab hominibus? Quærat eas Paganus, qui ſine Deo viuit, quærat Iudæus, qui terrenas promiſſiones accepit: Sed qua fronte magis, aut qua mente Chriſtianus diuitias quærit, poſt quā Chriſtꝰ beatos eſſe pauperes declarauit.*

a *Lib. 1. de offic. ca. 16.*

b *Ser. in feſt. om. SS.*

174 Dicamus ergo ſapientes eſſe religioſos, qui veram paupertatem amant, qui non pauperes ſunt neceſſitate miſerabili, ſed laudabili voluntate, ſpirituali intentione, & deſiderio, qui propter ſolum beneplacitum Dei, & ſalutem animarum, & ex affectu, & amore paupertatis eam vouent; & bonis omnibus ſe abdicant: Indeq; diteſcunt, regnant, & beati ſunt. Hæc cogitans Gregorius Nazianzenus. dixit. c *Monachorum opes in paupertate, poſſeſſio in peregrinatione; gloria in contemptu, potentia in infirmitate, fæcunditas in cælibatu (ſi quidem præſtantiores fætus illi ſunt, qui ſecundum Deum exiſtunt, quàm qui a carne ortum ducunt) qui delicijs minime ſtudere, pro delicijs habent, qui regni cæleſtis cauſa humiles ſunt, qui in mundo nihil habent, & ſupra mundum exiſtunt, qui etiam in carne extra carnem viuunt, qui pro portione Dominum habent, qui propter regnum inopia laborant, & propter inopiam regnant.* E contra vero ſunt hi, qui exterius gaudere, & lætari propter opulentiam videntur, interius autem miſerrimi ſunt, & omni angore, & mærore pleni. Audiant Senecam, qui ait. d *Horum qui felicas vocantur hilaritas ficta eſt*

Pauperum fælicitas.

c *Orat. 12. inst.*

d *Lib. de paupertat.*

eſt. Hic enim grauis, & ſub purpura lucet, non palam triſtitia eſt, eo quidem grauior, quod non licet palam eſſe miſeros ſed inter ærumnas cor ipſum exedentes neceſſe eſt latere fœlicem.

Perpendite quæſo, quam bene conueniat beatitudinis nomen religioſis ex ſacro textu. *Beatus diues* (ait Eccleſiaſticus.) e *Qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris.* Egerat iam Eccleſiaſticus de diuitum miſerijs, quæ illis eueniunt ex nimia vigilantia pro diuitijs augendis, & comparandis aſſumpta. Etenim cupiditas congregandi, & cura conſeruandi carnem tabefaciunt, & ſomnum diuitis auferunt, & fere iniuſti dicuntur diuites. *Nam qui aurum diligit, non iuſtificabitur.* Dixerat idem Eccleſiaſt. ver. 5. & vulgo dici conſueuit. *Diues aut iniuſtus, aut iniuſti hæres;* Et tamen nunc dicit eſſe aliquem diuitem beatum. Sed quomodo (quæramus,) eum, quem dixerat, non iuſtificari, nunc dicere potuerit, eſſe beatum, aut beatum appellare? Si diuites propter aurum ad caſum dati ſunt, & paratum habuere antè oculos ſuos exitum, iuxta Tigurinam. Quomodo erunt beati? Reſponſio clara eſt, nam eos diuites beatificat, quos glorioſos, & beatos fecit opum contemptus; quare non qui diuitijs abundant, & in ijs ſpem ſuam ponunt, indeq; ſuperbiunt; ſed qui aut diuitijs ſine macula viuunt, & minime in theſauris ſperant; aut ſponte diuitias relinquunt, & veluti contemnunt opes. Beati; ipſi ſunt, quorum eſt regnum Cœlorum. Vnde Auguſtinus de verbis Apoſtoli loquens, ait. f *Fælicitas magna Chriſtianorum, quibus datum eſt, vt paupertatem faciant pretium regni Cælorum. Non tibi diſpliceat paupertas tua, nihil ea poteſt ditius inueniri. Vis noſſe, quam locuplex ſit? Cœlum emit.* Inopiam ergo vertunt in copiam, & non minus pauperes, ac martyres beati ſunt, & ad beatitudinem æternam iuxta Chriſti promiſſionem pari paſſu tendunt pro qua re audiatur Bernardus, qui præcitatum locum declarans, illumq; cum illo Matthęi de beatitudinibus cap. 5. coniungens, ait. g *Verum tamen quid ſibi vult. quod eadem promiſſio facta eſt pauperibus, & martyribus, niſi quia veri martyrij genus paupertas voluntaria eſt. Beatus vir (ait Propheta) qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in theſauris pecuniæ. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Quid mirabilius, aut quod martyrium grauius eſt, quam inter epulas eſurire inter veſtes multas, & pretioſas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas oſtentat malignus quas deſiderat noſter iſte appetitus? An nō merito coronabitur, qui ſic certauerit, mundum abijciens promittentem, irridens inimicum tentantem, & (quod glorioſius eſt) de ſemetipſo triumphans, & crucifigens concupiſcentiam prurientem. Denique propterea pauperibus pariter, & martyribus regnum cælorum promittitur, quia paupertate quidem emitur, ſed in poſſeſſione pro Chriſto abſque omni dilatione percipitur.*

e Cap. 31. 8.

Diuites an poſſint dici beati.

Paupertas, & Cælum emit, & genus martyrij eſt.

f Ser. 28.

g Ser. 1. in feſt. omn. S S.

CAPVT XIII.

Sanctiſſ. Franciſcus de Paula in Cruce paupertatis mirabiliter immolatus, & martyrio inde coronatus.

175 SAncti patris Franciſci paupertas colligitur facilè ſi ipſum allegorice præfiguratum in Patriarcha Iacob fuiſſe concedamus, inter enim vtroſq; mirifica ſplendet ſymboleitas. Receſſit Iacob à domo patris, & pauper receſſit. Et Franciſcus mundi honoribus, delicijſq; abrenuncians relictis parentibus clam eremum petijt, & ad hoc puer tertium decimum ætatis annum agens in locum aſperum, horridumq; ſe recepit; tunc quidem inacceſſibilem, vndique aſperitate plenum, Syluis, celſiſſimarum arborum vmbris horridum, & veluti columbarum inſtar in ſacrificium oblatarum, ſuimetipſius victimam fecit, ſuum offerendo corpus continuis in eremo laboribus, & flagellationibus, & animam contemplationi, & meditationi. Nec aliter ac columbę in altum auolantes, ipſe in deſertum auolauit, ad feneſtras Cæli totus intentus in vulneribus Ieſu Chriſti crucifixi nidificans ſe erexit, terreſtrium bonorum ſpreto pabulo, cæleſtia bona deſiderans, Deo paſcebatur.

Sancti P. Franciſci de Paula paupertas.

Verum dubitare quis poſſet, an forte Franciſcus, vt religioſus columbæ comparatus ſe de alto deiecerit aliquando? ſicut quandoq; columba ſe deijcit; quod in nonnullis alijs religioſis viſum eſt, & fere de omnibus timendum erit ſemper. Vnde Bernardus. h *Quid* (ait) *timendum eſt ſic volanti, niſi ne forte cadauer vel ſimile aliquid in terra videat, cuius deſiderio tractus videatur à venatoribus illis peſſimis, & preparatis laqueis rapiatur.* Sed tale periculum non timuit Sanctus Pater Franciſcus, quippe qui à puerilibus annis in Dei timore educatus ſe omnibus carneis voluptatibus abdicauit; conuerſationem hominum, quæ ſępe animam lædit, deſeruit, nec quicquam mundanum ſibi retinuit, ſed ſolus Meſopotamiam petijt cum Iacobo. Meſopotamia enim redemptionem ſignificat, propriumq; Redemptorem Franciſcus quærens deſertum adiuit, & in ſpelunca requieuit, vbi ad inſtar Iacobi. *Suppoſuit lapidem capiti ſuo,* tantum ſolo contentus dormiebat, & mente ſcalam illam reuoluens, quæ Cœlum pertingebat, non ſemel Angelos aſcendentes, & deſcendentes per eam atq; ad ſe venientes, & concertum facientes ad contemplandum Dominum ſcalæ Crucis innixum eleuabatur: Adeo, vt non amplius ſpelunca, ſed Cœlum; non deſertum, ſed domus Dei; non ſylua, ſed paradiſus erat puero Franciſco mundi profugo.

h Ser. 3. in Pſalm. qui habitat.

Franciſc. Iacobo ſimilis deſcribitur.

176 Item cum lapis, quem capiti ſuo ſuppoſuit Iacob Chriſtum ſignificet, dicendum videtur, quod eius virtute eleuatus ad Dei

regnum

regnum contemplandum, viderit ſcalam, Deumq; ſcalæ innixum. Et Franciſcus ſæpiſſime in Eremo raptus ad cæleſtia contemplanda, (vt toties in cellula eueniſſe legimus) ſuper viuum lapidem Chriſtum crucifixum mentem repoſuit, & in eo, vt per intentionem, meditationem, & imitationem requieſceret cuncta quæ ſunt mundi contemnēs ſoli Chriſto inhæſit; puluillos, & ceruicalia terrena contempſit, ad Chriſtum confugit crucifixum, qui pro nobis ita egenus factus eſt, quod non haberet, (vt dictum eſt,) *vbi caput ſuum reclinaret*, & ſuper eundem Chriſtum pauperem requieuit, totamque ſuam ſpem collocauit, ipſum imitatus in duris operibus, & pœnitentijs, quibus corpus affligebat ſemper. Contemplabatur illum, quem egentiorem Iacobo extitiſſe, nouerat. Ille enim in baculo Crucis tranſiuit Iordanem, nullumq; habens lapidem in quo caput reclinaret ſuper coronam ſpineam requieuit, vt pro nobis tunc requiem caperet, quando caput ſpinis perforabatur. Inde Franciſcus per ſpinarum, clauorum, & lanceæ foramina ingrediebatur ad contemplandum Deum, qui eſt Chriſti caput, ſpemq; inde capiebat, quod dum cuncta propter ipſum contempſerit, & victimam ſui corporis fecerit; cæleſtia ille, cui omni conatu, & amore ſe coniūxit in terris, copioſè conferet in Cœlo. Sic enim iuſtum cōparauit Iacob diuus Gregorius dicens i *Iacob dormiens Angelos vidit, ac Deum ſuper ſcalam nixum, qui prius caput ſuper lapidem poſuit, quia nimirum ille ab exterioribus operibus ceſſans interna penetrat, qui intenta mente, quæ principale eſt hominis imitationem ſui Redemptoris obſeruat. Caput quippe in lapide ponere, eſt mente Chriſto inhærere. Qui enim a præſentis vitæ actione remoti ſunt, ſed ad ſuperna nullo amore rapiūtur dormire poſſunt, ſed videre Angelos nequaquā poſſunt*. Franciſcus dormiuit, & vere dormiuit Mundo, terreniſque diuitijs, & voluptatibus, ſed pauper, & nudus vigilauit Chriſto, & cæleſtibus:

Ad Franciſcum deſcendebant Angeli.

i *Lib. moral. ca. 22.*

Paupertatis martyrio coronatus.

177 Multa quidem fuerat paſſus Franciſcus, multoſque ſuſtinuerat labores, quibus tandē obtinuit vt: *Lōgum tuliſſe martyrium*, De ipſo caneret Eccleſia: Sed cur quæſo ſi mortē pro fide non ſubijt, martyrio coronari meruit? Sed mirum non ſit, nam licet Franciſcus vitam ferro non perdiderit, quia tamen alia eſt ſpecies martyrij cruento ſimilis, illius ſpeciei fuit martyrium, quod per totam vitam ſuſtuliſſe legimus. De Martyribus quidem pro fide Chriſti ferro, vngulis, equuleis, ſcorpionibus laniatis, atque diſciſſis, laminis, ignibus, fornace vſtulatis, crematis, atque conſumatis generali oratione dixit Salomon: k *Tanquam aurum in fornace probauit eos*. Quod vt aurum igne torquetur, atque excoquitur, & nihil eius deperit ita Martyrum, virtus, atque conſtantia, quaſi in fornacem ſuppliciorum iniecta, tormentorum vi, & acerbitate examinata abſque detrimento probata fuit. De pacificis verò hoſtijs aduerſus auaritiam, ambitionem, aliaſque (cupiditatibus decertantibus) non minus acriores fornacis flammas Chriſti ſeruos pertuliſſe ex ipſomet aurifice, & exploratore habemus apud Iſaiam: *Ecce enim* (ait vates) l *excoxi te ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis*. Paupertas enim eſt quoddam martyrij genus, quo nō parū grauiter, licet libenti animo afficiūtur Religioſi, & hoc martyrij genus pertulit Franciſcus, nō minus ac alij Sancti Fundatores Religionum, vt in Regula patet, quæ præcipit omnibus filijs, *Sub euangelica paupertate viuere*, vt ſimul omnes Crucem paupertatis amplectentes ſeſe hoſtias offerant Deo, & Martyres fiant. Vnde Bernardus, Hugo, & Rabanus de paupertate voluntaria loquentes, fatentur clarè, eam eſſe ſpeciem martyrij.

k *Sap. 3.6.*

l *Iſa. 48.10.*

Quod probare ſufficiat ex D. Hieronymo, qui in Epitaphio Sanctæ Paulæ, eam vocat Martyrem dicens: *Nam non ſolum effuſio ſanguinis in martyrio reputatur, ſed & deuotæ quoque mētis ſeruitus immaculata, quotidianum martyrium eſt. Illa corona de roſis, & de violis texitur iſta delicijs*. Et hac ratione S. Pachomius (vt in eius vita legitur) cuidam Religioſo, qui extra clauſtra quærere martyrium cupiebat, & tali deſiderio motus, quo poſſet martyrium conſequi ire procurabat diſcretè, & ſcitè dixit: *Frater certamen Monachi fortiter, & ſtrenuè ſuſtine, & cum vitam tuam nulli reprehenſioni affinem, ita te geſſeris, vt Chriſto placeas habebis in Cœlis communicationem martyrij*. Et S. Auguſtinus; m ait: *Contra mortifera blandimēta luctemur, ſcientes in eo etiam quotidiana martyria non deeſſe*. Et quis eſt, qui ignoret Franciſcum continuò ſua occidiſſe mēbra, & ſuos per integritatem fidei, per ardentem charitatem omnes mortificaſſe affectus votiſque omnibus frenaſſe inſurgētem aduerſus ſpiritum, aut cupiditatem, aut ſuperbiam &c. Ita ſanè per totam vitam *longum tulit martyrium*; Ideò martyrij corona illi deneganda non eſt. Iuxta ea quæ ad Fortunatū ſcripſit Sāctus Cyprianus dicens: *Nec ſolum animaduerſos, & interfectos diuinæ pollicitationis manent præmia, ſed etiam ſi ipſa paſſio fidelibus deſit, fides tamen integra, atque inuicta perſtiterit, ac relictis ſuis omnibus Chriſtum ſe ſequi Chriſtianus oſtenderit; ipſe quoque à Chriſto inter Martyres honoratur*.

Martyriū cruentū, & incruentum reperitur.

m *Ser 250 de temp.*

178 Sed quæres, ſolum ne erit genus quoddam Martyrij voluntaria paupertas? an verò etiam & diuitiæ ſuum in paupertate martyrium afferant? Et quidem ſi Philoſophorum, atque Sanctorum Patrum dictis inhæreamus etiam diuites, Martyres ſunt (de illis diuitibus loquor, quos Chriſtus intrare in regnum Cœlorum difficilius poſſe, inquit, quàm Camelus per foramen acus) & per totam præſentem vitam patiuntur martyrium, vt poſtea æternaliter martirizentur in inferno. *Et quid eſt niſi quotidianum martyrium* (vt ait Bernardus) *diuitiarum amor inſatiabilis, longe amplius deſiderio torquet animam, quam refrigeret vſu ſuo; vtpote quarum acquiſitio quidem laboris, poſſeſſio verò timoris, amiſſio plena do-*

Diuites dicūtur Martyres, et quare.

Digitized by Google

na doloris inuenitur. Sed non minus hoc expreſſit Horatius Saty. 1.

An vigilare metu exanimem: noctesque
dieſque.
Formidare malos fures, incendia ſeruos,
Ne te compilent fugientes; hoc iuuat? horũ
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.

n *Lib. de paupertate.*

Seneca quoque ait: n *Nemo Deo dignus eſt, niſi qui opes contemnit: Hoc efficiunt diuitiæ, inflant animos, ſuperbiam, & arrogantiam pariunt, inuidiam contrahunt; eouſque mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet*. Et alibi o aduerſus Peripateticos diuitias malas eſſe oſtendit. Sed vt optimè dixerat antea: p *Magnus eſt ille, qui in diuitijs pauper eſt; ſed ſecurior, qui caret diuitijs: Nam diuitiæ nedum non faciunt hominem bonum verum neque diuitem; quia auaritiam non extingunt. Vere autem diuitiæ ſunt compoſita paupertas in lege naturæ, quæ ſola auaritiam extinguit; non enim, qui parum habet, ſed qui plus cupit pauper eſt, tantum enim cuiq; deeſt, quantum cupit propterea breuiſſima ad diuitias per contemptum diuitiarum via eſt*. Ergo etiam diuites auari in paupertate Martyres ſunt; ſed cuius amore martyrium patiuntur? illius, cui ſeruiunt, ſcilicet Mammonæ non Chriſti: (*Etenim nemo poteſt Deo ſeruire, & Mammonæ*) Quumque diuino cultu vtrumqne proſequi nequeant, Deum verum relinquunt, & Deum nummum adorant, ac diuitijs ſacrificant. Propterea ſi illos Martyres dicimus, inde eſt, quia Idololatrę ſunt, & multo peiores facientibus, aut colẽtibus Idola. Quod ſatis expreſſit Nilus Abbas hiſce verbis: q *Execrabilis eſt, qui facit idolum, & in abſcondito ponit, huic ſimilis eſt qui auaritiæ vitio laborat: vt enim cultor idoli numen adulterinum, & inutile veneratur; ſic auarus vanã diuitiarum imaginem animo complectitur, & colit*. Sed mirabilius loquitur D. Chryſoſtomus dicens. r *Ne dixeris te aurum non adorare, quin potius illud mihi probato te ea non facere, quæ ipſum aurum facienda iubet; At non ſacrificas boues, quemadmodum gentiles, ſed quod multò peſtilentius eſt, tuam ipſius animam pro victima illi offers. At genua non flectis, non adoras: ſed magis audiens dicto es ſi quid præceperit aurum vẽter, & concupiſcentia id genus alterius tyrannis. Si enim gentiles hoc nomine execrabiles ſunt, quod hominum affectus Deos effecerunt concupiſcentiam Venerem, iram Martem, ebrietatem Bacchum, auaritiam Plutum appellantes; quanto magis tu execrabilis es, qui & ſi illorum exemplo idola non ſculpis maiori animi ſtudio eiſdem animi affectionibus te ſummittis, & eadem adoras. Vel (liceat ſic dicere) illi earum affectionum idola in ligno ſculpunt; tu autem execrandus magis, qui eadem in animo exprimis tuo.*

o *Epiſ.* 88.

p *Epiſ.* 20.

Auaritiæ idolũ adorat diues.

q *Orat.* 3. *de auaritia.*

r *Hom.* 6. *in ad Rom.*

Diuites idololatris cõparantur.

179 Et in Epiſt. ad Epheſ. multa præſcribit ex his, aliaq; ad intentũ, & tandem dicit, quod gentiles tuuc immanius ſacrificabant, quando Idolis pro victimis humana corpora mactabant: & ad horum ſimilitudinem dicit eſſe auaros. qui ſuam, & aliorum, quorum facultates diripiunt, animam auaritiæ ante aras perimunt; & ait: ſ *Hæ animarum cædes maximæ ſunt, ante aram auaritiæ non ſatiantur, neque ſe ſiſtunt vſque ad ſanguinem hominum: ſed niſi etiam ipſam ſacrificaueris animam non impletur ara auaritiæ, et niſi vtriuſque acceperit animas, nempe eius, qui ſacrificat, & eius, qui ſacrificatur; eum enim qui ſacrificat, oportet primum eſſe ſacrificatum, & ita ſacrificare: & mortuus (horrendum dictu) ſacrificat eum, qui tunc viuit*. Concludamus ergo ex verbis Chryſoſtomi, quod ſi Martyres ſunt diuites in paupertate, quam cupiditate ſua conſequuti ſunt, mactantur Idolis non Deo, ſemperque eorum augebitur pæna, & ſi moriuntur erit perpetua, & viuens mors. Sed fælix pauper, qui voluntaria paupertate martyr eſt. Ille etenim vt dixit Seneca, *Deo dignus eſt, qui opes contemnit*. Et talis fuit Franciſcus, & alius Franciſcus, qui paupertatis martyrium, quam acerbius fas fuit eis, ſuſtulere.

ſ *Hom.* 18.

Sed clariùs, & excellentiùs idem Chryſoſtomus alia multa ad rem affert, & poſtquam eodem loco oſtẽderit Idololatras Dei creaturas adorare, & auaros propriam adorare creaturam, quam Deus non creauit, ſcilicet auaritiam ab inexplebili cupiditate inuentam, alia mirabiliora ſubdit in epiſtola ad Corinthios, vbi auaros, aſſerit t eſſe illos, qui ſtatuam, & imaginem auream Nabucdonoſor adorarunt, & pauperes è contra eſſe illos, qui genua flectere, & colere noluerunt, & vtroſque in fornace poſitos fuiſſe, ſed vtrorumque exitus acta probauit; Nec minus noſtris temporibus hoc euenire cõſpicimus, cum ſæuior viuat in corde hominum Rex alter fornacis Babyloniæ, qui ſæuiorem flammam accendit, dum iubet illam adorare imaginem, ſcilicet, auaritiam, quæ & aurea, & magna eſt, ac varia minime ferrum excludens, ſed ex rebus eſt compoſita diſſimilibus iubens omnia admirari non aurũ ſolum, & argentum, ſed æs, & ferrum, & his multò viliora. His præmiſſis ad rem proprius ait: *Sed tamen cum tot ſint imaginis adoratores non deſunt ẽt trium puerorũ æmulatores, qui dicunt*. u *Imaginem auream, quam erexiſti non adoramus, ſed paupertatis fornacẽ libenter ſuſtinemus: ſed quid inde? Qui imaginem adorant multa habentes, & multa poſſidentes, hi exuruntur, & paupertatem acrius ſentiunt; nam quo plura habent, plura appetũt; atque adeo pluribus indigent: qui autem nihil poſſident tribus pueris ſimiles, cum ſint in paupertate, rore aſperguntur, ſicut etiam & tunc, qui pueros in ignem iniecerunt, conflagrarunt: illi autem in medio fornacis erant tanquam in rore, & aqua*. Hæc ex Chryſoſtom. at quis efficacius paupertatem ſuam cum tribus pueris in fornace probauit, niſi Franciſcus noſter, qui quartus, & ſolus poſt illos tres ardentem fornacem ingreſſus conſpicitur, de qua re diximus ſupra num. 146. 147. & 148. verè nihil comburẽdum flammis exhibuit, qui nihil habebat, & nudum Chriſtum crucifixum nudus ſequebatur, & in Cruce perpetuæ paupertatis immolabatur.

t *Hom.* 28.

Aurũ adorãtes combuſſit ignis, non Franciſcum, & pueros pauperes.

u *Daniel.* 3.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Summa Chriſti Charitas in ſacrificio earumdem auium mirabiliter præſignatur.

Turturis, & columbæ amor.

180 SVppono iam, quod tam columbæ,quã turtures amoris ſignum naturaliter gerunt, cum coniuges in vtroque auium genere ſe ardentiùs alijs diligant. De turture cuius pudicitiam, & eminentiſſimam viduitatem deſcribens Ambroſius, dicit: x *Fertur equidem turtur, vbi fuerit iugalis proprij amiſſione viduata, pertæſum talamos, & nomen habere coniugij, eo quod primus amor eam feſellerit delecti morte deceptam: itaq; coniunctionem iterari recuſat, nec pudoris iura, aut complaciti viri reſoluit fœdera, illi ſoli ſuam charitatem reſeruat, illi cuſtodit nomen vxoris*. Vide ergo turturem magno, ardentique affectam amore, veluti mortuum expectare conſortem. Nec minus amãtem columbam deſcribunt antiqui ſapientes, vt Ariſtoteles; a & Pierius, b eamque amoris ſymbolum eſſe aſſerunt, idq; ex mutuis oſculis, quæ ſingularia eſſe columbis collexiſſe, probant. Vnde etiam Propertius lib. 2. inquit.

x Lib. 5. Exam. c. 19.

Charitas Chriſti in ſacrificio auiũ præſignata.

a Lib. 6. de hiſt. anim. cap. 2.

b Lib. 22. cap. de columba.

Exemplum iuncta tibi ſint amore columbæ,
Maſculus, & totum fœmina coniugium.

Qua forſitan ratione columba aſſumitur ad ſpirituales nuptias repræſentandas, quæ teſte Cypriano: c *Simplex, & lætum animal eſt, vnius domus conſortium diligit, cum generant ſimul filios alunt, cum commeant volatilibus inuicem cohærent; oris oſculo concordiam pacis agnoſcunt, & legem circa omnia vnanimitatis implent. At quis non hæc in ſpiritualibus nuptijs videat? In quibus cum fœcunditate prolis eſt integra puritas, et ſinceritas mentis, ſummus mutuuſque amor, & vnanimis in omnibus concordia*.

c De vnitate Eccl. Cathol.

Nec minus amoris ſymbolum fuiſſe olim eaſdẽ aues in ſacrificio oblatas comperimus. Etenim altera ex circunſtantijs erat, alas habere retortas, diſtentas, non abruptas, & ſeparatas. Ait enim textus. d *Confringetque aſcellas eius, & non ſecabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit ſuper altare ſignis igne ſuppoſito*. Cuius rei literalis ratio congrua videtur, eſſe illa compoſitio victimæ, quæ apta erat, vt igni apponerentur aues: Sic enim confringuntur, & intorquentur aſcellæ altilium, dum aſſantur, aut lixantur; & ignis ille, cui apponebantur aues, dicebatur Sanctus, quia veluti conſacrabat, & ſanctificabat tam victimas, quam offerentes. Inde nonnulli Sacri Doctores cæteris aptius declarantes hoc auium ſacrificium, dicunt, ſecundum eandem circunſtantiam ſatis conuenire Chriſto ad Crucem immolato, ſeu in Crucis verſu aſſato, ſummæ ſcilicet ſuæ charitatis igne. Quem vtique Chriſtum crucifixum diſtentas alas, ſeu contractas in cruce habuiſſe ſcimus, ideſt bracchia extenſa, non tamen ferro abſciſſa, aut ſeparata. Iuxta illud Ioannis: e *Os non comminuetis ex eo*. Vel ſi cum alijs ex Hebræo legere malumus, dicemus: *Scindet alas eius, & non ſeparabit*. Per alas fixas, clauorum intellige fixuras, nam palmæ fixæ quidem fuerunt, non tamen abſciſſæ, aut à corpore ſeparatæ.

d Leuit. 1. 17.

Aues non diuiſis alis immolatæ Chriſtum in cruce oſtendunt.

e Cap. 19. 36.

181 Ardentem igitur amorem ſuum, & charitatem, qua nos Chriſtus dilexit, oſtendit in Cruce, cum candidam columbam ſcilicet animam ſuam in cruce pro inimicis poſuit. Quod ſi rationem igniti ſui amoris inquiramus, eam in Canticis expreſſam reperiemus; eaque eſt, quia, f *Fortis eſt, vt mors dilectio* (ſcilicet eius) *dura ſicut infernus æmulatio*. Dixerat enim paulo ante: *pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*. Ideſt habeas me Crucifixum in corde tuo, vel vt portemus imaginem eius, non modo qualem habet glorioſam in Cœlo; ſed quam habuit vilem, & abiectam in Cruce, quæ in corpore eius ferro, & lanceæ, ac flagellorum, & ſpinarum cuſpide inſculta eſt, & inde deduces quantum fuerit amor meus, qui & mortes fortitudinem ſuperat, & inferni cruciatus excedit. *Pone* (ergo ait Chriſtus) *me ſuper cor tuum*, & conſidera, quod propter amorem tuum, & mori volui, & in ara Crucis ſacrificari. Vnde ſi amor omnia vincit, me tui amor vicit, & mortalem fecit, mortique ſubiectum, qua ratione etiam in ſepulchrum, infernumque deſcendi. Vlterius ſi magna eſt mortis fortitudo, multo maior eſt fortitudo charitatis: Illa mortales aggreditur, Deum autem immortalem aggredi non præſumeret. Verum hæc Deum ipſum aggreſſa eſt, quem, & morti pro omnibus ſubiecit, in quo ſuam immenſam charitatem demonſtrauit.

f Cap. 8. 6.

Potentia charitatis.

O' mirabilis amoris vis, ò inuincibilis, omniũque victrix fortitudo charitatis, quis potentiam tuam inueſtigabit? Tu Deum ipſum, qui lucem habitat inacceſſibilem, è cœlo ad nos deſcendere feciſti, & à monte beatitudinis, & gloriæ ad vallem ærumnarum deieciſti. Audiatur Abacuch Propheta qui de hac veritate nos inſtruens, dixit. g *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan: operuit Cœlos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius*. Relicta multorum pro nunc expoſitione, nempè Alberti, Carenſis, Lirani, Ianſenij, ac Paraphr. Chaldæi: qui literaliter textum intelligentes, aſſerunt; Deum Babylonios, & Chaldæos per Cyrum, & Darium, quaſi per duo ſua cornua, perque eorum arcus cornuum ſpeciem habentes configere, & depẽdere pro liberandis Iſraelitis. Vires ergo ad hunc effectum, & arma, quaſi fortiſſima cornua ad debellandos Chaldæos à regione auſtrali promittit fore auocanda.

g Cap. 3. 3. 4.

182 Nos autem ſequentes alios quamplures Patres, vt ſunt Auguſtinus. h Hieronym. hic, Euſeb. Cæſar. i San. Proſper. k S. Cyprianus. l Theophylat. Euthim. Rupertus & alij, qui vt plurimum explicant textum de Incarnatione Filij Dei, & per hoc quod

h Lib. 8. de Ciu. c. 32.

i Lib. 3. de mon. Euan. c. 15.

k Part. 3. promiſſ. 5.

¶ Lib. 2 cõtra Iudæos c. 29

Chriſtũ ab Auſtro venire eſt ex feruore charitatis.

eſt, Deum ab Auſtro venire, intelligimus idem, ac à Meridie venire. Sic enim legunt ſeptuaginta dicentes: *Deus à meridie veniet.* Sed quomodo dices poterit intelligi Chriſtũ veniſſe ab Auſtro, aut Meridie, ſi natus in Bethlehem, ſunt ne ſimul, & vna eademque res Auſtrum Meridies, & Bethlehem? minimè; cur ergo ab Auſtro veniſſe dicimus ſi à Bethlehem venit? Poſſem reſpondere, quod licet verbi æterni conceptio, ſeu temporalis generatio futura eſſet in Nazareth, tamen ex vtero factus homo venturus erat ad nos natus in Bethlehem, quæ reſpectu ab Hieruſalem ſita eſt ad meridiem. Sed ad intentum proprius dicendum eſt, quod venire ab Auſtro, vel meridie innuit opus incarnationis originem habuiſſe ex incendio diuini amoris. Vnde Auguſtinus dixit: *Ab Auſtro ſignificatur meridies, id eſt feruor charitatis, & ſplendor virtutis.* Et in Gloſa: *Ponitur modus, quo venit in mundum, qui proceſſit ex feruore dilectionis diuinæ: Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, & hoc ſignificatur per Auſtrum; Vnde prouenit feruor caloris.* Et quia non ſolum ardentem charitatem ſuam oſtendere voluit, ſed noſtrã quoque frigiditatem, ſubiunxit. Et Sanctus de monte Pharan: (hoc eſt) *de monte vmbroſo, & condenſo*: Nam ex vmbra arborum frigiditas, ſicut ex Sole calor prouenire cognoſcitur: frigetque illic charitas, & hic accenditur.

Verum aliquis dubitabit, cur Deus ex extremis ita diſtantibus venire non ſit dedignatus? quod venerit ex amore bene intelligitur, & naſci, & pati pro hominibus, ſic enim perfici debuerat iter illius, qui ex fornace amoris exiens venit in mundum: At frigiditas, quæ odium claudit, non amoris effectus parere, ſed vltionis, & perpetuę damnationis debuerat: Ideo durum videtur, quod eadem res à contrario ſitu perueniat; quomodo ergo ab Auſtro, & à monte vmbroſo venire potuit? Venit quidem Sol ille meridionalis calidus, & feruens charitate ab Auſtro, & ab vmbroſo monte Pharan, hoc eſt ab odio, quo eum proſequebatur creatura, vt pro ipſamet creatura in Cruce moreretur. Ibi flagrat ardentiſſimus amor, eiuſque excellentia manifeſtatur, quando frigida corda diligit, & eorum frigiditate augetur. Demus exemplum in calido alicuius hominis amore; dum enim ille aliquam mulierem amat, quam ducere in vxorem vehementer cupit, quo magis ſe reijci conſpicit ab illa, eo magis accenditur, & in amore ardentius creſcit. Vt de Virgine Agnete refert Ambroſius in eius vita, cuius amore captus cuiuſdam Præfecti filius, toties repulſus magis incendebatur, adeò vt grauiter ægrotare viſus ſit. Cuius rei rationem reddere, quum conantur aliqui ad antiperiſtaſim, & contrarietatem recurrunt. Et quemadmodum æſtiuo tempore frigida, & humida nubes colligens intra ſe calidum aerem, ſeu calidam exhalationem, ita condenſatur, vt frigus fugiat, & violenta eruptione prorumpat, adeò, vt ex hac colliſione oritur fragor, qui tonitru dicitur; atque accenſio, & inflammatio exhalationis, quæ fulgur nominatur: vt habes in Ariſtotele. m Ita alicuius amantis cordis calor, ſi extenderet ſe per ſuam Spheram, quæ eſt illa obiecti amati non verteretur in ignem, ſed in rem amatam ſe transfunderet, & transformaret. At vero non extenſus, imò frigiditate alterius ſuum abominantis amatorem condenſatus; eo incaleſcit, vt ignitus appareat, & grauiter exuſtus.

Amor in amãte creſcit ex frigiditate obiecti amati.

m *Libr. 2. met. c. 1. et 8*

183 Sic ad moriendum a frigore, & calore ductus eſt Chriſtus, vt colligat homo, & qualis, & quanta ſit charitas eius. Nam vt dixit Paulus ad Roman. n *Commendat charitatem ſuam Deus, quando cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Et vt magis exprimeret Chriſti charitatem præmiſerat verſu præcedenti: *Vix pro iuſto, quis moritur; nam pro bono forſitan, quis audeat mori? Hoc* (inquit Chryſoſtomus) *omnem hyperbolem excedit.* Aliquos fortè inuenies, qui mori audeant pro bono ſibi vtili, vt pro re familiari, vel pro honore tuendo, aut pro parentum, vel filiorum defenſione. Vix autem inuenietur, qui mori velit pro iuſto aliquo, aut pro ſolo bono honeſto conſeruando: At Chriſtus in hoc commendat ſuam immenſam erga nos charitatem, quod mortuus eſt, & crucifixus non pro nobis, vel iuſtis, aut ſibi proficuis, aliquã ſcilicet illi afferentibus vtilitatem; ſed pro impijs, pro inutilibus, pro inimicis, ſibique noxijs, quando actu infirmi eramus, quando vigebat in nobis frigiditas, tunc calor Chriſti, quo nos diligebat, in ignem verſus violẽter erupit, & Chriſtum duxit ad moriendum, vt nos eriperet à morte, Deo reconciliaret, & omnibus benefaceret. *Ideo ab Auſtro veniet* (dixit Propheta) *ſeu à meridie*, id eſt à feruore charitatis, *& Sanctus de Monte Pharan vmbroſo, & condenſo.*

n *Cap. 5. 8. 7.*

Chriſtus venire ab Auſtro, & à monte Pharan quid.

Quæ duo valdè conſideranda ſunt, & quid poſcant aduertendum. Frigiditas ex vna parte propter peccata hominum; & ex alia charitas Chriſti immenſa: illa poſcere vltionem, & extremam diu, noctuque continuiſq; clamoribus non ſinebat: iſta redemptionem hominum clamitabat: Infinitus enim Dei amor, moriatur Chriſtus exclamat, & viuat homo. Et hoc innuit Euangeliſta Ioannes: dicens, o *Ante diẽ feſtum Paſchæ ſciẽs Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem; cum dilexiſſet ſuos, qui erant in hoc mundo in finem dilexit eos.* Ecce quomodo ſigna ſuæ dilectionis dedit pridiè quam pateretur, ſciens ſe per crucem, & mortem tranſiturum ad Patrem, illudque magis mirandum eſt, quod ad veſperam diei mortis ſuæ, quando feruens odium, Iudæorum pectora cruciabat, quando eorum viſcera corrodebantur, & mortem Redemptoris machinabantur; tunc oſtendit amorem ſuum multum diſtare, & valde diſſimilem eſſe ab amore hominum: huic enim ſi malè correſpondeat amicus, etiam ſi qualitercunque ignitus fuerit amor, ſtatim frigeſcit, & totaliter

o *cap. 13. 1.*

Digitized by Google

liter paulatim extinguitur. At verò Chriſti amor, tunc maiori extitit, tunc creuit in ſummo, quando in ſummo erat ingrati populi frigiditas, & odium.

p Cap. 63. 4.

184 Præuiderat hoc Iſaias Propheta. p Et de Chriſto loquens, dixit: *Dies enim vltionis in corde meo, & annus redemptionis meæ venit.* Obſcurus, & ſtupore plenus videtur hic ſermo. Primum, quia Deus dixit diem ſuæ vltionis veniſſe, quando de redemptione hominis, & de triumphali ingreſſu Saluatoris in Cœlum aſcendentis loquebatur; diuerſaq; fraſi hoc idem repetens, veniſſe, ait, *diem redemptionis hominum.* Et hoc videtur durum ad credendum; quomodo enim poſſibile eſt, quod ſimul cohæreant vltio, & redemptio? Vltio eſt inflictio pœnæ propter offenſas receptas, qua ratione legunt ſeptuaginta: *Dies enim retributionis venit eis*, vbi in vulgato textu habetur *Redemptionis*. Vt ergo oſtenderet ſe velle vlciſci de peccatoribus ſubdere debuerat; annus retributionis venit, & non redemptionis. Quare ergo ſimul coniungit, & vindictam, & miſericordiã, vltionem, & remiſſionem ſeu redemptionem? *Dies vltionis meæ, & annus redemptionis meæ.* Verè hic quanta fuerit immenſitas diuini amoris oſtenditur; nam eamet hora quando vitam ab eis eripere debebat in ſignũ vltionis, tunc eis tribuit vitam, amittendo propriam ſuam. Imò, & aliud vlterius conſiderandum ſe offert; quod ſcilicet tempus vltionis diem appellet; mortis autem annũ; quod ècontra dicendum videbatur; cum creuerit vltio à primo primi parentis peccato: Redemptio verò nec per diem completum durauit. Sed à Veſpere Iouis ad Nonam vſque Veneris perfecta, & completa fuit; Cur ergo tot, tantoſque integros annos diem vocat, & in completum diem, annum: *Dies vltionis, & annus redemptionis.*

Chriſti infinitus amor oſtenditur per locum Iſaiæ.

Diem vocat dilatatam vltionem per tot annos; & diem mortis ſuæ annum, Nam pro hominibus ſoluit, moriendo, illa die totum id, & ſuperabundanter, quod nec per infinitos annos, ſi ſatisfactio exigeretur ab hominibus, ſufficeret. Vnde ardentis amoris datur indicium. Ad inſtar Iacobi Patriarchæ, qui pro ſua Rachele paucos æſtimauit plurimos illos dies, ſuæ ſeruitutis, ratus exiguum fuiſſe prætium pro re tam pulchra, dieſque longiſſimi laboris videbantur amanti pauci, & parui. Vnde ſacer textus, ait. q *Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Quaſi ſecum diceret Iacob: Tanti Rachelem æſtimo, tam mihi prætioſa, & chara eſt hæc merces, hæc gemma, & inæſtimabilis margarita, vt pro illa comparanda leuem iudicem laborem, & ſeruitutem integri ſeptennij, ſeptemq; annos ipſos pro diebus paucis æſtimare, non dubitem. Amor ergo quo proſequebatur Rachelem, faciebat illam omni obſequio, & ſeruitute ſuperiorem. Audiatur diuinus Chryſoſtomus. r *Septem anni* (ait) *pauci dies videbantur ob ingentem erga puellam amorem. Quando enim quis ſauciatur Charitatis deſiderio, nihil difficile ſpectat, ſed id quod fuerit plenum periculis, & multa miſeria leuiter fert, ad vnum hoc attendens, quomodo ſuo potiatur voto & deſiderio.*

q Gen. 29. 20.

Iacobi amor erga Rachel.

r Hom. 55 in Gen.

185 Ad eundem modum Chriſtus Dominus, cum eſſet iam vlciſcendi cauſa completa, totum vindictæ tempus, vt culpæ per longum tempus commiſſæ æquaret totum pro die computauit: Nam infinitus ſi eſſet tempus, ad amoris ſui magnitudinem collatum, non ſolum parua dies, ſed momentum videbatur. Ideò fortaſſe Apoſtolus dixit; quod. *Charitas omnia ſuſtinet.* Nam licet mollius, & blandius nihil ſit amore ad compatiendum, ad patiendum tamen ſeu in ipſo actu patiendi videtur amor quodammodo omnipotens, aut vt quidam argutè dixit; *Omnipatiens.* Quapropter ſi amor in Iacob extitit, ita omnipotens, vt vltra ſeptem, & ſeptuaginta, ne dicam mille annos, quantumuis grauem, & laborioſam pertuliſſet ſeruitutem, eam parui fecit, & pro paucis diebus computauit; Quid mirum eſt ſi dicamus, quod Chriſtus (cuius figura erat Iacob) non pro vna puella, ſed pro Eccleſia ſua, quæ prope infinitas continet animas, veluti inæſtabiles puellas, paruipendens labores, doloreſq; immenſos, nihil quaſi ſe paſſum fuiſſe, demonſtret. Nec mirum quoq; eſt, ſi dum non pro Rachele, ſed pro totius humani generis ſalute venerit, ad diem reducat annos vltionis, & pœnam, quam ipſe paſſus eſt. Iam non per ſeptem annos fuerat vltio in theſauris iræ diuinæ theſaurizata, ſed per ſeptem circiter mille annos, & theſaurizabitur in dies, facta ad diem vſque Iudicij intenſiſſima; Et nihilominus Chriſto amanti vnius diei pœna videbatur; Nihil enim æquæ impatiens, ac amor, imo mors eſt amanti mora. Ideoque Chriſtus ab ipſo conceptionis principio coarctabatur amore donec perficeretur mortis baptiſmus, qua ratione horam mortis, horam ſuam appellabat. *Amor enim* (vt optime docet Sanctus P. Chryſologus.) ſ *Modum neſcit: amor non accipit de infirmitate ſolatium non recipit de difficultate remedium; Amor, niſi ad deſiderata peruaſerit, necat amantem; & ideò vadit, quo ducitur, non quo debeat.*

Amor omnipotẽs dicitur, & omnipatiẽs

ſ Ser. 147

Itaq; pro vltione aſſignat diem, quia in illa vna die totum quod patiendum erat ab hominibus, pro culpis ab initio mundi, vſq; patratis, & vſq; ad finem mundi patrandis, ipſe paſſus eſt. Pro redemptione vero aſſignat annum, quia ſecundum affectum, & vehementem amoris ardorem, & flagrantiſſimum deſiderium patiendi non pauci dies, aut vna, ſed annus, aut infiniti dies ei videbantur. Nam quæ mora non longa, non diuturna eſt amanti? Quam ille non ſubſtinens apud Virgilium dicebat. *Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt.* Et Chriſtus dicebat. t *Baptiſmo habeo baptizari, & coarctor vſq; dum perficiatur.* Ideſt angor ex deſiderio moriendi pro ſalute hominum, nam ignis hic Charitatis exilire nequit, niſi prius in Cruce percutiatur ſilex corporis mei, vel potius niſi baptizer fonte ſanguinis mei. Hoc innuit Eu-

Mora affligit amãtem.

t Luc. 12. 50.

thimius dicens: *Velut anxius ſum propter tarditatem*. Et Theofilactus: *Quomodo conſtringor, ac premor donec perficiatur*. Moriturus, quidem erat pro hominibus, ſed non adueniſſe horam affligebatur, appropinquante autem hora gauiſus eſt. Ideò, *dies*, ait, *vltionis*, *&c.*

186 Sed mirum hoc eſſe non poteſt illi, cui notum eſt, quod ita magnus, & fortis eſt ſuæ Charitatis ignis, vt quamuis aqua corporeum ignem extinguat, illum tamen, vtpote maiorem, & fortiorem eſcam multæ aquæ extinguere nequeunt, nec obruere flumina poſſunt, vt in Canticis legimus, vbi habetur: u *Lampadas eius lampades ignis, atque flammarum: Aqua multa non potuerunt extinguere Charitatem, nec flumina obruent eam*. Verum ſi Chriſtus vnus eſt, cur tot lampades nominat? forte, vt ſignificet Charitatis ignem vehementiſſimum eſſe, atque inflammatiſſimum, vel proprius quià plurima in hoc mundo ſtupendaq; opera in ſalutem hominum perfecit, quæ omnia in ignis flammas erumpunt, & hæ plures flammæ, plures dicuntur lampades. Inſuper tot ſunt in Chriſto lampades, quot myſteria: Sudor ſanguineus, compræhenſio in horto, flagellatio, coronatio, & cætera paſſionis ſupplicia lampades extiterunt; donec lampas illa conſtituta fuit in candelabro Crucis; & per foramina corporis ardentiſſimas efflauit amoris flammas, quas Iudæi, nec peccatis extinguere, nec vehementi vi, aut metu, aut paſſionis impetu potuerunt obruere; ſic, & ipſe fatetur iuxta Paraphr. Chaldæam, quæ habet: *Dixit Dominator ſeculi populo ſuo domui Iſrael; quamuis congregentur omnes populi, qui comparati ſunt aquis maris, quæ ſunt multæ non poterunt extinguere miſerationes meas à te* Et Ambroſius dicebat: x *Nulla diluuia paſſionum charitatem excludere poſſunt, nulla eam acerbitatum flumina inundare*.

u Cap. 8. 6.

Chriſti lãpades quid ſignificent.

x Libr. de Iſaac c. 8.

Præuidit Regius Vates excelſam hanc Chriſti Domini charitatem: Et pro Chriſto, quem aquæ multæ, & flumina imò tribulationum maria intus, foriſq; circundederunt, loquens ait: y *Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*. Sed nunquid aquæ iſtæ extinxerunt, vel obruerunt charitatem eius? Minimè, imò auxerunt valde. Non odit inimicos perſequentes, non vlciſcitur de crucifigentibus, ſed pro eis potius in cruce orat, & eos excuſat; ad ſe trahit blaſphemantes, & amicos facit, ac paradiſum promittit: Et poſtquam tot, tamque immenſæ aquæ intrauerunt in animam eius, ſitim patiendi non ſatiarunt; ſed adhuc moribundus dixit, *Sitio*, quia acerbiores aquas, & copioſiores labores, & paſſiones paratus erat bibere, quæ dũ cor intrabant, velut guttulæ aquæ erant in fornacem ferrariam miſſæ, quæ non extingunt ignem, ſed alunt, & ſuſcitant; vt vehementius ardeat. Itaque cum igne eodem die luctauit aqua, odium cum amore, ſed præualuit amor; *Et in finem dilexit eos*. Ideſt ait Auguſtinus. *In finem vſque ad mortem dilexit ideſt vſque ad mortem illum dilectio ipſa perduxit. Ad hoc enim charitate ſua erga nos formam noſtram accepit, cum ſit omnium Dominus*. (Verba ſunt Cyrilli.) a *Dilexit igitur ſuos, qui ſunt in hoc mundo, & dilexit in finem, qui non ignorans, quot, quantaque paſſurus eſſet libenter propter nos cuncta ſuſcepit*.

y Pſalm. 68. 1.

Sitim patiendi oſtẽdit Chriſtus ex amore.

a lib. 9. c. 2

187 Ille ergo qui à meridie venit, ſcilicet ex feruenti charitate, in medio montis vmbroſi poſitus à frigiditate illius populi magis incaluit, creuitque flamma ſui amoris, & ſuo ſplẽdore totum repleuit orbem, illumque charitatis fortitudine vicit, ſuperauitque. Ideo ſubiunxit Propheta: *Operuit Cœlos gloria eius*, ſed quid per gloriam, niſi gloriam crucis; & crucifixi intellexit Propheta. Vnde Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum, ait: *Habacuch ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem, vt Chriſtum in cruce contempletur, & dicat: operuit Cœlos gloria eius*. Et adhuc clarius: *Splendor eius, vt lux erit cornua in manibus eius*. Splendor, & claritas Chriſti fuerunt vita, paſſio, mors, & reſurrectio ipſius, quibus totum orbem illuminauit. Vnde Auguſtinus ait: b *Splendor eius, vt lux erit quid eſt? niſi fama eius credentes illuminabit*. Quod autem ſubdidit, nempe: *Cornua in manibus eius*. Variè explicatur à quæſtoribus; quænam ſint hæc cornua Dei? quidam dicunt fuiſſe radios lucis, quos vidit Moyſes quando in Syna legem recepit, & ex ſe, ſuiſque tabulis vibrabat, vt terreret inobſeruantes; vel radios, quos in facie Moyſis viderunt Hebræi, quando cornutam faciem habuiſſe dicebant. Sed dicamus nos cornua Dei eſſe robur, vires, & arma Dei, & ipſamet cornua, ipſa lux, & ſplendor ſunt ad formam arcus, vt aliqui volunt, iuxta illud poeticum dictum: *An curuare infans cornua dira valet?* Quaſi diceret potuit nè amor, qui puer eſt, telaque gerit, trahere ad ſe fortẽ arcum, vt ſagittas emittat?

Amoris flamma creuit in Chriſto ex offenſis hominum.

b Lib. 18. de Ciu. ca. 32.

Cornua Chriſti quid ſignificent.

Supponamus ergo, quod ſit arcus, vel quod ſint radij aut ſplendores ignis, quem in manibus geſtabat, & aſſerendum puto cum alijs expoſitoribus Prophetam alluſiſſe ad id, quod factum fuit in Sina, vbi Deus daturus legem Moyſi in igne maximo apparuit; legitur enim in Deuteronomio. c *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de Monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, &c.* Quaſi diceret Abachuc; ad eundem modum, quo amor populi coegit, (vt ita dicã) Deum toties ſe oſtendere, & loqui Moyſi; præcipue in monte Pharan, vbi circundatus Angelis apparauit, gerens in dextera ſua igneam legem. Ita amore commotus, imo victus veniet ad liberandum populum ſuum in captiuitate exiſtentem, aut humanum genus à ſeruitute diaboli: Et hoc forte innuit Pagninus, qui per ly, *Cornua in manibus eius* (vertit) *ſplendores de manu eius fuerunt ei*; Cui aſſentiri

c Cap. 32. 2.

vide-

Videtur interlineal. explicans legem titulo amoris, per ly enim: *Ignea. Lex*, poſuit, *Charitas*. Ex quibus ſplendoribus arcum ſeu cornua in manibus apparentia fuiſſe ignea conſtare poteſt. Ex hoc ergo dicere poſſumus habuiſſe Chriſtum in ſuis manibus igneum arcum.

188 Sed nunc quæ fuerint arma illa ſcire oportet. Nam ſi gerit in manibus arcum, vbi tela, & ſpicula ſunt? Cur non gerere tela de ipſo, ſicut de cupidine dicitur? Si vna tantum manu ferret arcum tanquam quoddam eius inſigne fuiſſe perlatum haud credere nefas eſſet. Sed duabus manibus apprehendere arcum ad ſagittandum eſt, & ad emittendas ex arcu ſagittas. Vlterius ſi cornua ſunt, fortia tunc erunt, quando in capite permanent, nam à capite ablata nullam fortitudinem habere denotant, ſed victi, & ſummiſſi animi argumentum oſtendunt. Quod ſi ita eſt, cur non in capite, ſed in manibus cornua habere deſcribit? Eſt quia confracta illa cornua (iuxta illud; *omnia cornua peccatorum confringam*) ignea cum ſint, Deus in manibus portat, quādo ad moriendum pro hominibus ducitur; vt breui compendio potentiam amoris exprimeret. Cumq; arma diuinę iuſtitiæ, iam contra vniuerſum præparata in ignem conuerſa inueniantur, ea manibus apprehendidit, & contra ſemetipſum vltionem ſumpſit; quod innuere videtur Pagninus, qui vt paulò antè dictum eſt, vertit; *Splendores è manu eius fuerunt ei.* O amoris victoria contra Deum, quem cogit, ſed non violenter vt ferat manu ſua arma ignea, quibus ſemetipſum vrere, non alios oſtendat.

Amoris trophæum.

Rurſus ſi Auguſtini d Cypriani e Theophylacti; f Et Euſebij g ac aliorum ſequi malumus expoſitionem, dicendum erit; quod per *cornua in manibus* paſſio Chriſti in cruce ſignificatur perquā. & ſi nobis vitam cōtulerit, ſibi tamen mortem intulit. Et quis hoc fecit? amor vrens amantem non amatum, fœlicia cornua, quæ portantem exurunt, alienos fouent. Sed aduertamus oportet, quod non dixit; Et manus eius in cornibus crucis, ſed cornua crucis in manibus, ad ſignificandum ſponte aſcendiſſe in crucem, & fortitudinem tantum habuiſſe, vt poſſet ſi vellet ex ea deſcendere; Sed maluit in ea perſiſtens, per eam pugnare, & moriendo debellare, & vincere, ac triumphum de morte, ac diabolo, omnibuſq; eius miniſtris agere, & oſtentare.

d *lib.12.de Ciu. c.32.*
e *lib. 2.cōt. Iudæos c.21 & Ser. de paſſ. Dom.*
f *ad locum*
g *Libr. de demonſtr. c.15.*

189 Verum fortitudo eius abſcondita dicitur quia latenter, & inuiſibiliter, operabatur, at quoniam triumphus iſte ex dilectione oriebatur (triumphante in hoc curru charitate) rectè verterunt Septuag. *Et poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ* (vbi nos legimus) *ibi abſcondita eſt fortitudo eius*: Quia tam Deus Pater tradendo pro nobis filium morti; quam Filius ipſe tradēdo ſe pro nobis, vt cruci affigeretur; Oſtendit miris modis ſe homines plurimum dilexiſſe, omneſque amoris neruos contendiſſe; vt nobis benefaceret, & in ſuum nos attraheret amorem. Ideo ait Hieronymus: *Poſuit dilectionem fortem virtutis ſuæ, quia idcircò Deus Pater regnū poſuit in manu filij, ſeu cornua in manibus eius, vt faceret dilectum ſuum ab hominibus diligi, non leuiter, ſed vehementer & fortiter, vt qui eum fortiter dilexiſſent, & hærerent in dilectione eius, nemo tolleret eos de manu illius.*

Potentia diuini amoris abſcondita in paſſione.

O mirabilis Dei fortitudo, ſed velata, ſed abſcondita. Quis credet eodem in arcu abſcondiſſe fortitudinem? Quis queat intelligere eum eſſe fortem, cuius ſola infirmitas apparet, quæ debilitatem oſtendit non fortitudinem? *Cornua in manibus eius ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Obſcurus, quidem ſermo eſt, nam cornua fortitudinem ſignificant; quomodo ergo in fortitudine, fortitudinem abſcondit? Quid manifeſtius re illa, quæ in manu eſt? nihil. Si ergo tam patenter fortitudinem geſtat ſic Deus in manu, cur Propheta abſconditum dicit, quod omnibus manifeſtiſſimè patet? *Cornua in manibus eius, &c.* Ad moriendum ingrediens Dominus abſcōdit fortitudinem, quam publicè geſtat, quia manifeſtior vis amoris (quam vbi robur cælatur amoris) inimaginabilis eſt. Duo amores contenderunt in Chriſto, diuinus, & humanus; Clamabat diuinus petens incolumem ſeruari vitam incarnati Dei, & conſequenter vlciſci de homine, & mortis illum pœna multari, ſecundum quod iuſtè meruerat propter perpetrata facinora. Humanus verò amor vehementer efflagitabat, vt moreretur Deus, & pro homine ſatisfaceret. Mori pro homine fortitudo eſt diuina; *Et ibi abſcondita eſt fortitudo*; Nam Deus amore creaturæ victus, in hoc, quod eſt vinci, debilem ſe palam oſtendit, & fortitudinem abſcondit, duaſque inde fortitudines conſurgere voluit; altera Dei eſt, qua maior eſſe nequit, cum per eam ſemetipſum ſuperauerit; altera aduerſus hominem à quo ſe diligi cupiebat, nec alijs armis ad eum oppugnādum vtebatur, niſi amoris. Etenim amor amatum reddit amantem. Inde dixit Martialis: h

Amor amātem facit amatū.

Vt præſtem Pyladem, aliquis mihi præſtet Oreſtem,
Hoc non fit verbis Marce, vt ameris ama.

h *Lib. 6. epigram. in Marcum.*

Quod fortè à Seneca didicit, qui ad Lucium ſcribens dixerat: *Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficæ artis carmine, ſi vis amari, ama*; Et D. Greg. Nazian. i inquit: *Natura amare nō amantes prohibuit.* Cui dicto ſe ſubſcribere videtur S. Ambroſius dicens: k *Quid enim tam inſitum naturæ quam, vt diligentem diligas quid tam inolitum, & impreſſum affectibus humanis, quam, vt eum amare inducas in animum, a quo te amari velis?* Et Marſilius Ficinus l de libertate amoris, ait: *Se vſque adeo liberum pretioſumq; eſſe, vt neque velit, neque valeat alio vllo emi, vendique pretio, quam ſe ipſo.* Cumque Deus omnia ad ſe ipſum trahere cuperet ſuo amore, quia hunc pro hominibus vendidit amorem, amorem ab hominibus emit, non alio niſi amoris ſui prætio. Exhibuit in cruce amorem ſuum, & abſcondit fortitudinem

i *In carme ad filium ſcrip. à Nicobel.*
k *Lib. 2. offic.*
l *Cap. 8. commen. et lib 1. ep.1.*

ſuam

ſuam; nam amor erga ſe ipſum apparuit fortitudine exutus, & nudatus; ſeu velauit propriam fortitudinē, tanquam ab homine amore victam, & licet in cornibus Crucis hominum amore vinci debilitas videbatur, & infirmitas: non ita erat, imò è contra factum eſt, & in Cruce amoris robur oſtendebatur, & ſummus patebat charitatis vigor.

m Embl. 105. et 107.

190 Poſuit Alciatus ad potentiam amoris oſtendendam, duo emblemata; m in quorū altero amorem currui inſidentem inſpicimus quem & Leones trahunt; aitque

Quam timenda ſit amoris potentia.

Aſpice vt inuictus vires auriga Leonis,
Expreſſus gemma puſio vincat amor, &c.

Quo quidem ſchemate ſatis oſtēdere voluit vim amoris, quæ qualis quantaque ſit patet, cùm de velociſſimis, & fortiſſimis, ac ferociſſimis Leonibus triumphum agat; vt tanto magis timeant homines, & ſi graues, & probitate inſignes: propterea dixit;

Dira lues procul eſto: feram qui vinceret talem
Eſt potis, à nobis temperet an ne manus.

Idque extulit ex Græco Argentarij vnde clariùs expræſſit intentum;

Quid video in gemma hac? amor eſt, auriga Leoni
Inſidet, & frænis ora ſuperba regit.
Vna manus flagro cadit, moderatur habenas
Altera: nulla magis ſigna placere queunt:
Sed metuo immitem puerum; mortalibus ægris
Quid faciet, qui ſic corda ferina domat?

In altero verò emblemate depictus oſtenditur Cupido cum alis, arcu, & ſagittis, & circumcirca depluunt è Cælo igneæ ſagittæ; ſed fractæ omnes, ad ſignificandum amorem vincere Deum, totumque incendere orbem. Vnde Lemma n

n Embl. 107.

Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne,
Dum demonſtrat vti eſt fortior ignis amor.

Pulchrum amoris Lēma.

Aligerum fulmen cum telo amoris comparat, nam & fulmen telum vocant Græci apud Sophoclem, & dicitur fulmen propter celeritatem, atque amor dicitur ignis communiter à poetis. Leonibus ergo dominatur amor, & igneam vim habet ſuper omnes.

Chriſtus depictus vt Cupido.

191 Sed hæc duo perfectè, & verè notantur in Chriſto, qui eſt verus Cupido, & perfectus amor, qui ſedet ſuper Cherubim, & Cherubini currum Chriſti trahunt, non Leones. Ideoque tanto nobiliori currui inſidentem nouimus Chriſtum, quanto à Cherubinis exceduntur bruta animalia. Quapropter Ezechiel de Cherubinis Chriſti ſtipatoribus, ait: o *Aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum*; & paulo ante dixerat: p *Vbi erat impetus Spiritus illuc gradiebantur*. Arcum habebat, & ſagittas, cum extenſa in Cruce bracchia clauis confixa, veluti neruus in arcu cui appoſitę ſagittæ, ſcilicet claui, trahendo neruum immittuntur ad ſcopum, ſcilicet cælum. Et habebat alas, iuxta illud Canticorum q *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.* Ex Hebræo: *alæ eius alæ ignis.* Et Ambroſius ſcribit: r *Bona charitas habens alas ignis ardentes, quia volitat per pectora, & corda Sanctorum, & exurit quidquid materiale, atq; terrenum eſt; quidquid verò ſincerum eſt, probat, & quod contingerit ſuo igne meliorat. Hunc ignem miſit in terras Ieſus, & refulſit fides, accenſa deuotio, illuminata eſt charitas, iuſtitia reſplenduit. Hoc igne inflammauit corda Apoſtolorum ſuorum ſicut teſtatur Cleophas, dicens: Non nè cor noſtrum ardens in nobis, cum aperiret ſcripturas, &c.*

o Cap. 1. 13.

p V. 12.

q Cap. 8. 6.

r Lib. de Iſaac c. 8.

Sagittis in Cruce armatus Chriſtus, nos & Deū vulnerauit.

His ſagittis, arcu, & alis armatus in Cruce Chriſtus dum tot pro nobis labores pertulit, totq; flagella recepit, tot etiā ſui amoris ardētibus ſagittis Deum ipſum vulnerauit, & cor noſtrum confixit. Fuit equidem tam magnum Chriſti amoris incendium, talibuſque flammeis alis noſter Crucifixus in Cruce panſus, totuſque accenſus ſuper volauit, vt omnia vicerit, nam, & mortem pro nobis fortiter pertulit, vt eam moriendo ſuperaret, & infernum quantumuis duriſſimum frangeret, & quos durè ſtrictos tenebat, duriter, ac potenter eriperet. Hoc fecit amor Chriſti in ſublunaribus; ſed quia vt D. Chryſoſtomus ait: ſ *Adeò violentus eſt amor, atque vt ita dicam tyrannicus, vt nulli cadat occaſioni.* Vides Chriſtus pluere ſuper homines ſagittas è Cælo, quas Zelo iuſtitiæ Deus immittebat ad eorum flagitia punienda, eas per aerem volitantes fregit; & in futurum ne amplius feriret, Deū obſtrinxit. Quod per ſequentia capita declaratum relinquam.

ſ Hom. 1. ad Philip.

CAPVT XV.

Chriſti amorē de ipſomet Deo triūphantem, deſcribit, & multò melius ſicut veriùs, quam de prophano amore in Iouē & in alios Deos imperiū tenere fabulantur Poetę.

192 FInxere olim Gētiles Poetę falſos Deos indignatos, & ad iracundiam prouocatos armorum ſuorum fortitudine vindictā ſumere minantes de offenſoribus. Sed vbi acceſſit amor Deos illos armis ſpoliauit, & pacificauit. En ergo quantum audaciæ tribuerunt Cupidini, vt Deos omnes antiquos proprijs Amor ſpoliarit inſignibus. Quod hiſce carminibus ex Græco traductis, quidam Poeta Philippus expræſsit.

Amoris imperium in oēs Deos, & in verū Deum.

Exuuijs ſuperum læti decorantur amores
Alta quibus Cæli eſt, tam ſpoliata domus,
Extorſere Ioui fulmen, Phœboque ſagittas,
Alcidæ clauam, Marſque caret galea,
Mercurio deſunt talaria, faxque Dianæ,
Sic Baccho thyrſus, ſic pelagoque tridens,
Nec mirum eſt iaculis homines quoque cedere amorum.
Queis ſua, vel ſuperi ſceptra dedere Dei.

Sed lepidum etiam Epigramma de hac eadem re Augerianus fecit in quo potentiam amoris præcipuè contra quatuor Deos exprimit ſic

Omne

Omne olim Cœlum (vt fertur) Cœlum omne ruebat.
Inter ſe ſuperi dum fera bella gerunt.
Fortis erat Bromius tyrſo, Mars enſe, tridēte
Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.
At cū viſus Amor fuit in fulgentibus armis,
Nec enim accenſa lampade pulchra Venus:
Priuatur tyrſo Bromius, Mars enſe, tridēte
Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.

Ecce Dij omnes amore victi, & proprijs armis ſpoliati, verum hæc dices, fabulæ ſunt; idque concedo; ſed ad noſtram doctrinam nemo negabit velatam in illis fabulis veritatē; vt quod fabuloſè dicitur de Bromio, Marte, Neptuno & Ioue, verè dici de Deo vero, qui eſt Deus Deorū, & Dñs omniū, cum ſuis ēt inſignibus ſpoliatus appareat, atque ab amore ſuperatus, & tanquam impotens victus. Quod vt facilius oſtendam ſub quodlibet falſo Deo, Deum verum repræſentati dicemus idque ſecundum effectus, & in ordine ad creaturas, intelligamus.

Deus Baccho comparatur, quia amore ebrius.

Et primum, vt Augerianus ſcribit: *Fortis erat Bromius, ideſt Bacchus tyrſo.* Huius dij ebrietas ſeù ebrij Bacchi fortitudo erat. Sed nunquid Deus noſter fortis erat vino, vt aſsimiletur Baccho? Quis enim audebit ebrium dicere noſtrum Deum? Regius Vates, qui ait: t *Excitatus eſt tanquam dormiens dominus; tanquam potens crapulatus à vino.* Ecce Deus tanquam ebrius. Sed quando potuit videri tanquam ebrius? quando abſque miſericordia populum multauit. Tunc Fortis Deus, à vino fortior factus maiori conatu, quam antea, peccantem populum puniuit. Quod autem ira Dei appelletur lancea, patet in libro Sapientiæ vbi Salomon ait. u *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, &c. acuet autem duram iram in lanceam.* Quod in vino hæc lancea figurata ſit, teſtatur Ieremias referens, quod ei dixerat Deus ſcilicet. x *Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.* O' quam vere Deus vltionum tunc dicebatur, etenim ſe talem oſtendebat, quando in vino iræ vlciſcentis ſaggitas vibrabat, eaſq; experiebantur, quibus ira propinata erat in vino furoris eius.

t *Pſ.77.65.*
Ebrietas in Deo ex effectu in creaturis.
u *cap.5.18 21.*
x *Cap.25. 15.*

193 Audi Iobum, quomodo lamentetur dicens. a *Circundedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit; & effudit in terra viſcera mea.* O' quam magna Dei erga Iobum ira? O' quam verius, & multo magis admiratione motus exclamare poſsū cum Virgilio, quam non ipſe olim fecerat, dum iam Iunonis Æoli auxilio, cui venti obediunt, ſuffultæ; Mare aduerſus Æneam turbauit. Et factum deſcribens ait: Æneyd. 1.

a *Cap.16. 14.*
Proceloſa tempeſtas deſcribitur.

——— Stridens aquilone procella
Velum aduerſa ferit, fluctuſq; ad ſydera tollit
Franguntur remi: tū prora auertit, & vndis
Dat letus: inſequitur cumulo præruptus aqua mons.

Procellā hanc non ſine maximo damno Æneas, & qui cum ipſo erant ſuſtinuere in nauibus, quarum aliquas arreptas, ac rotantes furente vento, vel in rupes, vel in ſcopulos allidere tempeſtas conabatur, vt iam nauium iactura multi viderentur, aut natantes mortui, aut ſemimortui, vel in littore iacentes exiſtere.

Poeta demum procelloſam, hanc tempeſtatem conſiderans miratur valde. Et dum ex vna parte reſpicit Æneam omni pietate præditum: Et ex alia, Deam iratam mirabundus, tantæ iræ cauſam exquirit à Muſa, dicens.

Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo
Quidue dolens Regina Deum, tot voluere caſus
Inſignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit; tantæ ne animis cæleſtibus ira.

Sic etiam, & verius poſſem ipſe exclamare pro Sanctiſſimo Iobo, & potiori iure, quam fecerat Virgilius pro illo Ænea, quam ipſe virum probitate inſignem vocat. Sed Iobum probum, & ſanctum ore ipſius Dei, qui eſt ſumma, & infallibilis veritas, fuiſſe ſcimus, qui & teſtatur non peccaſſe, nec ei ſe alterum ſimilem repeciſſe, & nihilominus ſe eſſe fatetur circundatum lanceis. Cur ergo Deus. *Tot illum adire labores impulerit?* Iure quærere poſſem; & dicere, *tanta ne animis cæleſtibus ira?* Ira non eſt cum ſeruis, ſed probationis, aut purgationis occaſio: Nam ait diuus Iacobus in ſua Epiſtola; b *Beatus vir qui ſuffert tentationem quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Sed cur ò Apoſtole Sancte tribulatum beas, afflictum felicem aſſeris? Quem aduerſa fortuna viuit, coronatum reſpicis? felicem dicerem, qui nullis incommodis affectus ſumma lætitia fruitur, qui imperat, qui dominatur, &c. Male ergo iudicas.

Iuſtus laboribus probatur & ærūnis beatur.
b *Cap.1.*

194 Sed audias quæſo in primis, quid, & optime dicat quidam Poeta.

Deſine mirari ſigna ſunt certa ruinæ
Proſpera cum videas, tot geminata malis.

Deinde audi diuum Iſidorum, qui ſapienter, & melius ait. c *Viri ſancti plus formidant proſpera, quàm aduerſa, quia ſeruos Dei proſpera deijciunt, aduerſa erudiunt, nunc magis ſunt oculi Dei ſuper iuſtos quando eos affligi ab iniquis diuina prouidentia permittit.* Iobus quia erat iuſtus, tribulationes, & perſecutiones Dæmonis ſic Deo permittente præſagiū fuerunt ei maioris ſanctitatis. Ideò ditis iam exagitatus calamitatibus, & ſi acerbè fuerit, tamen lætus inde, nec vnquam ſatur aiebat, ſuppliciterque rogabat. d *Et qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me. Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat.* O verè ſapiens, ò perfectè patiens; tanquam ſapiens cupiebat laborum perſeuerantiam, quos patiebatur, ſciens ſe conſolari ærumnarum diuturnitate; tum quia non parcendo Deus infligendis doloribus, parcit peccatis. Nam vt ait Tertullianus. e *Omne debitum, aut venia expungit, aut pœna; venia ex caſtigatione, pœna ex damnatione.* Itaque ærumnæ, & tribulationes ſunt venia delictorum. Affligi autem

c *Lib.3. de ſummo bono cap.62.*
d *Cap.6. q.10.*
e *de pudicit. c.2.*

Iob

Digitized by Google

Iob magis optabat, vt ille laborum cumulo, immenſum gratiarum cumulum acquireret, patientia opus perficiebat, virtuteſque multiplicabat. Tum etiam, quia certo ſciebat, labores eſſe quoddam ſanctitatis ænigma.

Labores ſanctitatis ænigma.

f Cap. 13. 17.

Ad cuius rei notitiam expendere oportet illud idem, quod dixit Iob. f *Audite ſermonem meum, & ænigma percipite auribus veſtris: Si fuero iudicatus ſcio, quod iuſtus inueniar.* Miror equidem quod in re tam clara dicat eſſe abſconditum ænigma. Etenim ænigma aliud exterius ſonat ſenſibus, aliud longe diuerſum intimat intellectui ſapientis, & tunc quis ænigmaticè loquitur cum ſententia occultat, ne foris appareat, quod intus latet. Vnde Tertullianus dixit. g *Sine dubio præterquam ſonant, ſapiunt: & aliud in vocibus erit, aliud in ſenſibus, vt allegoriæ, vt parabolæ, vt ænigmata.* Cum ergo id quod dixit Iob non ſit obſcurum, ſed clarum, cur illud ænigma vocat? Quid enim manifeſtius, quã dicere, *ſi iudicatus fuero iuſtus proculdubio inueniar?* Sed rectè quidem locutus eſt; nam ænigma quod Iob propoſuit, non erat in verbis, ſed in factis: vt notauit Philippus in eius commento, ſic ſcribens: *Examinationis flagella, idcirco ænigma voluit appellare, quoniam qui innocentes, & iuſtos tribulari conſpiciunt, velut ænigmata illis ſunt.* Quid enim miſeria ſignificat niſi miſeriã? Quid ærumna niſi ærumnam exprimit? Sed peccatoribus verè eſt, quod ſonat; iuſtus autem eſt ænigmaticus ſermo; quibus tribulationes non miſeriam, ſed fœlicitatem ſignificant, & gaudiũ quo deliciatus Paulus ſcribens ad Romanos dicebat. h *Gloriamur in tribulationibus.* Et Clemens Alex. ait. i *Certamen noſtrum duabus opus habet virtutibus: audacia quidem vt audeat pericula, ſapientia, vt diſcernat ænigma.* O quam doctè, & diſcretè hæc enigmata, ſibi in mente ſua, & alijs propoſuit ſtupor ille gentium Seneca (quamuis gentiliter viuens animæ ſuæ nihil profecerint) & videtur commentari illud quod retulimus ex Iobo, *vt affligens me dolore nõ parcat.* Dicens. k *Nunquid tu inuiſos eſſe Lacedæmonijs liberos ſuos credis, quorum experiuntur indolem, vt ictus flagellorum perferant fortiter, & laceros ac ſemianimes, rogent, perſeuerent, vulnera præbere vulneribus. Quid mirum ſi durè generoſos Spiritus Deus tentat?* Hæc Seneca. Ducit exemplum à Lacedæmonijs, & ait eſtne forſitan minoris amoris indicium, quod illi erga filios oſtendunt, cum eos publicè, & grauiter puniunt ad naturales vires eorum experiendas? Ipſimet hortantur filios, vt forti animo ſufferant, & quaſi exanimes dicant perſeueranter cum Iob, vt non parcant patres, ſed vulnera maiora vulneribus addant; & quare hoc? quia ęnigma eſt, ad innuendũ, quod cum talia in hominibus reperiuntur, mirum eſſe non debet, ſi quos Deus amat, tribulat, vt eorum fortem animum probet, & occultum ipſi gaudium in tribulatione læti agnoſcant, eoque potiantur. Eueniunt quidem hominibus ærumnæ, duri labores, diræ tentationes, & calamitates; ſed fortiter omnia ferre hortatur idem Seneca, vt Deo ipſo aliquo modo ſimiles euadant. Audiamus ipſum Senecam eodem loco. l *At multa incidunt triſtia, horrida dura tolerata. quia non poteram vos illis ſubducere animos aduerſus omnia mari. Forte fortiter: hoc eſt, quo Deũ antecedatis. Ille extra patientiam malorum eſt; vos ſupra patientiam.* Deus non ſuperat mala, quia non patitur illa; non indiget patientia, quia non afficitur ærumnis, & laboribus; ſed qui ſuffert aduerſa, eaque ſuperat victor eſt, ſecumque Deus vincit, & affirmare poterit Deum cum Deo antecellere. *Forte fortiter, hoc eſt, quo Deum antecedatis.* Patientia ergo Iob virtute à Deo accepta ipſum Deum præcelluit.

g Scorp. cap. 11.

h Cap. 5. 3

i Enigma in tribulationibus diuinis.

k Libr. de prouid. diuin. cap. 4.

l Cap. 6.

Deus vltionum cur dicebatur.

195 Sed de Iobo, alijſque conſimilibus iuſtis hæc dixiſſe ſufficiat: de cæteris vero quibus verè calix iræ propinatur, dicendum eſt, ita eos Domini flagella portaſſe, vt dicere valerent, *immiſit in nos ſagittas ſuas, quarum indignatio ebibit Spiritum noſtrum.* Nam aut igne, aut aquis, Mundum ſua ira perdidit, totque ciuitates combuſſit, totieſque in captiuitatem populum redegit, innumerabiles homines, aut ſerpentium morſu, aut fame, aut gladio, &c. interfecit. Cum viro iræ ſuam Deus vltionem effundebat, eodem vino madefieri ſeu conſpergi cruore videbatur, veluti ſanguineus vltor iuxta illud Ouidij in Metam.

Hunc ergo ſanguinea ſucceſſu cadis ouantem.

Gallina indica ſymbolum iræ.

Aut ſimilem gallinæ indicæ, quæ indignata caput, collum, criſtaſque in ſanguinem vertit, apparuiſſe videtur. Vnde Claudianus peculiare Hyeroglificum de illa fecit Honorij conſulatum, deſcribens. Sic.

Iram ſanguinei Regio ſub pectore cordis.
Protegit imbutam flammis, accidamque nocendi.
Præcipitemque ſui rabie ſucceſſa tumeſcit.

m Lib. de teſt. animæ.

Ita proprie in Deo non eſt, & cur.

Sed cur iratum dicimus Deum, ſi ira vitium eſt & vt quidem doctus loquitur, adeo eſt ingenita malitia iræ, vt Philoſophi in Deo, nec iram bonam agnouerint: De quibus ita fatur Tertullianus. m *Sic Deum honorantes dum curis obſeruationis, & moleſtijs animaduerſionis abſoluunt, cui ne iram quidem adſcribũt.* Rationem reddit ex Philoſophorum mente dicentium: *Nam ſi Deus iraſcitur, corruptibilis, & paſſionabilis eſt.* Ergo ſicut longè abeſt à Deo paſſionibus agi, & inſtigari, ita tam longè aberit à Deo propria ira, quæ cũ parua paſſio ſit, à Deo remouenda eſt, alias Deũ paſſibilem faciat, neceſſe eſt. Quaſi nihil, quod ſit, inſtigante illa iræ paſſione immune ſit à delicto, & pœnitentiæ obnoxium. Sed nos in Deo aliquam iram damus, vt ex Geneſi colligimus; vbi, videns Deus hominum malitiam, eorumque cogitationẽ cordis pronam ſemper, & intentam ad malum. n *Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis intrinſecus. Delebo inquit hominem quem creaui, &c.* Sed quid eſt pœnituit Deum? Nunquid in Deo potuit reperiri

n Cap. 6. 6. 7.

periri

Digitized by Google

periri pœnitentia quæ importare videtur delictum? Minime, ſed dolere,& pœnitere dicitur, cum ob hominum ſcelera gratias ſuaque dona ſtatuit reuocare, idque decernit; cum peccatores à ſe creatos, & beneficijs affectos ob commiſſa ſcelera punit, & ſic iraſcens, & indignans peccatis hominum,delere decreuit hominem. Et fortaſſe ita iratum propter alia Iſraelitici populi ſcelera Deum præuiderat Ieremias, quando in deſtruenda ciuitate Ieruſalem, illum Vrſo ſimilem deſcripſit,dicens: o *Vrſus inſidians factus eſt mihi*. Vrſum namque apud Antiquos iræ ſymbolum fuiſſe,referunt: Vrſo quidem propria eſt ferocitas. Quare Mathematici vlciſcentem & iracundum dicunt, qui ſub ſigno Tauri cum malo Vrſi aſpectu naſcitur. Sic refert Valerianus, dicens. p *Sanè Mathematici iracundum eum fore dicentes, qui ſub primo & vigeſimo Tauri gradu naſcitur, Vrſum ibi ſtatuunt retro ſpectantem, hoc eſt ad ea quæ facta ſunt indignantem*.

Vrſus ſymbolum iræ.

o *Thren. c.3.10.*

p *Lib. 11. c.47.*

Ira duplex bona, & mala.

De qua re Epigramma compoſuit Martialis,inquiens lib. 6.

Rabido nec perditus ore
Fumantem naſum viui tentaueris Vrſi,
Sit placidus licet,& lãbat digitoſq; manuſq;

196 Itaque ſicut pœnitentiam admittimus, ſic & iram;nam pœnitentia eſt quædam ſpecies iræ, & ira diſſimulata pœnitentia: Et quia humano ſenſui pœnitentia importare ſolet delictum, etiam ira illud importat, vt vix in homine reperiatur ſine delicto. Cæterum in Deo datur ira ſine peccato, quatenus ſolum eſt appetitus vindictæ, non quomodo eſt in homine abſq; ordine rationis, ſed laudabilis quatenus appetebat vindictam ſecundum ordinem iuſtitiæ, ſic docet Diuus Thomas. q Ex D. Gregorio. r Et ſubiungit. *Ira dupliciter ſe habet in homine. Quandoq; enim præuenit rationem, & trahit eam ſecum ad operandum, & tunc propriè ira dicitur operari: nam operatio tribuitur principali agenti. Et ſecundum hoc intelligitur, quod ira uiri iuſtitiam Dei non operatur. Quandoq; vero ira ſequitur ipſam rationem, & eſt quaſi inſtrummentum ipſius, & tunc operatio quæ eſt iuſtitia non attribuitur iræ, ſed rationi.* In Deo ergo erat ira ſecundo modo ſumpta, quo ad effectum, puniendo hominum ſcelera. Vnde Saluianus dicit. ſ *Quaſi humano affectu nobiſcum loquens ſub nomine pœnitentis Dei vim demonſtrauit irati*.

q *3.p.q.15 a.9 ad 1.*
r *Libr.5. mor.c.33.*

ſ *Lib. 1. de Guber. Dei.*

Chriſtus armis Deum ſpoliauit,& quomodo.

Sed ſi hiſce Bromij armis, & vino furoris, & iræ ad proſternendas gentes toties ſe occupauit, & vere ſe Deum vltionum eſſe oſtendit, ſeu oſtentauit, Nil mirum ſi Amor diuinus armis ipſum Deum ſpoliauit, vt Bromium tyrſo ſpoliauit Cupido, iiſdemq; armis prælium aduerſus eum inire cæpit, pænamq; ſibi indebitam pro nobis luere coegit. Ecce in primis ſtrepitantium armorum robur, quid in Baccho? niſi vinum. Rectè ergo accepit Amor ab ipſo vinum, illudq; ori Chriſti propinans in Cruce pendentis, eadem pœna ipſum affecit. Quod certè retulit Matthæus dicens. t *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum*. O vinum, quod potius acetum erat;nam vt Arabicus legit. *Dederunt acetum cum mirrha mixtum*. Vbi Iudæorum inaudita barbaries agnoſcebatur cum vinum ad ludibrium, & tormentum Chriſti felle amaricarint, & corruperint. De qua inſolentia quæritur Chriſtus,dicens. *Dederunt in eſcam meam fel*. Tertullianus; u legit: *in potum,quia,fel fuit, quaſi panis, & eſca, vinum vero potus Chriſti*. Vnde Euthimius ait: *Arbitror fragmenta aridi fellis in aceto emollita fuiſſe, vt acetum quidem loco vini eſſet, illa vero fragmenta pro buccella panis, & præcipuè ſanè potum dederunt, conſecutiue vero etiam cibum: his enim qui animo deſtituuntur vinum præbere ſolemus iniecto pane, vt primum bibentes poſt modum etiam poſſint edere*. Sed quidem vtrumq; verum eſt, & quod vinum dederint ei, & quod acetum: Duæ enim potationes fuerunt altera vini, & aceti altera, vt eodem capite conſtat, quãdo dixit. x *Sitio, & ſpongiam aceto plenam obtulerunt ori eius*. Et de hac potatione querebatur Chriſtus per Regium Vatem eodem Pſalmo dicens. a *Et in ſiti mea potauerunt me aceto*. Sed inuentio fuit Amoris, qui pænas noſtras luendas tranſtulit in Chriſto, & vinum quod antea nobis Deus propinabat ad vindictam de ſceleribus noſtris iuſtè ſumendam;coactus ſuo amore bibit ipſe Chriſtus, & dum bibit ăcetum, in vinum nobis illud conceſſit conuerſum; dulce non amarum, & amabile, & ſine felle, dum per illud meruit in virtutes vertere noſtra vitia,& infirmitates in gloriam.

t *c.27.34.*

u *Lib. cōt. Iudæos c.10*

x *ver. 48.*

a *Pſ.60.22*

197 Nec ſolum vino armatus Deus de hominibus vlciſcebatur, ſed lanceis quoq; quibus circundediſſe Iobum ſupra retulimus, & vt nequid deeſſet ad ſimilitudinem Bromij à quo tyrſum abſtulit amor (etenim Bromius tyrſum geſtabat ideſt haſtam, quæ olim dicebatur latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur,) & Bacchus haſtam nō hederis,ſed vitium palmitibus obtectam, ſeu circundatam habebat, vt teſtatur Ouidius, b his carminibus.

Vt cupido tyro ſpoliauit Bromium.

Ipſe racemiferis frontem circundatus vuis
Pampineis agitat velatem frōdibus haſtam.

b *Libr. 4. Met.*

Abſtulit etiam diuinus Amor lanceas à Deo, & cum Deo ipſo in aſſumpta humanitate lanceis præliabatur. Idq; innuit Ioannes,dicens. c *Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua.* O quam felix pugna,vbi pugnat cū Deo amor, & prorſus idemet amor, quo ipſemet Deus proſequebatur homines olim; quaſi diceret, cum vino vlciſcebaris, & ſanguineus videbaris; exeat nunc ex latere ſanguis ille, qui circa cor accendebatur contra homines,veniat foris, & aqua ex pectore illius, qui aquis diluuij omnem interfecit carnem, & conſumpſit vniuerſa, quæ in terra erant: Veniat miles,& lãcea latus eius aperiat,quia olim ipſe fulgurū ictibus,lãceiſq;& gladijs percuſſit,vulnerauit & gētes innumerabiles interfecit,& appareat diuini amoris victoria, nam ita homines dilexit, vt vno ictu lancea amoris imperio perforan-

c *Cap. 19. 34.*

Chriſtus lãceam abſtulit dum lãceã in pectore recepit

Digitized by Google

forando Chriſti latus extraxit aquam pro baptiſmo ipſorum, & ſanguinem pro redemptione. Sic Ambroſius, inquiens. d *Ex illo corpore defuncto vita manabat. Aqua enim, & ſanguis exiuit, illa quæ diluat, iſte qui redimat*. Et Prudentius in Paſſ. Chriſti: Et alibi; ſcribit.

d *In cap. 25. Luc.*

Sanguis & aqua ex latere Chriſti quid?

Traiectus per vtrũq; latus laticẽ, atq; cruorẽ
Chriſtus agit ſanguis victoria lympha lauacrum eſt.

Vinum ò Chriſte generis noſtri redẽptor, alijs ad potandum dediſti. Sed age nunc, ait diuinus amor, & pro eiſdem ab eis tibi propinatum vinum, bibe, nec quidem dulce, ſed amarum, acroſum, & felleum. O' mira, & inexpugnabilis victoria amoris ſuiſmet armis Deum ſuperat, & in Cruce vulnerát, atque interficit. *Triumphat de Deo amor.* Et Crucifixus Chriſtus ex catheda Crucis aliud non docet niſi amorem. Audi Auguſtinum, dicentem: e *Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices reſurgentis; Caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendũ brachia extenſa ad amplexandum totum corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſint cogitate. Hoc in ſtatera veſtri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus fixus eſt in Cruce*. Ecce quam efficaciter hic agnoſcitur verum eſſe, quod in Paſſione Chriſtus vbi debilis apparuit, ibi abſcondita erat fortitudo eius, ideſt amoris, quod clarius indicauit ſeptuaginta interpetrum tranſlatio, dicens: *Et poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ*. Quia vt dictum eſt num. 185. non ſolum dilectionem, ſed fortitudinem amoris oſtendit, vt verè dicamus, quod triumphat de Deo amor, nec aliud optabilius trophęum ferre conatur, quam vt homines grati ſint, & amore tantum compenſent amorem.

e *Tract. de Virg.*

198 Eo magis, quia Bacchus pro Deo habitus à gentilibus vbi eum Iuno perſequebatur (vt fabulantur Poetæ) itineris labore feſſus, ſub quandam arborem ſe quieti dedit, atq; Amphisbænam (id enim viperæ vtrinque caput habenti nomen eſt, vt ait Nicander in Theaticis) eius tibiam momordiſſe dicunt: Quapropter excitatus Bacchus illam palmite vitis, qui fortè propinquius adiacebat, occidit. Nam vt ſcripſit Demetrius id animal neque lino neq; vlla re alia, niſi ligno vitis facile poteſt interfici. Expreſſa ſimilitudo noſtri Redemptoris, qui ſe pro nobis Briareum fecit, & dicitur Bacchus à vino amoris, quod iam potauerat. Iſte nanque noſter diuinus Bacchus dum quieti crucis vacaret; Momordit callidus ſerpens manus, pedeſq. clauibus in cruce, & lancea latus ſuum, dum militis arte perforauit. Sed inde ſuperatus eſt, regno ſpoliatus, & ligno vitis, & vitæ interemptus, *vt qui in ligno vincebat in ligno quoque vinceretur*, nec alio ligno interimi poterat, niſi ligno Crucis. De hac victoria loquebatur Abacuc in præcitatis verbis: *Cornua in manibus eius*. Vnde Sanctus Cyprianus ad illud Canticorum: *Aſcendam in palmam, &c.* Dicit alludere ad citatum textum Abacuc, & ly cornua in manibus explicat de cornibus Crucis, per quam Chriſtus obtinuit victoriã, quam mox ſubiunxit, dicẽs: f *Ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius: ideſt tanquam victus fugiet à facie eius.* Dicit ergo Cyprianus de aſcenſu in palmam. g *Aſcendiſti Domine in palmam, quia illud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de principatibus, & poteſtatibus, & nequitijs ſpiritualibus victoriam: erantque in manibus tuis duo cornua in quibus erat fortitudo tua abſcondita, & imperium ſuum ſuper humerum tuum*. Fortitudo abſcondita, erat illa robuſta dilectio; Nam ſi amoris vi mori voluit, amoris vi Dæmonem fugauit.

Palmite vitis occidit Bacchus Amphisbænam.

Chriſtus ligno Crucis dæmonem vicit.

f *Abac. 3. 5.*

g *Ser. de paſſ. Chriſti*

199 Multa fuerunt inſtrumenta paſſionis apta ludibrio, eiſque varijs modis Chriſtum illudebant: & ipſe Chriſtus, vt loquitur Chryſoſtomus. h *Extremas contumelias tulit: Quippe cum non membrum vnum, ſed vniuerſum corpus extremas has iniurias pateretur, caput corona, calamo, pugnis; Facies ſputis; maxillæ alapis; corpus reliquum flagellis, nuditate, amictu chlamydis, adoratione ſimulata, manus calamo, quem pro ſceptro tenere dederunt, os quoque ipſum, & lingua aceti potione, ac fellis. Quid iſtis nunquam grauius? quid contumelioſius? omnia contumelioſa fuere, ſed ad debellandum Dæmonem conuenientia; & præcisè de ſpinea corona, chlamyde, & calamo declarat Athanaſius, & vbi per ludibrium, ſubſannationemque Chriſtum pulſabant, inde inſigne ſuæ victoriæ agnoſcebat:* Sed ſufficiat nobis cum Athanaſio arundineum ſceptrum conſiderare, *quod quidem accepit Ieſus cum illi à diabolo porrigeretur ignaro, quod contra ſeipſum gladium acueret. Dicitur enim arundo ſerpentibus lethalis eſſe, atq; inde potiſſimum perfici. Cum igitur ipſe Dominus Sabaoth, vt Iſaias dicit, fugientem Dragonem, & magnum illum ſerpentem diabolum perſequi ſtatuiſſet; tum eius rei cauſa, id quod illi exitiale erat ab eis accepit, vt ſuis, proprijſque rebus, debilitatiore reddito diabolo, ijs quæ Chriſti erant, homines fortiores fuerunt. Quale quid Dauid in Goliath deſignauit.* i *Qui ſumpto aduerſarij gladio, eo ipſo ipſius caput præcidit. Idem quoque Saluator fecit, ſumens arundinem ab illis, vt nos non ſolum liberaret a verſutia ſerpentis, ſed & illum ſerpentem tolleret, & mortuum exhiberet.* Multa alia dicit Athanaſius oſtendens, quod dum percutiebat diabolus arundine Chriſtum, ſemetipſum verberabat, & allucinabantur illi, qui pulſare Chriſtum exiſtimabant, quippe qui diabolum ipſos irritantem verberabant, & tandem ſubiungit: *Quod ſanè verſutiſſimo illi ſerpenti ad ſummum vituperium ceſſit. Omninò enim ſi a Domino vapulaſſet gloriari poterat, nunc ab illis percuti, quos in ſeruitutem redegerat, id omne dedecus probrumque tranſcendit. Sed tamen non illorum verbera ſerpentem conficiebant: nihil tamen ijdem illi, & homines, & carnifices, ſed vt dolori illi erat contumelia à Iudæis illata, ita verberibus*

h *Hom. 88 in Matt.*

Flagella Chriſti dæmonem flagellabant.

i *1. Reg. 17. 51.*

arun-

Digitized by Google

arundinis in Chriſto impulſis conſauciabatur, Ita Athanaſius. Amor ergo videns hominem concuſſum, & varijs pœnis,& laboribus affectum ab omnipotenti Deo, & à Dæmone iuſtè quidem à Deo propter peccata punitum,& à Dæmone tyrannicè quaſſatum vnico & eodem actu Deum armis ne amplius feriret, ſpoliauit, & dæmonem interemit,& hoc in paſſione, in qua *poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ, &c.*

CAPVT XVI.

Proſequitur imperiũ Amoris Chriſti ſupra Deum, ad ſimilitudinem cupidinis imperium habentis ſupra Martem.

200 ALter Deus armis ab Amore priuatus fuit Mars, quem quidem nihil aliud fuiſſe quàm bellum putauit Heraclides Ponticus ſic ab imprecationibus nominatum, ſiue à detrimento, quia eius proprietas erat occidere, deuaſtare, & proſternere. Omnia hæc Mars facit, ait Homerus.

Mars hominum occiſor,qui agros popularis, & vrbes.

Et Orpheus in hymno in Martem furorem belli,& rabiem in animis hominum Martem eſſe putauit, vt patet in his verſibus.

Mars Rex perpetuæ, ſanctèque & cæde cruenta.
Horrende humano gaudens, & ſanguine numen.
Qui gladiſue, haſtiſue cupis contendere ſemper.

Deus autem noſter non fabuloſè, ſed verè, non ſolum vltionum, ſed exercituum eſt. Ille ſic dictus quia prior armare venerit, & in aciem inſtruere, & omnes bellicos vſus exercuit cum impios delere niteretur. Sed verus Mars Deus noſter, primus omnium armorum artifex, omnibuſque armis vſus eſt ad debellandos ſceleratos homines, quos nullis viribus, nullaque celeritate fretos potuiſſe Dei vindicis omnium flagitiorum iram deuitare, ex ſacro textu didicimus. Vnde, & dicere licet (veriùs tamen) de Deo, quod de Marte fabuloſè innuit Theognis, dicens:

Tar celerem tardius comprendit Cyrne ſecutus
In iuſtum curſu,huic numina cuncta fauent.

In femore enſem ferre ſignum nobilitatis.

Adſunt etiam,& alia carmina quæ hoc idem exprimunt, & ſunt:

Si quod agis virtute cares, celerem capiet te
Vel tardus,tardo Marti cõprenſus,vt ipſi
Vulcano, ſuperam cum velociſſimus eſſes,
Ars enim prodeſt cunctis animalibus ipſa.

Quod autem Deus noſter dicatur, & ſit Deus exercituum teſtatur Ieremias,qui cum optaret Deũ vlciſci de inimicis, dixit: k *Tu autẽ Domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes, & corda videam vltionem tuam ex eis.* Quod verò Deus etiam, vt Mars gladijs pugnauerit, liber ſapientiæ docuit: l *Gladius acutus inſimulatum imperium tuum portans,et ſtans repleuit omnia morte.* Quid autem ſignificare voluit, per ly, *inſimulatum imperium tuum portans?* Innuimus in dedicatoria in illa trium enſium conſideratione, & diximus, quod gladium in vagina poſitum ſuper femur portant homines in ſignum nobilitatis: cum autem è vagina illum educũt, manibus feriũt, vt vulnerent, & trucident.

k Cap. 11. 20.

l Cap. 18. 16.

Sic Deus geſtabat enſem ſuper femur iuxta illud Dauidis: m *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Et dum in femore erat enſis, maieſtatem, & imperium demonſtrabat. Nam olim, vt ibi diximus, tale ſignum enſis præferebat in ſignum præfecturæ, & dignitatis, nam vt retulimus ex Herodiano; Plautinianum quẽdam Syrum humiliter natum, & ad ſupremam dignitatem euectum, diuitemque factum inter alia nobilia inſignia enſem tuliſſe, ſcimus,ſic enim ſcribit: *Enſem præterea geſtabat cæteraq; omnia ſupremæ dignitatis inſigna.* Nec alijs niſi Principibus, Gubernatoribus, & iudicibus enſem ferre licuit; Proconſulibus verò, & Legatis licebat ſolum (vt Auguſtus C. ſtatuerat) quando vel ad præliandum egrediebantur, vel in Prouincias pergebant armorum moleſtijs affectas. Si qui autem erant in Prouincijs pace fruentibus ad euitandas inter ciues occiſiones, enſem ferre nequibant.

m Pſ.44.4.

201 Huius dignitatis, & imperij attulimus ex ſacro textu nobile hieroglyficum ex Patriarcha Abraham ſupponendo, quod femur propriè dicitur anterior pars, vbi fertur enſis; nõ ſic femen, cui competit poſterior pars. In Geneſi ergo legimus, quod cum decreuiſſet Abraham mittere ſeruum ſuum, vt Rebeccã vxorem quæreret Iſaaco, eum vocauit,& adiurauit, vt vxorem quæreret ex Haran,& nõ acciperet aliquam de filiabus Chananæorum, inter quos habitabat. Forma autem iuramenti fuit,vt ſeruus poneret manum ſuam ſub coxa Abraham dicens: n *Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Dominum, Deum Cæli, & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: ſed ad terram & cognationẽ meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.* Sed dicas,quid ſignificare voluit Abraham hac cerimonia ponẽdi manum ſub femore? Variè reſpondent patres, quorũ maior pars exiſtimat, quod Abraham per femur, id eſt per Chriſtum, vt potè ex femore ſuo naſciturum,adiurat ſeruum,id eſt obſtringit, & iurare compellit. Quamobrem Diuus Gregorius hoc idem expẽdens poſt alia multa, inquit: *Tange filium meum, & iura per Deum meum. Vnde non ſuper femur, ſed ſub femore manum ponere iuſſit; quia inde erat ille deſcenſurus, qui homo quidem, ſed ſuper omnes homines veniret.* Sed ad intentum aptiùs reſpondet Lorinus ex Rabi Abenezra,quem refert, adiuraſſe ſeruum ſub femore; *Vt repræſentaret ius poteſtatemque dominantis, ac imperan-*

n Cap. 24. 2. 3. 4.

Digitized by Google

perantis Patriarchæ, ſeruientis verò humilem ſubiectionem, & promptum animum ad exequenda Domini mandata. Ideò non poſuit manum ſupra femur, ſed ſubter, enſis ergo accintus ſuper femur ſignificat poteſtatem, & dominium, ſeù *inſimulatum imperium portans.*

202 Sed quando eduxit gladium è vagina ad puniendos impios homines manu vibrabat enſem, & plaga crudeli percutiebat, tanquam Dominus, & vltionum Deus. Aſpicite quæſo, menteque recogitate, quid vnius Angeli gladio fecerit Deus cōtra Sennacherib quando (vt habetur in quarto Regū:) o anxius cū exercitu ſuo Ciuitatem Ieruſalem vaſtare ſatagebat. Cui Deus ob minas Ezecchiæ Regi factas, nunciumque aduerſus ipſum præliandi datum dixit: *Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te in viam, qua veniſti.* Et poſtea: *Factum eſt igitur in nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque millia.* Statim, ac diluculo vidit Aſſyriorum Rex mortuorum corpora abijt, & reuerſus eſt, & mānſit in Niniue, ſed cur non etiam Regem percuſſit Angelus? Arbitror ad maiorem ignominiam id fuiſſe permiſſum; vt ſcilicet gladio periret, non Angelica manu, ſed ſuorum filiorum, qui iam in templo percuſſerunt eum gladio, & indutus crudelitate, quam in alios exercuit, crudeliter interemptus eſt; nō enim eſt crudeliùs vulnus, quam manibus filiorum inflictum; iuxta illud: *Tu quoque fili mi.* Sic multoties vlciſcendo martiali gladio vtens, innumerabiles occidit, & vel manu Angelorum, vel amicorum, vel etiam inimicorum Regum vlciſcebatur, vt in libris Regum quiſque legere poteſt. Timendus ergo eſt gladius diuinus poſitus in manu Dei, quia nō eſt, niſi ad puniendum: & ideò Iob ſuis amicis, qui ſe iuſtos, & iuſtum iniuſtum eſſe putabāt, dixit. p *Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium*, Vbi duo dicit, & quod Deus habet gladium, & quod facit iudicium, hoc eſt, iniquitates puniuntur in hac, & in æterna vita; & quare? quia nunquam peccare deſiſtunt. Ideò Vatablus legit: *Ira ex iniquitatibus gladij.* Quod ſic expendit: *Prouocatio ad iram citra meritum prouenit ex iniquitatibus, quæ ſolent puniri gladio.* Pagninus, *quia iraſci facitis me ex iniquitatibus, quæ digna ſunt, vt gladio vlciſcantur.*

o Cap. 19. 28. et n. 35.

p Cap. 19. 29.

203 Vltionem hanc abſtulit amor, cuius vi poſtmodum; apparuit enſe priuatus diuinus Mars, imò obſtrinxit Deum habētem in manu euaginatum gladium, vt ore illum geſtaret factus homo ſic eum vidit Ioannes poſtquam Chriſtus à morte reſurrexit; dixitque q *Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Sed cur in ore nunc habet gladium, quem antea manu geſtabat? primò factum eſt, quia quos per gladium palam cædere, & omnes interimere conſueuerat, nunc tantum per illum et minis terrere cupit; vt peccatores reprehenſionibus attriti caueant ventura, & æterna mala, Quod quidem iuxta communē intelligentiam per Prædicatores in præſenti vita, quouſq; denuo gladiū reddeat de ore ad manum ſeruat. Audi Baſilium ſuper Pſ. dicentem: *Comminatorius ſermo eſt, non ſtatim minatur vulnera, plagas, mortes ſed armorum vibrationem, veluti præparationem, quandam ad vltionem intentat, quemadmodum qui arma abſtergunt, ac poliunt.* Quaſi dicat, ſi olim educto de vagina gladio vulnerabat citius, & interficiebat, quàm nunc facit, ne miremini, cum hoc eueniat, quia diuinus amor vlciſcentem Deum pro nobis mori coegit, & redemptione facta ex profluuio ſanguinis opulentia miſericordię orta eſt nobis, vnde Chryſoſt. expendens illud Geneſis: *Non permanebit ſpiritus meus in homine:* legit ipſe *non ſinam illos poſt hæc viuere* (& ait) *Talis enim eſt Dominus noſter minatur ſæpè, non vt opere compleat minas ſed vt correpti nobis minas nō ad opus perducat.*

q Cap. 1. 16.

Minis vtitur Deus, ne puniat.

204 Verum, quia *Amor læſus in furorem vertitur.* Si amor diuinus fruſtratam viderit in peccatoribus ſpem pœnitentiæ, expectat aliquo tempore, tandem accipit ex ore gladium, & manu ſua vitrice pugnat, & trucidat, vt eos ex hac vita tollat, & tunc gladius condemnationis ad æternam punitionem impios in die Iudicij efficaciſſimè, & diriſſimè feriet, adigetque in gehennam. Et iuſtè quidem, nam vt D Gregorius ſuper illa verba: r *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, vigilate, eſtote parati;* (ait) *Deus quos diu, vt conuertantur tolerat non conuerſos durius damnat, tanto enim tunc magna exercetur ſeueritas, quanto nunc maior miſericordia prorogatur.* Et S. Cyprian. dixit: *Iuſto Dei iudicio ille non eſt dignus in morte accipere ſolatium, qui ſe in vita non cogitauit moriturum.*

Minas ſpernentibus durior pœna ſeruatur.

r Luc. 12. 38.

Exemplum habemus in 2. lib. Reg. quando Ioab dux militiæ Dauidis præliabatur aduerſus Abner, cuiuſque pueros cum pueris Dauid, & ſurrexerunt ex vtraque parte duodecim, & duodecim; Sed, qui ex parte Dauid pugnabāt, in aduerſariorum latus defixerunt gladios, omneſque ſimul ceciderunt. Arripuit tandē fugam Abner cum ſeruis ſuis, & adhuc Ioab, & Abiſai fugientes perſequebantur. Quod cum occubuiſſet Sol duro iam bello in illa die peracto; pacem pro ſe, ſuiſq; exoptans Abner, popoſcit, & exclamans dixit ad Ioab: ſ *Num vſque ad internecionem tuus mucro deſæuiet? an ignoras, quod periculoſa ſit deſperatio? vſquequo non dicis populo, vt omittat perſequi fratres ſuos? Cui Ioab dixit: viuit Dominus ſi loquutus fuiſſes mane receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum: Inſonuit ergo Ioab buccina, &c.* Ecce quomodo pacem non meruit ille, qui ſolis occaſum expectauit, vt eam peteret; & propterea intrepidus Ioab, ipſum Abner, & viros eius fugientes, totaque illa nocte per campeſtria giro vagantes, ampliùs non ſequebatur, & facto mane, qui ex ſuis deperit decem, & nouem mortuos, vltra Aſael ex inimicis militantibus ſub Abner inuenit per-

Pœnitentia ſera nō meretur veniam.

ſ Cap. 2. 26. 27.

percuſſos, & iam mortuos trecentos ſexaginta. Sic diuinus amor læſus, quaſi alter Ioab iraſcetur aduerſus ingratos peccatores, qui toto mala eorum vitæ tempore vitijs, ſcelerjbuſque præliantur aduerſus Deum, & ad Solis occaſum, id eſt, quando iam in ægritudinem inciderint, neceſſitate coacti, ac mortis timore perterriti, ad Deum recurrunt, & pro miſericordia obtinenda laborant. Sed quia indigni ſunt remiſſione miſericordiam nõ conſequuntur; quia illam mane petere noluerũt, vel non petierunt, vt decebat. Hinc Auguſt. dixit: *Cum vult improbus homo, non poteſt, quia quando potuit noluit: Ideo per malũ velle perdidit bonũ poſſe, &c. Hac enim animaduerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei.* Siquidem tunc amor læſus vindice vtitur gladio, & peccatores differentes pœnitentiam merito pœnitentiæ priuat, & facit, vt ab ea maneant æternaliter excluſi; Nam vt ait Aug. *Pœnitentia ſera, rarò eſt vera.*

Peccator cũ ſerò vult pœnitere nõ poteſt.

Maria Virgo pluſquã Martyr.

105 His relictis, quæ tantum oſtendũt Deum vel vlciſcentem, vel minantem, aut in ruinam peccatorum gladium vibrantem; reſtat dicendum quod amor nõ ſolum de Deo triumphauit, cum ipſum fecit incarnari; ſed etiam quia gladium à manu eripuit, & in ore eius illum repoſuit, vt ſi offendere voluerit homines, etiam ipſe; & grauiùs vulneraretur. Imò plus vltra proceſſit amor; nam vi adepto gladio vlciſcentis Dei eum dedit peccatoribus, vt eodem gladio Deũ ipſum vulnerarent, eiq; mortem inferrent. Hoc enim innuit S. Simeon, cum dixit Virgini, t *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Quaſi diceret; non ſolum gladius paſſionis interficiet Chriſtum filium tuum, ſed tuam etiam animam perforabit. Gladius vtraque parte acutus fuit gladius paſſionis, qui filium ex vna parte, matrem ex altera vulnerauit: patientem matrem cum videret filius patiens, magis patiebatur; & è conuerſo ex paſſione filij magis torquebatur Mater. Aduertamus ergo quàm violenta fuerit vis amoris. Olim gladius non ſolum trucidabat carnes, ſed eas deuorabat; nũc amor peruertit ordinem, & facit, vt gladium vltorem, carneſque deuorantem deuoret ipſe, eodemque gladio confodiatur anima. Durus quidem gladius, qui antea ſolum carnes, nunc & ſpiritum trucidat. Trophea ſunt amoris, à quo Mars enſe priuatur. Et vltra hæc; inde colligi quãdam aſtutam amoris inuentionem, nemo eſt, qui ignoret. Diſpoſuit enim Amor, vt Chriſto Cruci affixo aſtaret mater, & cõpateretur, imò, & crucifigeretur; nam cruciantes Chriſtum, cruciarunt Virginem matrem: ſicut qui cruciat corpus, cruciat, & animam, ità & Mariam Virginem, quæ magis coniuncta erat Chriſto ardenti affectu, quàm corpus animæ; ideò Hieron. eam prædicat, *Pluſquam martyrem*, aitque u *Vnde conſtat, quia plus omnibus dilexit propria mater, & plus doluit, in tantum, vt animam eius totam pertranſiret, & poſſideret vis doloris, ad teſtimonium eximiæ dilectionis: quæ, quia mente paſſa eſt pluſquam martyr fuit.* Et D. Bernardus inquit: x *Eſt etiã ſagitta electa amor Chriſti, quæ Mariæ animam non ſolum confixit, ſed etiam pertranſiuit, vt nullam in pectore virginali particulã vacuam amore relinqueret.*

t Luc. 2. 35.

u Tom. 9. ſer. de Aſſump.

x Ser. 29. in Cant.

Sed cum ex magnitudine amoris, magnitudo menſuretur doloris: Quis vnquam poterit dimenſiones eius perſcrutari? Tentare id voluit Sanctus Bernardinus Senen. a Et dixit: *Tantus fuit dolor Virginis, quod ſi in omnes creaturas, quæ pati poſſunt diuideretur, omnes ſubito interirent.* Alij apud Maldonatum in expoſitione textus, dixerunt mortuam eodem puncto fuiſſe vna cum Chriſto matrem: *Cum iuxta Crucem vi oppreſſa doloris animam exhalarauerit.* Alij tandem aſſeruerũt, quod, *& ſi non mortuam iuxta Crucem tamen exanimatam ibi fuiſſe.* Aſſentior Bernardino, alijſq; aſſentiret, ſi de poſſibili loquerentur; nam Deus per miraculum, & ſingulari concurſu firmius aſſero, pieq; credo eam filio ſuperſtitem conſeruaſſe. Sed per hæc ſatis, ſuperq; colligitur, quod quantus fuerit Virginis dolor à puro homine metiri nequijt. Solus ille qui Deus, & homo eſt, ſicut cognouit magnitudinem amoris Beatiſſ. Virginis, ita & quantitatem doloris. Et einſdem diuini amoris fuit ſolertia, & inuentio, vt non ſolum priuaretur enſe diuinus Mars, ſed quod vulneraretur, & acriter magis cruciaretur, idq; eueniſſe ex dolore Matris perſpicuum eſſe debet: Dolor enim matris nouum, magnumq; dolorem ſuperaddebat filio: Mirificè enim dolebat, quod mater adeo propter filium doleret, & cruciaretur, vt inexcogitabilis eſſet dolor. O quam debilis apparuit Mars ſine enſe, & vulneratus: vnde tanta debilitas, vt tam male ab hominibus tractaretur? fuit quia. *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius*, & vinci voluit, vt palam faceret violentiam amoris: nam ibi, vt Septuag. vertentur: *Poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ.*

a Tom. 2. queſt. 61 ar. 3. cap. 2.

Maria dolor in paſſione à pura creatura inexcogitabilis.

CAPVT XVII.

Amor Chriſti ſupra Deum ad ſimilitudinem cupidinei amoris imperium habentis ſupra Neptunum.

106 TErtio loco Neptunus fuit, *tridente priuatus*. Neptuno quidem non defuerunt, qui putarint imperium maris idcirco attributum fuiſſe, quia prior ille claſſem inſtruxerit, cui Saturnus commiſit rerum maritimarum imperium. Tridens verò quem Neptunus habet pro ſceptro, triplicem illius poteſtatem oſtendit, ſcilicet tollendi æquoris, & placandi, & ſeruandi, quod alij fictum eſſe maluerunt, quia dulcibus, ſalſis, & mediocribus aquis, quales ſunt lacuſtres, imperet: Sed omnibus aquis vndecunq; imperaſſe communiter fertur. Et forte hac eadem ratione dictus eſt equum prior inueniſſe, &

ſe, &

Digitized by Google

ſe, & equitandi peritiam docuiſſe, quia vt nonnulli aſſerunt, nauigationem docuit; videntur enim nauigia, quaſi maris dorſo equitare. Vnde Homerus in Hymnis reliquit ſcriptum.

Bina tibi ſuperi Neptuno munera donant,
Flectere equos, regere, & naues, quæ marmora ſulcant.

Verus Neptunus eſt Deus noſter omnipotens, qui terræ, & mari, ac fluminibus dominatur: Tridentem etiam habet, quia in ipſo omnia viuunt, mouentur, & ſunt. Ipſe namq; eſt ait Regius Vates. b *Qui fecit Cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt.* Et alibi. c *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud.* Etenim congregando aquas omnes in vnum, mare ſtabiliuit, ſicut teſtatur Iob dicens. d *In fortitudine illius repente Maria congregata ſunt.* Vbi Pagninus, Tigurina, & alij ex Hebræo legunt. *In potentia eius mare diuiſum eſt, vel potentia ſua ſcidit mare, vel diuiſit.* Quod fuiſſe aſſerunt, quando Deus diuiſit aquas ab aquis. Hoc vnum potentiam creatoris oſtendit, quod ita ſe geſſit Deus cum mare, ſicut mater cum puero recenter nato.

b Pſ. 145. 6.
c Pſ. 94. 5.
d Cap. 26. 12.

Mare faſcijs inuolutum velut puer.

Supponamus primo Deum matrem appellari maris, ſeu Dei potentiam matrem eſſe. Ait enim in Catena Græca, Nicetas: *Matrem, ipſam dico Abyſſum, aut certe Dei potentiam; quia perfectum eſt. vt mare exiſteret.* Puer ergo vel in vtero viuit, & per nouem menſes ſuſtentatur, & creſcit, vel in hac terra communi matre ex vtero egreſſus, cum cæteris animantibus habitat, ac viuit. Ad eundem modum mare duo habuit naturalia loca. Primus locus fuit tota terra, quæ cooperta erat aquis, & quando erant in primo ſuæ creationis loco, dicebantur eſſe quaſi in vtero. Secundus locus eſt, quem vſq; nunc habent, & habuerunt, quando congregatæ fuerunt in vnum locum, vt appareret arida; tunc velociter currentes quaſi adaperientes vuluam, membraniſque ruptis egrediebantur. Tunc obuoluit creator Deus faſcijs mare, illudque poſuit in cunis, & brachia, omniaq; membra pannis inuoluta, vt non ſe liberè diſtendat, nec ſit ſpatioſum manibus, vltra quod oportet; & ſic inuolutum in ſinu terræ, ſeu concauitatibus habuit locum ſuum; vbi velut puer, qui tunc quieſcit, cum quietem non habet, ſemper hinc inde mouetur, & vndas quoquo verſum effluit, ac continuis fluctibus fluctuat, & feruet ad modum quò cunæ mouentur, vt dormiat infans. *Quaſi mare feruens* (ait Iſaias.) e *Quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum.*

e Cap. 57. 20.

207 Mater, aut nutrix, nempe diuina prouidentia ad fluxus, & refluxus efficiendos mouet mare, vt hinc inde percurrat, ac ſi cunabula mouerentur. Lugere etiam, & vagire videtur mare quando fremitu horribili albas, profundaſq; vndas commouet, & effert. Et licet ita magnum, & terribile ſit, vt nemo ex hominibus reperiatur, à quo faſcijs ligetur, ita vt dicere valeat, cũ Plauto in Amphit. act. 5.

Puer ille, quem ego laui, vt magnus eſt, & multum valet,
Neque eum quiſquam colligare quiuit in cunabulis.

Tamen Deus puerulum mare imperio ſuo ligauit, & pannis, faſcijſq; inuoluit, repoſuitq; inuolutum in cunis. Quæ omnia diuinæ prouidentiæ, ita adſcripſit Iob, vt nil melius dici queat; ait enim. f *Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat, quaſi de vulua procedens. Cum ponerem nubem veſtimentum eius: & caligine illud quaſi pannis infantiæ, obuoluerem. Circumdedi illum terminis meis, & poſui vectem, & oſtia. Et dixi: vſque huc venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Sed quæres fortaſſe de qua vulua hic loquatur? an ſcilicet de loco naturali, in quo primum condita fuit aqua, vt Caetanus. An de tenebris, quibus aqua obſeſſa erat, & veluti in matrice ſua contecta? Omnia benè; ſed melius ſecundũ Diuum Thomam, vuluam appellamus. *Diuina ſapientiæ fœcunditatem*; & cum Titelm. in Catena græca. *Omnipotentiam*, in qua tanquam in matrice ab æterno res conceptæ erant (ſic intelligebantur omnia poſſibilia,) & editæ fuerunt poſtea in lucem, quando creatæ fuerunt, atque productæ. *Quod enim factum eſt, in ipſo vita erat.* g Et per ly *concluſit oſtijs mare, & erumpebat quaſi de vulua; cum* (vt legunt Septuag.) *fremeret ex vtero matris ſuæ egrediens.* Et Chryſoſtomus, *quando fluctuabat, quando obſtetricabatur.* Aquila, *cum luctaretur in emergendo*, ex Hebræo, ſeu *egrediendo.* Dei ergo omnipotentia vera creaturarũ nutrix omnia puerilia fecit cum mare, pro pannis enim veſtiuit illud nubibus *tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.*) Nam vt declarat Catena græca. *Quemadmodum infanti panni ſunt per quàm cõmodi, ſic etiam mari nubes, & nebulæ.* Et poſitum illud velut in cunabulo, quando legem poſuit aquis, ne tranſirent fines ſuos. Mare ergo ſic incluſum, & obuolutum, ac circundatum terminis, imperium Dei demonſtrat, Deiq; poteſtatem prædicat.

f Cap. 38. 8.9.

Vulua eſt diuinæ ſapientiæ fœcunditas.

g Ioan. 1. 4.

Omnipotentia matrix creaturarum.

208 Nec ſolum Deus imperat mari, ſed etiam fontibus, & fluminibus omnibus, iuxta illud: h *Qui emittis fontes in conuallibus inter medium montium pertranſibunt aquæ.* Ipſe etiã vt legimus in prouerbijs, *certa lege, & gyro vallauit abyſſos, tunc librauit fontes aquarum,* diuidendo aquas, quibus tellurem inuuderat, & abuoluerat, eaſque vndiq; concluſas metiebatur, vt debita proportione fontes ab altiori parte terræ erumperent, & perennes, ac indeficientes aquas effunderent, quibus formarentur fluentia flumina ad rigandam terram, eamque redderent habitabilem, & poſſent incolæ eam colere, & de illis bibere, ſicut etiam bibunt omnes beſtiæ agri, & expectabunt onagri ſiti ſua. Et quis etenim niſi Deus Summus omnium Creator potuiſſet tot fontes, & varios, quoad effectum quem producũt, formare? Legant Plinium; i Qui de fonte quodam mirabiles, & contrarios narrat effectus; quippe qui alternis vicibus die

h Pſ. 103. 10.

Dei imperium circa mare, & flumina ac fontes.

i Lib. 5. Et Solin. etiã ca. 32.

Digitized by Google

die friget, nocte feruet; & qui aſpicit noctu fontem facem accenſam vi ſere ſe exiſtimat; qui vero die brumales ſcatebras gelu plenas aſpicere credit. Vnde admirans concludit: *Quis ergo non ſtupeat fontem, qui friget calore, calet frigore?* Et alibi de alijs fontibus, & fluminibus loquitur mirabilia, atque memorata incredibilia, cuius rei cauſam, nec inueſtigare confidit; & alteri inueſtigandam proponit. i Auguſtinus: k De quodam fonte etiam refert; quod in eo extinctæ faces accenduntur. Et ſic mirabiliter de alijs fontibus narrantur alij effectus, qui, niſi in auctorem Deum recurreremus incredibiles forent. Verus ergo Neptunus, qui mari imperat fontibus, & fluminibus eſt ipſe Deus noſter, qui eſt perennis aquarum fons, terram irrigans, hominesque potans. Cognouit hoc Dauid, ideoque dixit. l *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ.*

Fontium quorũdam effectus mirabiles.

i Lib. 4. ad Sur.

k Lib. 2. de ciu. cap. 1.

l Pſ. 35.9.

Imperium exercuit Neptunus in Iudices Inachum, Pholoneum, Cephiſum, & Aſterionem, qui non vt in votis eius erat iudicarunt cauſam vertentem inter ipſum, & Iunonem, contendentes de agro Argiuorũ: Iuno ſuum eſſe dicebat; & èc contra Neptunus pro ſuo pugnabat: Lis autẽ præfatis iudicibus commiſſa, vt iudicarent ad quẽ pertineret agrum, & cui conſecrandum forè deberet. Attulit pro ſe Iuno ipſam colere terram, aeriq; imperare. At Neptunus ſibi deberi affirmabat propter aquarum copiam, quæ regionem inundabant, eamque fertilem faciebant, & copioſe fructificantem. Verum cum ab hæſitantibus diù iudicibus fuiſſet tandem ſententia lata pro Iunone, eiq; Ager Argiuus adiudicatus: Iratus ex hoc Neptunus omnem aquarum copiam illis fluminibus iudicibus ademit; quare niſi per æſtatem, cæleſtibus pluuijs iuuarentur omnem aquam, & nomen amiſiſſent. Inſuper maxima pars Agri Argiui Iunoni iam adiudicati à Neptuno immiſſis aquis inundata fuit: vt poſthac ſciretur plus ne Iuno, an Neptunus poſſit regioni nocere, nec ſtatim præcibus annuit Iunonis, vt præcante ipſa aquam illam ex campo Argiuo deduceret; tandem retraxit aquam, & refluxit. Templum pro beneficijs Neptuno fuit erectum publico ſumptu, nobiliq; cum ſtatua, &c. Inde videtur, quod Neptunus iiſdem aquis, quibus fertilitatem cauſat, etiam damnum parat ijs, aduerſus quos indignatur, & opulenta flumina diuitijs, ideſt aquis priuat, ſic exigentibus demeritis.

Iudices à Neptuno puniti.

209 Sed quis cæcus non videt fabulam iſtam Neptuni dominantis mari, & fluminibus, expreſſe deductam (niſi dicere velimus ſuffuratam) ab ineffabili veritate? quando quidem in vero, & Omnipotenti Neptuno qui verè, & non fictè aquis imperat omnibus, cæteriq; vniuerſis dominatur verificatur. Et ſi Neptunus ob iram aduerſus iudices ſiccauit flumina, quę erant ipſimet Iudices, agrũq; aquarum copijs inundauit. Audite nunc quæſo quid faciat iratus Deus; ſiccat flumina, ſiccat & mare. De mari teſtatur Naum, dicens. m *Increpans mare, & exiccans illud.* De Fontibus ait Ioel. n *Quoniam exictati ſunt fontes aquarũ.* De fluminibus dixit Zacharias. o *Confundentur omnia profunda fluminis.* Vbi per ly, *confundentur* Pagninus, & Tigurina vertunt; *Siccabuntur.* Sed ò pijſſime Domine liceat, & mihi exclamare cum Propheta Abacuc. p *Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?* Quid mali commiſerunt vnquam mare, & flumina, vt tanto meruerint ſupplicio puniri? Videbaris indignari, & iraſci Iordani, & mari rubro in exiccandis eorum aquis. Cur ergo tanta indignatio, & ira aduerſus illa; Non eſt Dei indignatio contra flumina, & mare; ſed pro armis ſuæ potentiæ fluminibus vtebatur, & mari, aduerſus homines iniqua agentes. Vnde contra ingratos Ægyptios, quibus Dei beneficio erant, (vt ait Regius vates.) q *Promptuaria eorum plena eructãtia ex hoc in illud.* Vbi, & ſumma benignitas Dei agnoſcitur, & ſumma ingratitudo eorum quibus tot tantaque collata fuerant beneficia, vt dando pluuiam, quæ terram fœcundet ad omnia fructuum genera producenda. Pluuiæque loco Ægyptijs Nilum dedit, qui ſtatis temporibus exundans eam facit fertiliſſimam. At quoniam Ægyptij Serapidem agnoſcebant eſſe tantæ opulentiæ cauſam, quandam vlnam ipſi offerebant, vt referunt Caſſiodorus. r Et Ruffinus. ſ Cuius hæc ſunt verba. *Quoniam moris erat in Aegypto, vt menſura Aſcendentis Nili fluminis ad templum Serapidis deferretur, velut ad incrementi aquarum, & inundationis auctorem;* Subuerſo eius ſimulachro vlnam ipſam (ideſt menſuram) ad aquarum dominum in Eccleſijs deferri iuſſit Conſtantinus Magnus, ademit Serapidi, & Deo cuius erat adſcripſit, & dubitantibus Ægyptijs præ Serapidis ira, minimè deinceps flumen inundaturum, Deus ſua prouidentia ſuperabundanter ſequenti anno inundare fecit. Quod tempore Theodoſij imperatoris narrat Sozomenus t eueniſſe.

Cur creatus contra mare flumina, & fontes oſtẽdit Deus.

m Cap. 1. 4.

n Cap. 1. 20.

o Cap. 10. 11.

p Cap. 3. 8.

q Pſ. 143. 13.

r Lib. 2. cap. 18.

ſ In Append lib 2. hiſt. Euſebij

t Lib. 7. cap. 20.

210 Ex hoc Gregorius Sanctus amplificat bonitatem diuinam ſuper illa verba Iob. u *Cũ impleſſet domos eorum bonis* (ait ipſe) *Malorum domos Dominus bonis implet, quia etiam ingratis ſua dona non denegat, aut bonitatem Domini erubeſcant, & ad bonitatem redeant, aut redire omnimodo contemnentes, inde illi grauius puniantur. Vnde hic, & bonis Dei largitionibus mala reddiderunt: vt duriora eos tunc ſupplicia puniant, quorum hic malitiam nec dona vicerunt:* Et Seneca diſputans de liberalitate Dei erga homines ex aduerſo, ingratitudinem prodit humanã, dicens: x *Dij omnium rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeuerans. Nihilominus tamen more optimorum parentum qui maledictis ſuorum infãtium arrident, non ceſſant Dij beneficia congerere de beneficiorum auctore dubitantibus. Non eſt magni animi dare, & perdere, at hoc eſt magni animi perdere, & dare.* Cumque Deus

ſem-

u Cap. 22. 18.

Ingratis cur Deus dat & amplius dat beneficia.

x Lib. de benefic. ca. 31. 32.

Digitized by Google

ſuam ; nam amor erga ſe ipſum apparuit fortitudine exutus, & nudatus ; ſeu velauit propriam fortitudinẽ, tanquam ab homine amore victam, & licet in cornibus Crucis hominum amore vinci debilitas videbatur, & infirmitas : non ita erat, imò è contra factum eſt, & in Cruce amoris robur oſtendebatur, & ſummus patebat charitatis vigor.

m *Embl. 105. et 107.*

190 Poſuit Alciatus ad potentiam amoris oſtendendam, duo emblemata ; m in quorũ altero amorem curtui inſidentem inſpicimus quem & Leones trahunt ; aitque

Quam timenda ſit amoris potentia.

Aſpice vt inuictus vires auriga Leonis,
Expreſſus gemma puſiv vincat amor, &c.

Quo quidem ſchemate ſatis oſtẽdere voluit vim amoris, quæ qualis quantaque ſit patet, cùm de velociſſimis, & fortiſſimis, ac ferociſſimis Leonibus triumphum agat ; vt tanto magis timeant homines, & ſi graues, & probitate inſignes : propterea dixit;

Dira lues procul eſto : feram qui vinceret talem
Eſt potis, à nobis temperet an ne manus.

Idque extulit ex Græco Argentarij vnde clariùs expræſſit intentum ;

Quid video in gemma hac ? amor eſt, auriga Leoni
Inſidet, & frænis ora ſuperba regit.
Vna manus flagro cædit, moderatur habenas
Altera : nulla magis ſigna placere queunt :
Sed metuo immitem puerum ; mortalibus ægris
Quid faciet, qui ſic corda ferina domat ?

In altero verò emblemate depictus oſtenditur Cupido cum alis, arcu, & ſagittis, & circumcirca depluunt è Cælo igneæ ſagittæ; ſed fractæ omnes, ad ſignificandum amorem vincere Deum, totumque incendere orbem. Vnde Lemma n

n *Embl. 107.*

Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne,
Dum demonſtrat vti eſt fortior ignis amor.

Pulchrum amoris Lẽma.

Aligerum fulmen cum telo amoris comparat, nam & fulmen telum vocant Græci apud Sophoclem, & dicitur fulmen propter celeritatem, atque amor dicitur ignis communiter à poetis. Leonibus ergo dominatur amor, & igneam vim habet ſuper omnes.

Chriſtus depictus vt Cupido.

191 Sed hæc duo perfectè, & verè notantur in Chriſto, qui eſt verus Cupido, & perfectus amor, qui ſedet ſuper Cherubim, & Cherubini currum Chriſti trahunt, non Leones. Ideoque tanto nobiliori currui inſidentem nouimus Chriſtum, quanto à Cherubinis exceduntur bruta animalia. Quapropter Ezechiel de Cherubinis Chriſti ſtipatoribus, ait : o *Aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum* ; & paulo ante dixerat : p *Vbi erat impetus Spiritus illuc gradiebantur*. Arcum habebat, & ſagittas, cum extenſa in Cruce bracchia clauis confixa, veluti neruus in arcu cui appoſitę ſagittæ, ſcilicet claui, trahendo neruum immittuntur ad ſcopum, ſcilicet cælum. Et habebat alas, iuxta illud Canticorum q *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.* Ex Hebræo : *ala eius ala ignis.* Et Ambroſius ſcribit : r *Bona charitas habens alas ignis ardentes, quia volitat per pectora, & corda Sanctorum, & exurit quidquid materiale, atq; terrenum eſt ; quidquid verò ſincerum eſt, probat, & quod contigerit ſuo igne meliorat. Hunc ignem miſit in terras Ieſus, & refulſit fides, accenſa deuotio, illuminata eſt charitas, iuſtitia reſplenduit. Hoc igne inflammauit corda Apoſtolorum ſuorum ſicut teſtatur Cleophas, dicens : Non nè cor noſtrum ardens in nobis, cum aperiret ſcripturas, &c.*

o *Cap. 1. 23.*
p *V. 12.*
q *Cap. 8. 6.*
r *Lib. de Iſaac c. 8.*

Sagittis in Cruce armatus Chriſtus ; nos & Deũ vulnerauit.

His ſagittis, arcu, & alis armatus in Cruce Chriſtus dum tot pro nobis labores pertulit, totq; flagella recepit, tot etiã ſui amoris ardẽtibus ſagittis Deum ipſum vulnerauit, & cor noſtrum confixit. Fuit equidem tam magnum Chriſti amoris incendium, talibuſque flammeis alis noſter Crucifixus in Cruce panſus, totuſque accenſus ſuper volauit, vt omnia vicerit, nam, & mortem pro nobis fortiter pertulit, vt eam moriendo ſuperaret, & infernum quantumuis duriſſimum fregeret, & quos durè ſtrictus tenebat, duriter, ac potenter eriperet. Hoc fecit amor Chriſti in ſublunaribus; ſed quia vt D. Chryſoſtomus ait : ſ *Adeò violentus eſt amor, atque vt ita dicam tyrannicus, vt nulli cadat occaſioni.* Vires Chriſtus pluere ſuper homines ſagittas è Cælo, quas Zelo iuſtitiæ Deus immittebat ad eorum flagitia punienda, eas per aerem volitantes fregit ; & in futurum, ne amplius feriret, Deũ obſtrinxit. Quod per ſequentia capita declaratum relinquam.

ſ *Hom. 1. ad Philip.*

CAPVT XV.

Chriſti amorẽ de ipſomet Deo triũphantem, deſcribit, & multò melius ſicut veriùs, quam de prophano amore in Iouẽ & in alios Deos imperiũ tenere fabulantur Poetę.

192 FInxere olim Gẽtiles Poetę falſos Deos indignatos, & ad iracundiam prouocatos armorum ſuorum fortitudine vindictã ſumere minantes de offenſoribus. Sed vbi acceſſit amor Deos illos armis ſpoliauit, & pacificauit. En ergo quantum audaciæ tribuerunt Cupidini, vt Deos omnes antiquos proprijs Amor ſpoliarit inſignibus. Quod hiſce carminibus ex Græco traductis, quidam Poeta Philippus expræſsit.

Amoris imperium in oẽs Deos, & in verũ Deum.

Exuuijs ſuperum laſi decorantur amores
Alta quibus Cæli eſt, iam ſpoliata domus,
Extorſere Ioui fulmen, Phœboque ſagittas,
Alcidæ clauam, Marſque caret galea,
Mercurio deſunt talaria, ſax que Diana,
Sic Baccho thyrſus, ſic pelagoque tridens,
Nec mirum eſt iaculis homines quoque cedere amorum.
Queis ſua, vel ſuperi ſceptra dedere Dei.

Sed lepidum etiam Epigrammma de hac eadem re Augerianus fecit in quo potentiam amoris præcipuè contra quatuor Deos exprimit ſic

Omne

Omne olim Cælum (vt fertur) Cælum omne ruebat.
Inter ſe ſuperi dum fera bella gerunt.
Fortis erat Bromius tyrſo, Mars enſe, tridẽte
Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.
At cũ viſus Amor fuit in fulgentibus armis,
Nec enim accenſa lampade pulchra Venus:
Priuatur tyrſo Bromius, Mars enſe, tridẽte
Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.

Ecce Dij omnes amore victi, & proprijs armis ſpoliati, verum hæ dices, fabulæ ſunt; idque concedo; ſed ad noſtram doctrinam nemo negabit velatam in illis fabulis veritatẽ; vt quod fabuloſè dicitur de Bromio, Marte, Neptuno & Ioue, verè dici de Deo vero, qui eſt Deus Deorũ, & Dñs omniũ, cum ſuis ẽt inſignibus ſpoliatus appareat, atque ab amore ſuperatus, & tanquam impotens victus. Quod vt facilius oſtendam ſub quodlibet falſo Deo, Deum verum repræſentari dicemus idque ſecundum effectus, & in ordine ad creaturas, intelligamus.

Et primum, vt Augerianus ſcribit: *Fortis erat Bromius, ideſt Bacchus tyrſo*. Huius dij ebrietas ſeù ebrij Bacchi fortitudo erat. Sed nunquid Deus noſter fortis erat vino, vt aſsimiletur Baccho? Quis enim audebit ebrium dicere noſtrum Deum? Regius Vates, qui ait: t *Excitatus eſt tanquam dormiens dominus; tanquam potens crapulatus à vino*. Ecce Deus tanquam ebrius. Sed quando potuit videri tanquam ebrius? quando abſque miſericordia populum multauit. Tunc Fortis Deus, à vino fortior factus maiori conatu, quam antea, peccantem populum puniuit. Quod autem ira Dei appelletur lancea, patet in libro Sapientiæ vbi Salomon ait. u *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, &c. acuet autem duram iram in lanceam*. Quod in vino hæc lancea figurata ſit, teſtatur Ieremias referens, quod ei dixerat Deus ſcilicet. x *Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te*. O' quam vere Deus vitionum tunc dicebatur, etenim ſe talem oſtendebat, quando in vino iræ vlciſcentis ſaggitas vibrabat, eaſq; experiebantur, quibus ira propinata erat in vino furoris eius.

Deus Baccho comparatur, quia amore ebrius.

t *Pſ. 77. 65.*

Ebrietas in Deo ex effectu in creaturis.

u *cap. 5. 18 21.*

x *Cap. 25. 15.*

193 Audi Iobum, quomodo lamentetur dicens. a *Circundedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit; & effudit in terra viſcera mea*. O' quam magna Dei erga Iobum ira? O' quam verius, & multo magis admiratione motus exclamare poſsũ cum Virgilio, quam non ipſe olim fecerat, dum iam Iunonis Æoli auxilio, cui venti obediunt, ſuffultæ; Mare aduerſus Æneam turbauit. Et factum deſcribens ait: Æneyd. 1.

a *Cap. 16. 14.*

Procelloſa tempeſtas deſcribitur.

——————*Stridens aquilone procella*
Velum aduerſa ferit, fluctuſq; ad ſydera tollit
Franguntur remi: tũ prora auertit, & vndis
Dat letus: inſequitur cumulo præruptus aqua mons.

Procellã hanc non ſine maximo damno Æneas, & qui cum ipſo erant ſuſtinuere in nauibus, quarum aliquas arreptas, ac rotantes furem te vento, vel in rupes, vel in ſcopulos allidere tempeſtas conabatur, vt iam nauium iactura multi viderentur, aut natantes mortui, aut ſemimortui, vel in littore iacentes exiſtere.

Poeta demum procelloſam, hanc tempeſtatem conſiderans miratur valde. Et dum ex vna parte reſpicit Æneam omni pietate præditum: Et ex alia, Deam iratam mirabundus, tantæ iræ cauſam exquirit à Muſa, dicens.

Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo
Quidue dolens Regina Deum, tot voluere caſſus
Inſignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit; tantæ ne animis cæleſtibus ira.

Sic etiam, & verius poſſem ipſe exclamare pro Sanctiſſimo Iobo, & potiori iure, quam fecerat Virgilius pro illo Ænea, quam ipſe virum probitate inſignem vocat. Sed Iobum probum, & ſanctum ore ipſius Dei, qui eſt ſumma, & infallibilis veritas, fuiſſe ſcimus, qui & teſtatur non peccaſſe, nec ei ſe alterum ſimilem reperiſſe, & nihilominus ſe eſſe fatetur circundatum lanceis. Cur ergo Deus. *Tot illum adire labores impulerit?* Iure quærere poſſem; & dicere, *tanta ne animis cæleſtibus ira?* Ira non eſt cum ſeruis, ſed probationis, aut purgationis occaſio: Nam ait diuus Iacobus in ſua Epiſtola; b *Beatus vir qui ſuffert tentationem quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*. Sed cur ò Apoſtole Sancte tribulatum beas, afflictum felicem aſſeris? Quem aduerſa fortuna viuit, coronatum reſpicis? felicem dicerem, qui nullis incommodis affectus ſumma lætitia fruitur, qui imperat, qui dominatur, &c. Male ergo iudicas.

Iuſtus laboribus probatur & ærũnis beatur.

b *Cap. 1.*

194 Sed audias quæſo in primis, quid, & optime dicat quidam Poeta.

Deſine mirari ſigna ſunt certa ruinæ
Proſpera cum videas, tot geminata malis.

Deinde audi diuum Iſidorum, qui ſapienter, & melius ait. c *Viri ſancti plus formidant proſpera, quàm aduerſa, quia ſeruos Dei proſpera deyciunt, aduerſa erudiunt, nunc magis ſunt oculi Dei ſuper iuſtos quando eos affligi ab iniquis diuina prouidentia permittit*. Iobus quia erat iuſtus, tribulationes, & perſecutiones Dæmonis ſic Deo permittente præſagiũ fuerunt ei maioris ſanctitatis. Ideò ditis iam exagitatus calamitatibus, & ſi acerbè fuerit, tamen lætus inde, nec vnquam ſatur aiebat, ſuppliciterque rogabat. d *Et qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me. Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat*. O verè ſapiens, ò perfectè patiens; tanquam ſapiens cupiebat laborum perſeuerantiam, quos patiebatur, ſciens ſe conſolari ærumnarum diuturnitate; tum quia non parcendo Deus inflingendis doloribus, parcit peccatis. Nam vt ait Tertullianus. e *Omne debitum, aut venia expungit, aut pœna; venia ex caſtigatione, pœna ex damnatione*. Itaque ærumnæ, & tribulationes ſunt venia delictorum. Affligi autem

c *Lib. 3. de ſummo bone cap. 62.*

d *Cap. 6. 9. 10.*

e *de pudic. cit. c. 2.*

Iob

Iob magis optabat, vt ille laborum cumulo, immenſum gratiarum cumulum acquireret, patientia opus perficiebat, virtuteſque multiplicabat. Tum etiam, quia certo ſciebat, labores eſſe quoddam ſanctitatis ænigma.

Labores ſanctitatis ænigma.

f *Cap.* 13. 17.

Ad cuius rei notitiam expendere oportet illud idem, quod dixit Iob. f *Audite ſermonem meum, & ænigma percipite auribus veſtris: Si fuero iudicatus ſcio, quod iuſtus inueniar.* Miror equidem quod in re tam clara dicat eſſe abſconditum ænigma. Etenim ænigma aliud exterius ſonat ſenſibus, aliud longe diuerſum intimat intellectui ſapientis, & tunc quis ænigmaticè loquitur cum ſententia occultat, ne foris appareat, quod intus latet. Vnde Tertullianus dixit. g *Sine dubio præterquam ſonant, ſapiunt: & aliud in vocibus erit, aliud in ſenſibus, vt allegoriæ, vt parabolæ, vt ænigmata.* Cum ergo id quod dixit Iob non ſit obſcurum, ſed clarum, cur illud ænigma vocat? Quid enim manifeſtius, quã dicere, *ſi iudicatus fuero iuſtus proculdubio inueniar?* Sed rectè quidem locutus eſt; nam ænigma quod Iob propoſuit, non erat in verbis, ſed in factis: vt notauit Philippus in eius commento, ſic ſcribens: *Examinationis flagella, idcirco ænigma voluit appellare, quoniam qui innocentes, & iuſtos tribulari conſpiciunt, velut ænigmata illis ſunt.* Quid enim miſeria ſignificat niſi miſeriã? Quid ærumna niſi ærumnam exprimit? Sed peccatoribus verè eſt, quod ſonat; iuſtus autem eſt ænigmaticus ſermo; quibus tribulationes non miſeriam, ſed fœlicitatem ſignificant, & gaudiũ quo deliciatus Paulus ſcribens ad Romanos dicebat. h *Gloriamur in tribulationibus.* Et Clemens Alex. ait. i *Certamen noſtrum duabus opus habet virtutibus: audacia quidem vt audeat pericula, ſapientia, vt diſcernat ænigma.* O quam doctè, & diſcretè hæc ænigmata, ſibi in mente ſua, & alijs propoſuit ſtupor ille gentium Seneca (quamuis gentiliter viuens animæ ſuæ nihil profecerint) & videtur commentari illud quod retulimus ex Iobo, *vt affligens me dolore nõ parcat.* Dicens. k *Nunquid tu inuiſos eſſe Lacedæmonijs liberos ſuos credis, quorum experiuntur indolem, vt ictus flagellorum perferant fortiter, & laceros ac ſemianimes, rogent, perſeuerent, vulnera præbere vulneribus. Quid mirum ſi durè generoſos Spiritus Deus tentat?* Hæc Seneca. Ducit exemplum à Lacedæmonijs, & ait eſt ne forſitan minoris amoris indicium, quod illi erga filios oſtendunt, cum eos publicè, & grauiter puniunt ad naturales vires eorum experiendas? Ipſimet hortantur filios, vt forti animo ſufferant, & quaſi exanimes dicant perſeueranter cum Iob, vt non parcant patres, ſed vulnera maiora vulneribus addant; & quare hoc? quia ęnigma eſt, ad innuendũ, quod cum talia in hominibus reperiuntur, mirum eſſe non debet, ſi quos Deus amat, tribulat, vt eorum fortem animum probet, & occultum ipſi gaudium in tribulatione læti agnoſcant, eoque potiantur. Eueniunt quidem hominibus ærumnæ, duri labores, diræ tentationes, & calamitates; ſed fortiter omnia ferre hortatur idem Seneca, vt Deo ipſo aliquo modo ſimiles euadant. Audiamus ipſum Senecam eodem loco. l *At multa incidunt triſtia, horrida dura tolerata. quia non poteram vos illis ſubducere animos aduerſus omnia mari. Forte fortiter: hoc eſt, quo Deũ antecedatis. Ille extra patientiam malorum eſt; vos ſupra patientiam.* Deus non ſuperat mala, quia non patitur illa; non indiget patientia, quia non afficitur ærumnis, & laboribus; ſed qui ſuffert aduerſa, eaque ſuperat victor eſt, ſecumque Deus vincit, & affirmare poterit Deum cum Deo antecellere. *Forte fortiter, hoc eſt, quo Deum antecedatis.* Patientia ergo Iob virtute à Deo accepta ipſum Deum præcelluit.

g *Scorp. cap.* 11.

h *Cap.* 5. 3

i *Ænigma in tribulationibus diuinis.*

k *Libr. de prouid. diuin. cap.* 4.

l *Cap.* 6.

195 Sed de Iobo, aliJſque conſimilibus iuſtis hæc dixiſſe ſufficiat: de cæteris vero quibus verè calix iræ propinatur, dicendum eſt, ita eos Domini flagella portaſſe, vt dicere valerent, *immiſit in nos ſagittas ſuas, quarum indignatio ebibit Spiritum noſtrum.* Nam aut igne, aut aquis, Mundum ſua ira perdidit, totque ciuitates combuſſit, totieſque in captiuitatem populum redegit, innumerabiles homines, aut ſerpentium morſu, aut fame, aut gladio, &c. interfecit. Cum viro iræ ſuam Deus vltionem effundebat, eodem vino madefieri ſeu conſpergi cruore videbatur, veluti ſanguineus vltor iuxta illud Ouidij in Metam.

Deus ultionum cur dicebatur.

Hunc ergo ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem.

Aut ſimilem gallinæ indicæ, quæ indignata caput, collum, criſtaſque in ſanguinem vertit, apparuiſſe videtur. Vnde Claudianus peculiare Hyeroglificum de illa fecit Honorij conſulatum, deſcribens. Sic.

Gallina indica ſymbolum iræ.

Iram ſanguinei Regio ſub pectore cordis.
Protegit imbutam flammis, acidamque nocendi.
Præcipitemque ſui rabie ſucceſſa tumeſcit.

Sed cur iratum dicimus Deum, ſi ita vitium eſt & vt quidem doctus loquitur, adeo eſt ingenita malitia iræ, vt Philoſophi in Deo, nec iram bonam agnouerint: De quibus ita fatur Tertullianus. m *Sic Deum honorantes dum curis obſeruationis, & moleſtijs animaduerſionis abſoluunt, cui ne iram quidem adſcribũt.* Rationem reddit ex Philoſophorum mente dicentium: *Nam ſi Deus iraſcitur, corruptibilis, & paſſionabilis eſt.* Ergo ſicut longè abeſt à Deo paſſionibus agi, & inſtigari, ita tam longè aberit à Deo propria ira, quæ cũ parua paſſio ſit, à Deo remouenda eſt, alias Deũ paſſibilem faciat, neceſſe eſt. Quaſi nihil, quod ſit, inſtigante illa iræ paſſione immune ſit à delicto, & pœnitentiæ obnoxium. Sed nos in Deo aliquam iram damus, vt ex Geneſi colligimus; vbi, videns Deus hominum malitiam, eorumque cogitationẽ cordis pronam ſemper, & intentam ad malum. n *Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis intrinſecus. Delebo inquit hominem quem creaui, &c.* Sed quid eſt pœnituit Deum? Nunquid in Deo potuit reperiri

m *Lib. de teſt. animæ.*

Ira proprie in Deo non eſt, & cur.

n *Cap.* 6. 6. 7.

periri

Digitized by Google

periri pœnitentia quæ importare videtur delictum? Minime, ſed dolere, & pœnitere dicitur, cum ob hominum ſcelera gratias ſuaque dona ſtatuit reuocare, idque decernit; cum peccatores à ſe creatos, & beneficiјs affectos ob commiſſa ſcelera punit, & ſic iraſcens, & indignans peccatis hominum, delere decreuit hominem. Et fortaſſe ita iratum propter alia Iſraelitici populi ſcelera Deum præuiderat Ieremias, quando in deſtruenda ciuitate Ieruſalem, illum Vrſo ſimilem deſcripſit, dicens: o *Vrſus inſidians factus eſt mihi*. Vrſum namque apud Antiquos iræ ſymbolum fuiſſe, referunt: Vrſo quidem propria eſt ferocitas. Quare Mathematici vlciſcentem & iracundum dicunt, qui ſub ſigno Tauri cum malo Vrſi aſpectu naſcitur. Sic refert Valerianus, dicens. p *Sanè Mathematici iracundum eum fore dicentes, qui ſub primo & vigeſimo Tauri gradu naſcitur, Vrſum ibi ſtatuunt retro ſpectantem, hoc eſt ad ea quæ facta ſunt indignantem*.

Vrſus ſymbolum iræ.

o *Thren. c.3.10.*

p *Lib. 11. c.47.*

Ira duplex bona, & mala.

De qua re Epigramma compoſuit Martialis, inquiens lib. 6.

Rabido nec perditus ore
Fumantem naſum viui tentaueris Vrſi,
Sit placidus licet, & lambat digitoſq; manuſq.

196 Itaque ſicut pœnitentiam admittimus, ſic & iram; nam pœnitentia eſt quædam ſpecies iræ, & ira diſſimulata pœnitentia: Et quia humano ſenſui pœnitentia importare ſolet delictum, etiam ira illud importat, vt vix in homine reperiatur ſine delicto. Cæterum in Deo datur ira ſine peccato, quatenus ſolum eſt appetitus vindictæ, non quomodo eſt in homine abſq; ordine rationis, ſed laudabilis quatenus appetebat vindictam ſecundum ordinem iuſtitiæ, ſic docet Diuus Thomas. q Ex D. Gregorio. r Et ſubiungit. *Ira dupliciter ſe habet in homine. Quandoq; enim præuenit rationem, & trahit eam ſecum ad operandum, & tunc propriè ira dicitur operari: nam operatio tribuitur principali agenti. Et ſecundum hoc intelligitur, quod ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Quandoq; vero ira ſequitur ipſam rationem, & eſt quaſi inſtrumentum ipſius, & tunc operatio quæ eſt iuſtitiæ non attribuitur iræ, ſed rationi.* In Deo ergo erat ira ſecundo modo ſumpta, quo ad effectum, puniendo hominum ſcelera. Vnde Saluianus dicit. ſ *Quaſi humano affectu nobiſcum loquens ſub nomine pœnitentis Dei vim demonſtrauit irati.*

q *3.p.q.15 a.9 ad 1.*

r *Libr. 5. mor.c.33.*

ſ *Lib. 1. de Guber. Dei.*

Sed ſi hiſce Bromij armis, & vino furoris, & iræ ad proſternendas gentes toties ſe occupauit, & vere ſe Deum vltionum eſſe oſtendit, ſeu oſtentauit, Nil mirum ſi Amor diuinus armis ipſum Deum ſpoliauit, vt Bromium tyrſo ſpoliauit Cupido, iјſdemq; armis prælium aduerſus eum inire cæpit, pœnamq; ſibi indebitam pro nobis luere coegit. Ecce in primis ſtrepitantium armorum robur, quid in Baccho? niſi vinum. Recte ergo accepit Amor ab ipſo vinum, illudq; ori Chriſti propinans in Cruce pendentis, eadem pœna ipſum affecit. Quod certè retulit Matthæus dicens. t *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum.* O' vinum, quod potius acetum erat; nam vt Arabicus legit. *Dederunt acetum cum mirrha mistum*. Vbi Iudæorum inaudita barbaries agnoſcebatur cum vinum ad ludibrium, & tormentum Chriſti felle amaricarint, & corruperint. De qua inſolentia quæritur Chriſtus, dicens. *Dederunt in eſcam meam fel*. Tertullianus; u legit: *in potum, quia, fel fuit, quaſi panis, & eſca, vinum vero potus Chriſti*. Vnde Euthimius ait: *Arbitror fragmenta aridi fellis in aceto emollita fuiſſe, vt acetum quidem loco vini eſſet, illa vero fragmenta pro buccella panis, & præcipue ſane potum dederunt, conſecutiue vero etiam cibum: his enim qui animo deſtituuntur vinum præbere ſolemus iniecto pane, vt primum bibentes poſt modum etiam poſſint edere*. Sed quidem vtrumq; verum eſt, & quod vinum dederint ei, & quod acetum: Duæ enim potationes fuerunt altera vini, & aceti altera, vt eodem capite conſtat, quãdo dixit. x *Sitio, & ſpongiam aceto plenam obtulerunt ori eius*. Et de hac potatione querebatur Chriſtus per Regium Vatem eodem Pſalmo dicens. a *Et in ſiti mea potauerunt me aceto*. Sed inuentio fuit Amoris, qui pœnas noſtras luendas tranſtulit in Chriſto, & vinum quod antea nobis Deus propinabat ad vindictam de ſceleribus noſtris iuſtè ſumendam; coactus ſuo amore bibit ipſe Chriſtus, & dum bibit acetum, in vinum nobis illud conceſſit conuerſum; dulce non amarum, & amabile, & ſine felle, dum per illud meruit in virtutes vertere noſtra vitia, & infirmitates in gloriam.

t *c.27.34.*

u *Lib. cõt. Iudæos c.10*

x *ver. 48.*

a *Pſ.60.22*

197 Nec ſolum vino armatus Deus de hominibus vlciſcebatur, ſed lanceis quoq; quibus circundediſſe lobum ſupra retulimus, & vt nequid deeſſet ad ſimilitudinem Bromij à quo tyrſum abſtulit amor (etenim Bromius tyrſum geſtabat ideſt haſtam, quæ olim dicebatur latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur,) & Bacchus haſtam nõ hederis, ſed vitium palmitibus obtectam, ſeu circundatam habebat, vt teſtatur Ouidius, b his carminbus.

Vt cupido tyro ſpoliauit Bromium.

Ipſe racemiferis frontem circundatus vuis
Pampineis agitat velatem frõdibus haſtam.

b *Libr. 4. Met.*

Abſtulit etiam diuinus Amor lanceas à Deo, & cum Deo ipſo in aſſumpta humanitate lanceis præliabatur. Idq; innuit Ioannes, dicens. c *Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua.* O' quam felix pugna, vbi pugnat cũ Deo amor, & prorſus ille met amor, quo ipſemet Deus proſequebatur homines olim; quaſi diceret, cum vino vlciſcebaris, & ſanguineus videbaris; exeat nunc ex latere ſanguis ille, qui circa cor accendebatur contra homines, veniat foris, & aqua ex pectore illius, qui aquis diluuij omnem interfecit carnem, & conſumpſit vniuerſa, quæ in terra erant: Veniat miles, & lãcea latus eius aperiat, quia olim ipſe fulgurũ ictibus, lãceiſq; & gladijs percuſſit, vulnerauit & gẽtes innumerabiles interfecit, & appareat diuini amoris victoria, nam ita homines dilexit, vt vno ictu lancea amoris imperio per-

c *Cap. 19. 34.*

Chriſtus lãceam abſtulit dum lãceã in pectore recepit

Chriſtus armis Deum ſpoliauit. & quomodo.

Digitized by Google

forando Chriſti latus extraxit aquam pro baptiſmo ipſorum, & ſanguinem pro redemptione. Sic Ambroſius, inquiens. d *Ex illo corpore defuncto vita manabat. Aqua enim, & ſanguis exiuit, illa quæ diluat, iſte qui redimat.* Et Prudentius in Paſſ. Chriſti; Et alibi; ſcribit.

d *In cap. 25. Luc.*

Sanguis & aqua ex latere Chriſti quid?

Traiectus per vtrūq; latus laticē, atq; cruorē Chriſtus agit ſanguis victoria lympha lauacrum eſt.

Vinum ò Chriſte generis noſtri redẽptor, alijs ad potandum dediſti. Sed age nunc, ait diuinus amor, & pro eiſdem ab eis tibi propinatum vinum, bibe, nec quidem dulce, ſed amarum, acroſum, & felleum. O' mira, & inexpugnabilis victoria amoris ſuiſmet armis Deum ſuperat, & in Cruce vulnerat, atque interficit. *Triumphat de Deo amor.* Et Crucifixus Chriſtus ex catheda Crucis aliud non docet niſi amorem. Audi Auguſtinum, dicentem: e *Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices reſurgentis; Caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendū, brachia extenſa ad amplexandum totum corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſint cogitate. Hoc in ſtatera veſtri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus fixus eſt in Cruce.* Ecce quam efficaciter hic agnoſcitur verum eſſe, quod in Paſſione Chriſtus vbi debilis apparuit, ibi abſcondita erat fortitudo eius, id eſt amoris, quod clarius indicauit ſeptuaginta interpetrum tranſlatio, dicens: *Et poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ.* Quia vt dictum eſt num. 185. non ſolum dilectionem, ſed fortitudinem amoris oſtendit, vt verè dicamus, quod triumphat de Deo amor, nec aliud optabilius trophęum ferre conatur, quam vt homines grati ſint, & amore tantum compenſent amorem.

e *Tract. de Virg.*

Palmite vitis occidit Bacchus Amphiſbænam.

198 Eo magis, quia Bacchus pro Deo habitus à gentilibus vbi eum Iuno perſequebatur (vt fabulantur Poetæ) itineris labore feſſus, ſub quandam arborem ſe quieti dedit, atq; Amphiſbænam (id enim viperæ vtrinque caput habenti nomen eſt, vt ait Nicander in Theriacis) eius tibiam momordiſſe dicunt: Quapropter excitatus Bacchus illam palmite vitis, qui fortè propinquius adiacebat, occidit. Nam vt ſcripſit Demetrius id animal neque lino neq; vlla re alia, niſi ligno vitis facile poteſt interfici. Expreſſa ſimilitudo noſtri Redemptoris, qui ſe pro nobis Briareum fecit, & dicitur Bacchus à vino amoris, quod iam potauerat. Iſte nanque noſter diuinus Bacchus dum quieti crucis vacaret; Momordit callidus ſerpens manus, pedeſq. clauibus in cruce, & lancea latus ſuum, dum militis arte perforauit. Sed inde ſuperatus eſt, regno ſpoliatus, & ligno vitis, & vitæ interemptus, *vt qui in ligno vincebat in ligno quoque vinceretur,* nec alio ligno interimi poterat, niſi ligno Crucis. De hac victoria loquebatur Abacuc in præcitatis verbis: *Cornua in manibus eius.* Vnde Sanctus Cyprianus ad illud Canticorum: *Aſcendam in palmam, &c.* Dicit alludere ad citatum textum Abacuc, & ly cornua in manibus explicat de cornibus Crucis, per quam Chriſtus obtinuit victoriā, quam mox ſubiunxit, dicēs: f *Ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius: id eſt tanquam victus fugiet à facie eius.* Dicit ergo Cyprianus de aſcenſu in palmam. g *Aſcendiſti Domine in palmam, quia illud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de principatibus, & poteſtatibus, & nequitijs ſpiritualibus victoriam: erantque in manibus tuis duo cornua in quibus erat fortitudo tua abſcondita, & imperium ſuum ſuper humerum tuum.* Fortitudo abſcondita, erat illa robuſta dilectio; Nam ſi amoris vi mori voluit, amoris vi Dæmonem fugauit.

Chriſtus ligno Crucis dæmonem vicit.

f *Abac. 3. 5.*

g *Ser. de paſſ. Chriſti*

199 Multa fuerunt inſtrumenta paſſionis apta ludibrio, eiſque varijs modis Chriſtum illudebant: & ipſe Chriſtus, vt loquitur Chryſoſtomus. h *Extremas contumelias tulit: Quippe cum non membrum vnum, ſed vniuerſum corpus extremas has iniurias patetur, caput corona, calamo, pugnis; Facies ſputis; maxilla alapis; corpus reliquum flagellis, nuditate, amictu chlamydis, adoratione ſimulata, manus calamo, quem pro ſceptro tenere dederunt, os quoque ipſum, & lingua aceti potione, ac fellis. Quid iſtis nunquam grauius? quid contumelioſius? omnia contumelioſa fuere, ſed ad debellandum Dæmonem conuenientia;* & præcisè de ſpinea corona, chlamyde, & calamo declarat Athanaſius, & vbi per ludibrium, ſubſannationemque Chriſtum pulſabant, inde inſigne ſua victoria agnoſcebat: Sed ſufficiat nobis cum Athanaſio arundineum ſceptrum conſiderare; *quod quidem accepit Ieſus cum illi à diabolo porrigeretur ignaro, quod contra ſeipſum gladium acueret. Dicitur enim arundo ſerpentibus lethalis eſſe, atq; inde potiſſimum perfici. Cum igitur ipſe Dominus Sabaoth, vt Iſaias dicit, fugientem Dragonem, & magnum illum ſerpentem diabolum perſequi ſtatuiſſet; tum eius rei cauſa, id quod illi exitiale erat ab eis accepit, vt ſuis, proprijſque rebus, debilitatiore reddito diabolo, ijs quæ Chriſti erant, homines fortiores fuerunt. Quale quid Dauid in Goliath deſignauit.* i *Qui ſumpto aduerſarij gladio, eo ipſo ipſius caput præcidit. Idem quoque Saluator fecit, ſumens arundinem ab illis, vt nos non ſolum liberaret à verſutia ſerpentis, ſed & illum ſerpentem tolleret, & mortuum exhiberet.* Multa alia dicit Athanaſius oſtendens, quod dum percutiebat diabolus arundine Chriſtum, ſemetipſum verberabat, & allucinabantur illi, qui pulſare Chriſtum exiſtimabant, quippe qui diabolum ipſos irritantem verberabant, & tandem ſubiungit: *Quod ſanè verſutiſſimo illi ſerpenti ad ſummum vituperium ceſſit. Omninò enim ſi à Domino vapulaſſet gloriari poterat, nunc ab illis percuti, quos in ſeruitutem redegerat, id omne dedecus probrumque tranſcendit. Sed tamen non illorum verbera ſerpentem conficiebant: nihil tamen ijdem illi, & homines, & carnifices, ſed vt dolori illi erat contumelia à Iudæis illata, ita verberibus arun-*

h *Hom. 88 in Matt.*

Flagella Chriſti dæmonem flagellabant.

i *1. Reg. 17. 51.*

Digitized by Google

arundinis in Chriſto impulſis conſauciabatur, Ita Athanaſius. Amor ergo videns hominem concuſſum, & varijs pœnis,& laboribus affectum ab omnipotenti Deo, & à Dæmone iuſtè quidem à Deo propter peccata punitum,& à Dæmone tyrannicè quaſſatum vnico &eodem actu Deum armis ne amplius feriret, ſpoliauit, & dæmonem interemit,& hoc in paſſione, in qua *poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ, &c.*

CAPVT XVI.

Proſequitur imperiũ Amoris Chriſti ſupra Deum, ad ſimilitudinem cupidinis imperium habentis ſupra Martem.

200 ALter Deus armis ab Amore priuatus fuit Mars, quem quidem nihil aliud fuiſſe quàm bellum putauit Heraclides Ponticus ſic ab imprecationibus nominatum, ſiue à detrimento, quia eius proprietas erat occidere, deuaſtare, & proſternere. Omnia hæc Mars facit, ait Homerus.

Mars hominum occiſor, qui agros popularis, & vrbes.

Et Orpheus in hymno in Martem furorem belli,& rabiem in animis hominum Martem eſſe putauit, vt patet in his verſibus.

Mars Rex perpetua, ſanieque & cade cruenta.
Horrende humano gaudens, & ſanguine numen.
Qui gladiſue, haſtiſue cupis contendere ſemper.

Deus autem noſter non fabuloſe, ſed verè, non ſolum vltionum, ſed exercituum eſt. Ille ſic dictus quia prior armare venerit, & in aciem inſtruere, & omnes bellicos vſus exercuit cum impios delere niteretur. Sed verus Mars Deus noſter, primus omnium armorum artifex, omnibuſque armis vſus eſt ad debellandos ſceleratos homines, quos nullis viribus, nullaque celeritate fretos potuiſſe Dei vindicis omnium flagitiorum iram deuitare, ex ſacro textu didicimus. Vnde, & dicere licet (veriùs tamen) de Deo, quod de Marte fabuloſè innuit Theognis, dicens:

Tar celerem tardius comprendit Cyrne ſecutus
In iuſtum curſu, huic numina cuncta fauent.

In femore enſem ferre ſignum nobilitatis.

Adſunt etiam,& alia carmina quæ hoc idem exprimunt, & ſunt:

Si quod agis virtute cares, celerem capiet te
Vel tardus, tardo Mars eſt cõprenſus, vt ipſi
Vulcano, ſuperum cum velociſſimus eſſet.
Ars enim prodeſt cunctis animalibus ipſa.

Quod autem Deus noſter dicatur, & ſit Deus exercituum teſtatur Ieremias, qui cum optaret Deũ vlciſci de inimicis, dixit: k *Tu autẽ Domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes, & corda videam vltionem tuam ex eis.* Quod verò Deus etiam, vt Mars gladijs pugnauerit, liber ſapientiæ docuit: l *Gladius acutus inſimulatum imperium tuum portans, et ſtans repleuit omnia morte.* Quid autem ſignificare voluit, per ly, *inſimulatum imperium tuum portans?* Innuimus in dedicatoria in illa trium enſium conſideratione, & diximus, quod gladium in vagina poſitum ſuper femur portant homines in ſignum nobilitatis: cum autem è vagina illum educũt, manibus ferũt, vt vulnerent, & trucident.

k Cap. 11. 20.

l Cap. 18. 16.

Sic Deus geſtabat enſem ſuper femur iuxta illud Dauidis: m *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Et dum in femore erat enſis, maieſtatem, & imperium demonſtrabat. Nam olim, vt ibi diximus, tale ſignum enſis præferebat in ſignum præfecturæ, & dignitatis, nam vt retulimus ex Herodiano; Plautinianum quẽdam Syrum humiliter natum, & ad ſupremam dignitatem euectum, diuitemque factum inter alia nobilia inſignia enſem tuliſſe, ſcimus, ſic enim ſcribit: *Enſem præterea geſtabat cæteraq; omnia ſuprema dignitatis inſigna.* Nec alijs niſi Principibus, Gubernatoribus, & iudicibus enſem ferre licuit; Proconſulibus verò, & Legatis licebat ſolum (vt Auguſtus C. ſtatuerat) quando vel ad præliandum egrediebantur, vel in Prouincias pergebant armorum moleſtijs affectas. Si qui autem erant in Prouincijs pace fruentibus ad euitandas inter ciues occiſiones, enſem ferre nequibant.

m Pſ. 44. 4.

201 Huius dignitatis, & imperij attulimus ex ſacro textu nobile hieroglyficum ex Patriarcha Abraham ſupponendo, quod femur propriè dicitur anterior pars, vbi fertur enſis; nõ ſic femen, cui competit poſterior pars. In Geneſi ergo legimus, quod cum decreuiſſet Abraham mittere ſeruum ſuum, vt Rebeccã vxorem quæreret Iſaaco, eum vocauit,& adiurauit, vt vxorem quæreret ex Haran,& nõ acciperet aliquam de filiabus Chananæorum, inter quos habitabat. Forma autem iuramenti fuit, vt ſeruus poneret manum ſuam ſub coxa Abraham dicens: n *Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Dominum, Deum Cæli, & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: ſed ad terram & cognationẽ meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.* Sed dicas, quid ſignificare voluit Abraham hac cerimonia ponẽdi manum ſub femore? Variè reſpondent patres, quorũ maior pars exiſtimat, quod Abraham per femur, id eſt per Chriſtum, vt potè ex femore ſuo naſciturum, adiurat ſeruum, id eſt obſtringit, & iurare compellit. Quamobrem Diuus Gregorius hoc idem expẽdens poſt alia multa, inquit: *Tange filium meum, & iura per Deum meum. Vnde non ſuper femur, ſed ſub femore manum ponere iuſſit; quia inde erat ille deſcenſurus, qui homo quidem, ſed ſuper omnes homines veniret.* Sed ad intentum aptiùs reſpondet Lorinus ex Rabi Abenezra, quem refert, adiuraſſe ſeruum ſub femore; *Vt repræſentaret ius poteſtatemque dominantis, ac imperan-*

n Cap. 24. 2. 3. 4.

Digitized by Google

perantis Patriarchæ, ſeruientis verò humilem ſubiectionem, & promptum animum ad exequenda Domini mandata. Ideò non poſuit manum ſupra femur, ſed ſubter, enſis ergo accintus ſuper femur ſignificat poteſtatem, & dominium, ſeù *in ſimulatum imperium portans.*

202 Sed quando eduxit gladium è vagina ad puniendos impios homines manu vibrabat enſem, & plaga crudeli percutiebat, tanquam Dominus, & vltionum Deus. Aſpicite quæſo, menteque recogitate, quid vnius Angeli gladio fecerit Deus cõtra Sennacherib quando (vt habetur in quarto Regũ:) o anxius cũ exercitu ſuo Ciuitatem Ieruſalem vaſtare ſatagebat. Cui Deus ob minas Ezecchiæ Regi factas, nunciumque aduerſus ipſum præliandi datum dixit: *Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulũm in naribus tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te in viam, quam veniſti.* Et poſtea: *Factum eſt igitur in nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque millia.* Statim, ac diluculo vidit Aſſyriorum Rex mortuorum corpora abijt, & reuerſus eſt, & mãſit in Niniue, ſed cur non etiam Regem percuſſit Angelus? Arbitror ad maiorem ignominiam id fuiſſe permiſſum; vt ſcilicet gladio periret, non Angelica manu, ſed ſuorum filiorum, qui iam in templo percuſſerunt eum gladio, & indutus crudelitate, quam in alios exercuit, crudeliter interemptus eſt; nõ enim eſt crudeliùs vulnus, quam manibus filiorum inflictum; iuxta illud: *Tu quoqe fili mi.* Sic multoties vlciſcendo martiali gladio vtens, innumerabiles occidit, & vel manu Angelorum, vel amicorum, vel etiam inimicorum Regum vlciſcebatur, vt in libris Regum, quiſque legere poteſt. Timendus ergo eſt gladius diuinus poſitus in manu Dei, quia nõ eſt, niſi ad puniendum: & ideò Iob ſuis amicis, qui ſe iuſtos, & iuſtum iniuſtum eſſe putabãt, dixit. p *Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium,* Vbi duo dicit, & quod Deus habet gladium, & quod facit iudicium, hoc eſt, iniquitates puniuntur in hac, & in æterna vita; & quare? quia nunquam peccare deſiſtunt. Ideò Vatablus legit: *Ira ex iniquitatibus gladij.* Quod ſic expendit: *Prouocatio ad iram citra meritum prouenit ex iniquitatibus, quæ ſolent puniri gladio.* Pagninus, *quia iraſci fecisti me ex iniquitatibus, quæ digna ſunt, vt gladio vlciſcantur.*

o Cap. 19. 28. et n. 35.

p Cap. 19. 29.

203 Vltionem hanc abſtulit amor, cuius vi poſtmodum; apparuit enſe priuatus diuinus Mars, imò obſtrinxit Deum habẽtem in manu euaginatum gladium, vt ore illum geſtaret factus homo ſic eum vidit Ioannes poſtquam Chriſtus à morte reſurrexit; dixitque q *Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Sed cur in ore nunc habet gladium, quem antea manu geſtabat? primò factum eſt, quia quos per gladium palam cædere, & omnes interimere conſueuerat, nunc tantum per illum et minis terrere cupit; vt peccatores reprehenſionibus attriti caueant ventura, & æterna mala, Quod quidem iuxta communẽ intelligentiam per Prædicatores in præſenti vita, quouſq; denuo gladiũ reddat de ore ad manum ſeruat. Audi Baſilium ſuper Pſ. dicentem: *Comminatorius ſermo eſt non ſtatim minatur vulnera, plagas, mortes ſed armorum vibrationem, veluti præparationem, quandam ad vltionem intentat, quemadmodum qui arma abſtergunt, ac poliunt.* Quaſi dicat, ſi olim educto de vagina gladio vulnerabat citius, & interficiebat, quàm nunc facit, ne miremini, cum hoc eueniat, quia diuinus amor vlciſcentem Deum pro nobis mori coegit, & redemptione facta ex profluuio ſanguinis opulentia miſericordię orta eſt nobis, vnde Chryſoſt. expendens illud Geneſis: *Non permanebit ſpiritus meus in homine:* legit ipſe *non ſinam illos poſt hac viuere* (& ait) *Talis enim eſt Dominus noſter minatur ſæpè, non vt opere compleat minas ſed vt correpti nobis minas nõ ad opus perducat.*

q Cap. 1. 16.

Minis vtitur Deus, ne puniat.

204 Verum, quia *Amor læſus in furorem vertitur.* Si amor diuinus fruſtratam viderit in peccatoribus ſpem pœnitentiæ, expectat aliquo tempore, tandem accipit ex ore gladium, & manu ſua vitrice pugnat, & trucidat, vt eos ex hac vita tollat, & tunc gladius condemnationis ad æternam punitionem impios in die Iudicij efficaciſſimè, & diriſſimè feriet, adigetque in gehennam. Et iuſtè quidem, nam vt D Gregorius ſuper illa verba: r *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, vigilate, eſtote parati;* (ait) *Deus quos diu, vt conuertantur tolerat non conuerſos durius damnat, tanto enim tunc magna exercetur ſeueritas, quanto nunc maior miſericordia prorogatur.* Et S. Cyprian. dixit: *Iuſto Dei iudicio ille non eſt dignus in morte accipere ſolatium, qui ſe in vita non cogitauit moriturum.*

Minas ſpernẽtibus durior pœna ſeruatur.

r Luc. 12. 38.

Exemplum habemus in 2. lib. Reg. quando Ioab dux militiæ Dauidis præliabatur aduerſus Abner, cuiuſque pueros cum pueris Dauid, & ſurrexerunt ex vtraque parte duodecim, & duodecim; Sed, qui ex parte Dauid pugnabãt, in aduerſariorum latus defixerunt gladios, omneſque ſimul ceciderunt. Arripuit tandẽ fugam Abner cum ſeruis ſuis, & adhuc Ioab, & Abiſai fugientes perſequebantur. Quod cum occubuiſſet Sol duro iam bello in illa die peracto, pacem pro ſe, ſuiſq; exoptans Abner, popoſcit, & exclamans dixit ad Ioab: ſ *Num vſque ad internecionem tuus mucro deſæuiet? an ignoras, quod periculoſa ſit deſperatio? vſquequo non dicis populo, vt omittat perſequi fratres ſuos? Cui Ioab dixit: viuit Dominus ſi loquutus fuiſſes mane receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum: Inſonuit ergo Ioab buccina, &c.* Ecce quomodo pacem non meruit ille, qui ſolis occaſum expectauit, vt eam peteret; & propterea intrepidus Ioab, ipſum Abner, & viros eius fugientes, totaque illa nocte per campeſtria giro vagantes, ampliùs non ſequebatur, & facto mane, qui ex ſuis reperit decem, & nouem mortuos, vltra Aſael ex inimicis militantibus ſub Abner inuenit per-

Pœnitentia ſera, nõ meretur veniam.

ſ Cap. 2. 26. 27.

percuſſos, & iam mortuos trecentos ſexaginta. Sic diuinus amor læſus, quaſi alter Ioab iraſcetur aduerſus ingratos peccatores, qui toto mala eorum vitæ tempore vitijs, ſcelerjbuſque præliantur aduerſus Deum, & ad Solis occaſum, id eſt, quando iam in ægritudinem inciderint, neceſſitate coacti, ac mortis timore perterriti, ad Deum recurrunt, & pro miſericordia obtinenda laborant. Sed quia indigni ſunt remiſſione miſericordiam nõ conſequuntur; quia illam mane petere noluerũt, vel non petierunt, vt decebat. Hinc Auguſt. dixit: *Cum vult improbus homo, non poteſt, quia quando potuit noluit: Ideo per malũ velle perdidit bonũ poſſe, &c. Hac enim animaduerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei.* Siquidem tunc amor læſus vindice vtitur gladio, & peccatores differentes pœnitentiam merito pœnitentiæ priuat, & facit, vt ab ea maneant æternaliter excluſi; Nam vt ait Aug. *Pœnitentia ſera, rarò eſt vera.*

Peccator cũ ſerò vult pœnitere nõ poteſt.

Maria Virgo pluſquã Martyr.

205 His relictis, quæ tantum oſtendũt Deum vel vleiſcentem, vel minantem, aut in ruinam peccatorum gladium vibrantem; reſtat dicendum quod amor nõ ſolum de Deo triumphauit, cum ipſum fecit incarnari; ſed etiam quia gladium à manu eripuit, & in ore eius illum repoſuit, vt ſi offendere voluerit homines, etiam ipſe; & grauiùs vulneraretur. Imò plus vltra proceſſit amor; nam vi adepto gladio vleiſcentis Dei eum dedit peccatoribus, vt eodem gladio Deũ ipſum vulnerarent, eiq; mortem inferrent. Hoc enim innuit S. Simeon, cum dixit Virgini, t *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Quaſi diceret; non ſolum gladius paſſionis interficiet Chriſtum filium tuum, ſed tuam etiam animam perforabit. Gladius vtraque parte acutus fuit gladius paſſionis, qui filium ex vna parte, matrem ex altera vulnerauit: patientem matrem cum videret filius patiens, magis patiebatur; & è conuerſo ex paſſione filij magis torquebatur Mater. Aduertamus ergo quàm violenta fuerit vis amoris. Olim gladius non ſolum trucidabat carnes, ſed eas deuorabat; nũc amor peruertit ordinem, & facit, vt gladium vltorem, carneſque deuorantem deuoret ipſe, eodemque gladio confodiatur anima. Durus quidem gladius, qui antea ſolum carnes, nunc & ſpiritum trucidat. Trophea ſunt amoris, à quo Mars enſe priuatur. Et vltra hæc; inde colligi quãdam aſtutam amoris inuentionem, nemo eſt, qui ignoret. Diſpoſuit enim Amor, vt Chriſto Cruci affixo aſtaret mater, & compateretur, imò, & crucifigeretur; nam cruciantes Chriſtum, cruciarunt Virginem matrem: ſicut qui cruciat corpus, cruciat, & animam, ità & Mariam Virginem, quæ magis coniuncta erat Chriſto ardenti affectu, quàm corpus animæ; ideò Hieron. eam prædicat, *Pluſquam martyrem*, atque u *Vnde conſtat, quia plus omnibus dilexit propria mater, & plus doluit, in tantum, vt animam eius totam pertranſiret, & poſſideret vis doloris, ad teſtimonium eximiæ dilectionis: quæ, quia mente paſſa eſt pluſquam martyr fuit.* Et D. Bernardus inquit: x *Eſt etiã ſagitta electa amor Chriſti, quæ Mariæ animam non ſolum confixit, ſed etiam pertranſiuit, vt nullam in pectore virginali particulã vacuam amore relinqueret.*

t *Luc.* 2. 35.

u *Tom.* 9. *ſer. de Aſſump.*

x *Ser.* 29. *in Cant.*

Sed cum ex magnitudine amoris, magnitudo menſuretur doloris: Quis vnquam poterit dimenſiones eius perſcrutari? Tentare id voluit Sanctus Bernardinus Senen. a Et dixit: *Tantus fuit dolor Virginis, quod ſi in omnes creaturas, quæ pati poſſunt diuideretur, omnes ſubito interirent.* Alij apud Maldonatum in expoſitione textus, dixerunt mortuam eodem puncto fuiſſe vna cum Chriſto matrem: *Cum iuxta Crucem vi oppreſſa doloris animam exhalarauerit.* Alij tandem aſſeruerũt, quod, *& ſi non mortuam iuxta Crucem tamen exanimatam ibi fuiſſe.* Aſſentior Bernardino, alijſq; aſſentirer, ſi de poſſibili loquerentur; nam Deus per miraculum, & ſingulari concurſu firmius aſſero, pieq; credo eam filio ſuperſtitem conſeruaſſe. Sed per hæc ſatis, ſuperq; colligitur, quod quantus fuerit Virginis dolor à puro homine metiri nequijt. Solus ille qui Deus, & homo eſt, ſicut cognouit magnitudinem amoris Beatiſſ. Virginis, ita & quantitatem doloris. Et eiuſdem diuini amoris fuit ſolertia, & inuentio, vt non ſolum priuaretur enſe diuinus Mars, ſed quod vulneraretur, & acriter magis cruciaretur, idq; eueniſſe ex dolore Matris perſpicuum eſſe debet: Dolor enim matris nouum, magnumq; dolorem ſuperaddebat filio: Mirificè enim dolebat, quod mater adeo propter filium doleret, & cruciaretur, vt inexcogitabilis eſſet dolor. O quam debilis apparuit Mars ſine enſe, & vulneratus: vnde tanta debilitas, vt tam male ab hominibus tractaretur? fuit quia. *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius*, & vinci voluit, vt palam faceret violentiam amoris: nam ibi, vt Septuag. vertentur: *Poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ.*

a *Tom.* 2. *queſt.* 61. *ar.* 3. *cap.* 2.

Mariæ dolor in paſſione à pura creatura inexcogitabilis.

CAPVT XVII.

Amor Chriſti ſupra Deum ad ſimilitudinem cupidinei amoris imperium habentis ſupra Neptunum.

206 TErtio loco Neptunus fuit, *tridente priuatus.* Neptuno quidem non defuerunt, qui putarint imperium maris idcirco attributum fuiſſe, quia prior ille claſſem inſtruxerit, cui Saturnus commiſit rerum maritimarum imperium. Tridens verò quem Neptunus habet pro ſceptro, triplicem illius poteſtatem oſtendit, ſcilicet tollendi æquoris, & placandi, & ſeruandi, quod alij fictum eſſe maluerunt, quia dulcibus, ſalſis, & mediocribus aquis, quales ſunt lacuſtres, imperet: Sed omnibus aquis vndecunq; imperaſſe communiter fertur. Et forte hac eadem ratione dictus eſt equum prior inueniſ-

ſe, &

Digitized by Google

ſe, & equitandi peritiam docuiſſe, quia vt nonnulli aſſerunt, nauigationem docuit; videntur enim nauigia, quaſi maris dorſo equitare. Vnde Homerus in Hymnis reliquit ſcriptum.

Bina tibi ſuperi Neptuno munera donant,
Flectere equos, regere, & naues, quæ marmora ſulcant.

Verus Neptunus eſt Deus noſter omnipotens, qui terræ, & mari, ac fluminibus dominatur: Tridentem etiam habet, quia in ipſo omnia viuunt, mouentur, & ſunt. Ipſe namq; eſt
b Pſ. 145. 6. ait Regius Vates. b *Qui fecit Cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt.* Et
c Pſ. 94. 5. alibi. c *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud.* Etenim congregando aquas omnes in vnum, mare ſtabiliuit, ſicut teſtatur Iob di-
d Cap. 26. 12. cens. d *In fortitudine illius repente Maria congregata ſunt.* Vbi Pagninus, Tigurina, & alij ex Hebræo legunt. *In potentia eius mare diuiſum eſt, vel potentia ſua ſcidit mare, vel diuiſit.* Quod fuiſſe aſſerunt, quando Deus diuiſit aquas ab aquis. Hoc vnum potentiam creatoris oſtendit, quod ita ſe geſſit Deus cum mare, ſicut mater cum puero recenter nato.

Mare faſcijs inuolutum velut puer.

Supponamus primo Deum matrem appellari maris, ſeu Dei potentiam matrem eſſe. Ait enim in Catena Græca, Nicetas: *Matrem, ipſam dico Abyſſum, aut certe Dei potentiam; quia perfectum eſt. vt mare exiſteret.* Puer ergo vel in vtero viuit, & per nouem menſes ſuſtentatur, & creſcit, vel in hac terra communi matre ex vtero egreſſus, cum cæteris animantibus habitat, ac viuit. Ad eundem modum mare duo habuit naturalia loca. Primus locus fuit tota terra, quæ cooperta erat aquis, & quando erant in primo ſuæ creationis loco, dicebantur eſſe quaſi in vtero. Secundus locus eſt, quem vſq; nunc habent, & habuerunt, quando congregatæ fuerunt in vnum locum, vt appareret arida; tunc velociter currentes quaſi adaperientes vuluam, membraniſque ruptis egrediebantur. Tunc obuoluit creator Deus faſcijs mare, illudque poſuit in cunis, & bracchia, omniaq; membra pannis inuoluta, vt non ſe liberè diſtendat, nec ſit ſpatioſum manibus, vltra quod oportet; & ſic inuolutum in ſinu terræ, ſeu concauitatibus habuit locum ſuum; vbi velut puer, qui tunc quieſcit, cum quietem non habet, ſemper hinc inde mouetur, & vndas quoquo verſum effluit, ac continuis fluctibus fluctuant, & feruet ad modum quò cunæ mouentur, vt dormiat infans. *Quaſi mare*
e Cap. 57. 20. *feruens* (ait Iſaias.) e *Quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum.*

207 Mater, aut nutrix, nempe diuina prouidentia ad fluxus, & refluxus efficiendos mouet mare, vt hinc inde percurrat, ac ſi cunabula mouerentur. Lugere etiam, & vagire videtur mare quando fremitu horribili albas, profundaſq; vndas commouet, & effert. Et licet ita magnum, & terribile ſit, vt nemo ex hominibus reperiatur, à quo faſcijs ligetur, ita vt dicere valeat cũ Plauto in Amphit. act. 5.

Puer ille, quem ego laui, vt magnus eſt, & multum valet,
Neque eum quiſquam collegare quiuit in cunabulis.

Tamen Deus puerulum mare imperio ſuo ligauit, & pannis, faſcijſq; inuoluit, repoſuitq; inuolutum in cunis. Quæ omnia diuinæ prouidentiæ, ita adſcripſit Iob, vt nil melius dici queat; ait enim. f *Quis concluſit oſtijs ma-* f Cap. 38. 8. 9.
re, quando erumpebat, quaſi de vulua procedens. Cum ponerem nubem veſtimentum eius: & caligine illud quaſi pannis infantiæ, obuoluerem. Circundedi illum terminis meis, & poſui vectem, & oſtia. Et dixi: vſque huc venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos. Sed quæres fortaſſe de qua vulua hic loquatur? an ſcilicet de loco naturali, in quo primum condita fuit aqua, vt Caetanus. An de tenebris, quibus aqua obſeſſa erat, & veluti in matrice ſua contecta? Omnia bene; ſed melius ſecundũ Diuum Thomam, vuluam appellamus. *Diuinæ ſa-* *Vulua eſt diuinæ ſapientiæ fæcunditas.*
pientiæ fæcunditatem; & cum Titelm. in Catena græca. *Omnipotentiam*, in qua tanquam in matrice ab æterno res conceptæ erant (ſic intelligebantur omnia poſſibilia,) & editæ fuerunt poſtea in lucem, quando creatæ fuerunt, atque productæ. *Quod enim factum eſt, in ipſo vita erat.* g Et per ly *concluſit* g Ioan. 1. 4.
oſtijs mare, & erumpebat quaſi de vulua; cum (vt legunt Septuag.) *fremeret ex vtero matris ſuæ egrediens.* Et Chryſoſtomus, *quando fluctuabat, quando obſtetricabatur.* Aquila, *cum luctaretur in emergendo*, ex Hebræo, ſeu *egrediendo.* Dei ergo omnipotentia vera creaturarũ nutrix omnia puerilia fecit cum mare, pro pannis enim veſtiuit illud nubibus *tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.*) Nam vt declarat Catena græca. *Quemadmodum infanti panni ſunt per quàm cõmodi, ſic etiam mari nubes, & nebulæ.* Et poſitum illud velut in cunabulo, quando legem poſuit aquis, ne tranſirent fines ſuos. Mare ergo ſic incluſum, & obuolutum, ac circundatum terminis, imperium Dei demonſtrat, Deiq; poteſtatem prædicat.

Omnipotentia nutrix creaturarum.

208 Nec ſolum Deus imperat mari, ſed etiam fontibus, & fluminibus omnibus, iuxta illud:
h *Qui emittis fontes in conuallibus inter medium montium pertranſibunt aquæ.* Ipſe etiã h Pſ. 103. 10.
vt legimus in prouerbijs, *certa lege, & gyro vallauit abyſſos, tunc librauit fontes aquarum*, diuidendo aquas, quibus tellurem inuderat, & abuoluerat, eaſque vndiq; concluſas metiebatur, vt debita proportione fontes ab altiori parte terræ erumperent, & perennes, ac indeficientes aquas effunderent, quibus formarentur fluentia flumina ad rigandam terram, eamque redderent habitabilem, & poſſent incolæ eam colere, & de illis bibere, ſicut etiam bibunt omnes beſtiæ agri, & expectabunt onagri in ſiti ſua. Et quis etenim niſi Deus Summus omnium Creator potuiſſet tot fontes, & varios, quoad effectum quem producũt, formare? Legant Plinium; i Qui i Lib. 5.
de fonte quodam mirabiles, & contrarios Et Solin.
narrat effectus; quippe qui alternis vicibus etiã ca. 32.

Dei imperium circa mare, & flumina ac fontes.

die

die friget, nocte feruet; & qui aſpicit noctu fontem facem accenſam viſere ſe exiſtimat; qui vero die brumales ſcatebras gelu plenas aſpicere credit. Vnde admirans concludit: *Quis ergo non ſtupeat fontem, qui friget calore, calet frigore?* Et alibi de alijs fontibus, & fluminibus loquitur mirabilia, atque memorata incredibilia, cuius rei cauſam, nec inueſtigare confidit; & alteri inueſtigandam proponit. i Auguſtinus: k De quodam fonte etiam refert; quod in eo extinctæ faces accenduntur. Et ſic mirabiliter de alijs fontibus narrantur alij effectus, qui, niſi in auctorem Deum recurreremus incredibiles forent. Verus ergo Neptunus, qui mari imperat fontibus, & fluminibus eſt ipſe Deus noſter, qui eſt perennis aquarum fons, terram irrigans, homineſque potans. Cognouit hoc Dauid, ideoque dixit. l *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ.*

Fontium quorũdam effectus mirabiles.

i *Lib.* 4. *ad Sur.*
k *Lib.* 2. *de ciu. cap.* 1.
l *Pſ.* 35.9.

Imperium exercuit Neptunus in Iudices Inachum, Pholoneum, Cephiſum, & Aſterionem, qui non vt in votis eius erat iudicarunt cauſam vertentem inter ipſum, & Iunonem, contendentes de agro Argiuorũ: Iuno ſuum eſſe dicebat; & econtra Neptunus pro ſuo pugnabat: Lis autẽ præfatis iudicibus commiſſa, vt iudicarent ad quẽ pertineret agrum, & cui conſecrandum forè deberet. Attulit pro ſe Iuno ipſam colere terram, aeriq; imperare. At Neptunus ſibi deberi affirmabat propter aquarum copiam, quæ regionem inundabant, eamque fertilem faciebant, & copioſe fructificantem. Verum cum ab hæſitantibus diù iudicibus fuiſſet tandem ſententia lata pro Iunone, eiq; Ager Argiuus adiudicatus: Iratus ex hoc Neptunus omnem aquarum copiam illis fluminibus iudicibus ademit; quare niſi per æſtatem, cæleſtibus pluuijs iuuarentur omnem aquam, & nomen amiſiſſent. Inſuper maxima pars Agri Argiui Iunoni iam adiudicati à Neptuno immiſſis aquis inundata fuit: vt poſthac ſciretur plus ne Iuno, an Neptunus poſſit regioni nocere, nec ſtatim præcibus annuit Iunonis, vt præcante ipſa aquam illam ex campo Argiuo deduceret; tandem retraxit aquam, & refluxit. Templum pro beneficijs Neptuno fuit erectum publico ſumptu, nobiliq; cum ſtatua, &c. Inde videtur, quod Neptunus iiſdem aquis, quibus fertilitatem cauſat, etiam damnum parat ijs, aduerſus quos indignatur, & opulenta flumina diuitijs, ideſt aquis priuat, ſic exigentibus demeritis.

Iudices à Neptuno puniti.

209 Sed quis cæcus non videt fabulam iſtam Neptuni dominantis mari, & fluminibus, expreſſe deductam (niſi dicere velimus ſuffuratam) ab ineffabili veritate? quando quidem in vero, & Omnipotenti Neptuno qui verè, & non fictè aquis imperat omnibus, cæteriq; vniuerſis dominatur verificatur. Et ſi Neptunus ob iram aduerſus iudices ſiccauit flumina, quę erant ipſimet Iudices, agrũq; aquarum copijs inundauit. Audite nunc quæſo quid faciat iratus Deus; ſiccat flumina, ſiccat & mare. De mari teſtatur Naum, dicens. m *Increpans mare, & exiccans illud.* De Fontibus ait Ioel. n *Quoniam exiccati ſunt fontes aquarũ.* De fluminibus dixit Zacharias. o *Confundentur omnia profunda fluminis.* Vbi per ly, *confundentur* Pagninus, & Tigurina vertunt; *Siccabuntur.* Sed ò piiſſime Domine liceat, & mihi exclamare cum Propheta Abacuc. p *Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?* Quid mali commiſerunt vnquam mare, & flumina, vt tanto meruerint ſupplicio puniri? Videbaris indignari, & iraſci Iordani, & mari rubro in exiccandis eorum aquis. Cur ergo tanta indignatio, & ira aduerſus illa; Non eſt Dei indignatio contra flumina, & mare; ſed pro armis ſuæ potentiæ fluminibus vtebatur, & mari, aduerſus homines iniqua agentes. Vnde contra ingratos Ægyptios, quibus Dei beneficio erant, (vt ait Regius vates.) q *Promptuaria eorum plena eructãtia ex hoc in illud.* Vbi, & ſumma benignitas Dei agnoſcitur, & ſumma ingratitudo eorum quibus tot tantaque collata fuerant beneficia, vt dando pluuiam, quæ terram fœcundet ad omnia fructuum genera producenda. Pluuiæque loco Ægyptijs Nilum dedit, qui ſtatis temporibus exundans eam facit fertiliſſimam. At quoniam Ægyptij Serapidem agnoſcebant eſſe tantæ opulentiæ cauſam, quandam vlnam ipſi offerebant, vt referunt Caſſiodorus. r Et Ruffinus. ſ Cuius hæc ſunt verba. *Quoniam moris erat in Aegypto, vt menſura Aſcendentis Nili fluminis ad templum Serapidis deferretur, velut ad incrementi aquarum, & inundationis auctorem;* Subuerſo eius ſimulachro vlnam ipſam (ideſt menſuram) ad aquarum dominum in Eccleſij deferri iuſſit Conſtantinus Magnus, ademit Serapidi, & Deo cuius erat adſcripſit, & dubitantibus Ægyptijs præ Serapidis ira, minimè deinceps flumen inundaturum, Deus ſua prouidentia ſuperabundanter ſequenti anno inundare fecit. Quod tempore Theodoſij imperatoris narrat Sozomenus. t eueniſſe.

Cur creatus contra mare flumina, & fontes oſtẽdit Deus.

m *Cap.* 1. 4.
n *Cap.* 1. 20.
o *Cap.* 10. 11.
p *Cap.* 3. 8.
q *Pſ.* 143. 13.
r *Lib.* 2. *cap.* 18.
ſ *In Append lib* 2. *hiſt. Euſebij*
t *Lib.* 7. *cap.* 20.

210 Ex hoc Gregorius Sanctus amplificat bonitatem diuinam ſuper illa verba Iob. u *Cũ impleſſet domos eorum bonis* (ait ipſe) *Malorum domos Dominus bonis implet, quia etiam ingratis ſua dona non denegat, aut bonitatem, Domini erubeſcant, & ad bonitatem redeant, aut redire omnimodo contemnentes, inde illi grauius puniantur. Vnde hic, & bonis Dei largitionibus mala reddiderunt: vt duriora eos tunc ſupplicia puniant, quorum hic malitiam nec dona vicerunt:* Et Seneca diſputans de liberalitate Dei erga homines ex aduerſo, ingratitudinem prodit humanã, dicens: x *Dij omnium rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeuerans. Nihilominus tamen more optimorum parentum qui maledictis ſuorum infãtium arrident, non ceſſant Dij beneficia congerere de beneficiorum auctore dubitantibus. Non eſt magni animi dare, & perdere, at hoc eſt magni animi perdere, & dare.* Cumque Deus ſem-

u *Cap.* 22. 18.
Ingratis cur Deus dat & amplius dat beneficia.
x *Lib. de benefic. ca.* 31. 32.

Digitized by Google

ſemper dediſſet, & perdidiſſet, & hoc non obſtante ſemper noua beneficia addidiſſet & *y Cap. 22. 17.* illi (vt refert Iob) y *dicebant Deo recede à nobis*, & quaſi nihil poſſet facere omnipotens extimabant eum: puniuit eos primo vertendo flumen in ſanguinem, vt teſtatur Dauid *a Pſal. 77. 44.* dicens. a *Conuertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent*. Sed cur hoc ſignum factum fuit? quia flumine quaſi exprobrauit Ægyptijs infanticidiũ Hebræorum, eorumq; ſanguinem hoc ſanguine vin- *b Hom. 4.* dicauit, vt explicat Origenes b dicens: *Dignum fuit, vt his fluuiis, cui paruulos Hebræorum crudeli nece mergendos tradiderant, auctoribus ſceleris poculum ſanguinis redderet, & cruorem polluti gurgitis quem parricidali cæde macularant potando ſentirent.*

Nec ex hoc, alijſque præcedentibus, & ſubſequentibus ſignis, & flagellis melior factus eſt Pharao, ſed ſuperbam diaboli contumaciam *c Exod. c. 5. 2.* expreſſit, dicens: c *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſraelem non dimittam*. Nihili faciebat Deum, nec eum potentiorem ſe iudicabat, nec quod ei imperare poſſet, vt *Regum, & diuitũ quãta ſit, et vnde ſuperbia.* populum dimitteret. Regum enim potentum, & diuitum hominum eſt, tantum fruendis voluptatibus vacare, & cumulandis diuitijs ſemper operam dare, iiſque delectati, nec aliud à Deo cogitant fructuoſiùs poſſe conſequi; ideò carnaliter non ſpiritualiter viuere curant, & communiter dicunt: *Quis oſtendet nobis bona*. Quod idem fere eſt ac cum Pharaone dicere: *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius?* Imò dicere etiã haud pudent; vt *d Cap. 3. 14.* refert Malachias: d *Vanus eſt qui ſeruit Deo*. Tigurina: *fruſtra ſeruitur Deo*. Chaldæus: *Nihil lucratur, qui colit coram Domino*. Cenſent ſeruos Dei nullum ſeruitutis recipere lucrum, aut præmium eo quod videant eos depauperari, deſpici, deprimi, & affligi, bonaque ſolum terrena commendant, qui bona virtutis, & gloriæ æternæ ignorant: Ideò & quaſi ex contemptu addiderunt: *Et quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum?* O inſenſati qui quaſi bruta nihil aliud niſi paſtum ſequuntur, & caducis, vaniſque paſcuntur; atque inſtar vulgi in errorem labuntur; cogitantes (vt vulgus) amicitias vtilitate probari, & errant.

e Ibid. v. 18. 211 Verum iſtis loquens Dominus ait, e *Conuertimini, & videbitis quid interſit inter iuſtum, & impium: inter ſeruientes Deo, & non ſeruientes ei*. In quo differant iuſti ab impijs, quiſq; mente peruoluere debet, & facile reperiet iuſtos non eſſe *Hoſpites, & aduenas,* *Iuſtorum & impiorũ differentia.* *ſed ciues Sanctorum, & domeſticos Dei*. Qua ratione dixit D. Paulus ſcribens ad Coloſſen. *f Cap. 1. 12.* f *Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ*. Ecce quomodo vani non ſunt, qui ſeruiunt Domino, eos enim à tenebris ignorantiæ infidelitatis, & peccatorum, atque inferni, qui inde conſequitur, & de poteſtate diaboli, qui his omnibus dominatur, & præſidet, liberauit: Atq; a tali, & tanta tenebrarum tyrãnide ereptos in lucidiſſimum Chriſti regnum tranſtulit, propter quod omnes cruces, & mortes animosè tolerandæ ſunt; quod eleganter docuit D. Chryſoſtomus dicens: *Quid dicis homo? Ad regnum vocatus, ad regnum filij Dei, & oſcitabundus es totus, ac deſidum more ſcalpis, & torpes? Si namque ſingulis diebus, vel in mille mortes inſiliendum fuiſſet; an non omnia ferre oportebat? At qui principatus gratiam nihili non faceres, cum verò conſors futurus ſit regni vnigeniti Dei non abijcies te, vel in mille gladijs, non inſilies ignem? At tu luges etiam, quod habiturus hinc es, & præſentibus libenter immoraris plus æquo corporis curam agens. Quid nam hoc eſt? & mortem etiam horrendum quid eſſe putas. Horum verò cauſa ſunt delitiæ, & vitæ remiſſio; Alioqui qui vitam viuit acerbam auolare quoque vellet, & ab hac vita liberari, &c. Nunc verò idem patimur, quod euenit auium pullis pigreſcentibus, ſemperque in nido manere cupientibus. Illi quantò diutius hæſerint, tanto redduntur imbecilliores. Nidus enim quidam eſt præſens hæc vita ex feſtucis, & luto compactus. Et ſi magnificas mihi oſtenderis ædes etiam ipſas Regias auro multo, & lapidibus pretioſis ſplendidas; nihil tamen illas ab hirundinum nidis differre putabo. Ingruente namque hyeme cadent omnia ſponte ſua.* Hæc fatentes experiuntur, qui Deo ſeruiunt, quippe qui ad regnum Chriſti conſequendum, vndequaque laborãt, qui verò Deo non ſeruiunt temporalia mala patientur, & æterna.

Exemplum ſit in Ægyptijs, eorumque Rege; qui à Deo aquis, cæteriſque creaturis imperante, aquis primò flagellati, aquis tandem ſuffocati fuere. Adducam in primis ad hanc veritatem demonſtrãdam, quod de Ægypto, & Pharaone dixit Iſaias Propheta. g *Nunquid tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti Dragonem? Nunquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis, qui poſuiſti profundum maris viam, vt tranſirent liberati?* *g Cap. 51. 9. In Maria Deus puniuit impios & ſaluauit pios.* Sed quis eſt (dices) ſuperbus ille percuſſus? & qui ſunt illi liberati tranſeũtes per viam maris? Conſtat ex ipſomet textu abſque exponente: clarè enim arbitror Iſaiam vocaſſe ſuperbam Ægyptum, Regem ſcilicet, & ſubditos vitio ſuperbiæ notatos ſecundum id, quod dixit Dauid. h *Memor ero Raab, & Babylonis.* *h Pſ. 88. 4.* vbi Hieronymus traduxit. *Memor ero ſuperbiæ,* (& Chaldæus) *Memorare faciam laudes tuas Ægyptios & Babylonios*. Vocat ergo Pharaonem ſuperbum, & ſuperbam Ægyptũ, quoniam vt Theodoretus ait: *Materia pſalmi de Pharaone, & Ægypto loquitur. Tu humiliaſti, ſicut vulneratum ſuperbũ in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos* i At verò illi, qui liberati ſunt, intelliguntur Hebræi *i Eod. pſ. v. 12.* quibus præbuit mare diuiſum, vt ſicco veſtigio tranſirent: & in vtriſque ſcilicet amicis & inimicis diuina non ſolum omnipotentia floruit, ſed etiam ſapiens eius prouidentia, qua diſpoſuit quomodo mare diuerſimodè erga vtroſque ſcilicet amicos, & inimicos ſe-

gere-

Digitized by Google

gereret erga illos, vt ingreſſi liberi euaderēt, & erga illos vt ingreſſi mortem ſubirēt. Teſtis ſit Salomon, aut certè, Spiritus S. per os eius, dum inquit. k *Ducebat illos ad hunc finem digna neceſſitas, vt quæ deerant tormentis repleret punitio; & populus quidem tuus mirabiliter tranſiret, illi autem nouam mortem inuenirent.*

k Sap cap. 19. 4.

212 Pharaoni ergo tam audaciter dicenti: *Neſcio Dominum, & Iſraelem nō dimittam;* Licebit dicere: vbi ò Rex ſuperbe, & arrogans, currus tui ſunt, vbi equites, pediteſq́; ? Flante Deo ſummerſi ſunt. Vbi nunc ò Pharao ſceptra tua, tuaq́; caſtra ? vbi vox tua, non agnoſco Dominum? Hebræorū infantes merſiſti, & aquarum creatorem exprobraſti, nunc ipſe in mari rubro mergeris, & in ſanguine tuo mergeris, tecumque omnes Ægyptij comites iam tui ad ſcelera perpetranda, ad pœnam iuſtiſſimo Dei iudicio etiam comites fuere; *Deſcenderunt in profundum, quaſi lapis*. Tranſeuntibus enim per mare Hebræis ſicco veſtigio; tunc Ægyptij illos inſequentes auſu quodam temerario, ſic fœliciter ſibi pertranſire credebant. Verum ſerui Dei portum aſſecuti, illi ſummerſi remanſerunt. Nam *fugientibus Ægyptijs occurrerunt aquæ & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus*: l Vnde Ioſeph dixit: *Acceſſerunt, & imbres de Cælo, & aſpera tonitrua fulguribus ſimul intermicātibus: Fulmina quoque deferebātur, nihil omninò deerat eorum, quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti ſolent. Nox quippe caliginoſa nimis, ac tenebro eos comprehendit, atque ita totus ille exercitus deletus eſt, vt ne nūcius quidem cladis domum reuerteretur.*

Superbia pœna.

l Ex. 15. 27.

Negantes Dominum ſuffocat aquis Deus.

Didiciſſe debuerant ex præcedentibus flagellationibus diuina non contemnere monita, nec tam temere illa proferre verba: *Neſcio Dominum*. Sed quia illa temeritate non obſtante præſumpſit Iſraealitis imperare abnegans ſe habere Dominum, qui poſſet ſibi præcipere velle ad dimittendum populum annuere, Ideò: *Fluuius ſubuertit fundamentum eorum*. Vt ait Iob: m Fluuius idelt mare, quod Moyſes appellauit vndam fluentem: *Stetit vnda fluens;* n Idque verum eſſe ſuadet illud Dauidis: o *Tu ſiccaſti fluuios Ethan*. Vbi de mari rubro loquitur, vt ait Genebrardus. Et illud Iſaiæ. p *Væ terræ Cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, &c.* Itaque per fluuium ſubuertentem fundamenta eorum mare intelligitur, vbi exterminati ſunt omnes, tantæque ruinæ cauſam reddidit Spiritus Sanctus in libro ſapientiæ dicens: q *Dum perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, vinculis tenebrarum, & longæ noctis cōpediti incluſi ſubiectis fugitiui perpetua prouidentia iacuerunt* (& ſubſequitur) *dum putant ſe latere in peccatis tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt*. Qui ergo impiè negāt ſe noſſe Deum per fortitudinem brachij ſui flagellati remanſerunt, vt ſciant, quia vltor verus Neptunus peccatores ſuffocat aquis.

m Cap. 22. 16.
n Ex. cap. 15. 8.
o Pſ. 73. 15.
p Cap. 18. 1.
q Cap. 17. 2.

213 Mente etiam reuoluāt quod factum eſt in illo vniuerſali diluuio, quādo vt legitur in Geneſi. r *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ Cæli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta noctibus*. Iam damnatum fuit genus humanum ſimul cum ſuis opibus quibus in contumeliam ſui largitoris Dei fuerat abuſum; diluuio humanæ ſcilicet ingratitudinis ſupplicio, quo tandem omnis caro conſumpta eſt, puniuit; ijs tantum exceptis, quos Deus clauſit in arca, vt ſecuros eos faceret, nè vel ex horribili aquarum inundantium aſpectu, vel ex totius generis humani ſubuerſione perturbarentur. Nam iuſtorum animæ magnam compaſſionem habere ſolēt cum aliorum afflictiones vident; etiam ſi mali ſint, qui pereunt. Quod ſi hiſce dictis opponas illud Dauidis. ſ *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris*. Ex quibus verbis clarè poſſe inferri videtur, nullam iuſti ibi adeſſe commiſerationem; ergo lætatur non dolet in calamitatibus impiorum, & quod terribilius eſt, imò crudelius, eſt quod lauet manus ſuas in ſanguine peccatoris: Reſpondet Bernardus ad primum hoc modo: t *Lætabitur non quod quadam immanitate crudelitatis in ipſa ſibi vltione complaceat: Sed quod modus ipſe pulcherrimus diuinæ ordinationis vltra quam credi poſſit iuſtitiæ zelatorem, & amatorem æquitatis oblectet*. Ad ſecundum ſic: *Planè non inquinabit in ſanguine, ſed lauabit: vt vnde ille cruentus magis inde iſte nitidior videatur. Vnde ille plus ſordet, inde iſte pulchrius eluceſcat*. Alieno ſcilicet malo edoctus, cautiorq́; & prudentior inde effectus. Ne igitur turbaretur Noë ex ſummerſione hominum, cum Deus clauſit de foris in arca, & reliquos cum temporalibus bonis, quorum amore Deum offenderant, aquarum diluuio puniuit. Audi Ambroſium: *Pereant igitur cum homine omnia, propter quem nata ſunt omnia: in ſuis diuitijs conſumatur homo, cum ſua dote moriatur. Cantemus ergo Domino* (vero Neptuno aquis imperanti) *glorioſè enim magnificatus eſt equum, & aſcenſorem deiecit in mare:* Oſtendit contra Pharaonem, & Ægyptios fortitudinem ſuam, & contra totum genus humanum manifeſtauit iram ſuam; nam præualentibus aquis ſuper terram vniuerſi homines, & cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ erat in terra, mortua ſunt. Ecce quàm magna erat vlciſcentis Dei indignatio.

r Cap. 7. 11. 12.

Iuſtorum pietas erga miſeros.

ſ Pſ. 57. 11.

t Ser. 8. in pſ. Qui habitat.

Noe cur à Deo clauſus fuit in arca.

214 Sed quo perueniet ira tanta, & furor? durabit ne in æternum? Non equidem, etenim ipſemet poſt diluuium dixit: u *Ponam arcum meum in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram*. Sed quis eſt, qui arcum poſitit? Amor; Et quare illum poſuit? vt diluuium poſt hac prohiberet, & quid arcus ille ſignificat, aut qua via iratum Deum obſtringere poteſt, ne vlterius diluuium immittat? Reſpondeo, quod arcus, quem ſuum Deus appellat, iris Cæleſtis eſt, quæ varijs depicta coloribus à nobis inſpicitur. Vnde Virgilius: x

Ergo iris roſeis per Cælum roſcida pennis
Mille trahit varios aduerſo ſole colores.

u Gen. 9. 13.

Iris cæleſtis eſt arcus in nubibus.

x Æneyd. 4.

Verum percontor quomodo poterit arcus, ſeu iris aquarum diluuium non amplius futurum ſignare? Cum etiam ante diluuium fuerit iris; nec eo tempore diluuium prohibuerit? Creſcit difficultas, quia proprium eſt iridis eſſe naturale ſignum roridarum nubium, & conſequenter futuræ pluuiæ, quod certè tum ex literis diuinis, tum ex humanis patet. Ex diuinis teſtatur Iob dicens: a *Nunquid ſcis quando præcepit Dominus Deus pluuijs, vt oſtẽderent lucem nubium eius.* Per ly *lucem*, intelligit arcum; Nam quid aliud eſt iris niſi lux Solis in nube rorida: Sic enim definiunt iridem Phyſici, dicentes: *Iris eſt arcus multicolor in nube rorida, opaca, & concaua ex radiorum Solis oppoſiti reflexione apparens oculis ſpectantium.* Idque ſi confirmare libuerit ex Seneca habebimus magnarum aquarum copiam iridem ſignificare. Ait enim ille: b *Arcus à meridie ortus magnam viã aquarum vehit; ſi circa occaſum refulſit, rorabit.* Hiſque prælibatis alia ex humanis literis teſtimonia, non deſunt; Nam Ouidius poſuit hæc: c

a c.37.15. *Iris quid ſit & an pluuiam vel ſerenitatem innuat.*

b *Lib. de nat.99.c.6.*

c 1.*Met.*

Concipit iris aquas, alimentaque nubibus affert.

Et Lucretius in vnum copulat iridem, tempeſtatemque dicens, lib. 6.

Hinc vbi Sol radijs tempeſtatem inter opacam.
Aduerſa fulſit nimborum aſpergine contra
Tum color in nigris exiſtit nubibus arqui.

215 Si ergo tempeſtas aquarum iridi coniungitur, quomodo ferre ſecum poterit ſignum prohibendi diluuium? Non aliter meo videri, niſi quia iris Chriſtum ſignificat, per quem Deus ſibi mundum reconciliauit: Tum quia ſicut in iride triplex color apparet, ita & in Chriſto triplicem colorem fuiſſe fatemur; fuit enim in ipſo color cærulus ideſt cœleſtis per orationem aſſiduam; fuit, & viridis per gratiarum, & virtutum florem; fuit denique rubicundus per ſuum in Cruce ſanguinem effuſum. Tum etiam quia vt exponit Gloſſ. *Per iſtum arcum ſignificatur Chriſtus, in quo eſt forte lignum, & mollis chorda, per quã ſignificatur virtus diuinitatis, & fragilitas humanitatis, & ſicut in arcu chorda mollis flectit lignum, ſic in paſſione humanitatis flexus fuit rigor iuſtitiæ, & ſeueritatis.* Amor igitur fecit iridem ſymbolum eſſe Crucis Chriſti. In Cruce enim quaſi in arcu extentus Chriſtus validiſſimas amoris ſagittas ſurſum ad Deũ Patrem eiaculatus eſt, quibus vt noſtri miſereretur, noſtraque peccata remitteret, cor eius vulnerauit: quin etiam vt nos ſibi in filios, & hæredes adoptaret. Sicque remanſit verus Neptunus ſuo ab Amore Tridente ſpoliatus.

Iris, & cœleſtis arcu Chriſtum ſignificat.

Videbatur certè Deus vltionum terribilis, & ſeuerus; Sed ſi tanta ſeueritate vlciſcebatur; ſi rigorem iuſtitiæ oſtendebat, & mundum aquis inundans ſuam iram manifeſtabat, vbi nunc Ira furor, & indignatio? Non amplius experitur, quia ſurrexit Amor, & Deum ita placauit, vt ad inſtar nubis turgẽtis pluuiamque indicantis ſemetipſum in Cruce ad occaſum expoſitum ſeueritatem nobis attulit, obtulitque; nam & Serenitas per iridem indicatur, vt ex Seneca diximus, & Valerius Flaccus comprobauit dicens. d

Deũ vltionum placauit amor.

d *Lib. 1. Argu naut.*

Emicuit reſerata dies, Cœlumque reſoluit.
Arcus, & in ſummos redierunt nubila montes.

Itaque aquæ illæ, quæ ſigna erant ſeueritatis, & iuſtitiæ, præbuerunt nobis amoris indicia; Sed Verbum incarnatum, contra quod fortiter præliabantur, occiderunt. Ideo ore Dauidis dicebat. e *Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* Quæ verba expendens Auguſt. dixit: *Aquæ ideſt turba, quæ præualuerunt occidere Chriſtum.* Interfecit omnem carnem diluuio Deus: Et diuinus Amor Iudæorum eluuione interfecit Chriſtum? Non pepercit irrationabilibus creaturis Deus, ſed inculpabiles puniendo, ſe terribilem, ſeuerumque manifeſtauit; Amor autem vertit erga ſe iram, amor inquam, quo proſequebatur homines, & datus eſt arcus Crucis in ſignum miſericordiæ. Fortis erat Deus, ſed fragilis vt ita dicam ad moriendum, & flexus ad miſerendum, quia in paſſione humanitatis flexus eſt rigor iuſtitiæ, & ſeueritatis. Quis hoc fecit? Amor, qui ab eo abſtulit Tridentem atq; imperium. Quod habebat in aquis iſſque ipſum oppugnauit. Et dum iſte Neptunus priuatus Tridente apparuit, abſcondita videbatur diuina fortitudo, quę ab Amore creaturarum fuerat victa. Sed in eo, quod vinci permiſit à ſuomet amore, violentiam demonſtrauit Amoris. Iuxta illud: *Abſcondita eſt fortitudo eius* (ideſt cum Septuag.) *& poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ, &c.*

e *Pſ.68.2.*

Spoliatur potentia Deus ab amore vt tridente Neptunus.

CAPVT XVIII.

Proſequitur Amoris Chriſti imperium, velut alter Cupido ſupra Iouem.

216 DEus, in hac ſerie vltimo loco inter alios Deos fabuloſos, poſitus; Iupiter eſt, quem principem locum inter alios Deos habere fabulantur Poetæ Gentiles, illiuſque fortitudo quanta ſit, in verbis illis apparet, nempe; *Fortis in fulmine dextra Iouis.* Deum ergo Iouem ſupremum vocarunt, & datorẽ omnium bonorũ eo quod viros bonos multis, varijſque beneficijs proſequeretur temerarios autem, & ſceleſtos per calamitates, & bonorum iacturam ad meliorem vitæ rationem aliquando reuocaret. Ideo Sophocles in Trachinijs fortè dixit: *Cœleſtis omnium parens eſt Iupiter.* Et non hominum ſolum, ſed etiam Deorum Patrem appellauit Heſiodus (*in Theobonea*) eo quod exerceat omnium rerum dicitur Rex vt patet ex his carminibus.

Chriſtus vt cupido Iouem amore ſuperat Deum.

Omnibus haud placuit Saturni Iupiter ille.
Impe-

Digitized by Google

Imperio ſuperos, qui regit, atque homines.

Iſte namque Iupiter, qui omnibus hominibus bona contulerat, apparuitque aliquando (vt fabulantur Poetæ) indignatus grauiter, contra eos, qui contra ſe ipſe Deus omni temeritate pugnare videbat. Etenim inſidiatoribus minimè caruit, vtpote qui regnum per vim potitus fuerat, regno etiam ſpoliaretur. Ægeon Iouis exemplo inuitatus vna cum cæteris gigantibus illum è regno depellere conatus eſt: cui centum manus erant, capita quinquaginta, & magnitudine corporis reliquos omnes mortales antecellebat, ignemq; ex ore eructabat, vt teſtatur Virgilius lib. 10. dicens:

A Ioue detruſus Ægeō in Ætna, inde mons flammas eructat.

Ægeon qualis centum, cui brechia dicunt
Centenaſque manus quinquaginta oribus ignem.
Pectoribus arſiſſe: Iouis cum fulmina contra,
Tot paribus ſtreperet Clypeis, tot ſtringeret enſes.

Sed Iupiter contra hunc velut audacem, & temerarium, ſuam exercuit potentiam; Idcirco ſub Aethna monte fuiſſe ab ipſo fulmine detruſum, fabulantur; qui quoties latus moueret, Aethna flammas ingentes eructaret, vt Callimachus in lauacrum Deli ſcribit.

Monte ſub Aethnao veluti, cum conditus olim
Perpetuis flammis vſto vult vertere feſſum
Igne Gygas Briareus latus, interiora mouentur,
Fornaceſque fremunt forcipe maſſam
Vertit opuſque ſimul.

217 Sed verus, & non fabuloſus Iupiter, Deus verè ſummè Deus, ſummè omnipotens, quē extra non eſt alius Deus. Siquidem cæteri omnes fabuloſi ſunt, nulliuſque potentiæ, vt ipſimet Gentiles cognouerunt, quando *Ignoto Deo* erigebant aram. Quod referens Paulus ſe Athenienſibus dixiſſe, ait. f *Videns ſimulachra veſtra inueni, & aram in qua ſcriptum erat: Ignoto Deo.* Sed quare Ignotum Deum appellabant? Oecumen. multa dicit; variaque vt explicet, quare dicebatur Ignotus Deus, & cur illum colebant ignotū? Inter alia ex aliorum ſententia inquit: *Alij dicunt peſtem quondam Athenis graſſatam fuiſſe, adeoque illos exuſiſſe, vt neque ſindones tenuiſſimas poſsēt tolerare Cum igitur colerent eos, qui apud ipſos Dij habebātur, nihil adiumēti ſenſerunt. Intelligentes itaque quendam fortaſſis eſſe Deum, quem ipſi abſque honore relinquiſſent qui peſtem immiſiſſet, nouam extruxerunt aram, ac inſcripſerunt: Ignoto Deo. Cum ipſi ſacrificaſſent, ſtatim curati ſunt.* Vel vt alij Patres dicunt à Iudæis fortaſſe acceperunt Athenienſes Deum verum eſſe inuiſibilem, abſconditum, ſublimem inacceſſum, & incomprehenſibilem; Ideoque illi aram ſtatuiſſe hoc titulo, *Ignoto Deo*, & ab ipſo ſperabant obtinere, quod alij nequibant cogniti eorum exiſtimatione tanquam Dij.

f *Act.* 17. 25.

Athenienſ. à peſte liberati ignoto Deo ſacrificantes.

Et rectè quidem cum prorſus inuiſibilis ſit Deus, ſuperat enim mentis aciem, & naturæ. *Quia illi* (ait Seneca) g *Tanta ſubtilitas & claritas eſt, quantum conſequi acies humana non poteſt, & quia in ſanctiori ſeceſſu maieſtas tanta delituit.* Dicitur etiam immenſus quia vbique eſt; Infinitus in ſapientia, in potentia, & cæteris omnibus attributis Vnde Seneca eodem loco inquit: h *Vis illum fatum vocare? non errabis. Hic eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia, cauſa cauſarum. Vis illū prouidentiam? rectè dices: Eſt enim cuius conſilio huic mundo prohibetur, vt inconcuſſus eat, & actus ſuos explicet Vis naturam vocare? Non peccabis: Eſt enim ex quo nata ſunt omnia, cuius ſpiritu viuimus. Vis Mundum? Ipſe enim eſt totum quod vides, totus ſuis partibus inditus, & ſe ſuſtinens vi ſua.* Dicamus ergo Deos omnes vanos fuiſſe; Nam non eſt alius Deus, præter Deum noſtrum; vt optimè Auguſtinus ad intentum dixit: i *Quid enim eſt Deus meus? quid rogo niſi Dominus Deus? Quis enim Deus præter Dominum, aut quis eſt præter Deum noſtrum? ſummè, optime potentiſſime, miſericordiſſime, & iuſtiſſime, &c.* Hoc tantum ex Ioue deſumimus, quod ſub nomine Iouis Deum noſtrum intelligimus expreſſiſſe Poetas. Nam Lucanus dixit lib. 2.

g Libr. 7. nat 9, c. 31

h *Cap.* 45.

Deus deſcribitur à Seneca cū ſuis attributis.

i

Iupiter eſt quodcunque vides, quodcunque moueris (&) Iouis omnia plena.

218 Virgilius quoque 4. Georg. ait:

——— *Deum nanque ire per omnes*
Terraſque, tractuſque maris, Cælumque profundum
Hinc pecudes, armenta, viros genus omne ferarum
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſcere vitas.

Et ex vniuerſali dominio quod fabuloſè Ioui concedebant, dum illum Regem nominabant. Imperiumque ſuper omnia habere falsò credebant, veritatem in noſtro Deo expreſſerunt, vtpote qui verus, & omnipotens Deus Rex, & Dominus omnium eſt. Ad quod fortaſſe alluſit Dauid, dicens. k *Domine Deus meus magnificatus es vehementer.* ideſt (ait Auguſtinus) *agnitus es eſſe magnus.* Et ſi vbi, aut ex qua re eius magnitudo cognita ſit, ſcire cupis? Ecce ex ſequentibus: *Confeſſionem, & decorem induiſti amictus lumine ſicut veſtimento*; quaſi diceret, omnibus oſtendit, quam dignus ſit laude, & gloria ex eo, quod clara, ſplendidaque luce circundatus eſt, tanquam ditiſſima, regiaque veſte. Et pro maiori intelligentia ſupponendum eſt, quod apud antiquos mos erat Reges purpura veſtiri, in honoris, & gloriæ ſignum, & cum veſte cætera quoque Regis inſignia. Vnde cum iam mortuum Herodem Regem dabant ſepulturæ regijs inſignibus ornatum deſcripſit Ioſephus, inquiens. l *Eratque ipſe mortuus circumamictus purpureis veſtimentis, caput eius diademate coronatum: Sceptrum quoque in manu eius, velut ſi à viuo teneretur, erat appoſitum.* Et in actibus Apoſt. legitur. m *Herodes autem veſte Regia ſedit*

k *Pſalm.* 103 2.

Regis gloria ex purpureis veſtibus, &c.

l *Libr.* 18. *de bello Iudaico.*

m c. 12. 21.

pro tribunali, & concionabatur ad eos. Imò ſicut ex veſte regia Rex glorioſus videbatur, ita ſi veſte illa ſpoliatus conſpiceretur Rex inglorius æſtimaretur; quâ ratione inducta Michol ſubſannans aiebat Dauid. n *Quam glorioſus fuit Rex Iſrael diſcooperiens ſe.* Quaſi diceret minimè glorioſus fuiſti veſtem Regiam dimittens.

n 2. *Reg.* 6. 20.

Cum itaque ex veſte regia magnitudo, & gloria Regis agnoſcatur, optimè ait Dauid, deberi Deo noſtro laudem, & gloriam, quia non ſolum glorioſus erat, ſed etiam ſupergloriosus. Sic in Daniele vocatur à Pueris dicentibus. o *Benedictus eſt Deus Patrum noſtrorum: ſuperlaudabilis ſupergloriosus ſuperexaltatus in ſecula.* Sed quid iſta ſuperlatiua innuant inquires? Hoc ſcilicet, quod eſt tanquam veſtimento omni laude, ſplendore, & gloria circundatus. Accedat ergo cætus fidelium; appropinquet tota Eccleſia, cum preſſuræ, & calamitates nos atterunt, cum anguſtiæ, vndiq; nos turbant, tunc ad Deum gloria circundatum accedamus, ad quod faciendum inuitat Dauid, dicens. p *Afferte Domino filij Dei; Afferte Domino filios arietum: Afferte Domino gloriam, & honorem: Afferte Domino gloriam nomini eius; adorate Dominum in atrio ſancto eius, &c. Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit Dominus Rex in æternum.* Hoc eſt inundanti flagello peccatores quaſi in diluuio puniet ad vindictam eorum, & conſolationem bonorum, quibus dabit virtutem, & pacem, vt in bono roborentur, nec fluctibus tribulationũ ſuccumbant, ſed liberi ab omnibus procellis portum aſſequantur fœlicitatis; ideo ſubiunxit: *Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.*

o *c.* 13. 53.

Dei veſtis ſplendor & gloria.

p *Pſal.* 28. 1. 2. 9.

219 Sicut Dauid ad dandam vero Regi gloriam nos hortatur, ita & Paulus agnoſcens Deum ſupergloriosum eſſe ex natura, & attributis nos vehemẽter inducit ad illum glorificandum, dicens. q *Regi ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria in ſæcula ſæculorum; Amen.* Regem ſæculorum nominat in principio, vt innuat primum Dei attributum eſſe, quod ſit primum, & æternum ens, ac conſequenter omnium ſæculorum auctor, moderator, & Rex diſtributor. Et Diuus Dionyſius explicans qualiter dicatur, Deus æternus Rex ſæculorum, ait; *Ex eo quia eſt, ſæculum eſt, eſſentia, & ens, & tempus, & generatio, & quod generatur, & quod quomodocunq; ſcribit.* Dicitur etiam Rex immortalis, quia in ipſum neque corruptio cadit, neque mors, neque interitus, ac conſequenter nec vlla mutatio: Et ſolus immortalis eſt, quia cætera omnia, vt Angeli, & animæ rationales ſunt immortales quidem, ſed per participationem, & eorum immortalitas, quia non eſt naturalis, in voluntate tantum Dei eſt. Audiamus Auguſtinum. r *Immortalitatem Deus habere dicitur ſolus, quia eſt immutabilis ſolus. In omni enim mutabili natura nonnulla mors eſt ipſa mutatio, quia facit aliquid in ea non eſſe quod erat; Solus autem Deus immutabilis eſt.* Et inuiſibilis etiam dicitur, quia nullo modo naturaliter videri poteſt: indiget enim homo ſupernaturali lumine ad Deum videndum. Quod ſi ex aduerſo dixeris: ſcimus Deum lucem habitare inacceſſibilem, ſed nihil aliud viſibilius eſt ipſa luce; ergo non naturaliter inuiſibilis eſt, ſed tantum reſpectu potentiæ noſtræ, quæ propter imbecillitatem, & debilitatem in eminentem illam claritatem reſpicere minimè poteſt. Quare dicitur inuiſibilis Deus ſi ipſe habitat in luce, & ipſe eſt inacceſſibilis lux, iuxta illud Ioannis. ſ *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ?* Reſpondet Oecumenius. t *Vides, quod dum magnum aliquod* (nempe Dei) *dicere volumus lingua impotens efficitur? inacceſſa verò dicitur, ad quam nemo ad vehementem ſplendorem poteſt accedere.* Metaphorica locutio eſt; dicere lucem habitat, pro ipſe eſt lux inacceſſa. Eodem modo illud Dauidis. u *amictus lumine ſicut veſtimento.* Si Deus lux eſt, ipſe ſibi eſt veſtis, & omnia. Ideo videri non poteſt, quia nullus hominum oculis corporalibus videt Deum, nec videre poteſt dum viuit; Sed ſolum beati lumine gloriæ illuſtrati vident, quia iam mortales non ſunt, ideoque vident. Et quod ipſis eſt lux, nobis eſt obſcuritas, & cæcitas. Tandem honor, & gloria debetur huic Regi immortali, & inuiſibili, cui proprium eſt ſuper omnia ſæcula regnare, & omnibus tum cœleſtibus, tum terreſtribus imperare.

q 1. *Ad Thim.* 1. 17 *Regis titulum in Deo explicatur.*

r *Li.* 3. *cõt. Maximin.*

Cur dicatur immortalis, & inuiſibilis.

ſ *Epiſt.* 1. *cap.* 1.

t *Cap.* 17. *in fine.*

u *Pſalm.*

220 Notum quoque eſt Antiquos Iouem dixiſſe Deorum Patrem. Sed paternitatis titulum alteri per excellentiam minimè quadrare poteſt, niſi vero Deo, cæteris vero non niſi per participationem: Etenim Paulus ad Epheſios dixit. x *Vnus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Vbi Diuus Hieronymus legit. *Qui eſt auctor omnium.* Cum maieſtate creationis connectit prouidentiam. (*Et per omnia:*) Theodoretus, & Chryſoſtom. *Prouidens ſcilicet, & gubernans.* Hieronymus; *Tranſcurrens, vadenſque per omnia* (& in omnibus) Hieronymus; *Quo nihil abſque eo eſt.* Chryſoſtomus; *Inhabitans, propterea, & ſuam domum curans.* Iſte ergo Deus vocatur Pater ex creatione, & ex prouidentia; qua omnia regit, & gubernat. Et ſi olim antiqui Iouem appellabant Patrẽ; fuit, quia rerum omnium eum dicebant principium, exiſtimãtes quod Iupiter omnia formauerit, ipſeque cunctis breuem, aut diuturnam tribuerit vitam. Vnde Aratus in principio Aſtronomicorum, inquit:

Ab Ioue principium: Mortales tempore nullo
Prætereamus eum. Loca ſunt hæc plena viarum.
Sunt fora plena; ſimul ſunt plena marmoris vnda
Et portus; ſit vbique Iouis, nam copia cuique.

Hinc Bithynos populos (vt Arrianus in Bithynicis refert) in cacumina montium aſcendere conſueuiſſe, memoria eſt. Et, *Iouem* Pap-

Cap. 4. 6. *Pater Deus à quo omnis paternitas.*

Iouem pappam ſalutare quid.

Pap-

Digitized by Google

a *In Metopon.* *Pappam ſalutare*. Scytas autem ait Herodotus eum appellabant: a *Iouem pappeum.* Denotantes vniuerſitatem hanc rerum à Ioue produci,& gubernari. Simile argumentum proſequutus Orpheus dixit:

Iupiter omnipotẽs eſt primus,& vltimus idẽ
Iupiter eſt caput, & medium: Iouis omnia munus:
Iupiter eſt fundamen humi, ac ſtellantis Olympi.

Et ideo appellatus eſt Iuditer, quia vt Calepinus ait à principio vocabatur Iouis à iuuando,ſed poſtea Iupiter,quaſi iuuans Pater: Sed hoc paternitatis titulo verus Deus honorandus eſt,ipſumq; Patrem habere gloriari oportet: Et cum Iſaia exclamare. b *Tu enim*
b *Cap.63.16.* *Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos. Tu Domine Pater noſter, Redemptor noſter.*

221 Nec ſolũ Deus Pater eſt,ſed ab eo omnis paternitas deriuatur. Etenim Diuus Hieronymus expendens illud Apoſtoli: nempe, c *Ex Deo omnem paternitatem nominari in*
c *ad Eph. cap.1. Deus eſt creaturarũ Pater.* *Cœlis, & terra* (ait) *Paternitatis nomen ex ſemetipſo largitus eſt omnibus. Sicut enim ſolus bonus dicitur; ita & ſolus Pater, qui Creator eſt omnium, & vniuerſorum cauſa ſubſtãtia præſtat cæteris, vt patres eſſe dicantur.* Sed ſi curioſius inquires; cur hoc nomen ita ſublimius, & excellentius comperat Deo? & cur creaturarum Pater dici poſſit, ſi creaturæ ab eo genitæ non ſunt? Reſpondeo: Quod ſicut Pater dat filijs vitam, & ſubſtantiam; ita Creator omnium Deus, qui eſt omnium creaturarum principium, eſt etiam totius eſſe, & vitæ,& ſubſtantiæ fons, & origo;& ſicut Filius ſimilitudinem affert Patris, ita ſingulæ creaturæ ſecundum aliquem gradum ſimilitudinem quandam diuinæ entitatis, & ſubſtantiæ ſecum afferunt; vt docent Theologi, cum Diuo Thoma, qui ait: d *In creatura filiatio reperitur reſpectu Dei*
d *p.1.q.33 art.3.* *non ſecundum perfectam rationem, cum non ſit vna natura creatoris & creaturæ,ſed ſecundum aliqualem ſimilitudinem, quæ quanto perfectior fuerit, tanto propinquius acceditur ad veram filiationis rationem. Dicitur enim Deus alicuius creaturæ Pater propter ſimilitudinem veſtigij tantum, vtpote irrationalium creaturarum, ſecundum illud Iob.* e *Quis*
e *c.38.28.* *eſt pluuiæ Pater? aut quis genuit ſtillas roris? Alicuius verò creaturæ ſcilicet rationalis, ſecundum ſimilitudinem imaginis: Secundum illud Deuteronomij.* f *Nonne ipſe eſt Pater*
f *c.32.6.* *tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? Aliquorum verò eſt Pater ſecundum ſimilitudinem gratiæ, qui etiam dicuntur filij adoptiui, ſecundum quod ordinantur ad æternæ gloriæ hæreditatem per munus gratiæ acceptum; Secundum illud Romanorum octauo.* g *Ipſe*
g *c.8.16.* *Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod ſumus filij Dei ſi autem filij, & hæredes. Aliquorum verò ſecundum ſimilitudinem gloriæ, prout iam gloriæ hæreditatem poſſident. Secundum illud Roman.* h *Gloriamur in*
h *cap.5.4.* *ſpe gloriæ filiorum Dei.* Hęc omnia D.Thom. Ex hac Doctrina clarè patet præcipuum gradum ſimilitudinis naturæ diuinæ illum eſſe, quo filij Dei efficimur per gratiam,& diuinæ naturæ conſortes, vt dixit Sanctus Iacobus Apoſt. i *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* i *Cap.1.18. Filij Dei efficimur per gratiam.*
Hoc eſt inter cæteras creaturas, quarum cõmuni ratione Pater eſt, non præcipuè filios dici,& verbo veracis fidei generari, voluit, ac charitatem ſuam noſtris cordibus infudit, vt quaſi ſemine ſati in filios Dei generaremur. Benignitate ergo ſua, qua nos veluti genuit creando, fouet protegendo, & conſeruat prouidendo, filij ſimus. Hinc non ineptè cogitarunt illi, qui dixerunt in patris nomine claudi aliquid diuinum: ita vt concludere valeam idem eſſe hoc, quod dicitur Deus, ac Pater. Idque ſapienter docuit Philo,in principio quarti præcepti: *Honora patrem tuum*: dicens. *Præceptum eſt de honorandis parentibus ſitum in duarum tabularum confinio, cum enim in prima ſit vltimum coniungit ambas: quod ideo factum arbitror,quia parentum natura videtur mortalis, & immortalis eſſentiæ confinium,mortalis propter cognationem cum hominibus, & cæteris animantibus, & propter corpus corruptibile,immortalis verò quia gignendo refert Deum genitorem omnium.* Ideò magna cum elegantia dixit Origenes. k *Nomen Patris grande myſterium eſt,nomen matris grandis reuerentia eſt.* k *Hom.51. in Leuit.*

222 Sed nunquid (dices) Deo tribuendum eſt nomen Patris ob myſteriũ,&ab eo tollenda reuerentia? nec fruſtra dubium agitari poteſt, nam ratio dubij eſt, quia ſi nomen matris magnam affert reuerentiam; Deus, qui mater non eſt, reuerentia illa priuandus erit? Abſit, nam omnis reuerentia illi debetur,cum Pater ſit,& Mater; vt fuit etiam Iupiter Patris, & Matris nomine honoratus. Sic eum vocauit Valerius Soranus auctor vetuſtus in his carminibus, prout legit Ludouicus Viues:

Iupiter omnipotens Regum, rerumque Deumque *Deus dicitur matris pater.*
Progenitor, genitrixque Deum Deus vnus, & omnis.

Et Orpheus:

Iupiter, & mas eſt, & neſcia fœmina mortis.

Credebant enim aliqui Solem eſſe Iouem,& vtrumque matripatrem vocabant,ſed potius fœminam immortalem dicebant eum quatenus ipſe eſſet mundi anima, quæ habeat in ſe facultatem producendi omnia. Nunc autem hæc omnia ad Deum noſtrum referens, non eſt in ipſo ratio ſexus inueſtiganda,& perquirenda, cum ſit omni ſexu magis perfectus,& omnibus rebus creatis ſuperior, omnibuſque imperans: Sed vtriuſque parentis vicem gerit etiam ſi vnius, Deus ſit, vis illa qua virtualiter continet in ſe omnium procreationem & generationem,vt pater creãs, vt mater conſeruans, fouens, & fauens eſt. Verum inde oritur difficultas cuius ſolutio erit digna ſcitu; Quid eſt in diuina natura in qua nihil non virile apparet, quod vicem, aut apparentiam mulieris habeat,& dici poſſit in

Digitized by Google

ſit in Mundi opificio, quod Deus matripater creauit? Tetigit hoc dubium Philo, cui eleganter ſatisfeciſſe arbitror, dicens. l *Rerum opificem patrem quoque ſuæ creaturæ iuſtè poſſumus dicere: Matrem autem ſcientiam ipſius, cum qua congreſſus Deus non humano more proſeminauit creaturam. Illa verò Dei ſemine concepto enixa eſt iuſto partu vnicum illum dilectum ſenſibilem filium mundum hunc. Quapropter a quodam diuino viro inducitur ſapientia de ſe ipſa loquens in hunc modum; Deus creauit me primam operum ſuorum,& ante ſæcula fundauit me; neceſſe enim erat, vt mater,nutrixq; omnium rerum creaturas omnes ætate antecederet.*

l Libr. de temulentia.

Sed curioſius inquiret aliquis, dicens, ſapientia eſt ipſius Dei Filia; Scimus enim ex Sacro textu, ipſam vocari primogenitam ante omnem creaturam, & conceptam fuiſſe quando nondum erant abyſſi? Si ergo concepta, & genita eſt; non ſponſa ſed filia dicenda eſt, & conſequenter nec mater rerum omnium? Verum totum quæſitum exemplo Adami declarandum eſt. Volens Deus primumq; parentem adiutorium ſimile ſibi ſe habere, nec inter creaturas iam productas illud inueniens ex eius propria coſta Euam formauit; ait Scriptura. m *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam; cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius,&c. Et ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem,& adduxit eam ad Adam.* Mitto quod ex hoc oſtenſum fuit futurum eſſe matrimonium indiſſolubile; & quod coniugium ſine concordia ſtare nequeat,& quod amoris vinculo,inter ſe coniuges nectèrentur.

m Geneſ. 2.21.
Eua filia dicitur, & vxor Adami.

223 Sed quod quærimus ex hac formatione habemus, etenim inter omnia quæ ibi conſideranda ſe offerunt; illud,& maximum, potiſſimumque eſt,quod mulier de viro ſumpta ſit; eratque conſequenter aliquid ſui, ideſt erat ex ipſius ſubſtantia procreata: & cum Filij ex communi ſententia ſint aliquid patris. Vnde Sanctus Chryſologus dixit. n *In Filio eſt ſubſtantia patris.* Videtur quod Eua prius fuit Adami filia, deinde eam coniugem habuit,& ex vtriſq; coniunctis totum genus humanum procreatum fuit; reſtat ergo luce meridiana clarius potuiſſe ſponſam, & vxorem eſſe eam, quæ antea alterius coniugis filia erat.

n Serm. 4.

Ad propoſitum itaque noſtrum; Sapientia diuina, iam erat primogenita filia ante omnẽ creaturam, ſed potuit deinde eam aſſumere Deus veluti coniugem ad producendas omnes alias creaturas. Explicat hoc luculenter Philo ex aliorum dictis, ſic. o *Primo, quia Ariſtoteles cognouit ſummam pulchritudinem ſed non vltra aſcendit. At Plato ab Ægyptiaca, vel Moſayca ſapientia inſtructus non ſolum ſummam pulchritudinem agnouit, ſed eius quoque originem, nimirum ſummum pulchrũ, quod ex Sacro textu accepiſſe credit*, eo quod vbi dixit Moyſes. *In principio creauit*: Chaldæus poſuit: *in ſapientia*. Et ex Hebræo, *Sapientia initium dicitur*: Et Salomon, quẽ vocat Moyſis interpretem, ait quod *Dominus ſapientia fundauit terram, & ſtabiliuit Cælos prudentia;* & ſubiunxit: *Dominus poſſedit me in principio viarum ſuarum.* Quibus præmiſſis dicit Philo: *Vias mundi creationem vocat: Quare primogenitam ſapientiam vocat,& quaſi filiam maximam, quæ deinde quaſi adiuuerit, vt coniux parentẽ in vniuerſi formatione.* Et hoc idem per allegorias nuptiarum oſtendere conatur dicens: *Summa ſapientia, & pulchritudo ſummi pulchri amore capta, & ex illo quaſi ex mare fœmina concepiſſe vniuerſum hoc, communem amborum progeniem, & vna cum ſingulis eius partibus mixta. Et ſicut ex Sole, vt mare, & ex Luna, vt fœmina in cæleſti regione ſe mutuo amore proſequentibus; omnia in hoc inferiori Mundo procreantur; Sic ſe habet ſumma pulchritudo cum ſummo pulchro in rerum omnium productione.* Ex his omnibus inferre non incongruè poſſumus; Deum non ſolum Patrem, ſed Matripatrem eſſe, nam ſi illi veluti in coniugem ſapientiam damus, ſeu pulchritudinem, quæ pro eodem ſumitur, ac ſapientia, & quidquid in Deo eſt ſit ipſemet Deus; conſequenter ipſemet eſt ſua ſapientia, ipſimet eſt veluti coniux ſibi, & dum munus vtriuſque coniugis efficit increando. Matri pater apparet omnium rerum creatarum.

o Dialog. 3. de amore

Sapientia veluti vxor Dei in creatione.

224 Cedat ergo Iupiter, qui & fabuloſus Deus, & Rex, & pater à gentilibus dicebatur, noſtro omnipotenti vero Deo, vero & ſupremo Regi, vero & amantiſſimo Matripatri, qui verè eſt pluſquam pater, & mater; Nam filij in creatis hominum ſcilicet aliorumq; animalium a parentibus ſeparati ſunt, & iam geniti, ab eis amplius nõ generantur, nec vitam accipiunt: Secus autem in Deo eſt, etenim cum eo ſumus omnes coniuncti loco, & operatione, quia immenſus eſt, & omnia replet, occupat,& penetrat; & aſſiduè ab illo pendentes ſumus, vt radius à Sole,& quaſi nos ſemper generat conſeruando, & iugiter influendo in nos vitam,& motum; omneque eſſe noſtrum: Et eſt quaſi aura, qua reſpiramus, & ita ſumus illi coniuncti phyſicè,& moraliter iungi debemus, vt quoties auram attrahimus, toties Deum attrahamus, cogitemus, & inuocemus, in quo ſicut in aura viuimus, mouemur, & ſumus. Audi Chryſoſtomum. p *Sicut impoſſibile eſt ignorare aerem vbique affuſum, & non longe ab vnoquoque noſtrum exiſtentem, ita profecto, & omnium opificem. Vide quomodo omnia illius dicit eſſe; prouidentiam eſſe illius, conſeruationem eſſe ab illo, operandi vim, actum habere, & non perire.* Et Diuus Auguſtinus. q *Pater noſter* (inquit) *Deus eſt in ſeipſo ſicut a, & o, in Mundo, ſicut rector, & auctor, in Angelis ſicut ſapor, & decor: in Eccleſia ſicut paterfamilias in domo: in animo, ſicut ſponſus in thalamo: in iuſtis ſicut adiutor, & protector: in reprobis ſicut pauor, & horror.*

Deus quomodo ſit in creaturis.

p *In Act. Apoſt. c.17.*

q *in Mat. 6.*

Attamen licet Deus verè nobis tot beneficia præſtet, quot & creaturis Iouem præſtare fabulabantur Gentiles, non deſunt Briarei, qui

aduerſus Deum pugnare contendant, non-minus,ac Ægeon,qui tot manibus, bracchijſque Iouem è regno expellere voluit, & quid enim fuit Pharao, niſi Briareus quidam, qui totis ſuis conatibus Deum niſus eſt oppugnare. Deſcenderat enim Dominus contra Pharaonem pugnaturus, vt populum ad ſacrificandum dimitteret in rubo ardenti, qui non comburebatur, vt ſe venire oſtenderet (vt inquit Dauid) r *In manu potenti, & bracchio excelſo*; & per ſuum nuncium, quē fecit ipſius Deum, nempe Moyſen dixit illi. *Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto*. Cui auſu temerario ſuperbum hoc præbuit reſponſum ille iniquus Pharao, ſeque nolle quod Deus vult, oſtendit, dicens: *Quis eſt Dominus? Iſrael non dimittam*. *Et leuauit manum ſuam Deus,cœpitque illum affligere, ac plagis circundare*, nec inde melior factus imò robuſtior in ſua malitia Deum ipſum perſequi & populum,arroganter paratus dicebat; *Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea; euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*. O Ægeon nefande, qui tot bracchijs contra Deum præliari auſus es. Non diſſimilis huic fuit ſuperbus ille Dux Nicanor,qui cum ferociter, & barbare facere voluiſſet de honorando diem ſanctificationis, fuit illi dictum: ſ *Eſt Dominus viuus ipſe in Cœlo potens,qui iuſſit agi ſeptimam diem*. Hæc narrantibus. Reſpondit: *Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri.*

r *Pſalm. 135.12.*

ſ *2. Macchab.15.*

225 O deteſtabilis impiorum arrogantia contra verum Deum Regem,& patrem tam crudeliter inſurgere, vt non ſolum ferocia verba proferant; ſed eum è regno expellere feſtinè curent, ſi poſſent; quod cum nequeāt effectu,non deſinunt affectu. Inſolentis hæc peccatoris audacia declaratur à Rege illo patientiſſimi Iobi amico Eliphaz ſecundum intelligentiam Diui Gregorij ponderantis, quam durum ſit bellum quod inter Deum, & peccatorem ſæpe inſpicitur; ſagittas ab arcu ſuæ pietatis contra peccatorem immittit Deus, dum ægritudine, alijſque laboribus eum vexat, quem ad ſe conuertere exoptat. Ait enim Eliphaz. t *Terrebit eum tribulatio,& anguſtia vallabit eum, ſicut Regem qui præparatur ad bellum*. Quaſi dicat: rebellem peccatorem Cœlum oppugnantem aſpiciens Deus, ponit à fronte obſidionem, circundat illum militibus ſuis,ſcilicet pœnis, & infirmitatibus,vt ſaltem ab incœpto malo deſiſtat. *Ideò* (vt legunt Septuag.) *anguſtia,& tribulatio ipſum compriment*. Vel (iuxta alios) *roborabuntur contra ipſum*. Sed nihilominus eò obſtinatio,& obduratio peccatoris peruenit, vt non tantum deſiſtere renuat, nolitque potentiori cedere; ſed ſi pœnæ roborantur contra ipſum, roboratur, & ipſe præliando contra Deum. Propterea ſubiunxit Eliphaz: *Tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo & pingui ceruice armatus eſt.* Verba hæc prorſus læthali veneno affecta, ſunt valdè notanda. *Tetendit*. Metaphoram ſumit à valentiori aliquo dicente ſuo competitori; vade, nè pugno, aut alapa à me percuſſus præceps cadere cogaris. *Leuauit manum ſuam peccator aduerſus Deum*. In hac extenſione, ſeu manum expanſione ad reſiſtendum Deo, robuſtum eſſe ſeſe oſtendebat. *Cucurrit aduerſus eum erecto collo*; Peccator per abruptam, & præcipitem, ſuperbamque mentem quando inſanus in audacia reſiſtit,& reſiſtendo non lentis greſſibus proceſſit. *Et pingui ceruice armatus eſt*. Per ſuperabundantem, & quaſi nimium affluentem ſuperbam temeritatem. Sic omnia perſtringit Gloſſa moralis. *Contra Deum manus tendere eſt in operatione praua deſpectis eius iudicijs perſeuerare: & contra omnipotentem roboratur,quia proſperari in mala ſua actione permittitur,qui erecto collo aduerſus eum currit, dum quæ creatori diſplicent,cum audacia perpetrat.*

t *c.15.24.*

Peccator quam temerariè bellū gerat contra Deum.

226 Sed num ſemper durabit peccatoris iniquitas, & nunquā de illo vindicabitur Deus? Non equidem, ſed in furorem, & iram verſa miſericordia interficiet peccatorem,quem,& ad ignem applicabit: Sic irruit in Pharaonem,quem cum toto ſuo exercitu ſuffocauit aquis: Sic occidit temerarium Nicanorem in illo eodem congreſſu quādo in contemptu Dei ſumi arma imperauit, tunc, & ipſe ruit cum alijs qui corruerunt triginta quinque millia, omneſque Deo ſic diſponente perierunt. Nec Deo ſufficit illos, alioſque conſimiles peccatores temporariæ morti tradere: Nam etiam Iupiter non ſolum hac luce audacem Briareum priuauit, verum flammis perpetuis addixit. Ita Deus, vt peccatores poſt hanc vitam, quam violenter ab illis eripit,perpetuo crucientur, ad ignem applicat. Etenim in inferno eſt ignis, & eſt perpetuus, quem leuantes manum contra Dominum manibus ſuis accenderunt, & manibus ſuis, Deus contra hos elatos, & ſuperbos homines eundem ignem ſuccendit. Ideò dixit in Iſaia. u *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis ambulate in lumine ignis veſtri,& in flammis, quas ſuccendiſtis de manu mea factum eſt hoc vobis,in doloribus dormietis*. Per ly *accincti flammis*, ex Hebræo habetur: *Accincti laqueis*, ſcilicet, *flammarum*. Et Iob ait. x *Manus illius reddent ei dolorem ſuum*. Vbi Sanctus Ambroſius vertit. *Manus eius erant dolores*. Et Septuag. *Ipſæ manus eius ſuccendant dolores*. Et Auguſtinus. *Manus eius ſuccendantur doloribus*. Vtriſq; igitur locis efficacia ignis oſtenditur, & punitio æterna.

Ignis, & pœnarum æternitas.

u *c.50.11.*

x *c.20.10.*

At dices quomodo poteſt intelligi id, quod manu Dei factum eſt fieri ab homine peccatore? *De manu mea factum eſt vobis*,dixit per Iſaiam; & quod manus propriæ peccatoris ſuccēdant dolores, dixit per Iobum, ab vtroque enim vnum, & idem quomodo fieri poteſt? Optimè quidem, & acutè vtrumque dicitur: Nam peccator ignem accendit peccando, & eadem manu, quam contra omnipotentem tetenderat ignem ſuccendit, & virtus

Ignis inferni & inextinguibilis eſt,& nō lucent ex gentilibus.

Digitized by Google

uitur. Et Deus manu ſua potenti tanquam ſupremus Iudex laqueis flammeis perpetuo circundat peccatorem, qui voluntate perpetuo peccauit, eaſque flammas ſibi copulauit.

227 Nec quia ignem audimus ad inſtar ignis noſtri credamus eſſe, cuius nutrimenta ſunt ligna quibus deficientibus extinguitur; nec illum ignem lucere, ſicut hic lucet arbitrari oportet: nam & inextinguibilis eſt, & perpetuo durat, minimeq; lucet. Quod non luceat, ſitq; in damnatis perpetua nox, etiam Seneca docuit, in Agomen. act. 3. dicens:

Ne hoc leuamen; denique ærumnis datum eſt.
Videre ſaltem, & noſſe, quo pereant malo:
Bramunt tenebræ lumina, & duræ ſtigis.
In fræna nox eſt.

Et tormenti perpetuitas oſtēditur ex fabula illa, quā de Promethæo affert Virgil. a dicens: Quod cum ille creſcentia viſcera tundebat, magis pullulabant, & ſæpius pullulantia retundebat, quaſi in infinitum.

a 6. *Æney.*

——————Roſtro immanis vultur ab vnco
Immortale iecur tundens fœcundaque pœnis.
Viſcera, rimaturque epulis, habitatque ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

Ex patrib. autē lucet ignis ſed ad damnationem nō ad conſolationem.

Verum D. Gregorius b aliquam damnatos ſcribit habere lucem; etenim inquit: *Illic ad conſolationem non lucet, ſed vt magis torqueat.* Et hoc idem affirmat Diuus Iſidorus dicens. c *Ignem gehennæ, ad aliquid lumen habere, & ad aliquid non habere; hoc eſt, habere lumen ad damnationem, vt videant impij vnde doleant, & non habere ad conſolationem, nè videant, vnde gaudeant.* Sed ignem non lucere, & in tenebris eſſe affirmant alij patres, vt Chryſoſtomus Epiſt. 5. ad Theodorū lapſum. Cyrillus Alex. oratione de exitu animæ. Proſper lib. 3. de vita contemplatiua cap. 12. Greg. lib. 9. moral. cap. 46. & alibi. Athanaſius quæſt. 112. Theodoret. in illud Pſalm. 96 *Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ.* Innocen. lib. 3. de contemptu mundi; cap. 6. & Ambroſ. lib 4. examer. cap 3. & ex ſacro textu probatur: Nam Iob agens de limbo vbi erant iuſti, vſque ad Aduentum Chriſti qui locus abſque vlla comparatione minus inferno eſt ingratus, imò reſpectu inferni eſt veluti Paradiſus; inquit: d *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine.* Ex Hebræo: *In terram tenebroſam ſuper tenebras terram miſeriæ, & tenebrarum vbi nullus ordo* (ideſt cum Septuag.) *Vbi non eſt lux, neque eſt videre vitam hominum.* Et ſic continuilia non deſunt loca. Sed dicamus, vt concilientur opiniones. Lucere aliquando ſic Deo volente, vt horribilem dæmonum præſentiam videant ad maiorem damnationem, quod forte innuerat Innocentius loco citato cap. 4. cum dixit; *Horribilis ibi viſio dæmonum, qui videbuntur in excuſſione ſcintillarum de igne aſcendentium.*

b *Libr.* 9. *moral. c.* 39

c *Lib.* 4. *de ſum. bono. c.* 31.

Non lucere affirmāt alij Patres. Conciliantur opiniones de luce, & obſcuritate ignis.

d *Cap.* 10. 20. 21.

228 Quomodo autem ſit perpetuus, declarat Chryſoſtomus, dicens. e *Cum audis ignem ne arbitreris eſſe ſimilem huic igni, accenſus enim deferueſcit. & mutatur, ille autem ſemel in flammam exurgens, ardet perpetuo nunquam intermoritur. Hic quidem non contingit vehementium pœnarum, & earum diuturnitas; altera enim cum altera pugnat propter corruptionem corruptibilis corporis. Immortalitate autem ſuccedente ſoluitur hæc pugna, & magna potentia nos in infinitum, vtraque mala poſſidebunt.* Et Sanctus Auguſtinus ait. f *Propterea inextinguibilis dicitur non ſolum, quia ipſe non extinguitur, ſed neq; eos, quos ſuſceperit, extinguet, aut perimet.* Et Theophilactus expendens verba illa Matthæi. g *Qui poteſt animam, & corpus perdere in gehennam* (ait) *Gehennam cum dicit, ſignificat perpetuam pœnam. Gehenna enim dicitur à ſemper naſcendo.* Peccator ergo dum hic contra Deum pugnare contendit theſaurizat ſibi theſaurum iræ, & vltra ea quæ patitur in hac vita, vbi dum velut alter diabolus incedit, filius eius factus eſt, qui (vt dicebat quidam) *gerit infernos ſub pectore flammiger ignes.* Patietur etiam in inferno ad mēſuram iniquitatis, quæ quidem, quia perpetua fuit, perpetuo cruciabitur. Nam vt doctè dixit Bernardus: *Sic ignis ibi conſumit, vt ſemper reſeruet; Sic tormenta aguntur, vt ſemper renouentur. Ardebunt miſeri in igne æterno in æternum, & vltra: Sic tamen morientur, vt ſemper viuant, & ſic viuent, vt ſemper moriantur.* Quod ex Gentilibus poetis Ouidius nouerat dicens.

e *Epiſt.* 5. *ad eundem Theod.*

Perpetuitas pœnarum in inferno.

f *Ser.* 1. *in Vigil. Pentec. c.* 18.

g *c.* 10. 28.

Apud ſcribam.

Sic inconſumptum Titij, ſemperque renaſcens
Sic perit, vt poſſit ſæpe perire iecur.

Et Virgilius:

Pœnas Radamantus in ipſo
Expetit introitu: mortem exercet inanem.

Ad hanc viuam in inferno mortem alludit Dauid cum dixit: *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Vt cuius* (inquit Gregorius) *vita mortua fuit in culpa, illi mors viuat in pœna.* Modus autem quomodo id fieri contingat deſcribit Lactantius ex ſimilitudine Titij, quem ex duobus vulturibus aſſiduè laniari, eiuſque iecur comedi finxerunt Poetæ, quod vbi ſemel fuiſſet conſumptum, tum denuo reuiuiſcit, ne immortalis pœnæ argumentum, ac fundamentum deficiat; iuxta illud Homeri: *Hinc, atque hinc vultur iecur immortale vorabat.* Sic in inferno euenire credit Lactantius dicens: h *Idem diuinus ignis vna, eademque vi, atque potentia, & cremabit impios, & recremabit, & quantum è corporibus abſumet, tantum reponet, ac ſibi ipſi æternum pabulum ſubminiſtrabit, quod Poetæ in vulturem Titij tranſtulerunt, ita ſine vllo reuiuiſcentium corporum detrimento aduret tantum, ac ſenſu doloris afficiet.* Hæc fuit Lactantij imaginatio, quæ non ita facilè mihi probatur. Sed affirmare potius mihi videtur, quod & alij fortaſſe melius dixere; nempe:

Perpetuitatis pœnæ ſimilitudo in Titio.

h *Libr.* 7. *cap.* 21.

omnes

Digitized by Google

omnes corporis partes incorruptibiles manere abſq; alicuius partis conſumptione, & reparatione. Deus enim ita conſeruat ignem, vt ſemper ardeat; ſemperq; damnatos cõburat, vt ſimul omnes partes in æternum comburentur. Inde S.Proſper de damnatis agens, ait: i *Non videndi ſenſum habituri ſunt, ſed dolendi: quorum continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor ſummus torquent animam, non extorquent, puniunt corpora damnata, non finiunt. Quos ideò ignis inextinguibilis ſibi deputatos non extinguit, vt permanendo ſentiendi vita, pœna permaneat.*

i *Lib.2.de vita cõtẽplat.c.12.*

229 Sed hinc oritur difficultas, qua ratione pœna, æternoque tormento punienda eſt culpa temporalis? Quomodo ſaluari poterit cũ hac iuſtitia, diuina miſericordia? Cur ita indignatur Deus, quod fere videatur excedens in puniendo? *Nunquid in æternum iraſceris Domine* (Proclamat Regius vates:) k *aut extendes iram tuam à generatione in generationem.* Ideſt in perpetuum. Cur Domine punis abſque fine finitam culpam? Vnde Auguſtinus ait: l *Iniuſtum quidam putant, vt pro peccatis quamlibet magnis paruo ſcilicet tempore perpetratis, pœna quiſque damnetur æterna.* Sed iſtis idemet Auguſtinus ſe opponit exemplo iudicis temporalis, qui in hac vita eadem vtitur lege, cum delinquentem punit; non enim conſiderat tempus, quo delictum fuerat commiſſum, ſed delicti enormitas conſideratur, & grauitas: ideò delicta breuiſſimo tempore perpetrata, per totam vitam pœnis, aut morte multantur: propterea videntur quamplures, aut carceribus perpetuò mancipati, aut ad triremes pro toto tempore vitæ damnati, aut pœna capitis, quæ ſecundum nos æterna pœna videtur, cum nec augeri, nec ad vitam reuocari queat.

k *Pſ.84.5.*

l *Lib. 21. de Ciu. ca. 11.*

Cur Deus culpam breui tempore cõmiſſam punit pœna æterna,

Eidem difficultati reſpõdet S.Gregorius ſapientiſſimum, ac piiſſimum Deum non attendere ad opus, ſed ad operãtis voluntatẽ. Cumq; peccatores finem habeant, & terminum vitæ, quam vellent eſſe æternam, vt in æternũ peccarent, & mallent peccare, quam viuere, nihilque in voluntate eorum magis experitur, quam velle peccare, iuxta Gregorium: m *Nam magis appetunt peccare quam viuere, & ideò hic viuere cupiunt, vt nunquam deſinant peccare, dum viuunt. Ideò Dei iuſtitia exigit, vt qui ante mortem peccare non ceſſarunt, non ceſſent patiendi poſt mortem*, & ſi culpæ non impoſuere finem, iuſtum eſt quod neque pœnæ imponant. *Et vſque ad inferos peccatum illius* (ait Iob) n *obliuiſcatur eius miſericordia.*

m *Lib.34. moral.cap. 16.*

n *Cap. 24. 19.20.*

Rurſus S. Bonauentura ait, momentaneam culpam æternam ſecum afferre pœnam, quia cum culpa ſit infinita ex parte obiecti, pœnam meretur infinitam; quam cum intenſiuè dari ſit impoſſibile iuxta Theologorũ ſentẽtiam, oportet dari extenſiuè, quo ad durationem, nempe vt nunquam finem habeat.

230 Quæ reſponſiones ſi alicui minimè placent; reſpondeat ipſe huic dubio: bonũ opus, quod in momento temporis perficitur, æterno præmio compenſatur in Cælo. *Id enim* (ait Paulus) o *Quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Cur ergo tam liberaliter, imò reſpectu noſtræ miſeriæ, quaſi prodigaliter procedit Deus, vt pro opere paruo tempore perpetrato det æternum gloriæ præmium? Cur non ad menſuram temporis, quo durauit opus bonum, ſeù bona operantis voluntas non præmiatur, ſed in æternum non ſolum bonum opus, ſed voluntas operandi præmiatur? *Conſummatus in breui expleuit tempora multa.* Dixit ſapiens p paruo tempore vixit, multumque meruit, ac ſi longiori tempore vixiſſet, ſemperque benè operatus eſſet, quod conſiderans D.Bernardus ait, q *Non annorum ſerie, & numero, ſed mentis deuotione, & inextinguibili ſemper proficiendi deſiderio; ita vt ſi iuſtus ſemper viueret, ſemper quantum in ſe eſt, iuſtior eſſe contenderet. ſemper de bono in melius proficere totis viribus conaretur.* Et ideò dicitur expleuiſſe *tempora multa pro voluntatis bonæ perpetuitate.* Ex hac doctrina infertur, quod ſi intentio ipſa benè operandi perpetuis afficitur præmijs, non erit iniuſtitia, ſi etiam Deus in æternum puniat opera mala, ſeũ obſtinatum illud propoſitum peccandi. *Ob hoc enim* (ait idem Bernardus) *proculdubio inflexibilis & obſtinatæ mentis punitur æternaliter malum licet temporaliter perpetratũ, quia quod breue fuit tempore, vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate.* Non eſt breuitas temporis vbi eſt duratio voluntatis.

o *2.Cor.4. 17.*

Pœna inferni nõ commẽſuratur tẽpori, ſed intentioni peccantis.

p *Sap.4. 13.*

q *Ep.153.*

Sic ergo cruciat Deus Briareos peccatores, qui tam pertinaciter aduerſus eum pugnando roborantur. Ille enim Briareus à Ioue perpetuis flammis damnatus, erat ſemper igne obuolutus; & à Deo damnati peccatores non ſolum in hac vita vrit in fornace tribulationis, verum & igne viſibili, vt olim nefandæ Ciuitates ignea pluuia cõſumptę ſunt. Sic etiam quandoque viſum eſt euenire in montibus Vulcani, Ætnæ &c. à quibus ignea flumina decurrentia non ſine magno incolarum circum circa habitantium detrimento.

Deus igne obuoluit peccatores.

231 Et quadam vice inter alias cum immenſum flumen ignis ab Ætna egrederetur, velociterque currens vaſtaret omnia, tunc duo fratres Amphinomus, & Anapus dicti, vt refert Valerius maximus patrem alter, alter verò matrem proprijs humeris à periculo liberare curarunt, & dum ſimul cum genitoribus fugientes ab igne præſeruari ſatagebant; flumen velocius currens eos ſequebatur, ad eoſque tandem peruenit. Sed ad quid? ad comburendum fortaſſe? minimè quidem, ſed vt ſuo ſplendore luceret magis filiorum pietas: Nam Seneca teſte: r *Ab impetu illæſi relicti ſunt, quoniam parentes humeris geſtaſſent ſuis. Cum enim prope illos tanquam flumen ignis laberetur diuiſum eſt, & iuuenes vna cum parentibus illæſos reliquit.* Ecce igneus fluuius ſulfuris liquefacti quaſi reuerẽtia reuerebatur reuerẽtes filios, quod nec pilos tetigit veſtium; ſed eadem ſe induit pietate, qua

r *Lib.3.de benefic.c.3.*

Filiorum pietas erga parentes.

Cc filij

filij erga parentes erant induti, & in duo ſe diuidens bracchia, non ad eos comburendos, ſed amplectendos currebat. In Inſula ſic remanentes (ſtupentibus Barbaris, & prodigium cæleſte mirantibus) *Parentes preſeruarunt, dum proprijs humeris per medios ignes Ætna in Sicilia portarunt* (ait Valerius max) *aut traiecerunt*, vt ait Solinus. Sic Anchiſem patrem liberauit ab incendio Troiano Æneas filius ſuis humeris, patrique dicebat: *Quoreſcunque cadant vnum, & idem periclum, vna ſalus ambobus erit*. Simile naufragium noſtris temporibus experti ſumus cũ à monte veſuuio flumina ignea egreſſa ſunt, nõ ſine maximo incolarum damno, nam erumpens ex eo ignis vicinas (vt o im) Regiones latiſſimè populatus eſt, ita vt loca diruta viſa ſint & ædificia multa quadam materia cineritia cooperta ſicut & monaſteria vſque nunc videntur foſſione indigere ita ſubterranea iacent, quæ paulo ante ſuper terram erant, vt eſſe ſolent, aliaq; multa damna conſpexi, quę quiſq; ex hiſtorijs iam editis ſcire poteſt.

Ecce Deus qualiter igneas ſagittas vibrat ad puniendos homines, & igne declarat ſemper
f Cap. 32. 22. iram ſuam, vt patet in Deuteron. f *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo*. Et contra Ægyptios miſit igneas ſagittas vnde in Sapientia
t Cap. 5. 22. habetur. t *Ibunt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient*.
Deus ſe iratum igne oſtendit. Denique non ſatis ei erat ferreo gladio percutere, ſed igneo conſumere, ſe accingebat;
u Ver. 41. ſic dixit in eodẽ ſacro textu: u *Si acuero, vt fulgur gladium meum*. Et Paradiſo ne iam pulſus Adam iterum reintraret, appoſuit *gladium flammeum, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ:* Vt ſe iratũ oſtenderet contra primum peccatum, & peccatores.

Hac tamen ira non obſtante, ſurrexit amor, &
a Pſ. 134. 7. vt ait Dauid: a *Fulgura in pluuiam fecit*. Ideſt (ait Auguſtinus:) *Minas ad miſericordiam flexit: de terroribus inirrigauit. O magna amoris vis*. Fulgurantem ignẽ in aquam vtilem vertit, minas in miſericordiam, terribilitatem in charitatis affectum. Verè ergo fateamur fortem fulmine dextram Iouis ab amore priuatam, & vbi? in Cruce; nam: *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Ibi cum Septuag. *Poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ*, Fortitudo quidem, quæ cum amoris ſit, imperium in Cruce obtinuit. Teſte Iulio Fir-
b In BB. PP. de myſter. & errore proph. Relig. mico b qui expendens illa verba; *Operuit Cælos gloria eius.* ait: *Texit Cælos virtus eius, cornua in manibus eius erunt, & illic conſtabilita eſt virtus gloria eius, &c. En veneranda Crucis cornua: en ſancta virtutis immortale faſtigium: En glorioſi operis diuina compago. Tu Chriſte mundum, ac terram extenſis manibus, tu cæleſte ſuſtentas imperium.*

CAPVT XIX.

Religioſi intra Religionem exiſtentes quaſi amantes columbæ in Cruce charitatis ſe immolant.

232 COlumbam Chriſtum figuraſſe in ara Crucis oblatum patet ex dictis: voluit enim mori pro inimicis, vt fortiorem morte ſuam oſtenderet charitatem, eamque amplificando per ſequentia verba magis augeret amorem, quia ſcilicet: *Dura eſt ſicut* *In inſtanti mortis dolores exiſtimãtur Inferni.*
infernus æmulatio. Etenim terribilis eſt, & amara mors homini, eritq; terribilior ſi moriens maximis doloribus, & cruciatibus affiicietur; tunc enim dolores inferni pati ſua exſtimatione credet: non minus, ac Dauid qui dicebat: c *Circundederunt me dolores mor-* *c Pſ. 17. 5.*
tis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me: dolores inferni circundederunt me, &c. At exiſtente Chriſto in Cruce, & antequam Crucem aſcendiſſet, ita eſt crudeliſſima tormenta paſſus; vt meritò habuiſſe dicatur cũ doloribus inferni ſimilitudinem: quot enim vulnera, quot cruciatus, tot ſimulachra inferni videbantur illata ab infernalibus furijs, quibus ſimiles fuiſſe crucifixores nemo eſt, qui dubitet.

Nunc deniq, cum Religioſorum animæ ſint ipſius Chriſti ſponſæ debent etiam eſſe columbæ columbum reſpicientes in ara Crucis, (quam ferre conantur) oblatum; quem ſi attentè aſpexerint, videbunt in oculis eius efficaciſſimum amoris ſignum, cum oculi ſint
in amore duces, aut *ſedes amoris*, nam per *Oculi amoris ſymbolum.*
oculos tanquam per feneſtras, imagines concipit animus, interiuſq; admittit, quibus perculſus incidit in rei ſpectatæ deſiderium, quod de amore prophano, ita Muſæus expræſſit:

Si Mulier fuerit pulcherrima forma, ſagittis.
Corda virum figit velocius: eſt via ocellus.
Ex oculi iactu paulatim labitur vlcus
In mentes, illaſque domat, ſeque imprimit alte.

Certum itaque eſt præ alijs omnibus membris oculos eſſe amatorios, quos propterea tam Sponſus, quam Sponſa columbinos habere dicuntur: eo quia Symbolũ ſit hæc auis coniugalis amoris. Vnde Propertius; d dixit: *d Lib. 2.*
Exemplum iunctæ tibi ſint amore columbæ.
Hinc Sponſus Spõſam alloquens ait: e *Ocu-* *e Cap. 4. 1. 4.*
li tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet: Vel vt Genebrardus, Pagninus, & alij legunt: *Intra cincinnos tuos*. Vel cum Marino, *Intra crinem tuum*. Vel cum Vatablo, *Extra comã tuam*; ſcilicet *promicantes*; Quaſi diceret pulchriores apparent oculi tui, dum *Oculi colũbarũ quid.*
paſſis capillis vti ſponſa incedis; ſic enim intra crines, & cincinnos tuos profluentes pul-

chrius

Digitized by Google

chrius emicant oculi tui. Vel melius cum Rabi Iona, & alij, qui vertunt, *Oculi tui columbæ*; quaſi ipſiſſimæ columbæ eſſe videantur intra velamentum tuum. Virgines enim quæ viro tradebantur, caput velo obnubere conſueuerant, & nuptæ poſtea dicebantur, & ſubditas eſſe viro oſtendebant. Vult ergo oculos ſponſæ eſſe pulchros ex nitore columbino, & magis ſub velo micantes, nam ſic intuentes fortiter in ſui amorem rapit. Ex hoc confitebatur ſe amore vulneratum, dicens: *Vulneraſti cor meum Sponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui.*

233 Sed eandem pulchritudinem eius Sponſa nempè anima ſancta contẽplatur in ſuo Sponſo, atq; ſuos celebrans oculos inquit: f *Oculi tui ſicut columbæ ſuper riuos aquarum.* Vnde duos Sponſi oculos duabus comparat columbis; additq; *Quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.* Sed cur facta eſt iſta additio? an quia columbæ delectantur aquis, vt ijs ſe lauent, ſunt enim mundiſſimæ? an vt ijs tanquam ſpeculo vtantur, & effugiant ex vmbra volacium auium ſuperuolantium vngues? an verò quia ex oculis lachrymæ ſtillant? Omnia dici poſſunt. Verum illa verba, quæ ſuperaddita ſunt à Sponſa ad Chriſtum tendunt, Spõſum in ara Crucis oblatum, quem ſi aſpiciamus riuulos referri admiſticos Chriſti Crucifixi oculos, ſcilicet ad vulnera opportunè dicemus: Nam riuuli ſunt, ſeù cum Aquila; *Effuſiones puriſſimi lactei*, Et oculi pectoris (præſertim ſi de vulnere lateris loquamur) vnde non aquæ modo fluenta, ſed lactis manarunt (ſanguis enim lac pectoris eſt colore mutato) omnia ergo Chriſti vulnera ſunt oculi columbarum *Super riuos, ſeù effuſiones* inde manantes, vt in illis oculis, quantus fuerit ipſius erga nos amor perfectè intueatur.

f Cap. 5. 12.

Oculi ſuper riuos, ſunt Chriſti vulnera.

Religioſi ergo, qui ad coniugium cum Chriſto (non vt communiter omnes, ſed peculiari fauore) ſunt vocati, Cruci religioni affixi in Chriſti amorem aſpicere tenentur, & illum veraciter amare, vt ad inuicem ſeſe amant columbæ: lateatq; interius intentionis rectitudo, & recta exterius prodiant opera. Sic erit vera charitas de cuius laude loquens Auguſt. in quodam ſpeciali de ea ſermone, ait: *Ille tenet, & quod latet, & quod patet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus.* Sic facient religioſi, ſi verba Chriſti ore Chryſologi prolata conſiderant; ille enim amorem Chriſti prædicans aduerſus Iudæos inter alia, ſic loquitur: *Crux hæc non meus, ſed mortis eſt aculeus; claui iſti non mihi infigunt dolorem, ſed mihi infigunt altius Charitatem: Vulnera hæc non educunt gemitus meos, ſed magis vos meis viſceribus introducũt, &c. Venite ergo redite vel ſi probatis patrem, quem videtis pro malis bona, pro iniurijs amorem pro vulneribus tantis tantam reddere charitatem.* Sic dulciter loquitur Chryſologus, cuius verba ſicut dulcia ſunt, ſic noſtrà debent emollire corda, quæ quoq; poſſent Iudæorum pectora emollire, niſi ſaxis duriora eſſent. Verum columba Chriſtus, quia pro nobis mortuus eſt, & per mortem ſuam, eius charitatem agnouimus ad ipſum reamandum vocat. Sed nunquid etiam nos Chriſtum ſequentes mori debemus? an ſolum eum, vt ſic amare ſufficiet? nam vt ait D. Ioan. g *Animam ſuam non ſolum pro amicis* (vt dixit Paulus:) h ſed etiam pro inimicis poſuit. *In hoc cognouimus charitatem Dei quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Sed quæres contradicit ne Paulus Ioanni? ille enim ad Corint. ſcribens dixit, i *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt.* Quibus verbis inſinuare videtur, non eſſe certum charitatis ſignum mori pro Chriſto, cum deficiente charitate nihil mori proſit: & nihilominus per ly *animam ponere* quod eſt mori (inquit Ioan.) charitatem cognoſci; Contrarij ergo videntur Apoſtoli, ſunt ne ita? Abſit hoc, & rationem aſſignat D. Fulgentius; k qui ſcribens ad Traſimundum Regem, ait: *Tantum dilectionis ſignum eſt animam ponere, vbi autem dilectio non eſt, corpus dicitur, anima poni non dicitur. Forte cauſa eſt, quia ille dicitur tradere corpus, qui non tradit Deo ſimul cor, & animam: ſed tantum corpus, quod exterius apparet ex inani gloria, vel alio terreno fine, ac ponere animam vtrumque includit, ſcilicet tradere Deo cor, & corpus, id quod intus latet, & quod foris apparet.* Quicumq; igitur Chriſtum ſequi voluerit, ſi moriatur, ſi quotidie mortificationem patiatur, ſi diuturnis ſe cædat flagellis, animã nõ ponit pro Chriſto; ſi charitatem non habuerit. Charitas eſt operationis principium, eſt virtutum fundamentum, & charitate armatus mortem ſubire (ſi opportuerit) aut mortificationes pati debet.

Charitas Chriſti vrget nos ad amandũ.

g Cap. 3. 16.

h Ad Rom. cap. 5. 8.

i 2. Cor. 13. 3.

Animam ponere pro Chriſto quid ſit.

k Lib. 3. cap. 24.

234 Exemplum aſſignat pro dictorum intelligentia in Apoſtolorum Principe Petro in quo recognouit perfectum charitatis Symbolum per illud quod obtulit, & quod interroganti Chriſto, reſpondit. Spoponderat enim Petrus ſe moriturum; ſed ſoliditatem amoris in ipſo Magiſter prius quæſiuit. *Animam meam pono pro te* (ait Petrus) l *Simon diligis me?* Interrogat Chriſtus: *Domine tu ſcis, quia amo te* Reſpondet diſcipulus. *Si amas me nunc certo animam tuam pones pro me*, Audiant, quam bellè id doceat Fulgentius: *Petro, qui ſe pro Domino animam ſuam ſpoponderat poſiturum, vt cognoſceremus officium ponendi animam in dilectione conſtare primitus: Chriſtus ad confeſſionem amoris inuitat, vt facultatem ponẽdæ animæ ſuo deinceps amatori concedat. Ideoque ter ab eo interrogauit, an eum diligeret, & cum trinum ſui amoris teſtimonium reddidiſſet, ſtatim ponendi pro ſe animam conceſſit facultatem, dicens: Cum ſenueris extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Petrus ergo ad crucem vocatus, in Cruce manus extendit, & Petrum ſequuntur Religioſi, quibus ſub Petro capite ad Crucẽ

l Io. 15. 16.

Religionis vocati dum ſunt, manus ſuas extendunt ad mortis, mortificationiſque crucem.

Hæc eſt vera ſequela, quam toties petijt Chriſtus à diſcipulis ſuis, eamque amplexi ſunt Apoſtoli cæteriq; Sancti, & ſequi conantur Religioſi. Verum dices in quo hæc ſequela conſiſtit? vtiq; in ſimilitudine, vt ſcilicet qui ſequitur, ei, quem ſequitur, ſimiletur; ſequamur ergo Chriſtū, & quem dilexit nos charitate ſua, ſimili amore diligamus, & nos; ſi paſſus pro nobis eſt, patiamur pro illo: Nam vt dixit Ariſtoteles. m *Similitudo eſt cauſa amoris;* quod è contra eueniet, vbi diſſimilitudo adeſt, vt in ægris, & morbis reperiri docet Hippocrates, n quod & Auicenna dixit: *Ægritudo ſuo medicatur cōtrario, & conſeruatur ſanitas ſuo ſimili*, & de ratione victus idem Hyppocrates ait: *Diſſimilia in locis ſimilibus conſiſtere non poſſunt, ſed non agnita vagantur, quæ vero ſe agnoſcunt commiſcētur: ſi quidem concordia inter ſe conueniunt, diſcordia pugnant*. Galenus quoque de inæqualitate temper. dixit: *Non homo hominem morſu perimit, atque vipera viperam, neque aſpis aſpidem; ſimile ſiquidem ſimili conueniens eſt, atq; amicum, contrarium inimicum, atque moleſtum*. Ideo Plutarcus tractat. de diſcrimine adulatoris, & amici ſcripſit hæc carmina.

m *Lib.8. et 9. moral.*

n *Lib. 1. Aphor. 1. et lib. 5.*

Seni ſenilis lingua iucundiſſima eſt
Pueroque puer, & mulier apta fœmina
Ægrotus itidem ægroto, & in malis ſitus
Exercito malis placet, atque congruit.

Propterea Religioſum ad hoc intendere toto cordis affectu conuenit, vt vero Deo placeat, & Chriſto, quem dum ſequitur magis, magiſq; ſtudeat illi in dies aſſimilari; vt docet D. Thomas: o in ſuis diuinis attributis ſapientia, bonitate, iuſtitia, puritate, integritate, &c. Sic habebimus eius amicitiam; nam vt legimus in ſacro textu: p *Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungitur*. Ita Deus cum ſibi ſimilibus conuerſari gaudet, ſit nobis exemplum Moyſes, quem ad tam eximiam cum Deo familiaritatem fuiſſe eleuatū deſcripſit D. Dionyſius. q *Quia maximam cū eo contraxerat morum ſimilitudinem, & ait: Nouerat oportere eum, qui Deo bono familiariter iungitur, quàm maximè conari ei pro viribus ſimillimum fieri, ac propterea ea ſibi eſſe bonorum operum conſcium*.

o *Opuſ.62.*

p *Eccleſ. cap. 13. 19.*

q *Ep. 8. ad Demophil.*

Hoc etiam de Dauide affirmat, illumq; amicitia dignum agnoſcit, eo quia inuenerit eum eſſe hominem *ſecundum cor ſuum*: ideſt gerentem cor in omnibus Dei cordi ſimile, diuinæq; voluntati conforme. Tot ideò Dauides, totque Moyſes ſunt religioſi, qui in monaſterijs degunt, vt Dei voluntati ſe magis conforment; & omnibus modis à mundo recedere ſatagunt, vt magis ad Deum accedant; à negotijs ſecularibus elongantur, vt ad Deum velocius approximent: cupiunt amari, & pacificè cum ædificatione vitā pertranſire, communem ſequuntur menſam, communem veſtitum, communes occupationes, communiaq; exercitia. Et tandem omnes religioſos, cæteroſque fideles ardenti charitate diligunt, alioſq; à fide exteros conuerti, & ad fidem reducere optant vehementer. Nam vt Sanctus Dorotheus inquit: r *Quo magis à Dei dilectione recedimus, eo magis, & à proximi amore diſtamus: quantum verò Dei charitati adhæremus, tantum, & proximi; quantumque proximo tātum, & Deo coniungimur*.

r *Doctrina 6.*

235 Sed proprius ad intentum, quia Chriſti ſimilitudinem à nobis quærendam fore diximus, illam non aliūde habere poterimus, niſi per ipſius imitationem. Ideo enim ipſe dixit, *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis*. Sed quid faciendum eſt, vt humilitatem, & manſuetudinem imitemur nos religioſi? paucis me expediam. Placere Chriſto. Sed quomodo requires, poterimus Chriſto placere? Reſpondeo: æmulamini eius patientiam in ſufferendis iniurijs: eius Crucem in pœnitentijs, & mortificationibus: atque eius charitatem in diligendo ipſum, alioſque propter ipſum, ſicut ipſe dilexit nos, & hoc quidem explicuit Apoſtolus dicens: ſ *Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij cariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis*, Vere, & peculiariter religioſi dicuntur filij Dei, quia ſicut filij Deum imitari ſtudent, & filiorum eſt imitari parentes, ſi haberi nolunt velut degeneres, aut Spurij. Et delicias amoris Chriſti, qui tenerrimè, & efficaciſſimè non verbo, & lingua dilexit nos, ſed opere, & veritate dans pro nobis ſemetipſum, & pro noſtrorum peccatorum expiatione ſe tradidit cruentam oblationem, & hoſtiam, ideſt pacificam victimam pro peccato, vt eſſet quoque holocauſtum pro nobis in Cruce oblatum.

Similitudo cum Chriſto quomodo ſit habēda.

ſ *Ad Eph. 5. 1.*

Chriſtum igitur ſemetipſum offerentem, & taliter nos diligentem redamare tenemur, vt dicere valeamus cum Sponſa. t *Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. At quia iam Deus traxit de mundo religioſos ad religionem, ſed omnia quæ Chriſtus egit pro vniuerſis hominibus religioſus quilibet peragere nequit; quia nec currere, nec ambulare poteſt poſt Chriſtum, qui inſtar ſolis, & velocius currit, & tamen ſi eum ſequi vult, currere debet: Sed quid, vt currat, illi agendum eſt? Dicat ſponſo currenti, *trahe me*. Audi Ambroſium. u *Exultat tanquam Gigas ad currendam viam, & quia egreſſus eius à ſummo Cælo, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, videns ſe imparem tantæ velocitatis, dicit. Attrahe nos. Bona anima, quæ non pro ſe ſola, ſed pro omnibus rogat. Habemus enim cupiditatem ſequendi, quam vnguentorum tuorum inſpirat gratia: Sed quia curſus tuos æquare non poſſumus, attrahe nos; vt auxilio tuo fultæ veſtigijs tuis poſſimus inſiſtere.*

t *Cant. 1. 3.*

Currere debet religioſus poſt Chriſtum, ſed vt Spōſa.

u *De Iſaac, & anima ca. 3.*

Rurſus ſi iam nos ad religiones traxit Deus, non remaneamus ſequentes, ſed curramus. At quomodo currere valebimus? faciendo, quod peragi in curſu videmus. Etenim ſicut ille, qui currit ab vno loco celeriter recedit,

vt

Digitized by Google

Poſt Chriſtum currit qui ei in moribus ſimilatur.

vt accedat ad alium, ita currere poſt Chriſtum eſt recedere ab eius diſſimilitudine, ideſt ab omnibus vitijs, paſſionibus concupiſcentijs, & imperfectionibus, quibus illi diſſimiles ſumus, & feſtinè properare ad eius ſimilitudinem obtinendam, qua ſimilitudine obtenta, eum certo amabimus; quia vt ex Philoſophis diximus: *Similitudo eſt cauſa amoris*. Vnde vt ait Palatius quem citat à Lapide in Eccleſ. *Deus quia amauit hominem, homo factus eſt; vt vere amaret ſibi ſimilem, vt amaret proximum, & caro carni ſimili coniungeretur*. (Ex quo infert) *ſi igitur omne animal ſibi ſimile amat; cur nos non amamus Chriſtum nobis ſimilem? Et qui ideò ſimilis nobis factus eſt, vt amaretur?* Sed verè Chriſtum ſolum diligit, qui eius veſtigia ſequitur, qui ſuas imitatur virtutes; nam illa præcipuè ſimilitudo amicitiam, & amorem generat, quæ ex virtute oritur, vt docuit Ariſtoteles; è contra vero, vt inquit Cicero. x *Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias: nec ob aliam cauſam vllam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maximè eſſe poteſt morum ſtudiorumq; diſtantia*.

x *Lib. de amicitia.*

216 Exemplum nobis ſit ille Auguſtinus omnium religioſorum ſpeculum, & fere parens, qui ſua Charitate æmulator exiſtens virtutum Chriſti, ei tantopere ſimilari curabat, eiuſq; virtutes imitari ſatagebat; vt ardenter in ſuis confeſſionibus, Deum alloquens, clamauerit. a *Da mihi te Deus meus, redde mihi te. En amo: Et ſi parum eſt amem validius, Non poſſum metiri, vt ſciam quantum mihi deſit amoris, ad id, quod ſatis eſt, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur donec abſcondatur in abſcondito vultus tui. Hoc tantum ſcio, quia mihi male eſt præter te, non ſolum extra me, ſed & in me ipſo, & omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt*. Erat Auguſt. amator ſimilis Chriſto, cuius virtutes amplectebatur, & virtutum ſimilitudo efficiebat eum verum amatorem non ſolius Chriſti ſed omnium eorum, qui Chriſtum ſequentes eaſdem virtutes profitebantur, & non tantum à peccatis abſtinebant, ſed nec alios peccare ſuſtinebant, vt enim dixit Ariſtoteles. b *Bonorum eſt, neq; ipſos peccare, neq; amicis permittere, praui autem firmitatem nullam habent*.

a *Lib.* 13. *cap.* 8.

Auguſtini amor quãtus fuerit oſtenditur.

b *Lib.* 8. *& alibi vt ſup.*

Audiant ergo religioſi, & diſcant quomodo Chriſtum, quem ſequuntur diligant, & alios religioſos omneſque Chriſti conſeruos ſemper debeant amicos habere, & conſeruare. Sed à quo diſcent? à Rabano ſic docente: *Cũ multa ſint genera amicitiarum, ſolummodo hoc vnum eſt, genus inſolubile charitatis, quod nec commendationis gratia, nec officij, vel munerum magnitudo, contractuſq; cuius quam ratio, vel natura neceſſitas iungit; ſed ſola ſimilitudo virtutum, hæc eſt quæ nullis vnquam caſibus ſcinditur, quam non ſolum diſſociare, vel delere locorum, vel temporum interualla non præualent; ſed ne mors quidem ipſa diuellit. Hæc eſt vera, & indiſrupta dilectio, quæ gemina amicorum perfectione, ac virtute concreſcit: Cuius ſemel initum fœdus nulla aduerſitas mutare poteſt, nec deſideriorum varietate violare. Cætera vero interrumpit frequenter, ac diuidit locorum diſcretio, & obliuio temporalis, & verbi, vel cauſæ, negotiorumq; contractus. Vt enim ex diuerſis, vel lucri, vel libidinis, vel conſanguinitatis, ac neceſſitudinum variarum ſocietatibus acquiri ſolent, ita intercedente qualibet diuortij occaſione ſoluuntur*. Habemus ex Rabano quali dilectione debeant Chriſto cõiungi non ſolum religioſi, ſed omnes Chriſti fideles, ſcilicet, quę ſit fundata in virtute, & perfectione. Vnde præcipua, & vera oritur ſimilitudo.

Religioſi Chriſtum quomodo amare, & eius amicitiam ſeruare poſſint.

237 Verum non diſſimilis ſimilitudo erit illa, qua per imitationem fiunt religioſi Cruciformes, & charitatis vulnera ſentiunt dum ipſorum anima amore Chriſti Crucifixi exæſtuans deſiderant ei aſſimilari, & ſimilia vulnera in proprio corpore experiri. Vnde voluntarias afflictiones libenter ſumunt omnes, qui ſub arbore Crucis militant, & eas tanquam vulnera charitatis recipiunt, quia propter Crucifixi amorem, & ad ipſius imitationem ſunt inflicta; & per cõpaſſionem, doloremq; de tormentis, ignominijſque eius aſſumptum charitate vulnerantur: ad inſtar Beatiſſimæ Virginis, quæ ad pedem Crucis vulnerabatur amore: *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*. c Et quis gladius, niſi doloris, & compaſſionis, qui animam eius vulnerauit. Vnde ſtans iuxta Crucem dicere rectè potuit. *Vulnerata charitate Ego ſum*. Nec alia charitate, niſi Chriſti vulnerati, qui charitas ipſius erat, quia cum vna animia eſſent ambo per amorem, quando claui vulnerabant corpus filij, charitas vulnerabat animam matris.

Virgo Sãctiſſima amore ſub Cruce vulnerata.

c *Luc. ca.* 35.

Vtinam etiam nos religioſi eodem gladio, eiſdemq; clauis amoris vulneraremur, vt cum Apoſtolo dicere poſſemus: *Chriſto confixus ſum Cruci*. Omnes enim ſub Cruce militantes, ac Chriſtum Crucifixum aſpicientes ſacris ſuis oportet vulnerari vulneribus, cum ipſe ex admirabili Sanctæ Crucis arcu, & foramina vulnerum ardentes in corda noſtra ſagittas immittat, vt per diuinum ſagittarium charitate vulnerati in religione non amplius ad ea quæ retro ſunt aſpiciamus, ſed tanquam amara relinquamus, ſolumque crucifixi dulcedinem optemus. Vt de arbore Chriſti loquens Sanctus Gregorius, dixit. *Arbor fructifera ipſe Chriſtus in corde noſtro plantatus per fidem extitit, quam ſi mens noſtra digne diligit, & inſtanter excolit fructus nimirum interius pulchros, & vtiles gignit. Quos dum mens capiens auidè comedit, omnes mundi voluptates præ eius dulcedine poſtponit*. Quod etiam docuit Auguſtinus in Soliloquijs, dicens. d *Obſecro, vt omnia mihi amareſcant, vt tu ſolus dulcis appareas animæ meæ*. Et in Manuali. e Videtur deſcripſiſſe ſanctam religioſam animã, inquiẽs. *Anima amans trahitur votis, fertur deſiderijs, diſſimulat merita, maieſtati oculos claudit, aperit voluptati, ponens ſe in ſalutari. & fidu-*

Religioſi vulnera Chriſti quomodo affectent.

d *Cap.* 22.

e *Cap.* 19.

Vulnerum Chriſti efficacia, & dulcedo.

fiducialiter agens in eo. Amore anima ſecedit, & excedit à corporeis ſenſibus, vt ſe ſe non ſentiat, quæ Deum ſentit. Hoc fit cum mens ineffabili Dei illecta dulcedine quodammodo ſe ſe ſibi furatur, imo rapitur, atque labitur à ſe ipſa, vt Deo fruatur ad iucunditatem. Nihil tam iucundum, niſi eſſet tam modicum. Amor dat familiaritatem Dei, familiaritas auſum, auſus guſtum, guſtus famem. Anima quam tangit amor Dei nihil aliud poteſt cogitare, nihil deſiderare, ſed frequenter ſuſpirat, dicens: ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus meus. Et poſt alia multa ad contemplationem vulnerum Chriſti inducit nos dicens. *Tuta, & firma requies eſt infirmis, & peccatoribus in vulneribus Saluatoris. Securus illic habito, patent mihi viſcera per vulnera: quidquid ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini mei, quoniam miſericordiam affluunt, nec deſunt foramina per quæ effluant. Per foramina corporis patent mihi arcana cordis, patet magnum pietatis ſacramentum. Patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Vulnera Ieſu Chriſti plena ſunt pietate, plena dulcedine, & charitate.*

238 Ad quam charitatem participandam ſuademur illis verbis. f *Introduxit me in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.* Inducitur ſponſa ab arbore Crucis in cellam vinariam ſeu in locum vini, ideſt deliciarum, vt charitatis vinum bibat. Sed quid per cellam iſtam figurari intelligemus? an forte cum Origene per illam accipiemus ſapientiæ domum? an cum cum Niſſeno, Ruperto, & alijs intelligi dicemus ſacrum altare, vbi ſacerdotes conſecrant vinum, & hauriunt? An vero cum Hugone de Sancto Victore intelligamus figurari Eccleſiam? Omnia poſſunt, & recte dici. Verum pronunc mihi videtur, quod cella vinaria ſit domus illa, vbi in die Pentecoſtes fidelibus in Domino congregatis, data eſt plenitudo Spiritus Sancti; tunc enim Apoſtoli, & qui cum eis erant fideles cæleſtibus donis repleti, tanto fuerant ardore, & feruore ſuccenſi, vt tanquam ebrij viderentur, & muſto madere deputarētur, cum diuini ſolum amoris ebrij, & Sancto Spiritu afflati diuerſis vocibus eructabant Dei magnalia. Sic inter alios docet. S. Bernardus dicens. g *An non tibi cella videtur fuiſſe vinaria illa domus, in qua erant diſcipuli pariter congregati, cum factus eſt repente de Cœlo ſonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes, adimpleuitque Prophetiam Ioelis? Et non ne vnuſquiſq; illorum exiens inebriatus ab vbertate domus illius, & torrente voluptatis tanta potatus, dicere merito quibat: quoniam introduxit me Rex in cellam vinariam.* Idque copioſius alibi explicuit. h Conſiderans quod Iudæi non dixerunt Apoſtolos plenos eſſe vino, ſed muſto, quod eſt vinum nouum, & feruens dulcius, & fortius quam vetus, & hoc extra tempus, vt plane cognoſceretur, quod vinum iſtud ſpirituale, non de terra erat vbi inueniri non poterat ſed de Cœlo allatum tanquam proprium legis nouæ, quæ eſt lex amoris, noua dulcedine, noua fortitudine, & noua ſanctitate repleturum, ac inebriaturum homines, noua etiam, ac mirabilia operaturum in Mundo, ſicut per Apoſtolos operatum eſt. Vnde Diuus Petrus irriſoribus, qui diſcipulos, quos ſpiritus repleuerat, muſto madere deputabant; reſpondēs, dixit. i *Non ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* Quæ verba expendens Diuus Bernardus loco citato, ſic eleganter loquitur. *Attende quod non omnino ebrios, ſed ebrios; ſicut ab illis exiſtimati ſunt, denegauit, & quaſi teſtificans ad plebem re vera ſe fuiſſe in cellam vinariam introductos, &c. plane ebrij, ſed vino nouo, quod vtres quidem veteres, nec mererentur accipere, nec continere valerent. Hoc enim vinum vera illa vitis effuderat de excelſo, vinum lætificans cor, &c.* Hunc ergo vini potum Apoſtoli biberunt ideſt amorē diuinum ſigno tamen viſibili, nempe linguis igneis in ſingulorum corda effuſum, & quem ipſi cæteris mundi rebus præpoſuerunt mirabiliter cunctaque aduerſa contempſerunt; vt hoc vexillum erectum ſeruarent, & audacter tormenta comminantibus reſponderent, vt in eodem libro legimus reſpondiſſe, nempe: k *Obedire Deo oportet magis, quam hominibus, & non poſſumus, quæ audiuimus, & vidimus non loqui.* Introducti enim in cellam vinariam induti ſunt virtute ex alto, & inebriati vino fortiſſimo amoris, & Zeli pro gloria Chriſti, & hominum ſalute, ita vt quiſq; dicere valeret: *Ordinauit in me charitatem.* Ideſt confirmauit, & ſolidam eſſe facit charitatem, quæ antea debilis erat, & parum firma, ſicut apparuit in Petro, qui ad vocem ancillæ negauit Chriſtum, & in reliquis Apoſtolis, qui illum ob metum deſeruerunt, at poſt aduentum Spiritus Sancti mille ſe tormentis lætanter offerebant; *Et ibant gaudentes à conſpectu concilij quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Act. 5.

f Cant. 2. 4.

Cella vinaria eſt domus in qua erant Apoſtoli congregati in die Pentecoſtes.

g Ser. 49.

h Ser. 43. & Ser. 3. in Pentec.

i Act. 2. 15.

Ebrietas amoris in Apoſtolis recepto Sancto.

k Act. 4. 20.

239 Nec ſolum Apoſtoli inebriati ſunt illo diuino muſto, ſed etiam Religioſi omnes, qui Apoſtolicam vitam imitantur. Vnde quælibet religioſa familia nomen cellæ vinariæ ſibi iure vendicare poteſt, ita vt conuenientiſſimè eius filij gaudenter canant: *Introduxit me in cellam vinariam ordinauit in me charitatem.* Et totum hoc argumentum declarat Auguſtinus dicens: l *Hoc muſto ſalutariq; poculo inebriantur quotidie corda fidelium, & animæ cōuertentium, quando pro deſiderio tuæ dulcedinis parentes, & patriam ſuam fugiunt, exeunt nullo compellente de terra, ac de cognatione ſua, & mortui mundo alios ſpirituales animarum inquirunt parentes, & liberi ſub iugo veniunt. Et qui paulò ante elati, & ſublimes iam humilia affectant, ſuperba faſtidiunt, & cupiunt eſſe, quod ante deſpexerant, & odiſſe incipiunt, quod fuerant. Præſentium hoſpites, futurorum appetitores æternam illam patriam, contempta temporalium falſitate ſuſpirant.*

l Ser. 185. de temp.

Religio eſt cella vinaria, & religioſi muſto repleti.

Digitized by Google

rant. Hoc itaque muſto anima inebriata, & penitus commutata abſtinentiam delicijs, vigilias dulcibus ſomnijs; paupertatem diuitijs anteponunt: arduum contra vitia laborem, iucundiſſimam computant voluptatem. Dulceſcunt ei vilia, & quæ prius fuerant pretioſa vileſcunt: diligunt inimicos ſuos, & benefaciunt eis, qui ſe oderunt, non conuincuntur indignantibus, non irritantibus in opprobrijs, non franguntur iniurijs, prorſus nihil horum ſentiunt propter feruorem Spiritus Sancti, & propter æternam retributionem. Hæc Auguſtinus, quæ omnia clarè indicant religionem rectè dici cellam vinariam, & domũ vini, in quàm introducũtur Religioſi, nõ vt egrediãtur, vel ingrediãtur pro libito, ſed vt perpetuo permaneant in ea, non quidem inuiti, ſed maximè ſpontanei, quia ex Chriſti amore ſe ligant, & ligari conſentiunt, vt in ea commorentur.

m Cap. 49. 11.

Chriſtus vt Deus & homo eſt vitis vera.

Ad cuius rei confirmationem oportet expendere verba illa Geneſis, quæ quidem abſque vlla difficultate religioſis, & religioni applicãtur, nempe: m *Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam: lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum*. Hic habemus vineam, & vitem aſinam, & pullum. Quid autem iſta ſignificent in ſenſu literali variant commentatores, ſed noſtri Sancti Patres ferè omnes fatentur intelligenda de Chriſto; quorum doctrinam quiſque pro libito apud ipſos videat. In ſenſu autẽ morali, imò & ferè literali quatenus, & vitis eſt Chriſtus, & vinea Eccleſia, dicere poſſumus vineam eſſe religionem, cuius præcipua vitis eſt ipſe Chriſtus; etenim ſemetipſum vitem vocauit apud Ioannem; dicens: n *Ego ſum vitis vera*; ideſt *vitis veritatis*. Vt ait Syrus. Alij verò homines, qui Chriſtũ in religione ſequũtur eiuſdem etiam religionis veluti vineæ vites ſunt, & dicuntur ad ſimilitudinem humanitatis vites per participationem. Vnde D. Hilarius, ait: o *Idcircò Chriſtus carnem aſſumpſit, vt illi quaſi viti, nos homines carnei quaſi palmites inſeri poſſemus*. Sed tamen vim tantam non haberet faciendi nos, aut vites, aut illius vitis palmites, niſi Deus eſſet, & homo. Ideo Ilarius dixit: p *Chriſtum eſſe vitẽ ratione diuinitatis* Et Auguſt. ait: q *Quamuis Chriſtus vitis non eſſet, niſi homo eſſet tamen iſtam gratiàm palmitibus non præberet, niſi Deus eſſet*. Sic ergo vinea eſt religio quæ cella vinaria dicitur, quia in ea reconditum eſt vinum amoris, & deuotionis, atque ſpiritualis dulcedinis, idque Chriſtus nobis promeruit, & ex botris, ac fructibus religioſæ vitæ expræſſum nobis propinat:

n Cap. 15. 1.

o Lib. 9. de vanit.

p Lib. 10. cap. 13.

q Tract. 81.

240 Aſinam verò, & pullum ſi ab inuicem ſeparemus, ita vt aſina alligata ſit ad vitem, & pullum ad vineam denotare poteſt, ad ſe Chriſtum, qui vitis eſt, ſe alligaſſe; quia per ſemetipſum prædicauit Iudæis: pullum verò ligaſſe vineæ ideſt Eccleſiæ, quia eiſdem Iudæis per Apoſtolos prædicauit. Sed ad noſtrum intentum pullus, & aſina ligantur ad hanc vineam, cum vinea ex vitibus conficiatur, quia viri, & fœminæ iuuenes, & ſenes; virgines, & viduæ imò aliquando etiam coniugati, non quidem omnes, ſed quidam electi, quibus Deo dicere conuenit. *Vt iumentum factus ſum apud te*. Quia non ſuo ſe iudicio regere decreuerunt, ſed alieno duci arbitrio, ad onera euangelicę perfectionis portanda ſe accingere vt iumento. Ligamina autem quibus religioſi Deo, & religioni famulantes aſtringuntur; ſunt vota religionis, & præcipuè ipſa charitas, quæ eſt vinculum perfectionis fortiuſque & vehementiùs ligamen quo cætera alligantur vota: niſi enim vehemens amor cor Chriſto ligaret, nemo ſe religionis votis alligare voluiſſet. Vt ergo diuitias contemneret, carnis reſpueret illecebras, & propria ſe abdicaret libertate, illùm amor ligauit, ita vt nec ſolui appetat, nec velit, imò glorietur ſe indiſſolubili vinculo eſſe ligatum, non ſolum ligamine quo communiter Chriſtiani omnes ligãtur, ſed alio religioſis proprio, & ſpeciali per vota, &c.

Aſina, ad vitem, & pullus ad vineã Religioſum ſignificãt Religioni alligatum.

Vlterius Religioſus ligat pullum, & aſinam ſuam nempè carnem, & ſpiritum ad religionem, & ad Chriſtum, ſicut etiam intellectũ, & voluntatem, cæteraq; ſua ſiue ſpiritualia, ſiue corporalia, vt iuxta beneplacitum Chriſti, & cuiuſque reſpectiuè religionis regulam, nihil non ligatum maneat. Nam ſi caro nõ ligaretur, inſurgeret contra ſpiritum: Vel ſi intellectus manet illigatus trahet poſt ſe voluntatem, &c. omnia ergo ligãda ſunt Chriſto, vt religioſus ſit Sanctus corpore, & ſpiritu. Et cum ligatus ita fuerit: *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum*; Qui debet per abũdantiam diuini amoris lauare, purificare, mundare, & pulchrum reddere ſpiritum, corpus, omneſque actus internos, & externos, vt cuncti coram Deo ſint mundi. Et ſicut pullus, & aſina ligati ad vineas, & vites frondibus, & fructibus onuſtas, paſcuntur eiſdem folijs, & fructibus; ſic qui ligatus eſt ad Chriſtum, & religionem abundanter paſcitur eius fructibus, nempè regulis, cõſilijs, exortationibus, orationibus, ſuffragijs, & charitatis officijs, quæ ſibi inuicem religioſi præſtant, & multo magis paſcitur ab ipſo Chriſto donis, quæ copioſè religioſis communicare conſueuit. Eſt igitur religio dolijs, & vaſis plena, ex quibus religioſi hauriũt vinum quo propria delent peccata; quod mox, vt cadunt, bibunt vt reſurgant, & vnde maiorem ſpem perſeuerandi concipiant, ac dicere valeant: *Potaſti nos vino compunctionis, dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, & liberentur dilecti tui*. r Quod quidem dicere nequeunt, qui mundiale vinum bibunt; nam ordo charitatis exigit, vt antea deficiat in corde vinum carnalis amoris, quàm tribuatur vinum ſpiritualis dilectionis, quia prius eſt recedere à malo, quam vniri ſummo bono, non quidem ſemper prius tempore, ſed ratione, & conatu hominis ex parte, qui peccatum ſuum debet agnoſcere, & deteſtari, vt vinum gratiæ, & charitatis valeat recipere; in domo enim vtriuuſq; vini ſimul morari non poteſt; abijciat, & euomat primum vinum carnalis

r Pſ. 59. 5.

dele-

delectationis, qui vinum quærit dulcedinis ſpiritualis, expellat affectus carnis, vt in ipſo præualeant affectus ſpiritus; fallitur enim qui vtrumque bibere exoptat. Audi Bernardum: 1 *Non mittitur vinum nouum cæleſtis dulcedinis in vtres veteres veteris hominis voluptatibus infectos, ſed in vtres nouos ab omni veteris hominis prauo affectu defœcatos, vt ambo conſeruentur. Errat omninò ſi quis cæleſtem illam dulcedinem huic cineri diuinum illud balſamum huic veneno chariſmata illa ſpiritus miſceri poſſe huiuſmodi illecebris arbitratur.*

1 *Ser. 3. & 6. de aſcenſ.*

241 Certiſſimũ enim eſt, quod dulcedo diuini amoris cum cor alicuius occuparit, facit vt omnis mundi, & carnis dulcedo amareſcat, & amaritudo dulceſcat. Id expertus Sanctus Gregorius Nazianz. ita ſcribit ad Nemeſium.

Namque tuum ſuperat ferias ſi Chriſtus ab arce
Pectus, & in medio figat tibi corde ſagittam,
Seiunctim inſpiciens vtrumque oculatus amorem,
Quanto ſit Domini ſtimulus mage dulcis, habebis.
Perſpectum. ——

Reſtat ſolum conſiderandum, quod vitis vltra flores, & fructus habet etiam folia latiſſima, quibus vmbram facit, imò vt aliquis adnotat; pyra, poma, ceraſa, pruna, alioſque fructus frondibus vitis, contegere, & menſis inferre ſolemus: ad innuendum, quod religioſus ad vitem Chriſtum alligatus dicere poſſe nitatur, & laboret. *Sub vmbra illius quam deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Ideſt ſub vite ſignificante Crucem nam vitis ideò dici voluit Chriſtus, quia ad paſſionem, Crucem, & mortem ibat, & optimè tunc ei conueniebat vitis ſimilitudo, quia ſicut vitis habet vuam, ex qua calcata exprimitur ſapidum vinum, & præſtans; ita calcato in Cruce Chriſto expræſſus eſt ſanguis, quo mundus redemptus eſt. Sub vmbra ergo nobis vtiliſſima, quam præſtat Chriſtus Crucifixus ſedeat religioſus, vt fructus ſuauiſſimos, & iucundiſſimos guſtet, & protegatur ab ardore diuini furoris, potens enim fuit hæc vmbra ad temperandam, & obtinendam peccatorum veniam, & poſitis extra hanc vmbram iudicium fiet ſine miſericordia; quia extra illam non inuenitur miſericordia, & ſub illa cõſtitutis miſericordia erit ad vitam, non in condemnationem. Sed ſufficit ne ligari ad vitem ſedere ad vmbram, ſeu ad contemplãdum Chriſtum crucifixum accedere? minimè, ſed debet ſimul ſedere, & ſtare, vt ſit perfectè ligatus, ſedere quidem cuncta eius myſteria mente tranquilla, & quieta, conſiderans, attentèque perpendens: ſtare verò ſe fortiter præcingens, ad ſimul patiẽdum cum Chriſto, & propter illum; vt ei ſimilis euadat, & efficiatur. Hoc indicauit Chriſtus, dum ſe vitem, nos palmites dixit; iuxta doctrinam Hilarij dicentis: *Ad conſumanda paſſionis ſacramenta exurgens corporeæ aſſumptionis myſterium pandit, per quem, & tanquam viti palmites inſumus.* Et Gloſa clarius ad intentum expoſuit dicens: *Ego ſum vitis, & vos palmites.* Quaſi dicat, *Me præcedentem ad paſſionẽ ſequi debetis, quia ego ſum vitis, ideſt caput veſtrum eiuſdem naturæ vobiſcum.*

Sub vmbra Crucis ſedere debet religioſus extra quã nihil boni habetur.

242 Tandè religioſus ille, qui beneficio Dei, & peculiari eius gratia ad vitem, & vineam ligatus ſub vmbra Crucis, & Crucifixi ſedet, & ſtat exclamare poteſt: *Introduxit me in cellam vinariam ordinauit in me charitatem:* Aut cum Hebræo, *Vexillum eius ſuper me Charitas.* Victor iam factus de mundo carne, & dæmone victoriç vexillum in ipſo tanquam in arce primarij, & præcipui victoris Chriſti eleuatur: vel ipſe religioſus beneficijs Chriſti victus, captus, iiſque poſſeſſus, habet ſuper ſe vexillum Chriſti erectum, quod eſt charitas, & dicit cum Chaldæo: *Et vexillum præceptorum eius ſuſcepi ſuper me in dilectione; & dixi omnia quæ præcepit Dominus faciam, & audiam.* Et in obſeruantia præceptorum, & conſiliorum datur intelligi, quod iuſtè dicat: *Ordinauit in me Charitatem.* Ideſt ipſe prior dilexit me, & me hac ratione ad redamandum compulit. Idque de Eccleſia expendens Beda dixit: *Omnia quidem membra mea, omnes electos pia ſibi charitate copulauit; ſed eminentiora quæque ampliori, vt decet affectu complexus eſt: omnes quippe dilexiſſe patet ex illis verbis: Cum dilexiſſet ſuos, qui in mundo erant in finem dilexit eos: & tamen indulgentior in quemdam amor intimatur cum dicitur, Diſcipulus ille, quẽ diligebat Ieſus.* Hoc eſt quia ſe altius alijs in Cruce charitatis immolauit.

Religioſus quando dicere poteſt vexillum eius ſuper me charitas.

CAPVT XX.

Sanctiſſimi Patris noſtri Franciſci de Paula ſacrificium in Cruce Charitatis declaratur.

243 EX eminentioribus Sanctæ Eccleſiæ membris vnum, & non infimum in Cælo, ſed magnum fuiſſe, licet in terris Minimum, ſed ſanctitate plenum Frãciſcum de Paula noſtrũ Patriarcham, ſuper quo erexit Chriſtus ſuæ charitatis tropheum, & inſignẽ fecit ſuper quem charitatem ſuam magnificauit. Idq; nemo eſt, qui ignoret; cum quiſque ſciat noſtram Minimam Religionem, quam ipſe Sanctus Pater inſtituit à Deo non ſine peculiari fauore vexillatam fuiſſe charitate. Verum quidem eſt omnes ordines aliquod vexillũ habere, ſub quo religioſi militant; ſed an inter omnia alia charitatis vexillum reluceat, mente reuoluat, qui legit. Certum enim eſt quod omnia vexila, vt apta ſint ad dimicandum contra hoſtes, non eſſe fundata in charitate nequit intelligi: At vbi charitas ipſa eſt vexillũ, magis refulget; propterea non ineptè crediderim tale vexillum noſtræ Religioni aliquale quid maioris honoris,

A Deo condecorata eſt noſtra religio vexillo charitatis.

Digitized by Google

noris, & gloriæ afferre: optima quidem religio eſt, quæ vel contemplatiuæ, vel actiuæ, vel vtrique vacat ſub hoc vel alio, alioq; vexillo; ſed ideò optima, quia charitate opera ſua viuificat. Nam & prophetia, & reliquæ gratiæ gratis datæ nihil eſſent ſine charitate, & religioſi, ſi verè tales ſunt, per ſolam charitatem ſecernuntur à peccatoribus. Vt inquit D. Auguſtinus: a *Sola dilectio diſcernit inter filios Dei, & filios Diaboli, ſignent ſe omnes ſigno Crucis; reſpondeant omnes, amen; cantent omnes alleluia, baptizentur omnes, intrent omnes Eccleſias, non diſcernuntur filij Dei à filijs Diaboli, niſi charitate.* Ad noſtrā igitur gloriam Minimorum Religio Charitate quaſi in ſanctitatis Religionis eiuſdem teſtimonium vexillatur à primario religionū omnium duce Chriſto. Vtinam, & tales eſſemus omnes, qui ſub tali vexillo militamus. Et vtinam nulli eſſent, quos extrahere à ſanctitate religionis Dæmon poſſet.

a *Tract. 4. in p. Epiſt. Ioan.*

244 Sed relictis filijs de tam glorioſo patre Franciſco loquuturus, mirum non erit ſi dicam, quod mihi alter, ſed diuinus videatur Cupido: nam ſi de fabuloſo diximus Deos ſuperaſſe, ac vi ſua illos proprijs armis ſpoliaſſe, non minus Franciſcus diuina gratia ſuffultus, & Deum verum iratum oratione placabat, & iuſtitiam in miſericordiam commutabat; terræ, marique imperabat, idque non alijs armis, quam charitatis peragebat. Perpendite, quæſo, quid de Cupidine dixit Alciatus quando depinxit amorem robur Iouis infringentem, & totum orbem incendentem, vbi rurſus pinxit eum nudum, humeris alatum, dextra tenentem piſcem, ſiniſtra faſciculum florum quæ ſymbola hiſce carminibus declarauit; Emblem. 106.

Cupidinis inſignia.

Nudus Amor viden' vt ridet placidumq; tuetur?
Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet:
Altera ſed manuum flores gerit, altera piſcem,
Scilicet vt terra iura det, atque mari.

Sumpſit hæc ex Græco quodam Epigrammate, ex quo ſic aliter habentur.

Nudus amor blandis iccirco arridet ocellis;
Non arcus, aut nunc ignea tela gerit.
Nec temere manibus florem, delphinaque tractat:
Illa etenim terris, hoc valet ipſe mari.

Qui ſymbola hæc declarāt Cupidinem inquiunt nudum dici, vel quia hic affectus debet eſſe ſimplex, & apertus, vel quia nudos ipſe faciat homines, qui dum luxurioſè viuunt bonis omnibus ſpoliantur; vel pingitur nudus amor, quia hic affectus regi, & diſſimulari non poteſt; iuxta ea, quæ in epiſtolis tradit Ouidius, dicens:

Sed male diſſimulo quis enim celauerit ignem,
Lumine, qui ſemper proditur ipſe ſuo?
Et *Qua licet, & poſſum, luctor celare furorem.*
Sed tamen apparet diſſimulatus amor.

Amor occultari non poteſt, nec vinolentia.

Et verè vt dixit Antiphanes Comicus duo ſunt, quæ regi, occultariuè nō poſſunt, amor nēpè & vinolentia, quod ſi quis temere ne neget, ſtatim arguitur mendacij. Alis cupido ornatus, quia velociſſimè ſuper terram, & ſuper mare volitat, vel quia leuitatem amantis demonſtrat: flores, & piſcem manibus oſtentat, quia terris, & mari imperat.

Verum ſi mentis oculos in Franciſcum deuotus aliquis vertat, facile dicet ipſum eſſe verum è diuinum cupidinem, dum quatuor illa inſignia affert, & applicat ad quatuor vota, quibus eius Religio condecoratur. Quid enim per alas, niſi eius obedientiam agnoſcimus? quid per flores, niſi caſtitatem contemplamur? Quid per nuditatem, niſi paupertatem intelligemus? Et quid per piſcem, niſi vitam quadrageſimalem, ſignificamus? His armis, qui arma non gerit ferrea, ornatus Frāciſcus, & charitate roboratus Deum vinxit, mari, & terræ imperauit.

Obedientię typum in alis cupidinis veri.

245 Nec mirum videri debet alicui, dum obedientiam in alis declaramus. Nam planè volat, qui ſtat pendulus à diuina volūtate ignorans quo pergat, & ad terminū quem ignorat currit, vt iuſtus facit dum Dei mandatis obtemperat. Adſtabant Seraphini ſolio Dei apud Iſaiam, b natura, & habitu agiles. Porro Seraphini ab amore nominātur; amor autem, vt patet, alatus eſt, & totum pondus eſt ad rem amatam; affectibus velociſſimè feruntur ad Deum tanquam in centrum ſeraphicæ naturę, & ſenis alis agilitatem oſtentant. *Duo Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri.* Nec otioſè geſtabant alas, nam *duabus volabant*, quia amoris pennis, & alarum remigio velociſſimi erant. Sed quomodo quæres immoti volabant? nam dicitur *alis duabus volabant*, & tamen adhuc volantes *Seraphim ſtabant*. Quomodo poſſunt ſtantes volare? aut volantes ſtare? quia Seraphim ſtantes penduli à diuino nutu volitant, quò vel Dei nutus illos dirigat. *Stant* volātes quoniam paratiſſimi adſunt ad diuinum iuſſum. Neſciunt, quo eant, & velociſſimè currunt, quò neſciunt, quia paratiſſimi ſunt ire ſi mittantur, & quia intenti ſunt ad diuinum nutum volare dicuntur. Vnde Dionyſius de hac volanti ſtatione inquit. c *Sacratiſſima fictio abſolutiſſimam, ſummamque in Deum intentionem ſignat.*

b *Cap. 6.*

c *Lib. de cæleſ. Hier. ca. 4. et 13.*

Ad inſtar Seraphinorum, qui parati ſemper adſtant ire celeres, quoquo verſus mittantur, & quò ignorantiùs neſciunt, quò pergant, eo velociores ſunt, vt pergant quò neſciunt; fuit Patriarcha Abraham de quo legimus, quod dum adhuc verſabatur in Vr Chaldæorum dictum illi fuit à Deo: d *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrabo tibi.* Diximus iam ſupra e Abraham fuiſſe religioſi ſymbolum. Nunc quæro tantum, cur Deus non indicat amico ſuo Abrahamo, quo debeat pergere? mandat egredi de terra ſua, nec oſtendit, quonam contendat? Hærebit, errabit, qui iubetur ire, & ignorat viæ terminum. *Metam celat, vt curſum contendat;* ait Baſilius Seleuc. f id eſt ignoret Abraham terminum, vt velocius currat. Iſta enim velocitas eſt admodum obedienti neceſſaria;

Obediens pro celeritate alatus.

d *Ca. 12. 1.*

e *Na. 167.*

f *Orat. 7.*

Digitized by Google

propterea non fuit Abrahamo grauiſſimum propriam deſerere terram, quamuis vt Philo ait: g *Exilium à patria ſit grauius morte, quia mors calamitatum finis eſt, exilium verò non finis, ſed nouorum malorum initium, dum euitata vna ſenſu carente innumeræ mortes ſequuntur.* Si ergo à patria exulare grauius eſt ipſa morte, quomodo ait textus, egreſſus eſt Abraham ſicut præceperat ei Deus, tanti æſtimatur obedientia, vt etiam ipſi vitæ ſit anteponẽda; & ideò nihili faciens ipſum exilium, elegit alatus tam celeriter obedire, vt dicat idem Philo: *Haud ſecus, quam ſi è peregrinatione domum redire iuſſus eſſet, iter accelerauit in regionem exteram, rem factam ſe habere putans ſi mandatum exequeretur celeriter.*

g *Lib. de Abrah.*

Abrahami velox obedientia.

246 Sed quibus alis armatus celeriter cucurrit ad obediendum Abraham? quomodo cum iuuenis nõ eſſet ſed ad ſenectam vergens annorum ſeptuaginta auſus eſt iter illud aggredi neſciens? quo pergeret tam celeriter certa pro incertis relinquens? Alatus eſt amor, ideoq; ipſe ardenti amore Deum proſequens formidare nihil poterat, omnia enim ſuperat verus amor. Audi Chryſoſtomum: h *Vidiſti quomodo nec ætas fuit ei obſtaculo, nec aliud quoddam quod potuit eum detinere, vt domi reſideret, ſed vicit omnia ipſius in Deum amor, anima fit enim tota eius quod amat, & à nullo, quod in medium apparet retardari ſe patitur, ſed omnia præterit, nec ſubſiſtit priuſquam re deſiderata potiatur.*

Hiſce Seraphinorum alis noſter Cupido Franciſcus ſcilicet alatus apparuit, ita vt optimè eum Seraphinum appellem, qui tantum ad ſe traxit amoris Dei, tantæ charitatis ardorem ab ipſo munerum datore obtinuit, vt non ſolum fuerit amore repletus, ſed ſurſum aſcenderit, & Seraphicam conditionem tranſcenderit, non minus ac ille alter Seraphicus eius pater ad cuius gloria redundat tanti filij honor: nec affectu, aut deuotione ad hoc afferendum moueor, ſed veritate, quam ex eiſdẽ præcitatis Iſaiæ verbis deduco: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Seraphim ſtabant ſuper illud.* Quæramus modo rationem, quare Iſaias Seraphica conditione caruit, licet Seraphim viderit, & eandem conditionẽ noſtro Seraphico Franciſco concedimus? Miſerat Deus Iſaiam ad corrigendum Regem Oziam, quem cum vidiſſet in ſolio ſedentem reprendere non auſit; tunc duobus Seraphinis impoſuit Deus vt cum Iſaia concentum ternis concinerent vocibus; cæpit vnus ex Seraphim, *Sanctus*; reſumpſit alter, *Sanctus*; Iſaias autem obmutuit, & minimè reſpondere valuit. Sed cur hac conditione ſeraphica priuatus remanſit? Reſpondit pro Iſaia Hieronymus: *Quia non audacter impium Regem correxi, ideò immunda ſunt labia mea, & laudes eius cum Sanctis Angelis cantare non merui.*

S. P. Franciſci conditio Seraphica.

Sed noſter Minimorum Patriarcha fuit verus vitiorum corrector, qui non ſolum correctoris nomine factis comprobauit dum Regem Carolum correxit, ſuam ei negando benedictionem, aliosque multos diuino inflammato ſpiritu reprehendit, ſed etiam hac correctoris intitulatione ſuperiores omnes ſuæ religionis appellari iuſſit; vt ſcilicet diceretur Corrector Generalis, Corrector prouincialis, &c. Sic enim ſtatuit in Regula i dicens: *Huius denique ordinis Minimorum directioni incumbentes ſinguli Correctores non immeritò veniunt nuncupandi: vt ſe ipſos primitus corrigentes, compaſſiuè ſibi commiſſos fratres, ita corrigant, quod fraternis defectibus piè condoleant: & ipſorum emendationem potius quã punitionem prætendant, ac requirant, &c.* Si ergo quia nõ correxit Iſaias non meruit cum Seraphinis cantantibus connumerari: Franciſcus, qui zelantiſſimus Corrector fuit, & ſuos Correctoris titulo inſigniuit certiſſimè ad Seraphicam conditionem aſcendit, & meruit Seraphicus dici. Adde rurſus exceſſum incurando ſupra cõditionem Seraphim; nam Seraphim alter vt Propheram curaret ardentem carbonem forcipe tulit: *Volauit ad me vnus ex Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* At verò noſter Seraphicus Franciſcus, vt ſpiritualem infirmitatem illius Summi Pontificis cubicularij & alterius Præsbyteri, ac cuiuſdam Concionatoris increduli prunas manibus ſuis geſtabat, non forcipe; & ſic ſua Charitate inflammatus magis quam erant prunæ igne ſuccenſæ, illos curauit; & ſemper deuotos ad illum confugientes ab infirmitatibus, quibus detinebantur, & detinentur liberauit, & liberat. Rectè ergò dicimus Franciſcum eſſe Seraphicum ac cupidinis alis alatarum, & eiſdem alis fretus celerrimè Deo obtemperans ferè huc illuc pergebat velociter, Spiritu Sancto interius inſpirante, atque cuncta ſibi ſubdita, propter ſuam obedientiam quaſi fuiſſe, fatebatur dum Cubiculario dicebat: *Qui perfecto corde Domino ſeruiunt omnia creata illis obtemperant.* Inſuper hiſce alis ſcilicet amoris, & obedientiæ ſæpè raptus ad Cælum cæleſtibus fruebatur delicijs, quamobrem deuotus quidam imagini Sancti Patris in ecſtaſim eleuati ſic eleganter Tetraſticon appoſuit.

i *Cap. 10. nu. 44.*

Vt alter Franciſcus noſter etiã Seraphicus dicitur.

Quo ferror? ignitis ſurſum abferor arduus alis
Raptibus arcanis, & ſuper aſtra vehor.
Nimirum meus æterno pulcherrimus Orbe
Extulit ab radijs, Sol mea corda ſuis.

247 Nec ſolum cum alis, ſed nudus depingitur amor, & rectè, quia quanto quis amore Dei nudus efficitur, tanto etiam alatus conſpicitur. Ideo enim Cupido alas gerit, vt ex intuitu illius doceremur, quod tantum exuentes ſe temporalibus bonis propter Dei amorem alas gerunt, quibus ad Deum queant auolare & pari paſſu, quo terrenis bonis valedicunt eodem (ſi Deum amant) creſcunt pennæ, aliſque ſuperadditæ velocius Cælum penetrant, quia vt alibi diximus nulla ſunt ſarcina grauati, & Chriſtum nudum Crucem aſcendentem nudi ſequuntur, & Crucem paupertatis aſcendunt vt inde tranſeant, & Cælum conſcendant. Vnde vt rectè notãt Patres, ad Crucis pedem poſuit Chriſtus veſtimen-

Chriſtũ ad pedem Crucis cur veſtimenta reliquit.

Digitized by Google

menta, vt mundum ſe viciſſe & ſuper omnia pedibus ſuis ſubiecta tanquam Dominum omnium ſcandiſſe monſtraret; nobiliſque vincendi, atque ſcandendi formam præberet. Audi Ambroſium: k *Refert conſiderare qualis aſcendat nudum video: talis ergo aſcendat, qui ſæculum vincere parat, vt ſæculi adiumenta non quærat. Victus eſt Adam, qui veſtimẽta quæſiuit; vicit ille, qui tegumenta depoſuit,* (adde ait Pintus) *& ſuppoſuit pedibus, vt in altum aſcenderet.* Quo ergo magis quis tegumenta deponit, pedibuſque ſupponit; eo magis nudus eſt ſed pennis, aut plumis plenus, alter nudus cupido apparet.

k *Lib. 10. in Lucam.*

Et dum nudus, & à rebus mundi religioſus ſegregatus in religione viuit, ſemper Cæli incola dicitur pro qua re perpendẽda ſunt verba Dauidis dicentis: l *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.* Vocat peccatores præuaricatores, hoc eſt legis tranſgreſſores, qui ſcilicet ſunt velut in lege claudicatores, qui dum claudicant Cælum petere auolando nequeunt, & Deo vniri recuſant, quandoquidem per legis præuaricationẽ, & tranſgreſſionẽ à Deo ipſo, & vniuerſali, eorumq; peculiari Domino apoſtatare dicũtur, hoc eſt recedere, diſcedere, atque præuaricare à lege Dei. Sed an poſſit peccator religioſus dici præuaricator, ſi quæras, maximè inquam, ſi vera ſunt, quæ, & Incognitus, & D. Ambroſius ad hæc Dauidis verba dicunt; ſcilicet: quod; *Non ſolum ille præuaricator eſt, qui à cultu Dei ad cultum tranſgreditur idolorum ſed etiam quicumque mandata non ſeruat.* Ita Incognitus, ergo præuaricator eſt ille religioſus, qui ea quæ ſeruare promiſit, non ſeruat.

l *Pſ. 118. v. 119.*

Peccator quanbo dicitur præuaricator.

248 Inſuper, ſi ad ea, quæ in primo tractatu diximus, attendamus; nempè religionem dici Cælum, ad religioſos facile, quæ Ambroſius dicit, applicabimus: Mouet iſte Sanctus dubitationem haud ſuperfluam. Si omnes peccatores præuaricatores ſunt; & peccatores non ſint in Cælo, vbi nihil coinquinatum intrat; cur terræ peccatores appellat? Sunt ne peccatores Cæli à quibus, vt diuerſignificentur iſti, eos vocat peccatores terræ? Ita eſt, nam vel ſunt illi, qui peccant in Cælum; iuxta illud: m *Pater peccaui in Cælum, & coram te:* Vel ſunt religioſi, qui iam religionem, quæ eſt Cælum (*Noſtra conuerſatio in Cælis eſt*) Ingreſſi non remanent firmi, & ſtabiles ad ſeruanda, quæ dum profeſſi ſunt promiſerunt; & ſaltem ſi non opere, certè deſcendunt cogitatione, & affectu in terram & & dum promiſſa non ſeruant peccant in Cælum, quia cæleſtis Ciuitatis (vtriuſque ſcilicet religionis, & Cæli) iura contaminant, & immaculati corporis violant ſanctitatem *ſuorum collùuione vitiorũ*, vt loquitur Incognitus: Et Ambroſius ita ad dubium reſpondet: n *Præuaricator eſt Cæli, &c. quia minuit gratiam, quam accepit è Cælo, quam Spiritus Sanctus infundit; ſiue quia Cæli ciuis factus, non debet in terram redire de Cælo. In Cælum ergo peccas, ſi Cæli incola factus Cælũ relinquas.*

Malus religioſus dicitur præuaricator.

m *Luc. 15.*

n *Ser. 15. in pſ. 118.*

Non potuit hoc dici de glorioſo Patre, & Patriarcha Frãciſco, qui adeò Deo ſuo hærebat ſemper indiuiduo affectu, vt nulla vi, & graui tentatione potuerit Dæmon eum à Domino ſuo euellere: nunquam è Cælo deſcendit in terram, qui omnibus omninò rebus valedixit, & nudus ac mundi opibus, atque delicijs exutus vixit ita vt creſcentibus alis ſæpè Cælum raptus petebat; & videbatur dicere, ea quæ Bernardus verba protulit, dum animæ ſuæ loquebantur: o *Sequere, anima mea in hac aſcenſione Chriſtum Dominum, vt ſub te ſit appetitus tuus, & tu domineris illius: conculca beſtiales motus; quia domari debent, ne dominari præualeant. Niſi enim conculcati fuerint, conculcabunt nos, niſi opprimantur, opprimunt nos. Nam vt in Cælum aſcendas, prius neceſſe eſt leuare te ſuper te, calcando carnalia deſideria quæ in te militãt aduerſum te. Sequere etiam aſcendentem Crucem exaltatum à terra, vt non ſolum ſuper te, ſed & ſuper omnem quoq; mundum mentis faſtigio colloceris, vniuerſa, quæ in terris ſunt deorſum aſpiciens, & deſpiciens; ſicut ſcriptum eſt: Cernent terram de longe. Nulla te mundi oblectamenta inclinẽt, nulla aduerſitates deijciant. Abſit tibi gloriari, niſi in Cruce Domini tui Crucifixi, per quem tibi mũdus Crucifixus eſt, & tu Crucifixus mundo. Iam verò quid ex hoc reſtat, niſi vt ad illum aſcendas, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula?*

Franciſcus Cæli incola nunquam Cælum reliquit vt pauper.

o *Ser. 4. in Aſcenſ. Domini.*

Iſa. 33. 17.

Nec poterat non eſſe in Patriarcha noſtro perfecta paupertas, quæ virtutum omnium nedum ſocia eſt, ſed mater; cumque Charitas, qua Frãciſcus peculiari fauore fuerat à Deo inſignitus; ſit etiam mater virtutum, ſeù forma tribuens eſſe virtutibus, non eſt poſſibile conſiderare Charitatem ita perfectam in Franciſco ſine paupertate perfecta eius ſocia. Quod autem paupertas dicatur mater, & ſocia patebit ex hoc, quia Abel hac ratione anteponitur Caino: p *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Ait Sacer Textus. Et Cain impius fuit, & homicida, & reprobus; Abel iuſtus, innocens, virgo, martyr, & electus à Deo; iſte minor natu, & nihilominus præfertur maiori. Sed cur quæres, qui ex eodem patre, & matre originem traxerũt tam diſpares, & inæquales in motibus fuerunt? Cur minor maiori anteponitur? Reſpondeo, quia erat pauper ſpiritu. Sic enim docet Ambroſius dicens: q *Cain* dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret, quod diuitum eſt proprium, qui ſibi, & nullo modo *alijs acquirunt; Abel qui omnia refert ad Deum pia deuotus mentis intentione, nihil ſibi arrogans, ſed totum tribuens conditori, quod quod accepiſſet ab eo, quod proprium eſt pauperum ſpiritu, qui nihil proprium habent, ſed ſi aliquid poſſident, tanquam non ſuum reputant:* Meritò igitur antefertur Abel minor natu Caino maiori, qui pauper ſpiritu cuilibet quantumlibet ætate, & diuitijs præcellenti debet omninò anteponi; cumque Abel paupertatem coluerit, non Cain, nil mirum, ſi Cain vitijs, & ſceleribus obnoxius fuerit; Abel autem virtutibus claruerit; ait enim

Paupertas virtutũ omnium ſocia & mater.

p *Gen. 4. 2.*

q *Cap. 1.*

Digitized by Google

r Ser. 28.

Chryſoſt. r *Eſt virtutibus cognata paupertas, & ſi paupertas virtutum parens, virtutum ſocia ſic habetur ſapere conuenit, quare Chriſtus ad virtutis officium pauperes ſic elegit*, &c.

249 Vlterius flores altera in manu tenebat Cupido: ſed cur flores gerit Cupido noſter? non alia ratione crediderim, niſi quia flores virtutum in eo continebantur. Inter flores enim, qui candidus erat caſtitatem, & virginitatem ſuam oſtẽtabat, qui verò purpureus continuum martyrium, qui cæruleus abſtinentiam, & cæleſtem in terris conuerſationem, qui verò variegatus omnigenas virtutes, quibus ſplendebat; ſed præcipuè flores virginitatis, & caſtitatis ſymbolum ſunt, nec proptereà immeritò dicimus Cupidinem florem gerere, quia ſi amor diuinus eſt, caſtitate pollet; nam illa vera caſtitas eſt, quæ Charitatem ſociam habet.

ſ Cap. 3. q. 10.

|Libanus cãdidatio.

Pro qua re ponderanda ſunt verba illa Canticorum. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani &c. media Charitate conſtrauit.* Quid per ferculum ſignificare dicemus? an thalamum, & vtriuſque coniugis cubiculum; an tabernaculum à Moyſe, ex Dei mandato factum in deſerto, in quo arca fœderis erat, & in ea gloria Domini habitabat; an vero aliter dici poſſit, apud expoſitores facile quiſque inueniet, & præcipuè, quod Eccleſia ſit per Ferculum figurata. Sic enim exponit Diuus Gregorius dicens: *Eccleſiam hanc dici ferculum Chriſti, quam ædificauit non de quibuſuis lignis, ſed de libano monte, qui candidatio interpetratur, quia ſecundum præſcientia ſua gratiam Chriſtus ſanctam Eccleſiam Dei in æternum permanſuris Sanctis, conſtruxit.*

Omnia Chriſtus ſua charitate, cõſtrauit.

Sed dicamus non modo Eccleſiam hoc eſſe ferculum, ſed quamlibet etiam piam animam, quam ſibi fecit Rex Salomon Chriſtus ad ſui imaginem, & ſimilitudinem, & ea quaſi vehiculo vtitur, vbi per fidem charitate formatam in ipſa habitat. Sed cur dicit ferculum feciſſe ſibi? quia non fecit animam, vt diabolo ſeruiat, aut mundo, vel ſuæ corruptibili carni, ſed vt Creatori ſuo, ac Redemptori ſuo ſeruiat, placeatque. Medium huius ferculi charitate conſtrauit, cum omnia, quæ dixit, fecitque Saluator, mira ſua charitate complanauerit, omnia charitatem ſpirant, & feruentiſſimam dilectionem, erga nos ſubindicant: Audi Auguſtinum: *Amore Deus venit ad homines, amore factus eſt homo, amore fuit comprehenſus, flagellatus, ſpinis coronatus, & amore tãdẽ in Cruce obijt.* Vt anima iaculo amoris Chriſti vulnerata omnia mundi bona ſpernat, & flagrantiſſimam ſponſi ſui dilectionem contemplans, Chriſto ſolummodo adhæreat, eique ſolum viuat, qui pro nobis in ara Crucis mortuus eſt.

Sed ut intento ſatisfaciamus, quærendum eſt, qua ratione ferculum fecerit ex lignis Libani, cur non ex alijs, aut ex aliunde aſportatis? & cur ferculum ex illis lignis fabricatum ſtatim *media charitate* conſtrauerit? Arbitror fuiſſe, quia vera caſtitas non eſt ſine charitate: ſiquidem Libanus idem eſt ac dealbatio, & in lignis incorruptionem præſefert; & nullus eſt, qui per Libani ligna non intelligat mentes caſtitate, & puritate florentes. Cum D. Gregorius Niſſ. t dicat: *Venerandam, per has voces virginitatem eſſe ſtatuimus in ferculi diuini opificio*, Veneranda debet intelligi virginitas, quæ mirè fulgens, Deum excipit, & ornat decore ſuo: qua tunc *media charitate conſtrauit*, vt & alij legunt, *Medium eius combuſtum, & ardens charitate?* Optimè enim & meritò vbi virginitatis cãdor in opificium diuini ferculi aſſumitur, ſtatim ibi charitatis flammæ adduntur quaſi nequeat prætium habere virginitas, niſi ſub his cuſtodita flammis. Audi Gilbertum Abbatem. u *Media (ait ipſe) Charitate, bene media quæ ſic intima eſt, vitalis quadam legis vena eſt, & reliquarum charitas virtutum, cætera, quaſi in partem ſe contrahunt, illa omni communis eſt gradui, ſiuè mente excedas, ſiue ſobrius ſis, vbique charitatis, & neceſſarius, & iucundus eſt vſus.* Parum aliàs, aut nihil æſtimationis haberent mundiſſimæ virgininitatis ligna incorruptibilia, niſi abſconderentur ſub charitatis flammis. t Hex. 7. in Cant.

250 Vlterius notari oportet, quod Cæleſtis Sponſus Sponſam ſuam hortum concluſum appellauit, dicens: a *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus.* Quem textum vt ad intentum expendamus fas erit interrogare, qui nam ſit iſte hortus, cur bis concluſus dicatur, & tandem, quibus muris ſit præcinctus, fortique circundatus clauſura? Hortum, de quo hic agitur, paradiſum intelligo; tum quia hunc ſpiritualem Dei hortum, & illum paradiſum eiſdem vocibus, & nominibus appellamus. Si hunc hortum aſpicio continentem diuerſorum Sanctorum ſortem, & variarum virtutum connexionẽ cum ſumma plenitudine amænitate, & iucunditate, meritò appellare illum potero hortum deliciarum & Paradiſum voluptatis. Nam vt D. Ambroſius teſtatur, b *Paradiſus Gracè, hortus latinè dicitur;* Et textum hunc ita ipſe legit. *Paradiſus concluſus, ſoror mea ſponſa paradiſus concluſus.* Verum Paradiſum vocari non quemlibet hortum dicimus, ſed electiſſimũ, à principibus conſitum, ad quem citra dubium ſit in hoc textu alluſio, ſiquidem ſtatim dicitur: *Emiſſiones tuæ Paradiſus.* Tum etiam, quia in Geneſi Paradiſus hortus quoq; dicitur, quaſi ab inuicem mutuatis nominibus, & hortus, & Paradiſus, vterque ſit. Ideò vbi Vulgatus habet: c *Plantauerat autem Dominus Paradiſum voluptatis à principio.* Chaldæus habet: *Plantauit Dominus Deus hortũ in loco voluptatis.* Ita Arias Mont. quibus adſcribitur Caietanus.

a Ser. 19. in Cant.

Sponſa cur bis dicatur hortus concluſus.

b Lib. 6. epiſt. 42.

c Cap. 2. 9.

Ecce igitur, quod ſponſa hortus dicitur, qui deliciarum Paradiſus eſt. Sed cur dicatur bis hortus concluſus, & non ſemel? arbitror ſic dici ad maiorem aſſeuerationem rei de qua agitur. Vel quia ſponſa Domini intus, & foris concluſa manet: etenim timore ſummi Dei cogitationes prauas depellit; & etiam foris eodem timore ſancto carnis ſenſus mortificat, vel hic hortus bis concluſus eſt, quia

cam

Digitized by Google

eam n. mpè Sponſam Angeli circum eunt, & Angelorum Dominus ipſam tuetur. O fœlicem ergo hortum, o Sanctam Sponſam clamabo, quippe quæ nedum Angelorum auxilio, ſed Sponſi ſui cuncti potentis præſidio iam vallata eſt.

Hiſce ergo Dei, & Angelorum præſidijs velut muris protegitur Sponſa, quæ paradiſus Dei eſt, & fortè non ſine admiratione Sponſam ſuam Virginem non cui vis horto comparauit, ſed notanter illi horto, quem paradiſum vocamus ſimilem dixit, & non tunc quando omnibus patebat animalibus, ſed quando erat clauſus, & gladio flammeo cuſtoditus, & ex eo eiectis Adam peccator, & Eua peccati auctrix. *Eiecitque Adam* (ait textus) d *& collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, gladium flammeum atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*. Septuaginta: *Collocauit eum contra paradiſum voluptatis, & ordinauit Cherubim, & flammeam romphaeam, qua vertitur cuſtodire viam ligni vitæ*. Sic fere omnes, & maximè Auguſtinus, & Ambroſius, quibus figuris agnoſcimus, per Cherubim, atque gladium flammeum nobis eſſe redeundum ad Paradiſum. Sed quid quæſo per Cherubim, & flammeam romphæam debemus intelligere? Cherubim dicitur plenitudo ſcientiæ, cumq; charitas ſit plenitudo legis diuinæ, charitas notatur per Cherubim; & Gladius flammeus verſatilis pœnas temporales innuere poteſt, quæ verſatiles ſunt, quia volubilia ſunt tempora. Sic Diuus Iſidorus ad locum Gen. dicens. *Ad arborem vitæ non reditur, niſi per Cherubim ideſt plenitudinem ſcientiæ, ideſt charitatem, & per gladium verſatilem ideſt tolerantiam temporalem*. Sic etiam inquit Auguſtinus: e *Per plenitudinem ſcientiæ ideſt per charitatem venitur, quia ſi charitatem non habeant nihil ſunt*.

d Gen. 3. 25

Per charitatem redeundum ad Paradiſum.

e Lib. 2. de Gen. cont. Manich.

Sed vt noſtra dicta roborentur, dicimus non ſolum per charitatem redeundum eſſe ad paradiſum, verum noſter paradiſus, vt diuinis delicijs, virtutibuſq; maneat ornatus, charitate muniendus eſt, & circumuallandus: ideò dum Sponſus egit de paradiſiaca Sponſa flammanti cuſtodia horti concluſi in virginitatis commendatione meminit, vt oſtendat quod virginitas tunc ſuum honorem habet, cum clauditur ſub flammis charitatis, Sic Gilbertus Abb. docere videtur, dicens: *Hortus concluſus ſoror mea Sponſa, male hortum in quo poſitus erat cuſtodiuit Adam contra lubricum fraudulenti ſerpentis ingreſſum, porta paradiſi tui ſemper clauſa ſit, ſoli principi pateat, vnus ſit aditus, & is commiſſus Cherubim*. Nihil enim admittitur non examinatus prius gladio flammeo, quod ſcilicet non approbet charitas. Virgineus hortus tunc magis illuſtratur, tunc magis floridus apparet, & prætium accipit, quando clauditur ſub flammanti cæleſtium amore, & charitate.

Virginitas commendatur.

251 Apte ergo aſſerimus Cupidinem ornatum floribus virginitatis fuiſſe Patriarcham noſtrum Franciſcum charitate tam ardenter inflammatum, imò à Deo vexillatum. Purum enim, & Virginem fuiſſe negabit nemo; cum ſic ex Bulla Canonizationis habeatur. *Quis mentem puram integritate virginali cuſtodiſſe neget, qui non dum pubeſcens in ſolitudinem ſe ſe relegauerit, ne vlla prorſus mundi contagione pollueretur*. Quare nil mirum ſi virginitate, & charitate roboratum, nec ignis flammæ, nec prunæ ignitæ læſerint vnquam; erat enim mirabile ferculum, ſeu virginitatis thalamus ipſius Sponſi cæleſtis, ad hoc enim animam Franciſci cum puriſſimo corpore adaptauit Deus, vt ſua eſſet Sponſa puriſſima, quam. *Media charitate conſtrauit*. Idq; viuaciter Franciſco conuenire probauit quidam doctiſſimus concionator ex Diuo Ambroſio, Theodoreto, & Gregorio Niſſeno, qui ex hæbręa voce Ratſuph, quæ propriè idem eſt ac pruna ignita; legunt: *Medium autem carbunculis compoſuit*. Ex proportione mirabili, quæ inter carbunculum, & charitatem Franciſci reperitur. Nam carbunculus eſt gemma ſimilitudinem ferens igniti carbonis, & inter noctis tenebras ſplẽdide lucet; & inter labores, & anguſtias, ac perſecutiones poſitus Frãciſcus ſemper eius reſplenduit charitas. Inter aquas carbunculus ardet, teſte Plinio, qui ait. f *Aquis perfuſi exardeſcunt*. Et inter inundantes aquas detractionum, & murmurantium magis accendebatur eius charitas; vt rectè dixerit de eo quoq; Sponſus. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*. In aere carbunculus noctis tempore ſubleuatus, ſplendidior apparet; quam dum inter nocturnas tenebras humi iacet; Et Franciſcus quando per extaſim, aut raptum ardentiori flamma ſuccenſus, in Deum ſurſum agebatur, Ieſum, quem ſumme diligebat, amplexus corde, ac contemplationis diuinæ confortatus dulcedine, circumcirca micantes radios emittebat, totuſq; ipſe ſcintillabat. Sed inter omnes proprietates carbunculi, illa præeminet cæteris, quod non ſolum ab igne non læditur, verum in igne poſitus, neq; calefit, quod ſuæ naturæ tribuitur propter vim, quam habet ardentem: *Cum ſuo igne ſemper ardeat, externum vero ignem penitus deſpiciat*. Si ergo materialis noſter ignis non combuſit, non conſumpſit, imò nec calefecit Franciſcum, ſed ab eo veluti ſpretus fuerit; mirum non ſit; nam ad inſtar carbunculi intus diuino ſuo igne accenſus, ardebat. *Cum in ſuo igne ſemper ardeat, externum vero ignem penitus deſpiciat*.

Virginitas, & charitas Franciſci.

f Lib. 37. cap. 7.

Carbunculi proprietates in Franciſco.

252 Vlterius nè dum charitati, ſed & Virginitati conuenit veluti annexa proprietas ab igne liberari. A' ciuitate illa iam iam in momento ſubuertẽda egredi Loth compulerunt Angeli; ſed valde miror quod cum plures filias haberet eas tantum, quas domi tunc habebat, ſecum ducere, & ab incendio liberari curaret; iuſſerint. *Cumque eſſet mane* (ait Textus.) g *Cogebant eum Angeli dicentes, ſurge tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes, nè & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis*. Quod autem alias haberet nuptui traditas (præter duas has quarum memoriam facit,

Virginitate liberantur ab incendio.

g Gen. 19. 15.

cit,

cii, & fideles vocat iuxta Chaldæum legentem: *Tolle vxorem tuam, & duas filias tuas, quæ inuentæ ſunt tecum fideles, ne forte percutiaris, &c.* Et adhuc iſtæ licet deſponſatæ fuiſſent, non dum tamen traditæ fuerant in vxores, propterea virgines eas paulo ante appellauerat conſtat ſecundum opinionem aliquorum ex additione illa *(quas habes.)* Vnde colligũt aliqui (ait Hieronymus:) h Alias habuiſſe matrimonio copulatas. Vnde quidam verterunt: *Quas præſentes habes domi ad differentiam aliarum quæ cum ſponſis in alijs domibus degebant:* Quo ſuppoſito ſi tam iſtæ, quam illæ erant filiæ eiuſdem Loth, cur ſolum illæ, quæ cum Loth manebant ab incendio liberantur, pereuntibus alijs? dicerem libenter, niſi audaciæ tribueretur, at hoc dicere fortaſſe, nefas non eſt, quod ſcilicet intuitu virginitatis illæ duæ ſolum liberantur: Et Rab. Maurus hoc quodammodo inſinuauit, dicens. i *Non nulli arbitrantur illas, quæ viros habuerint in ſodomis remanſiſſe, & eas exiſſe cum patre, quæ virgines fuerint.*

h *In 99. Hebr. in Gen.*

Lib. 2. in Gen. cap. 23.

Charitatis ardori ceſſit ignis ardor.

Si ergo virginitas, ſi charitas ab incendio liberant, mirum non ſit, Franciſcum noſtrum Patriarcham intus, & extra virginitate, & charitate ſplendidum, eaque tanquã vexillo munitum, & inflammatum; ab igne non moleſtari, non lædi, nec veſtium pilos cuti: Nam iuxta Philoſophi doctrinam. *Ab agente minoris virtutis non procedit actio.* In Franciſcum diuino igne repletum, ignis materialis agere nequiuit, imò nec eum ignis, veluti carbunculum calefecit, non obſtante quod proprijs manibus ardentes prunas tangeret, & hinc inde, non breui ſpatio aſportaret, tamquam ſi propriam vim calefaciendi amiſiſſet ignis erga Franciſcum ſuperiori igne accenſum; quia vt dixit Philoſophus. *Quo magis aliqua potentia intenditur, eo altera remittitur.* Cum intus ardens eſſet Cæleſti igne, prohibebat extraneum, ne flammas ſentiret. Sic dixit Sanctus Maximus. k *Dũ enim cor ardet flammam membra non ſentiunt.*

k *Hom. 2. de Sancto Laur.*

Abſtinentia fælicem facit abſtinentem.

253 Si poſtea altera in manu vultis noſtrum Cupidinem tenentem piſcem aſpicere, facile erit per totum opus poſthac, ſi piſcem pro abſtinentia accipiatis. Piſcem non carnem ſua tenet in manu, qui abſtinentiam quadrageſimalem, & tenuit ſemper, & iuſſit à nobis fore continuo ſeruandam, vt notum eſt omnibus ex Bulla Canonizat. vbi legitur. *Admirabilis erat vita eius auſteritas: quæ propterea admirabilior cenſenda eſt, quia in pueritia, adoleſcentia, iuuentute, ſenecta, & decrepita eius ætate, inter labores, vigilias, ieiunia, abſtinentias, innumeraſq; corporis macerationes eundem penè viuendi modum ſeruauit.* Quouſq; ex fælicitate viæ ad fælicitatem patriæ perueniſſet; & licet mundanis oculis non videatur fælicitas eſſe, vbi eſt afflictio carnis, tamen verè fælix eſt, qui corpus ſuum per abſtinentiam mortificat; *Quia* (exclamat Ricchardus in lib. qui dicitur Beniamin minor.) l *Licet per abſtinentiam caro affligatur ad magnam inde pacem, & tranquillitatem animus componitur.*

l *Cap. 25.*

Sed de abſtinentia nihil amplius pro nunc, cum de hac virtute tantum, fere ſint ſequentes tractatus elaborati; Et intentum Emblematis ſequamur: propterea enim Cupidini flores, & piſcem attribuit, vt dominium ſuper terram exprimeret, & mare. *Scilicet, vt terra iura det, atque mari.* Quod etiam Lucretius Cecinit lib. 1. dicens.

——— *Tibi ſuauis dædala tellus*
Submittit flores: tibi rident æquora ponti.

Et Propertius: *Hic Deus, & terras, & maria alta domat.*

Imperium ſuper terrã.

Verum fabula hæc, veritati cedat. Id enim quod fabuloſe de cupidine dicitur; de Franciſco noſtro Patriarcha, qui fuit diuinus Cupido cæleſti amore inflammatus verè dicitur imperaſſe terræ, & mari, omnibuſq; elementis: ex quibus non ſolum obedientiam obtinuit, virtute ſuæ obedientiæ, vt dictum eſt ſupra. m Sed ipſius charitatis virtute omnibus imperabat, terræ imperauit, dum intempeſtiuos flores fructuſq; eam producere voluit: dum ſaxeam molem, de qua loco citato dictum eſt, retinuit, dum ferocia animalia ad ipſius nutum mitiſſimi agni naturam oſtentabant: dum ceruios, capreaſq; canum dentes, rabidoſq; morſus fugientes ſub ſuæ protectionis tegumento confugientes recipiebat, fouebatque: dum terræmotus ad ſui imperium ceſſabant: dum bella è terra pro qua rogabat, procul abire faciebat: dum pacem amplectẽdam fore à ſuis deuotis procurabat. Et dum fertilitatem fructuum ex terra haberi omni propulſa ſterilitate, ſatagebat.

m *Cap. 10. huius tract.*

254 Sed valdè conſiderandum eſt imperium, quod ſuper terrã habebat, ex eo quod ipſius terræ puluere, ac folijs ad morbos graues tollendos, ac vlcera peſtilentia ſananda vtebatur. Et ſit hoc vnum pro mille, quod in Bulla Canoniz. legitur. *Erat vir nobilis ex mea patria, ſed terræ Bellimontis Baro, dictus Iacobus de Tarſia longo tempore penè inſanabili apoſtemate affectus; & licet medici, & chirurgi continuo laboraſſent; vlcus tamen abſq; profectu ingraueſcebat, omnibuſq; remedijs adhibitis iam in deſperationem ſalutis res adducta erat. Tandem dictus Iacobus ad Sanctiſſimũ Patriarcham Franciſcum miraculorum, & ſanctitatis fama permotus, ſe contulit. Et non obſtante, quod vlcus inſanabile viſum ſit omnibus; Franciſcus monuit Iacobum, vt in Deo firmam fidem, & certam ſpem haberet, quia ſanitatis gratiam conſequeretur. Vnum autem ex ſuis fratribus miſit, qui folia quædam herbæ (illic dicta vngula caballina) colligeret; & cum ipſis folijs certos pulueres (quos in cella ſua ipſe beatus retinebat) ſibi afferret. Quod cum factum eſſet, & ipſe pro impetranda à Deo ſanitate oraſſet, aliquantulum de illis pulueribus vlceri appoſuit, & tribus ex folijs prædictis illud cooperuit, & ſigno Sanctæ Crucis præcedente omnia circumligauit, iuſſitq; Iacobo cum ſua benedictione, vt illico ſuam repeterent domum, ad*

quam

Digitized by Google

quam nondum peruenerat, quando acerbum illum dolorem, & peſſimum fœtorem, ſe amplius non ſentire clamabat; & ex equo deſcendens proprijs pedibus ambulare cœpit: calce terram percutiens, nec aliquid doloris ſentiens ſe liberum, & ſanum intellexit.

Charitas in proximū ex ſui conſideratione. En magnæ charitatis opus illius Sanctiſſimi Patris, ex qua non ſolum virtutum flamma in Eccleſia Dei erupit, ſed proximos eadem charitate proſequens, ſemper fouit. Etenim ex vera charitate ad proximi commiſerationem ducimur, & ad indigentibus ſubueniendum. Idque docuit nos ab initio creationis mundi ſub typo Deus quando dixit. n *Germinet terra herbam facientem ſemen, & lignum pomiferum, lignumq; faciens fructum.* Si vtilitati hominum ſufficiebat, quod terra herbam germinaret ſine ligno pomifero, & fructū faciente, ad quid ſuperaddere lignum? Et ſi lignum pomiferum vtile dignoſcitur, cur additum eſt ſecundum genus ſuum, vel ſecundum ſpeciem ſuam? Sine dubio fuit, vt myſtice denotaretur, quod homo ex ſui generis conſideratione in commiſerationem aliorum excitaretur, & indigentibus fructus miſericordiæ tribueret. Et eſt doctrina D. Eucherij in Geneſ. vbi ait. o *Liceat ei germinare bonorum operum fructus ſecundum genus ſuum, diligens proximum, in ſubſidijs neceſſitatum carnalium habens in ſe ſemen ſecundum ſimilitudinem, vt ex ſua infirmitate compatiatur ad compatiendum indigentibus; producens, & lignum forte robore, fructiferum, ideſt beneficium ad eripiendum eum, qui iniuriam patitur de manu potentis, & præbendo protectionis ſpeciem, vmbraculo valido, robore iuſti iudicij.*

n *Gen.* 1. 11.

o *Lib.* 1. *in Gen.*

O quam benè Franciſcus diuina charitate inflammatus à potentioribus panperes eripuit, ſubſidium præbuit indigentibus, non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam carnalibus neceſſitatibus, exiſtētibus; in quo & fuit ſemper mirifica loquendi gratia, & cunctis infirmitatibus ſua flagrantiſſima charitate ſubuenit: teſtatur hæc veritas quæ narratur iu Bulla Canoniz. vbi narratis alijs operibus addit *Horum, & plurimorum aliorum Sanctorum operum ratione habita, adeò Sancti Spiritus gratia hominem complexa eſt: vt pijs eius meritis, & precibus in nomine Chriſti dæmones à corporibus humanis ſæpius eiecti pluresque infirmi diuerſis morborum generibus oppreſſi & iam à medicis deſtituti, ac morti propinqui priſtinæ ſanitati reſtituti fuerint: idemque beatus alijs compluribus, qui memoria, & ſenſibus capti, ſeù intelligentia debilitati erant, ſanctitatem præſtiterit: ac multis claudis inceſſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, cæcis lumen reſtituerit, & leproſos mundauerit: nonnulloſque mortuos, vel pro mortuis habitos, ad vitam priſtinamque lucem perduxerit.* Per quæ omnia ſatis oſtenditur Franciſcus, vt alter fuiſſe Cupido flores in manu gerens, & verè non fabuloſè, vt ille terræ imperauit, & omnibus habitantibus in ea.

255 Si tandem per piſcem, ſuper mare dominium cupidinis intelligemus, iuxta illud Propertij ſupra relatum. *Et terras, & maria alta domat.* Quis vt verus noſter Cupido Franciſcus, qui feruidum mare, & fretum nauigantibus, terribile, & domuit, & ſedauit. Sed quomodo? ſuæ charitatis imperio. Placet explanare iterū quale fuerit imperium Franciſci ſuper aquas, præter ea, quæ dicta ſunt ſupra, p & quod ſequitur ex citato textu Matth. valde notandum eſt; ſi Petrum bis mare ingreſſum conſideremus, ſemel cum Chriſto, & poſtea ſine Chriſto. De prima vice loquitur citatus Mattheus, quod motus magnus in mari factus eſt, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Quando Petrus cum alijs Diſcipulis timore perterriti acceſſerunt ad Chriſtum vt de tanto periculo eos liberaret. *Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius* (ait textus) q *& ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus.* Dormiebat Chriſtus, & Diſcipuli quaſi per vim eum voluerunt excitare. Ponderat hoc factum Origenes, & ait: *Tanto fuerant metu conterriti, & penè animo alienati, vt irruerent in eum, & non modeſtè, ac leniter; ſed turbulenter ſuſcitarent eum; dicentes: Domine ſalua nos, &c.* Quos diſcipulos alloquens Origenes dulciſſimè ait: *O Beati, ò veraces Diſcipuli, Dominum Saluatorem vobiſcum habetis, & periculum timetis? Maris rumore trementes Creatorem eius præſentem, ita ſuſcitatis, quaſi non poſſit dormiente corpore fluctus ſedare, vel mitigare.* Miratur Origenes tam timidos fuiſſe Diſcipulos eo tempore, & loco, quibus aderat Chriſtus. Verum in ſe reuerſus Origenes pro Apoſtolis reſpondit tāquam ſi illi loquerentur dicentes: *Paruuli ſumus adhuc infirmi, nōdū robuſti, ideoq; timemus ideoq; trepidamus.* Ita & taliter quod Ieſus è ſomno excitatus durè eos increpauit dicēs: *Modicæ fidei quid timidi eſtis?* Timor ergo naufragandi ortum in eis habuit ex modica fide. Qua maior abſque dubio fuit fides Franciſci, laude non reprehenſione digna, ſi comparetur fidei, quā tunc habebant Diſcipuli, quandoquidem illi trementes, non timuit Franciſcus pedibus ſuis calcare fretum, tollitque ſuo imperio æquoris rabiem.

p *Cap.* 10. *nu.* 151. & 152. *præſentis tract.*

q *Cap.* 8. 25.

Quod expreſſius patebit, ſi poſt Chriſti reſurrectionem Petrum nauigantem, & piſcantē conſideremus. Supponamus Euangelij textum: r Piſcaturus Petrus aſcenderat cum ſocijs nauim, ſed fruſtra cum nihil illa nocte prendiderint. *Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt Diſcipuli, quia Ieſus eſt. Dixit ergo Ieſus: Pueri nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei non. Dicit eis: mittite in dexteram nauigij; & inuenietis. Miſerunt ergo; & iam non valebant trahere præ multitudine piſcium. Dixit ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cum audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.* Quot verba tot myſteria. Siſte parum ò Beate Petre, iam iam in naui poſitus maris rumorem timebas, & nunc intrepidè liquidum calcas elementum; cur quæſo dic? Cur ſolus æquora pedi-

r *Io. ca.* 21. 4. 5. 6. 7. 8.

Digitized by Google

pedibus comprimis, qui vna cum Chriſto
exiſtens in naui fluctus feri maris timuiſti?
aut ſaltem cur tunica ſuccinctus ingredi ma-
re voluiſti, cum nudus faciliùs, & ſecuriùs
quò volebas, perueniſſes? Sed optimè quidē
fecit; nam vt priſtinam fidem viuam, aut vi-
uaciorem redderet, charitatis pallio ſuccin-
ctus apparuit, eaque roboratus fluctus ma-
ris non timuit. Sic docuit S. Laurentius Iu-
ſtinianus dicens: ſ *Tali tunica dum præcin-*
tus fueris amore ignito in tribulationem vndas
ingredi ne expaueſcas, vt ad præceptorem tuum
ſtantem in littore, valeas properare, nequaquã
patieris naufragium, charitatis pallio cooper-
tus, aquæ enim multæ non potuerunt extinguere
charitatem. Quid ergo mirum, ſi Franciſcus
cum portorium non haberet, quo nautæ ſa-
tisfaceret, ac inhumaniter eſſet à nauclero
excluſus ne ſua in naui fretum tranſiret, ex-
tenſo ſuper fluctus pallio, vtens baculo pro
arbore: ſecuriùs quam in forti naui aſcendit
in eo, & aura Sancti Spiritus traiectus fæli-
citer nauigauit. Mirabantur illi, qui nauim
iam Franciſco negatam ingreſſi, nauigabant,
videntes mirabilia, quæ Deus per hominem
operabatur in freto, & neſcientes cur aut
quomodo fieri poſſet tam mirabile prodigiũ.
Sed huius ignorantię cauſa fuit, quia non no-
uerant pallium illud ſuper mare extenſum,
fuiſſe ſymbolum charitatis pallij, quo erat in-
uolutus, ideòque poterat abſque vllo timore
mare pedibus calcare, & tranſire. Vnde
Franciſcum alloquentes dicamus cum ſupra-
dicto Laurentio: *Nequaquam patieris nau-*
fragium charitatis pallio coopertus, aquæ mul-
tæ non poterunt extinguere charitatem.

ſ De triumpho Christi ago ca. 27.

256 Verus certè Cupido Patriarcha noſter
Franciſcus; idque concedent omnes, ſi vim,
& potentiam diuini amoris in Fráciſco con-
templentur, tanquam in ſpeculo in imagine
cupidinis fabuloſi Dei. Etenim Poetæ dum
de Cupidine fabulantur mira ei tribuunt in-
ſignia. Vnde Orpheus inter alia, quæ ait in
hymnis: Hæc ſcribit.

Cupidinis inſignia.

Iucundum, magnum, gratum cantamus
amorem
Arciferum, alatum, flammiſque poten-
tem.
Tu maris, & terræ claues, tuque ætheris
alti
Sceptra tenes: tu quot ventos Dea parturit
alma
Frugifera, tibi pontus tumidus, vel tarta-
rus ipſe,
Et regis, & cuncta flectis moderamine ſolus.

Hæc Cupidinis inſignia, cui competunt magis,
quam noſtro Franciſco? quid enim innuunt
niſi virtutes & Franciſci prodigia? ſiquidem
ipſe veri Dei amoris ſupræmi imago factus,
pulcher oculis, & decorus videbatur aſpectu
omnibus cum ipſo conuerſantibus, ac in col-
loquijs iucundus, ſed pulcherrimus, & iucun-
diſſimus in gloria: erga ſuos deuotos gratiſ-
ſimus, vt penè infinita teſtantur miracula:
Alatus quaſi cæleſtis Seraphinus, teliſque
amoris ſuccinctus, tãquam ſagittarius ex ar-
cu ſui amoris tela emittens, deuotorum cor-
da inflammabat, & ſi quæ corda eſſent odio
erga ipſum affecta, tunc degens in terris in
beneuolentiam, & amorem odium ſua cha-
ritate commutabat. Legite quarto in bulla
canoniz. quoddam huius veritatis teſtimo-
nium. Cum à quodam Fratre Antonio Or-
dinis Minorum profeſſore viro doctiſſimo,
integerrimæq; vitæ, idem B. P. Franciſcus
etiam in publicis prædicationibus, carpere-
tur; quod videlicet tam impudens eſſet, vt
ſimplex laicus, & literarum penitus ignarus,
quibuſdam herbis ægrotis ſalutem promitte-
ret: Accidit, vt idem Frater Antonius ab alijs
dicti Ordinis Minimorum Fratribus ad eun-
dem Beatum virum miſſus fuerit, quatenus
eum de præmiſſis redargueret. Qui cum ad
eum veniſſet, & magnis illum contumelijs
affeciſſet, increpaſſetque eius ignauiam, &
craſſitudinem, vir Dei conſtantiſſimus, pa-
tientiſſimuſque tot conuitijs, & iniurijs, nul-
latenus fractus, ac ne cõmotus quidem fuit;
ſed loco appropinquans, ardẽtes titiones nu-
dis manibus accepit, eoſque ſtrictè com-
preſſit, ac manifeſtè oſtendit in Dei vir-
tute omnia fieri poſſe. At ille prudentiſſimè
proſpiciens hominis ſimplicitatem, & fidem,
omniaque ab eo diuina gratia, & ardentiſſi-
mo fidei ſpiritu fieri, eius pedibus aduolutus,
illos arctè complectens, oſcularique ſatagens
veniam ab ipſo humillimè poſtulauit: neque
inde ſurrexit, donec ab eodem Beato Patre
benediceretur. Quo factum eſt, vt qui an-
tea in illum publicè maledicta plurima con-
geſſerat: proprium confeſſus errorem, beati
viri ſanctitatem dignis, veriſque, poſtea lau-
dibus merito efferret.

Per illa cupidinis inſignia Franciſci virtutes, & prodigia figurantur.

Religioſus minorita indignatus in amorem commutatur.

257 Sed vnde tanta tolerantia? niſi à perfecta
charitate, qua omnia tolerantur, & in pace
conſeruantur abſq; vllo timore ab ijs qui eam
habent. Perpende quarto ad hoc illud quod
faciendum iuſſit Deus circa ſtructuram arcę
dicens: t *Fac tibi arcam de lignis leuigatis,*
manſiunculas in arca facies, & bitumine linies
intrinſecus, & extrinſecus. Seù cum Ambro-
ſio: *& illinies eam intus, & foris bitumine.*
Bitumen, ſuppono eſſe feruẽtiſſimum gluten
cuius virtus eſt, vt ligna eo linita, nec vermi-
bus exedi, nec Solis ardore, nec ventorum
agitatione, nec etiam aquarum fluctibus poſ-
ſint diſſolui: iubetur porro arca tam extrin-
ſecus, quam intrinſecus liniri bitumine, ex-
trinſecus quidem, vt tabularum iuncturæ be-
nè clauderẽtur aduerſus aquas irrumpentes;
intrinſecus verò ne aquæ, quæ ad latera ip-
ſius arcæ vehementer colliſæ, ſi exteriorem
lituram abraderent, reſiſtente interiore litura
intro ad arcam penetrare non poſſent: ſic ex-
plicat quidam doctiſſimus ex recentioribus.
Vlterius ſuppono arcam Eccleſiæ ſymbolum
fuiſſe, & etiam religionis iuxta dicta in pri-
mo tract. & dicenda in 14. pro vt eſt figura
Eccleſiæ omnes Sancti religioſi dicuntur
ligna leuigata; pro vt autem eſt religio-
nis typus, Sancti religioſi dicuntur il-
lamet ligna; ſed cur leuigata dicuntur? quia
dolata, vel complanata, vel aptius ad noſtrũ
intentum quia quadrata; Ideò *de lignis qua-*
dra-

t Gen. 6. 14.

Charitas omnia conuincit a tolerat.

dratis legit Auguſtinus per ly (*leuigatis*) ſed cur Deus tam ſubtiliter, & diligenter non ſolum dolari, ſed quadrari, quoq; iuſſit ligna illa? Reſpondet Auguſtinus quia, *Quadratū eſt, quod nulla vacillat ex parte.* Et ſiue lignū, ſiue lapis ſi quadratam compoſitionem habēt cum quatuor angulis rectis æqualibus, quocunque cadant, vel proijciantur in rectitudine manent. Propterea etiam Salomon in mirabili illa templi ſtructura ſuper quadratos lapides ob illius ſecuritatem fundari diſpoſuit. Ait enim textus: u *Præcepit Rex Salomon vt tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos.* Si hac enim, aut illa parte proijciatur lapis (ſi quadratus eſt) ſemper ſecurus eſt. Per ligna ergo arcæ, & per lapides templi fideles deſignātur, qui ſi verè fideles ſunt, fide ſcilicet charitate formata ſemper ſtant, & ſi vertantur hinc inde non cadunt. Audi Auguſtinum: x *Quadrato lapidi ſimilis eſt iuſtus ſi qua vertatur non cadit, nam quadratus lapis quocunque eum verteris ſemper ſtat.* Ecce inſtar quadrati ligni arcæ, aut lapidis templi Franciſcus noſter inter illius religioſi, & aliorum conuicia, & contumelia, ac inter eiuſdem, & cæterorum laudes, & honores ſemper idem, & ſecurus perſeuerabat. Et poterat dicere quod Paulus. *Per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam.* Quod Gregorius declarauit, expendens illud Ezecchielis; y *Cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde*: inquiens: *Paulus hinc inde geſtabat palmam, qui in aduerſitate fortis, & in proſperitate humilis permanebat.* Et talis fuit Franciſcus in cōuicijs patientiſſimus, in increpationibus fortis, & humillimus in laudibus, honoribuſque permanſit.

u 3. Reg. 5. v. 17.

x In pſal. 88.

Sic Franciſcus ſua Charitate tolerauit.

y Cap. 40. ho. 19. poſt med.

Arca ligna bituminata quid in Franciſco.

258 Sed ex quonam tanta tolerantia, & fortitudo? quia quadratus lapis erat aut lignum, & intus ac foris bitumine illinitus. Sed quid per bitumen, quo bituminata fuit arca deſignatur? Reſpondeo ex præmiſſis, quod ſi ligna linita ſunt ſancti, conſequens eſt; quod bitumen myſticè ſit charitas. Sed ad quid hoc bitumine charitatis bituminantur ſancti interius, & exterius in diluuio peccatorum? Reſpondet Diuus Auguſtinus hic. *Bitumen ſignificat charitatem perquam ſancti nec illis ſcandalis quæ fiunt ab his qui intus ſunt cedūt nec illis, quæ fiunt ab his, qui foris ſunt.* (Et alibi.) a *Quod bitumine glutinantur arcæ ligna intrinſecus, & extrinſecus, vt in compage vnitatis ſignificetur tolerantia charitatis, ne ſcandalis Eccleſiam tentantibus ſiue ab eis qui foris ſunt cedat fraterna iunctura, & ſoluatur vinculum pacis.* Sicut ergo bitumine linita arca aquarum impetum facile ferebat. Sic Patriarcha Franciſcus charitate feruens omnia conuicia, & contumelias religioſi illius; & aliorum ore prolatas, & opere etiam inflictas facilè tolerauit, quia vt idem Auguſtinus docet: b *Eſt bitumen feruentiſſimum, & violentiſſimum gluten ſignificans dilectionis ardorem vi magna fortitudinis ad tenendum ſocietatem ſpiritualem omnia tolerātem.*

a Lib. 12. cont. Faustum manich. ca. 26.

b Loc. cit. cap. 14.

Flammiſque potentem vocauit Orpheus Cupidinem, & flammæ, quæ nulli cedunt, nec lædere, nec calefacere Franciſcum potuerunt, quando fornacem flammis vehemētibus ardentem ingreſſus eſt, vt ſupra diximus. & eum deambulantem in flammis ſimilem apparuiſſe Filio Dei, aſſeruimus; quibus adde, quod tunc videbatur verè Cupido alatus, angelicis alis decoratus, & abſque alarum combuſtione, tanquam cæleſtis Angelus apparebat. Perpende quæſo cæleſtem illam viſionem, quam habuit Ezecchiel, eamque ita narrat. c *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius, quaſi ſpecies electri: id eſt de medio ignis.* Non ſine mentis ſtupore huiuſmodi viſio perſcrutari poteſt: ſiquidem mirabile fuit videre ventum ab Aquilone venientem cum nube, & igne inuolui, ita vt tria hæc in rotunditatem, vel ſpeciem orbis globata videantur: ſed mirabilior, quod ex medio ignis ſpecies electri oriretur. Quis vnquam vidit ignem (cui proprium eſt comburere, & conſumere, omniaque in cinerem redigere) aliquid producere? ſi eſt natura vorax, & velociter quidquid amplectitur vorat, & conſumit, quomodo electrum ex igne prouenit? Rurſus certum eſt, quod ignis non generat; nam propterea cuidam Gentilium Deæ, quā veſtam nominarunt dicatę erant puellæ Virgines, vt ignem (cuius Dea illa erat) accenſum ſemper conſeruarent, quia cum ignis velut virgo non generat, ſimilem ſimili ſeruire, oporteat; arbitrati ſunt. Ad hoc alludens Ouidius dixit. Faſt. 6.

c Cap. 1. 4. *Ignis noſter non generat ſed cōſumit.*

Nec tu aliud veſtam, quam puram intellige flammam

Nataque de flammis corpora nulla vides.

Si ergo ex tali virginum miniſterio ignem conſumere, & non generare ſignificarunt; quomodo poſſibile erit intellectu ignem, qui cōſumit, & non generat, nunc electrum producere? *Quaſi ſpecies electri de medio ignis.* Sed mirum non erit diſtinguenti ignem virtute diuina operantem, ab igne naturali ſua voracitate agente, hic tantum conſumit, deuorat, & non generat: at ille vtrumque facit, & generat, & conſumit. Vrere, & conſumere non ceſſat peccatores, nec finit producere, & generare Angelos, & homines Filio Dei ſimiles. Huius veritatis exemplum.

Ignis diuinus vtrūq; facit.

256 Sit illud, quod legitur in Geneſi, ſecundum Hebræorum intelligentiam, ait enim textus: d *Mortuuſq; eſt Aram ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum.* Lippomanus legit, *Mortuus eſt in igne Chaldæorum.* Thare duos habuit filios, quorum alter fuit Abraham, alter verò fuit Aram. Erat Thare idolatra, imò (vt vult Procopius) fuit primus inuentor, & idolorum artifex; cretaceas enim faciebat ſtatuas, eaſque adorabat; ſed ignem præcipuè adorabat; ipſum ſequutus eſt Aram, non verò Abraham, qui verum Deum colebat. Quare indignatus Thare, nec filio parcens,

d Cap. 11. 28.

Digitized by Google

accuſauit eum coram Nembrot eorum principe, ſeù vt meliùs dicam tyranno, quod colligitur ex illis verbis: c *Porro Chus genuit Nembrot, ipſe cœpit eſſe potens in terra*; Quia cum eſſet viribus robuſtus, audax mente, dominandi auidus, ſibi alios ſubiecit, fuitque ædificandæ turris contra Dominum author; & qui primus poſt diluuium tyrannidẽ inuaſit: & ita ſuperbiſſimus, vt de eo dicat Ioſephus: f *Superbiam Deique contemptum excitauit in hominibus Nembrot, iactant non Deo ſed propriæ virtuti præſentem fœlicitatem nos debere*. Verum ex nomine facilè ſuadetur iſtius temeritas: Nembrot enim interpetratur, à Remon, *Dormiens dominans*, vel *dormitio deſcenſionis*, aut *rebellis*, ab alijs *tranſgreſſor, vel apoſtata*. Et optimè, quia tyrannus eſt facilis tranſgreſſor mandatorum Dei. Sed iuxta D. Ambroſium per interpetrationẽ dicitur Æthiops & quidem aptiſſimè, quia ſuperbo nihil tenebroſius. Vnde Sanctus iſte Doctor proſequitur dicens. g *Color Æthiopis tenebras animæ, ſqualoremque ſignificat qui aduerſus lumen eſt claritatis exors, tenebris inuolutus, nocti ſimilior, quam diei*.

c *Gen. ca. 10.8.*

f *1. Antiq.*

g *Lib. de Noe.*

Iſte ergo tyrannus cupiens omnes ſibi ſimiles, non minùs, ac Thare contra Abraham indignatus quærelam accepit à Thare contra filium nolentem ignem adorare, ſententiam tulit, vt in incendium proijceretur, ſcilicet in Vr Chaldæorum, interea alter filius ſcilicet Aram videns fratrem ſuum proijci in fornacem, factumq; mente recogitans, dicebat intra ſemetipſum; Si videro fratrem meum ab igne exire liberum; fidem, quam ipſe fatetur ſequar, at ſi comburatur, mei patris fidem proſequar. Cumque abſque vlla læſione exijſſet Abraham ab incendio, in quod iam coniectus, fuit Dei auxilio liberatus: ſtatim Aram exclamare cœpit: illum Deum colo, quem Abraham adorat, in illum credo, ſuamque fidem profiteor. Hæc cum ſuiſmet auribus percepiſſet tyrannus Nembrot, iuſit ſtatim in fornacem proijci Aram, quem in momento, qui aderant, in incendio conſumptũ, coram patre ſuo viderunt, ideoque ait textus: *Mortuuſque eſt Aram coram patre ſuo Thare*.

160 Sed nunc quæro, quanam ratione id factum ſit, quod ex igne alter ex fratribus liber euadat; alter verò ſit ab igne conſumptus? non ne ambo eandem fatẽtur fidem? ita certè. Cur ergo vni auxiliatur Deus non alteri? Reſpondent Hebræi quia Aram longè minoris fuit fidei quam Abraham, & ideò beneficium collatum Abrahæ, non accepit; ſic refert Lyra ex ſententia Hebræorum, dicens: *Abraham in ignem proiectus eſt; quod nolebat eum colere, Aram autem frater eius aſſiſtens, dicebat in corde ſuo, ſi vixerit Abraham illaſus ab igne, ſequar eius fidem, ſin autem colam ignem ſicut alij: cum igitur Abraham virtute diuina liberaretur illæſus ab igne, & quæreretur ab Aram de eius cultu, reſpondit ſe velle ſequi Abraham, tunc proiectus eſt in ignem, & in eo mortuus eſt, quoniam non fuit tanta fides, vt Abraham*.

Fides formata charitate liberat ab igne non informis.

Sed meo videri, non eſt conſumptus Aram propter modicam eius fidem, ſed quia fides eius informis erat: profitebatur fidem ore, non corde, abutebatur cultu, quem ſequebatur Abraham, pro guſtu tantum ſuo, ſe etiam in ignem proiectum, non fore comburendum, ſperans, Deumque non amans, ſe ipſum inordinatè diligebat: propterea quia fides eius mortua erat, ipſe quoque mortuus eſt. E contra Abraham viua fide fornacem ingreſſus eſt, conſtanti animo promittens, quod in incendium proiectus, ſiue combureretur, ſiue non, à fide veri Dei nunquam ſe alienaret, & qui tanta erga Deum charitate ardebat, lædi ab igne nequiuit; quia ignis dum virtute diuina agit, peccatores conſumit, non iuſtos, quos ignis, & veneratur, & ſplẽdidiores reddit. Talis fuit Franciſcus fide formata charitate, ideoque deliciabatur inter voraces illas flammas nec fuit in pilo veſtium læſus; quia vt diximus: *Ab agente minoris virtutis non procedit actio*.

Franciſcus vt Abraham fide formata fornacem ingreſſus.

Rurſus vt ad cæptum redeamus, ſi ignis non generat, intellige tantum quod res naturales non generet, verum ipſum ignem res cęleſtes generare, aut quæ pertinent ad ſuperiorem regionem ex hoc colligendum poſſe arbitror; ſupponendo ex communi ſententia ignem nõ generare. Nihilominus tanquam quid prodigioſum legimus nonnullas ęrarias fornaces reperiri in Cypro in quibus dũ lapis chalcitis aduritur quædam minima animalia naſcuntur cum alis, & inter flammas ſaltant, & ludunt; de quibus Ariſtoteles, ſic loquitur: *In Cypro inſula ærarijs fornacibus vbi Chalcitis lapis ingeſtus compluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulo muſcis grandioribus maiores, quæ per ignem ſaliunt, atque ambulant*. O magne Deus altiſſime, quis vnquam vidit auem etiam ex grandioribus trãſeuntem per ignem non cremari? quomodo fieri poteſt, vt ſaltem alæ non comburãtur, & ijs combuſtis corpus cadens inter prunas nõ abſumatur? nemo quidem. Prodigium magnum ergo eſt, quod in Cypro videantur animalia volatilia per ignẽ auolare, ac inter flammas ludere, ac ex igne naſci. Verum hoc prodigio innuere voluit Deus, qui author naturæ eſt, quod ignis, qui omnia conſumit, & non generat; ſi aliquando generat, producit animalia pennata ad cęleſtem regionem pertinentia, & ſunt Angelorum figura.

Ignis generat data animalia

Iure ergo Ezecchiel ſe vidiſſe electri ſpeciem ex igne prouenientem clamabat, dicens: *Et de medio eius quaſi ſpecies electri, id eſt de medio ignis*. Quem textum legit Vatablus: *De medio autem eius tanquam ſpecies Haſmal*. Quid ſit autẽ ly *Haſmal* ex igne proueniens, declarat dicens: *Quidam dicunt eſſe nomen Angeli*. Ita quod verbum hebræum *Haſmal* ſecundum Hebræos Angelum deſignat. Qui ergo inter flammas viuit, ad tantam puritatem perueniſſe creditur, vt Angelus non ineptè nominetur. Cumq; ſtupeat Orbis mente recogitans, Franciſcum inter flammas deambulaſſe, flammis veluti luſiſſe, ac prunas

Franciſcus vt Haſmal ſeu Angelus inter flammas.

toties

Digitized by Google

toties manibus geſtaſſe; nequit non exclamare, merito id feciſſe, quia erat puritate Angelus: & tanquam verus Cupido in ſtar fabuloſi, erat *flammis potens*.

261 Sequitur de Cupidine Orpheus: *Tu maris, & terræ claues*; Non minus ac flammis, terræ, & mari dominabatur Cupido, ſed fabuloſè; noſter autem veriſſimè iuxta dicta in principio huius capituli, & in decimo, quibus adde, quod taliter erat potens in terra, vt ſuo imperio ad nutum dimouebantur monticuli, rumpebantur lapides; ſiſtebant, ne corruerent, arbores producebantur illico. Vnde factum mirabile viſum fuit in oppido Paterni ſemel in arbore nucum, & iterum in caſtaneis. Indiguit Sanctus Pater quadam caſtanearum arbore, quam, vt à Domino obtineret, petijt illius domum, ſed non inuento Domino, ab eius vxore facultatem obtinuit cedẽdi arborem, eamq; vbi opus eſſet, aſportandam fore licitè conceſſit, totum exequutioni mandauit Franciſcus, & nulla adhibita mora ad locũ perduxit arborem; reliquit tamen in radice ſeptem germina, quæ exinde circumcirca arborem germinata erant, & videbantur tenues virgæ. Reuerſus Dominus, & ab vxore de re certior factus, ac graui indignatione motus contra Sanctum patrem, eum adijt furore accenſus, animo afficiendi eum percuſſionibus. Statim autem, ac eum Sanctus Pater turbatum vidit, dixit: Quieſce Domine & ad locum perge, quia pro vna arbore, iam ſeptem à Deo accepiſti. Reuerſus ille inuenit illa ſeptem germina in ſeptem arbores verſa eiuſdem magnitudinis, ac erat illa, quam abſtulit; Sicque de nuce, ac miraculoſiùs de Sycomoro, quem morum appellamus, cuius folijs vtimur ad alendos vermes ex quibus conficitur ſericum. Vinea erat in eodem oppido duorũ fratrum hæreditas talibus arboribus arborata inter oppidum, & monaſterium noſtrum, ſita. Fuit decretum, vt diuideretur vinea ad præbendum iter venientibus ad Eccleſiam, ſoluto prætio damni. Cum ad diuiſionem perueniſſent, orta eſt contentio inter fratres ſuper quandam morum, quæ in medio viæ aperiendæ remanebat, & quiſque ipſorum pugnabat aduerſus alterum, vt ſuæ portioni daretur morus, & ex alia iter aperiretur. Contentionem ſedauit Franciſcus præcipiens arbori, vt per medium diuideretur, & media hinc, media illinc ſe reciperet: quod ſtatim factum eſt, & tantum diſtauit vna ab altera media, quantũ ſufficiens fuit ad iter aperiendum. Sic ſedata eſt contentio. Et mori diuiſiones proprijs oculis non ſemel vidi, & adhuc trunculi hinc inde conſpiciuntur, atque deuotiõnis cauſa viſuntur; ſicut caſtaneæ, & nuces, ex quibus fructibus conantur deuoti nonnullos habere pro febricitantibus; experti enim ſunt comedentes ex illis, Deoque confidentes, & Franciſci meritis ad priſtinam reſtitutos fuiſſe ſanitatem, citiùs quam fortaſſe ſine illa deuotione fieret. Quid ampliùs deſiderandum eſt in oſtenſione imperij, quod habuit ſupra terram, ſi ſtatim iuſſu Franciſci integras arbores producebat, & temetipſam velati findens medias illas diuiſiones per fiſſuras ambulare permiſit, eaſque hinc inde locauit; terræ igitur, vt Cupido claues habuit.

Arbores ſtatim producta, & per mediũ fiſſa imperio Frãciſci.

262 Tu maris etiam claues habes, dixit Orpheus, & nos per multa oſtendimus imperiũ Franciſci ſupra mare hic & cap. 10. tantum addo id, quod legitur in Herodoto; h de Cyro Monarcha, quod cũ veniſſet ad Gyndem amnem conabatur hunc traicere, cum tantum nauibus poſſe traijci non ignoraſſet. Nihilominus auſu quodam temerario ſuam rem voluit experiri, at vero cum traijcere tentaſſet ſuis equis, vnum ex ſacris ſubmerſum vidit. Quam rem ad grauem iniuriam recepit Cyrus, nec eam ferre quiens, amni comminatus eſt, eum ſic tenuem redditurũ, vt poſſet à mulieribus tranſiri. Tandem dedit operam, vt Gyndem in tercentos, & ſexaginta riuos deducerent. O ſuperbia, ò dementia ſuperbi hominis nimis deploranda; qui ſua induſtria fluminibus imperare poſſe ſuperbiebat. Erras Cyre, ſolus Chriſtus elementis dominatur, & ille, cui dictum eſt, *Opera quæ ego facio, & ipſe faciet; & maiora horum faciet*: talis fuit Franciſcus fluminibus imperans, vt de Tyberi viſum eſt.

h *Lib. 1. Cyri ſuperbia.*

Sed adhuc amplius deteſtanda eſt maxima illa Xerſis ſtultitia; de quo idem Herodotus ait: i quod cum ille iniuriam ſibi illatam ab Heleſponto, quod eſt anguſtum maris fretum (vt ferè eſt illud ſiculum) eo quod tempeſtas ingens diſſoluiſſet Heleſpontum, pontibus iunctum demandauit, vt tercenta verbera Heleſponto infligerentur; & in eius pelagus compedes dimitterentur. Mandauit etiam, vt colaphis percuterent Heleſpontum, eique veſana, atq; barbara verba dicerent. O amentiam, ò tenebroſam cæcitatem, aut vt inquit Oratius: k *O ſtultorum Regum æſtus, ac immanes furores*. Sed quod ille Rex præſtare nequiuit, viſum eſt in Franciſco, cuius imperium ſuper illud feruens ſiculum fretum, fuit tale, quod fretum illud percuſſionibus affecit vt diximus loco citato eiq; compedes poſuit non ferreos, ſed charitatis, nam ita vinctum vinculis charitatis Frãciſci remanſit, vt quod terribile erat quibuſcumque nautis iam placidum nunc, iam periucundum, & facile mulieribus. Cedat Xerſes Franciſco, & diſcãt alij non ſuperbia, & faſtu, ſed humilitate, & charitate mari, & fluminibus imperandum eſſe; & ſibi perſuaſum habeant, ſoli Deo eſſe naturale huiuſmodi imperium, & à iuſtis participari per communicationem, &c.

i *Lib. 7. Xerſis ſtultitia.*

k *Lib. 1. epiſt. 2.*

Huius veritatis non ignarus Canutus Rex Anglorum, & verè pijſſimus, qui vt narrat Polidorus Virgilius cum animi recreandi gratia per littus Oceani deambularet à quodam milite, qui ad aurem ei ſeruiebat appellatus fuit Rex Regum, longe omnium potentiſſimus, quippe qui terræ, & mari imperaret. Intelligens verò Rex ille pius, quam longe hæc abeſſent à veritate, vt illius vanas imaginationes, aut callidas adulationes redargueret; hac eſt vſus induſtria. Exuit ſe veſte, & globum fecit ex ea, & ſupra eam ſedens

Digitized by Google

iuxta aquam, dixit: *Vnda tibi iubeo, vt ne pedes meos tangat*. Sed vix hæc protulit verba (videntibus omnibus , & admirantibus) vnda tumeſcens, & inſurgens totum Regem madefecit. Tunc ille ſic ſuos alloquens dixit: *Vocatis me Regem fallimini, cum hanc paruulam vndam meo imperio cohibere non poſſim*. Et verè nullus mortalium hoc nomine dignus eſt; Chriſtum Regem ſolum vocemus,cui omnia obediunt, vel quem ſibi ſimilem fecit Deus, vt fuit Franciſcus, cui Deus tantam contulit charitatem , vt priuilegio amoris præcipui eſſet ſibi ſimilis.

263 Quod aptè aſſerendum puto, ſi vt dictũ eſt ſupra admittant Franciſcum fuiſſe ferculum, quod ſibi verus Rex Salomon fecit. Et aduertāt quod in ferculo erat reclinatorium aureum in quo ſcilicet ſponſus quieſcebat. Sed cur dices aureum dicitur reclinatorium? an vt innuat ſponſum velle munditiam eſſe in corde? benè eſſe poteſt, quia de ſponſo dicitur: l *Caput eius aurum optimum*. Ideoq; cupit caput ſuum reclinare in aureo reclinatorio, hoc eſt, mundiſſimo. Sed cur caput dicit aurum optimum, reclinatorium verò non aurum, ſed aureum? quia caput Chriſti Deus eſt, diuinitas ergo eſt quod ſublime, & principale in eius eſſe eſt, & eſt aurum, quia ad comparationem creatoris, omnis creatura viliſſima perpéditur: vel quia caput Chriſti etiam, vt homo eſt ſplendet charitate ſuper omnes. Sed dico amplius, & ad intentũ magis conforme, quod reclinatorium quod eſt quietis ſtratum, aureum antea non erat, ſed poſtquam in eo requieuit ſponſus caput habens, quod erat aurum mundiſſimum, etiam reclinatorium euadit aureum, vt ſimilitudinem cum ſponſo haberet. Sic docet Gilibertus Abbas, dicens: m *Similem tibi reddis bone Ieſu, ſi quem irradias, ſimiles, inquit, & erimus cum apparuerit, montes quos tali radio tangit non fumigant, ſed fulgurant; aurei fiunt, tuum quibus aurum refulget, caput tuum aurum optimum, reclinatorium aureum non inuenit, ſed reddit vbi ſe inclinat*. Sicut ergo Ieſus Deus eſt, ita & charitas eſt, & & amoris aurum, & aureum, dum facit cor charitate, illud replet. Fælix Franciſcus, cuius in pectore reclinatus Chriſtus, ſimilem ſibi illum reddidit, & ſi caput Deus eſt, eius diuinitate dum in Franciſco ſe reclinat diuinum eum facit: & dum tactus eſt ab illo, qui totus charitas eſt, nequiuit nõ eſſe totus charitas. Ita, ita eſt Sanctiſſime Pater, quia ſimilis es illi, qui te illuminat. *Similem tibi reddis Ieſu bone, ſi quem irradias.*

l Cap. 5. 11.

m Lib. 18. in Cant.

Ex hac doctrina bene ſequitur, quod Frãciſcus, qui inſtar Cupidinis verè imperauit terræ, & mari, dominium etiam habuit virtute charitatis ſuper Dæmones, & diabolicos homines (*& tartarus ipſe*, dixit Orpheus) *Ignem* (enim ait D. Chryſoſtomus) n *facilius ſtuppa feret quam charitatis flammam Satan*. Et reddit rationem dicens: *Ea eſt muro firmior, adamante ſolidior, & ſi quid aliud commemorare indomitum poſſis, omnia vi ſua charitas vincit*. Propterea Dauid hortatur nos dicens, o *Ponite corda veſtra in virtute eius*. Quaſi dicat, ſi impetuoſis inimicorum ingruentium inuaſionibus reſiſtere vultis, in ea Chriſti virtute corda veſtra ponite. Quid ais ò Rex ſancte, an fortè ignoras, quod omnes virtutes eiuſdem Domini ſunt? Minimè quidem, cum ipſemet paulò ante dixiſſet: p *Cantabimus & pſallemus virtutes tuas*. Cur ergo nunc dicis tantũ vnam Dominum habere virtutem? *In virtute eius*. Ratio eſt, quia de charitate loquitur, quæ cæteris maior eſt. *Maior autem horum eſt charitas*. Et eſt tantæ æſtimationis in domo Dei, vt relictis omnibus de hac ſola fiat commemoratio: iuxta Auguſtini doctrinam, qui expendens illud pſalmi: q *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*. Vbi quærit, de qua virtute loquatur; quæ tantæ ſit fortitudinis, vt ciuitatem Hieruſalem defendat, & protegat ab inuaſoribus obſidentibus; reſpondet, charitatem eſſe; & ly *fiat pax in virtute tua*; legit ipſe: *Fiat pax in dilectione tua, quia virtus tua dilectio eſt*. Itaque Dei virtus charitas: Si ergo cupis contra dæmones pugnare, & conſequi ex bello victoriam, charitate armatus debes procedere ad bellum. *Ponite corda veſtra in virtute eius*. Tota enim Cæli fortitudo charitas, quam ſi pugnaturus habes, ab obſidione tartarei imperij, non ſolum liber, ſed victor euades. Audi Auguſtinum in hunc pſalmum: *Qui intelligere vult virtutem huius ciuitatis, intelligat vim charitatis, ipſa eſt virtus quam nemo vincit*.

n Hom. 32. in pſal. ad Corint. 1.4.

o Pſ. 47. 14.

p Pſ. 20. 14.

q Pſ. 121. 7.

264 Ad hanc eandem rem expendit D. Chryſoſtomus quod Moyſes Ægyptium territus fugit, & finibus Ægypti exceſſit, quia nondum charitas totalem poſſeſſionem cordis eius habuerat, ſed quãdo poſuit eam in corde ſuo, amore inflammatus, verſuſque in virum alterum foras emiſit timorem, nec timuit, quod ab omnibus dignè timendum eſt: vt ex eo quod intrepidè propoſuit Deo clarè patet. Veniam enim poſcens pro populo, dixit: r *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi nõ facis dele me de libro tuo, quẽ ſcripſiſt*. Miror equidem primum, quod cum peccatum populi eſſet grauiſſimum, vt puta idololatria (*fecit enim Deos aureos*) & qui idola veneratur miſerrimè perire deberet, cur Moyſes *dimitte*, ait, *aut dele me*. Si Deus non remiſiſſet quid tibi ò Moyſes agendum eſſet? quid obijcies, vt eum ad condonandum inducas? *Si non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*. Auguſtinus notat hoc valde, atque benè, & optimè loquutum fuiſſe Moyſen Sanctum, quia non niſi ex magna fiducia, quam de Deo pridem conceptam habebat, illa protulit verba, ſibi omninò perſuaſum habens, è Dei libro ipſum minimè fuiſſe delendum. Accipe verba Auguſtini: ſ *Securus quidem hoc dixit, vt à conſequentibus ratiocinatio concludatur: ideſt vt quia Deus Moyſen non deleret de libro ſuo, populo peccatum illud remitteret*. Sed vnde orta eſt tantæ confidentiæ ratio? Cur tam fidenter deleri à libro alias petit, quaſi non poſſet Deus illum delere?

r Ex. 32. 31.32.

ſ Queſt. 147. in Ex.

Opti-

Digitized by Google

Optimè certè, quia tam egregiè, ingenuoq; animi ſenſu de libro Dei exiſtimauit, vt in illum lituram aliquam cadere poſſe minimè ſibi perſuaſiſſet. Quaſi ſecum hoc mente peruoluens diceret; noui Dei librum nullis lituris, ſiue erratis eſſe obnoxium, ab illo ergo non delebor: quid igitur reſtat? niſi vt Dominus parcat populo ſuo: idq; apertius ſic expoſuit Philippus Abbas ad illa verba Canticorum: *Tenui eum nec dimittam*, ibi ipſe inquit: *non noſtro more Deus ſtilum vertit, notas ſemel exaratas tāquam ductus pœnitentia non euertit, quem adſcriptum diuinis ciuibus ſaluare ſua gratia iam decreuit, non abraſit poſtmodum, & de libro viuentium non delenit.*

Sed ad rem de qua noſter procedit ſermo, ſuppono in Moyſe ita loquente maximam reperiri charitatem & iuxta doctrinam Ruperti Abb. eadem charitate locutus eſt, qua Paulus, licet parum differant in verbis. Hic anathema eſſe cupit pro fratribus ſuis, ille verò deleri cupit cum ſuis: ille ſua ſeparatione vult ſalutem fratrum redimere: Hic ſi non poſſit ſalutem eorum obtinere, concedit ſe eum eis de libro viuentium deleri, vel anathema exiſtere: vtriuſque dicta magni ponderis certiſſimè ſunt, & vires noſtras excedunt. Sufficiat tamen nobis credere, maximum charitatis opus fuiſſe, tunc in eis. Vnde Bernardus de Moyſi loquens, ait. t *Nec Moyſes vult ſolus introduci in gaudium Domini ſui, ſed genti ſuæ firma charitate cohærens, illam ſaluauit ſecum.* Nunc ſi quæras, quomodo Moyſes procul expulſo timore omni, tantum audet, vt Deo dicat, *aut dele me?* Illa eadem charitas, qua, & ſuos ſaluare, & Deum ipſum vincere optauit abſtulit ab eo omnem timorem. Nam vt, docet Diuus Chriſoſtomus: *Charitas reddit hominem inſuperabilem.* Qui ergo charitate armatur, ſi præliari nouit, de omnibus cæleſtibus, terreſtribus, cunctiſque dæmonibus victor euadet. In cuius autem pectore non reſidet charitas, ſciat ſe victum futurum à quocunque viliſſimo dæmone, niſi ſacras ædes adeat ad refugium inueniendum; vt Moyſes qui fugam arripuit ex Ægypto, vt ab Ægyptio liberaretur. E cōtra verò ſi charitatē habuerit victoriā de inferno, & dæmonibus certiſſimè reportabit. Accipe Sanctū Leonem Pontificem, qui ait: u *Nihil autem eſt validius contra diaboli dolos, quam benignitas, miſericordia, & largitas charitatis, per quam omne peccatum, aut declinatur, aut vincitur.*

t *Serm. 12. in Cant.*

Charitas fugat dæmones.

u *Ser. 1. de Aſcenſ. Domini.*

265 Imò intrepidè vincit, & ſuperat iuxta doctrinam Sancti Cyrilli Alex. qui expendens quendam Iſaiæ textum, nempè. x *Sebaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt poſt te ambulabunt uinctis manibus pergent.* Quærit, qui ſint iſti viri ſublimes, & fortes? & pro eis milites inferni intellexit y dicens: *Dæmoniorum cultores, et diabolicorum inuentorum propugnatores.* Et de his ait, quod ambulabunt poſt iuſtum, vinctis manibus, vt, mancipia, vel ſerui vel duces militiæ victi, qui ad triumphi ſolemnitatem, vinctis pergunt manibus, ſequētes poſt, vel ante triumphalem currum præcedentes. Sed quis dæmonum manus ligare poterit vnquam, cum corpore careant, & conſequenter manibus? Vel quis poterit cum diabolicis viris præliari, qui tota infernali potentia pugnant? Quis percontaris? *Charitas*, dicam *Traham eos in vinculis charitatis*; Dixit Deus in Oſea: a his vinculis ligabit iuſtus milites inferni. Ideoque *vinctis* (ait) *manibus ideſt Charitatis nexibus* addit Cyrillus *pergent, tui erunt, & poſt te ambulabunt.*

x *Cap. 45. 14.*

y *Lib. 4. ad tex.*

a *Cap. 11.*

Hac armatus charitate Franciſcus de dæmonibus, eorumq; militibus, qui pro inferno pugnant ſagaciter, continuò victoriam reportauit. In eius enim hiſtoria legimus. *Non defuerunt obtrectatores, qui malignitatis ſuæ virus in eum funderent, & ſanctiſſimam vitam tanquam inſaniam impudenter, & nefariè criminarentur.* Sed ſua charitate victi, ſua humilitate confuſi, & tanta ſimplicitate, & innocentia perterriti palinodiam canere coacti ſunt, dicta prius reuocando, & victricia Franciſci trophea celebrando. Quis tandem incurſus Dæmonum narrabit? quis Franciſcum de immundis ſpiritibus triumphantem deſcribet? legant hiſtoriam, & reperient non ſemel aut bis, ſed ſæpiſſimè Dæmonibus imperaſſe Franciſcum, & dæmones ad nutum etiam in miniſterio fabricæ, tanquam manuales operarios paruiſſe Franciſco, nec aliter victi fuere quā nexibus charitatis, propterea canimus in eius officio: *Hoſtemq; ſuperbum pauper, & humilis fortiter dimicando ſuperauit*: Et in alia Antiphona: *Deuictis hoſtibus triumphat cum Angelis coronatus.*

266 Demum ſi per ly *Tuq; Ætheris alti ſceptra tenes.* Quod de Cupidine dixit Orpheus: intelligamus potentiam Frāciſci apud Deum, quem ſuis præcibus iratum placabat, & ad largiendas gratias ſuis deuotis promptiorem reddebat; dicemus veluti alterum Moyſem fuiſſe; cui Deus: b *Dimitte me* dixit *vt iraſcatur furor meus contra eos: & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Septuag. *Sine me, & indignatus ira in eos, atteram eos.* Mirabile dictū, *dimitte me*, haud indignū ponderatione. Et ſuppono, quod Moyſes pro ſuis orabat, vt Chaldæus vertit, dicens: *Nūc dimitte deprecationem tuam à facie mea, & iraſcetur furor meus contra eos, & conſumam eos.* Magnum habuiſſe obſtaculum coram oculis ſuis videbatur Deus; propterea dicebat: *dimitte me*: hoc eſt, ne me orationibus tuis impedias, non te mihi objicias; noli pro eis intercedere.

b *Ex. 32. 10.*

Sed cum Deus incorporeus ſit, quomodo fieri poteſt, vt ab homine mortali teneatur? Et ſi non tenetur, quomodo præcipit Sancto Moyſi, vt dimittat? quaſi impotens Deus, eoque potentior eſſet Moyſes effectus. Verū non erit res tam mirabilis, ſi conſideremus, quod Moyſes tenuit Deum, ſed oratione, quę eſt murus fortiſſimus diuinis oculis obiectus & excandeſcens ira Deus peccatores interpoſitus ille murus facit ne offendere eos poſſit: Quod autem præces ſint nobis loco murorum,

Digitized by Google

rorum, docet Hieronymus expendens illud Iſaiæ: c *Vocaberis ædificator ſepium, auertẽs ſemitas in quietem*. Symmachus tranſtulit (ait Hieron.) *Murum opponens cadenti, qualis fuit Moyſes, & Aaron, & Samuel, qui iræ Domini restiterunt, & quaſi ædificato muro, indignationi eius poſuerunt terminum*. Et poſt pauca loquens de illis ædificatoribus murorum; dicit eos conuertere *ſemitas in quietem* videlicet: *Vt nequaquam Dei ira deſæuiat, ſed placatus ſit eis Dominus, & omnes indignationis ſemitæ conquieſcant*.

c Cap. 58. 12.

Res quidem creditu difficilis videtur, quod tantum præualeat oratio, vt omnipotentem detineat, & ſuperet. Quis te, Deus altiſſimè, omnipotentem detinere poteſt? oratio iuſti; & vnde tantam potentiam habet oratio? ex humilitate, & charitate. Perpendite quæſo verba Dauidis, d *Et dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius*. Sed ſi ſcire optamus quid ſibi velit per ly *in confractione*? pendamus Chaldæam paraphraſim: *Niſi Moyſes eius electus ſurrexiſſet, & ſeſe roboraſſet*. Ecce diuerſitas inter vtrumq; textum, vbi namque vulgatus dicit *in confractione*, Chaldæus habet *in robore*. Illic dicitur ſe cōtriuiſſe, ſe deieciſſe, & hic ſe roboraſſe. Sed quomodo cōuenire poſſunt deiectio, & confractio cum robore? humilitate, & charitate: nunquam enim fidelis magis roboratur, vt hoſtiles iras auertat, vt glorioſas de Deo reportet victorias, quam dum charitate accenſus erat, & humiliatur, infirmatur, conteritur, ſeq; deijcit. Optimè id dixit Rupertus: e *Per nimiam humilitatẽ ſignificat Moyſem Deum tenuiſſe dicẽdo in confractione, confractio namque nimia cordis humilitas eſt, quæ ſola coram omnipotente Deo, & Domino vniuerſæ fortitudinis Principe, res eſt, & valida. Ita vt illa laborãte, quaſi bracchium ſuum ad percutiendum Deus extendere non valeat, regina virtutum vincente pro ſua virtute*. Verũ niſi humilis eſſet hæc oratio non eſſet charitate roborata, eſſetq; *velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens*; propterea Moyſes flagranti amore eam ſociauit, & inde fortitudinem acquiſiuit. Sic ad verba Moyſis notauit Riccardus de S. Victore. f *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam, audis dimitte, & Deum teneri non dubitat, nec aliunde, quam amoris fortitudine*. Sed vis iſta amoris in Moyſe vnde oritur? ex magna humilitate; quia vt idẽ Riccardus proſequitur: *Vsq; ſerui fidelis, qui in populum maiorem maior fieri, & glorioſior renuit*.

d Pſ. 105. 23.

e Quanta ſit vis humilitatis cum charitate.

f Ad textum.

Alter Moyſi ſimilis fuit Sanctiſſimus Patriarcha noſter Franciſcus, qui ſua oratione humilitate, & charitate formata tantum valuit, quantum voluit. Huius veritatis primus teſtis fit Leo X. qui in bulla canoniz. cum dixiſſet, quod poſtquam venit plenitudo temporis, & in aſſumpta humanitate nos oriens ex alto viſitare dignatus eſſet vineam ſuam formauit, & augmentauit primò per Apoſtolos deinde Martyres, Confeſſores, &c. ſubdit: *Nouiſſimè verò diebus noſtris cæleſtis ille agricola vineam ſuam, more ſolito, viſitans, virum fortem ad huiuſmodi vineæ culturam adduxit, glorioſum ſcilicet Confeſſorem Beatũ Franciſcum de Paula, ſuperno cœtui merito ſociandum, imò ſociatum: qui inter cæteros Christi athletas ſuis meritis, & exemplis ipſam ſanctam Eccleſiam, diuina cooperante gratia multipliciter decorauit præſentiſque temporis caliginem, ſuæ lampadis fulgore, mirabiliter illuſtrauit*. Huius encomij tantum reſumo ly *virum fortẽ culturæ vineæ datum*, vt oſtendat ſuæ fortitudini innitentes, non timere, quia ſuis præcibus Deum tenuit, tenetq; ne feriat, ſed propitius ſit.

Armatus Dauid, & potenti exercitu roboratus, vt filij ſui Abſalon exercitum, quem ad pugnandum ribellis, & proditor contra patrem formauerat, rumperet, deſtrueretque funditus, dixit: g *Egrediar, & ego vobiſcum*: & hoc quia ſtrenuus ſuper omnes miles erat & nouerat, quãtũ proſit ad fortiter præliãdũ pręſẽtia Regis. Nihilominus prudẽs populus huic ſuæ promiſſioni ſe oppoſuit, dicens: *Nõ exibis*, & cauſas repugnantiæ huius aſſignauit, dicens: *Siue enim fugerimus non magnopere ad eos de nobis pertinebit, ſiue media pars ceciderit è nobis non ſatis curabunt, quia tu vnus pro decem millibus computaris; melius eſt igitur, vt ſis nobis in vrbe præſidio*. Prima cauſa eſt, quia fugiente populo, ſi non fugit Rex dedecus non eſt; ſicut eſſet ſi fugeret cũ populo Rex, nec ſi mediam, aut totam multitudinem perimant multum curabunt, ſi te non percutiant. Sed alia cauſa eſt, vt maneret in vrbe ad eorum præſidium, vt potè qui *pro decem millibus computabatur, quia ipſe manens in vrbe tantum ageret orando ſicut decem millia de euntibus ad bellum pugnando*; Sic ex Rabi Salom. & litera Chaldaica, dicit Abulenſis: h *Quod* (ſcillcet) *eſſet Dauid præſidio manendo in vrbe, quia oraret pro euntibus ad bellum, & ſuperarent*. Erat Dauid Iuſtus, & Dei amicus, fortis in Cælo, & potens orando, magis quàm præliando. Propterea dicunt: *Tu vnus pro decem millibus computaris*.

g 2. Reg. 18. 3.

h Hic q. 6.

Quis ſimilis Dauidi, vt Franciſcus noſter. Et ſit pro mille hoc exemplum. Hydruntum inuaſerant Turcæ, Chriſtiani nominis perfidi inimici, & facti illius ciuitatis (quæ eſt extrema in agro Salentino Regni Neapolis) domini; Erant illius vrbis populi maximo mœrore affecti, ac penè deſtituti auxilio, afflicti viuebant, & oppreſſi ſub tyrannico, & infami illo Turcarum dominio; Nec minus alias inuadendi conuicinas vrbes periculum inſtabat, propter multitudinem Turcarum ſuperuenientium ad roborandum exercitũ. Quando miſericors, & pius Pater, & Patriarcha noſter illorum miſeria motus, cellulam ſuam ingreſſus, in eaque clauſus per octo dies continuos orauit Deum profuſis lachrymis pro Hydrunti honore, & libertate; atque ita ſuis præcibus Deum tenuit, & ligauit, vt veluti non poſſet Deus tam iuſto viro petenti gratiam denegare; quam cum obtinuiſſet, hilari

Franciſcus Hidruntiũ à Turcis oratione liberat.

Digitized by Google

lari vultu è cellula egreſſus, palamque omnibus factus dixit circumſtantibus. Ferre non vult amplius Deum infidelium victoriam cũ tanto fidelium ſanguine partam, factumque dicta ſua comprobauit. Nam paulo poſt, Turcarum Rege mortuo, coacti ſunt captam ciuitatem relinquere, ac ſimul cum viginti quinque milia Barbarorum, qui ad priores victorioſas copias adiuuandas veniebant, reuerſi ſunt: quia opitulante Deo fidelibus, & ne ſubſidium veniret infidelibus, Principem morte mulctauit. Sed quis tantam vim habuit, vt impetum Turcarum impediret; & Hydruntum, ac alias ciuitates liberaret? Dilectus à Deo Franciſcus, qui tantũ egit orando, ſicut centum millia egiſſent pugnando.

Sed quibus armis hoc fecit? humilitate, & charitate. Humilitate, quia minimus, nec vltra valuit ſe dimittere: ſicut Paulus, qui dixit: i. *Ego ſum minimus Apoſtolorum*. Et de ipſo loquens Auguſtinus, ait. k *Vbi cæpit Apoſtolus prædicare verbum Dei, mutauit ſibi nomen, & dixit ſe paulum; & hoc quare legit? quia Paulus modicus eſt, Paulus paruus eſt, nos ſolemus ſic loqui, videmus te poſt paulum, ideſt poſt modicum*. Ecce Franciſcus de Paula dicitur, & minimus appellatur. Et ad tantam humilitatem deſcendit, quod vnde vltra deſcenderet non habuit. *Summus erat ſuæ religionis antiſtes* (ſic habetur in proceſſu Canoniz.) *quem generalem vocant: & cum tanto magiſterio fungeretur; ad infima tamen ſe ſe viliſſimis, quibuſq; miniſterijs abijciebat, ampliſſimam dignitatem ratus, ſi diligentiſſimè commodis aliorum inſeruiret*. Sed quanto magis ſe abijciebat, tanto magis eum Deus miris modis exaltabat. Simillimus Paulo, qui cum ſe humiliauerit, vt minimus Apoſtolorum diceretur, ſublimauit eum Deus, & rapit vſque ad tertium Cælum. Et Franciſcus Minimus omnium religioſorum effectus, ad cæleſtia, Spiritu raptus per ſæpè ſolitus fuit. Et ſi vſque ad tertium non peruenit, cauſa ortum habuit, quia Cælum ad ipſum deſcendebat: *Cum Angelorum choros ad eum pſallentes deſcendiſſe legimus*. O quam eleganter dicit hoc Bernardus. l *Magna humilitatis virtus, cui etiam Deitatis maieſtas tam facile ſe inclinat*. Et S. Ambroſius: *Quiſquis cupit diuinitatis tenere faſtigium, humilitatis ima ſectetur*.

i 1. Corin. 15.

k Serm. 95.

l Ser. 43. in Cant.

Humilitas Franciſci, qua Deus eum ad tantam gratiam eleuauit, non fuit informis, ſed ſociata, ac informata charitate, qua & Deo ipſi ſimilis effectus eſt. Nam *Deus charitas eſt*, vt inquit Ioannes: m Et Franciſcus nomine minimus, habitu terreus, ſed in pectore decus aureum gerit, ſcilicet charitatem pro nobiliſſimo tropheo: Vnde ſimilitudinem aſſecutus eſt. Audi Chryſologum: *Quia Deus charitas, Deus humilitas eſt, cum per charitatem, ſiue per humilitatẽ a Deo quiſquam procul abſiſtit, miro modo, quantum à Deo quaſi recedit, tantum illi per iſta proximus fit*. Quod in Franciſco experientia comperitũ, ex ſimilitudine, operum, & prodigiorum, quæ à Chriſto, & à Franciſco (eiuſdẽ ſcilicet Chriſti virtute, & gratia) facta ſunt. Imperauit Chriſtus ventis, & mari; ita Franciſcus: In ardenti rubo ille; & inter flammas fornacis iſte: Comburebatur, & non conſumebatur rubus; & Franciſci imperio per biduum die, noctuq; comburebantur duo ligna, & non abſumebantur. Multiplicauit panem, & vinum, & omnia fere alia, quæ fecit Chriſtus, Franciſcus peregit, vt delineata in quodam folio videntur Romæ, & alibi, & vltra ea maiora fecit, ſic promiſit Chriſtus, *& maiora horum faciet*; quia vt inquit D. Baſilius. *Vir humilis Deo ſimilis*. Humilitate ergo, & charitate fuit miraculoſus in terris, aquis, & igni admirabilis, & nunc glorioſus triumphat in Cælis. Vnde optimè quidam Sancti Patris deuotus quodam in epigrammate laudes deſcripſit, eaſq; ſuæ flagranti charitati depictas appoſuit, dicens.

m 1. Io. 1.

Similis Chriſto Frãciſcus.

Franciſci laudes fuerant plutona mouere
Imperio, & ſtigios ſollicitaſſe duces;
Siſtere præcipites rupes, tumida æquora plantis,
Ancipites ſcyllæ tranſiluiſſe ſinus;
Ignitas humeris cautes, ardentior ipſe
Igne Dei, flammas ſuſtinuiſſe manu:
Grandia cõticeat miracula priſca vetuſtas,
Paruit huic ignis, Styx, mare, terra, polus.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS QVINTVS.

CHRISTI SACRIFICIVM IN CRVCE abſtinentiæ à carnibus probatur probabiliſſimis coniecturis ex Scriptura, & Patribus collectis.

1 HAbuimus Chriſtum ducem noſtrum ad Crucē ſæpè nos hortantem, eamq; nobis commendantem; atque eum, qui Crucem non baiulat à diſciplina, hoc eſt, militia ſua excludētem. Nā quod dictum eſt, *Non poteſt meus eſſe diſcipulus*, De militari diſciplina nonnulli interpetrantur. Et fauet textus: Præmiſerat enim Dominus, adeò ſe velle milites ſuos expeditos ad bellum, vt, *Qui non reliquerit patrem, vel matrem, aut vxorem*, &c. Quæ omnia Crucis gladio amputanda docuerat, a tanquam bello ineptus miles tanto duce dignus non ſit, atque adeo procul abigendus. In cuius olim ſpiritualis militiæ typum, qui deſpondiſſet vxorem; & qui plantaſſet vineam &c. vt bello ineptus reijciebatur.

a *Mat.* 10. 34. 35.

Verum ſicut olim legimus apud Spartanos, Reges in expeditionibus obeundis primi erant, in receſſu poſtremi, vt exemplo cæteris prælucerent (ait Alexander ab Alex.) b Sic & primus Hebreorum Rex Saul populo ante ibat, de quo Samuel: *Et nunc ecce Rex graditur inter vos*. c Sic Otho Siluius imperator (teſte Ghiphilino in eius vita) cum ſeſe pro ſuis primus ad necē daret, dixit: *Faciā, vt omnes intelligāt qualem vos imperatorem elegeritis, qui nō vos pro ſe ſed ſe pro vobis dederit.* Quo ſanè facto promeruit lethali accepto vulnere, vt eius milites vulnus eius magno cum fletu exoſculantes, cumque virum fortiſſimum, ac imperatorem vnicum optimum conclamantes vim vitę ſuæ ad exemplum ducis attulerint, & etiam de Saulis armigero legimus, d ad Regis exemplum ſuper gladiū ſuum irruente.

b *Lib.* 4. *cap.* 7.

c 1. *Reg.* 12. 2.

Exempla imperatorū præeuntiū in exercitu.

d 1. *Reg.* 31. 5.

Ad hoc enim (teſte Auguſtino.) e *Imperator etiàm pugnat, vt milites diſcant*. Et quidem vt de Iulio Cæſare Romanorum Imperatore rei militaris ſapientiſſimo refert Hircius f quod cum in Africano bello milites ſuos à Numidis equitibus non tam virtute, quam aſtu quodam, ac dexteritate pugnandi eludi videret, ac ſuperari, non exiſtimauit indignū tanto Imperatore (quod laniſtarum, & gladiatorij ludi præfectorum proprium eſt) in prætorio de inſequendo, ac fugiendo equite præcepta dare, ſuiſque geſtibus totius belli vmbratili ludo formare militem. Quo factū eſt, vt etiam victores ſuos victus ſæpè miles facilè vinceret. Ferè ſimilia de Cyro refert Xenophon, g & de alijs alij, qui bellorum duces non modo milites ſuos inſtituere, ſed ipſos præcedere, & viam etiam aperire ſoliti erant; quod alij è contra imperatoria dignitate indignum arbitrati ſunt, eoſque reprehendit Ambroſius dicens: h *Duces eſſe viarū imperatores iſti iniurioſum ſibi eſſe arbitrātur: Deus autem praibat cum Hebrai facerent iter*.

e *Ser.* 15. *de verb. Dom.*

f *In Commento Cæſar. de bello Africano.*

g *Lib.* 3. *de Cyripędia.*

h *In Pſal.* 118. *ſer.* 5.

2 Quod rectius glorioſum exiſtimarunt Imperatores id ſane Deus optimus pręſtare nobiſcum dignatus eſt, vt milites ſuos non ſolū ipſe in typo, vt olim Iſraeliticū populum, ſed re, ipſe præcederet, ductaret, inſtrueret, erudiret; Vt videas quanta ſit noſtræ militię gloria, & excellētia Deum habere ducem; Nam Deo ipſo teſte: i *Gloria magna eſt ſequi Dominum*. Hinc antiquorum Philoſophorum placitum ſemper fuit, *ſequere Deum*.

i *Eccli.* 23. 38.

Verum cum Deus optimus ſuaptè natura inuiſibilis ſpiritus ſit, corporalis, atque viſibilis fieri debuit ſimilis nobis, vt nos præcederet, & milites ſuos armaret, atque inſtitueret, vt in illa nubis, & ignis columna ſignatum fuit. k Vt igitur dux noſter Deus nos præiret ad labores, & pericula primus, noſque poſt ſe ire doceret: *Oportuit* (inquit Ambroſius) l *vt dignaretur corpus ſuſcipere, & corpus infirmum, vt crucifigeretur ex infirmitate. Dignationis eſt, quod ſuſcepit corpus noſtrum, ſuſcepit infirmitates noſtras, quas vtique natura Dei ſentire non potuit, & natura hominis contemnere didicit, ſuſtinere, ac perpeti. Ideo ducem ſequamur Chriſtum &c.* Qui vt nihil omninò militibus imperet, addidit: *poſt me*. Quia primus Crucem quantumuis horridā, & aſperam arrepit: ipſe præiuit omnibus, & vt ſuauiſſimè poſt ſe nos traheret ad eandem Crucem ad eandem vitam aliter, aliterq; vocauit Dei filius nos homines; dux milites, Rex ſubditos, Dominus ſeruos.

Chriſtus dux noſter præiuit ſemper.

k *Exod.* 13. 21.

l *Lib.* 4. *in Lucam.*

Typum habemus in Abimelech Gedeonis filio elegantem, qui ſuos ad prælium adhortans: *Arrepta ſecuri præcidit arboris ramum impoſitum-*

Iudic. 9. 48.

ſitumque ferens humero, dixit ad ſocios: Quod me videtis facere cito facite. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem. Noia ramum impoſitum humero Chriſtianæ Crucis eſſe ſymbolũ, Cruce enim armati hoſtes omnes ſuperamus, ſi verè Chriſtum ducem humeris ſuis Crucem baiulantẽ ſequamur ex corde. Simile quid de duce Francorũ Landerico narrat Aimonus: m qui pro Clothario Rege infante, in acie conſtitutus arrepta ſecuri ramum præcidit arboris, hortans omnes, vt ſuum omnes ſequantur exemplum.

m *Lib. 3. cap. 81.*

Ita Chriſtus impoſitum ramum Crucis ſuæ humero ferens, ad ſocios ſuos dicere videbatur; quod me videtis facere, hoc ipſi facite, ita baiulare poſt ſe Crucem iubet, non enim vult milites ipſum præcedere, ſed ſequi. Secundũ quod dixit Theophilactus n agens de Simone Cyrenæo, qui chriſtianum militem ducem ſuum Chriſtum ſequentem mirificè ſignauit, & ſub diſcipuli, & doctoris metaphora adiunxit: *Doctor ſecundum Chriſtum debet prior ipſe Crucem tollere, & deinde auditoribus eam imponere*. Sed huius Cyrenæi hiſtoria præ oĩbus alijs adnotanda ſũmopere erit. Quod nimirum illud idem lignum, quod ſuis diuinis humeris geſtauerat Chriſtus, portaret, & ille; Dicunt enim Euangeliſtæ: o *Cum ducerent eum inuenerunt, apprehenderunt, & angariauerunt prætereuntem quendam hominem Cyrenæum nomine Simonem venientem de villa patrem Alexandri, & Rufi; hunc angariauerunt, vt tolleret Crucem eius*. Ex quibus verbis deducitur vera illa ſententia exiſtimantium Chriſtum primò Crucem ſuis humeris ſolum geſtaſſe, deinde Simonem itidem ſolum. Sic locum interpetratur Hieronymus p dicens: *Hoc intelligendum eſt, quod egrediens de prætorio Ieſus, ipſe portauerit Crucem ſuam: poſtea obuium habuerint Simonem, cui portandam Crucem impoſuerunt*. Vnde addiicere poſſumus omnes, quod ſalus noſtra tota in eo verſatur, vt nullus anteire præſumat, ſed omnes, & ſinguli Chriſtum ſequi, & per eius veſtigia incedere pro viribus ab eodem collatis ſtudeant. Ipſe enim eſt lux, & dux noſter quem *qui ſequitur non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ*. Quam ob cauſam non antea Simon, & poſtea Chriſtus: ſed e contra Chriſtus primò pretioſum illud tropheum portare, & conſecrare voluit, & poſtea, vt à Simone poſt ipſum portaretur, indulſit, quod egregiè pro ſuo more notauit B. Ambroſius q dicens: *Et bonus ordo noſtri profectus eſt, vt prius ipſe Crucis trophæum erigeret: deinde martyribus tradidit erigendum conuenit enim, vt trophæum ſuum prius ipſe victor attollat*. Et reuera ſub propriæ Crucis onere, vel ad martyrium, vel ad peccatorum ſatisfactionem ſibi impoſito, omninò non ſuccumberet, ſi exemplo, ſubſidioque primi huius cruciferi non confortaretur.

n *In cap. 23. Lucæ.*

Simon Cyrenæus poſt Chriſtum Crucẽ portauit Mat. 27.

o *Mar. 15. 21. Luca 23.*

p *In Mat. lib. 4. c. 27.*

q *In Luc. cap. 23.*

3 Declarat quoque Ambroſius, quomodo Chriſtus dicatur principium viarum Domini & quomodo nobis viam aperuerit, & nobis errantibus Cruce ſublata iter monſtrauerit, & ad ſe ſequendum hortatus fuerit, ac demũ inter alia proponit, quod habetur in prouerbijs, r vbi ſapientia loquitur, dicens: *Dominus creauit me principium viarum Dei*. Et ait: *Creatus ergo Chriſtus ſecundum ſuſceptionem carnis, vt redimeret creaturas: creatus, vt vias mihi demonſtraret æternas, quibus homo redire poſſit ad Dei regnum*. Ergo quia principium eſt viarum Dei; Hoc principium ſequamur. Prius viam noui ingreſſus eſt teſtamenti, vt eam ſterneret nobis. Si ieiunamus, ante nos ille ieiunauit. Si pro nomine eius ſuſtinemus iniurias, priùs ille ſuſtinuit pro noſtra redemptione. Ceruices ſuas poſuit in flagella, maxillas ſuas in palmas: Aſcẽdit Crucem, vt doceret mortem non eſſe metuendam.

r *Ca. 8. 21.*

Chriſtus principium viarũ Dei.

His, alijſque exemplis, & doctrinis clarior multò, & illuſtrior cæteris Imperatoribus Imperator noſter Chriſtus ad labores, & pericula primus, non ſuos pro ſe ſed ipſe pro ſuis, ſe primò obiecit, Crucem prætulit, & ad ſe ſequendum tam ore, quam opere prouocauit. Vnde de hoc noſtro vnico Imperatore optimo maximo potiori iure dicere poterimus, quod Lucanus de ſuo Catone Africæ deſerta ingrediente, quem militibus ſuis, ita præfantem deſcribit. ſ

ſ *Lib. 9.*

——Primus arenas
Ingrediar, primuſq; gradus in puluere ponã
Me calor æthereus feriat, mihi plena veneno,
Occurrat ſerpens; fatoque pericula veſtra
Præſentate meo. Sitiat quicunque bibentem
Viderit: aut vmbras nemorum quicunque ſequentem
Æſtuet: aut equitem peditum præcedere turmas,
Deficiat: Si quo fuerit diſcrimine notum,
Dux an miles eam.

Primus dux noſter Crucem tollit, ſolo hoc diſcrimine notus dux, an miles eat (aliàs ſuorũ ſeruus, & miniſter) Primus ante nos iter pandit (ex Michea cap. 2.) Viamque nobis nouam initiat, vt eum ſecuri ſequi poſſimus. Primus in hac non Africæ, ſed mundi ſolitudine pedem figit, & in arenam deſcendit, vt impræſſa eius veſtigia nos ſequeremur. Et ipſum primo odij ſui veneno in iſta ſolitudine ſerpens momordit, ſed hic morſu in mortem corruit, & ille nos à ſerpẽtis morſu liberauit, idq; erectus olim in ſolitudine ſerpens ſignabat. t Primus obediens patri vſque ad mortem Crucis. Primus in deſerto ſitiuit, ſed aceto, & felle ſitim extinxit; vt ſitiat quicunque bibentem viderit, & ſitim potionis amaritudine vincat. Et ipſe quoque primus viam, & vitam, quam innouauit, ſeù nouam initiauit abſque carnium eſu, vt probabili diſcurſu oſtendemus aggreſſus eſt. Et ſicut quod verbo docuerat firmarat exemplo ipſe priùs abſtinentiæ Crucem ſubſtinuit. Et rurſus non ſolum præceptis, conſilijſque milites ſuos imbuit, ſed quoque exemplis erudiuit pugnando, & vincendo: Propterea optimè ipſe dixit: *Sum primus, & nouiſſimus viuus,*

Omnia reſtaurauit Chriſtus.

t *Num. 21.*

& fui mortuus, & ecce ſum viuus in ſecula ſeculorum. u *Primus* (inquit Rupertus) *quia omnia in principio verbum, Deus apud Deum per quem omnia facta ſunt, quod indicat hoc meum caput pro antiquitate tam candidum: & nouiſſimus, per quē oīa reſtaurata ſunt, ſicut indicāt, vel ſignificāt iſti pedes mei auricbalco ſimiles, vtpote nuper educti de camino ardenti, de camino tribulationis, vel paſſionis, in qua ita nouiſſimus, & hominibus viſus fui contēptibilis quomodo contemnitur vermis, & non homo,* &c. Inter autem ea, ad quæ venit Chriſtus reſtauranda, abſtinentiam à carnibus numerandam cenſemus, eamq; in ſuo aduentu ſeruaſſe, vt nos ſuo inſtrueret exemplo, atque conſuleret ſequendam probabiliter diſputabimus in præſenti tractatu, quem in capita ſequentia diuidemus. Sed antequam ſcholaſticam diſputationem inſtituamus, vt petentibus excuſationem, & nouitatem eſſe arbitrantibus ſatisfaciamus, aliqua præmittenda fore duximus oportere.

u *Apoc.* 1.

CAPVT I.

Quid de nouitate dicendum, pro ijs, qui nouam, quam ponemus opinionem de Chriſti abſtinentia, eſſe arbitrantur.

MVlta, quæ hic forent transferenda diximus in proemio, & epiſtola ad beneuolum Lectorem, videat ibi qui voluerit. Addo tamen hic; nouum aperire iter non eſſe culpæ adſcribēdum, dum quæritur id, quod factum eſt; & de qua re nihil perſpicuum in ſcripturis appareat, idque ſub iudice ſit, cum plures videantur hinc inde diſcrepare; ſitque ideò liberum cuicunque ad hanc, vel illam partem methodum noſtram dirigere; & dato quod eſſet nouum iter pādere, dum ad Chriſti abſtinentiam, de qua nunquam aperta diffinitione ſcriptum eſt, peruenitur; ad delictū imputari nefas eſt, ſi ex non ſpernenda ratiocinatione hæc oritur controuerſia.

Laude quidem dignus fuit Marcus Varro apud Auguſtinum, a eo quod agens de falſa Deitate quam genitores eius adorare conſueuerant, ſuum de hac re ſenſum aperiens dixerit: *Cum in hoc libello dubias de Dijs opiniones poſuero reprehendi non debeo.* Et attulit rationem, dicens: *Scribam ſed vt Xenophanes Colophonius ſcribit, quid putem, non quid contendam, ponam. Hominis enim eſt hæc opinari, Dei ſcire.* Quid melius dici poterat? Veritatis euidentiam ſolus Deus nō ignorat, aut per ipſius aſſiſtentiam, qui eius in terris vices gerit; nos autem rudes homines coniecturis tantum inhærentes opinione vtimur. Nec quia doctrina inuentæ opinionis noua videatur paruipendenda erit, quinimò vetuſtæ, & antiquæ præferenda, ſi nullum rei nouitas errorem legenti attulerit. Vltra quod nouare, aut inuentare aliquid in ijs, quæ dicenda ſunt nullo modo admittimus, cum ex ſcripturis, & Patribus deſumptum fuiſſe, cuilibet quamuis mediocriter in ſacris literis verſato palam fiet. Sed dato quod etiam (quia noua methodus eſt) nouitas videatur, dulci hac nouitate libenter animos tenebo. *Nouitates enim* (vt Ciceronis verbis vtar) b *Si ſpem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illa quidem repudianda: vetuſtas tamen ſuo loco conſeruanda eſt.*

a *Lib. 7. de Ciu Dei cap. 17.*

Nouitas opinionis nō ſpernenda ſi eſt de re incerta.

b *De amic.*

Optime quidem dixit Cotta, aut nullam ſcilicet debere dari philoſophiam, quæ ratiocinandi, & perſcrutandi docet veritatē, ſed præcepta, & dogmata indubitabilia, aut ſi ratiocinandi, & examinandi rem, de qua agitur, datur facultas, non eſſe maiori cultu, & veneratione proſequendam antiquiorem opinionem, ſed illam, quæ ſtabiliori probatur fundamento & coniecturis probabilibus gaudet. Accipiant verba ipſius Cottæ ſumma obſeruatione digna; prout à Lactantio referuntur. c *Denique apud Ciceronem, ſic dicit Cotta Lucillo. Habes Balbe, quid Cotta, quid Pontifex ſentiat. Fac nunc ergo intelligam, quid tu ſentias. A te enim philoſopho rationem religionis accipere debeo. Maioribus autem noſtris etiam nulla ratione reddita, rationis eſt credere. Si credis, cur ergo rationem requiris quæ poteſt efficere ne credas? Si verò rationem requiris, & quærendam putas; ergo non credis; Ideo enim quæris, vt eam ſequaris, cum inueneris.* Itaq; Ariſtotelis ſententia, verbi gratia, & Platonis vel præferenda eſt, & proponenda, tanquam ſi aliquod fidei dogma proponeretur fidelibus ad credendum nulla facta veritatis diſcuſſione, aut ſi facultas datur inquirendi, & examinandi veritatem, cum non conuincere reperitur, ſequenda erit illa opinio, quæ conformior eſt rationi Patrum auctoritate corroboratæ.

c *Lib. 2. diu. inſtit. cap. 8.*

5 Horum primum iudicat Seneca Philoſophis indignum, quia proprium eſt hiſtrionibus in comædijs memoriter referentibus, ſeu recitantibus, quæ cogitauit Poeta, eoq; vocat commentariorū doctores, qui nequeunt id, quod calamum traducit tranſcendere. *Turpe eſt ſeni,* ait Seneca, d *aut proſpicienti ſenectutem ex commentario ſapere. Hoc Zeno dixit. Tu quid? Hoc Cleantes, Tu quid? quouſque ſub alio moueris? & impera, & dic, quod memoria traditur, aliquid, & de tuo profert. Omnes itaq; iſtos nunquam auctores, ſemper interpetres ſub aliena vmbra latentes, nihil puto habere generoſi, nunquam auſos aliquando facere, quod diu didicerant: memoriam in alienis exercuerunt.* Multa alia ſubiungit, & quidem notatu digna. Legat ea Lector, vt inde capiat non paruam delectationem. Tandem concludit, dicens: *Adijce nunc, quod iſti, qui nunquā tutelæ ſuæ fiunt, primum in ea re ſequuntur priores, in qua nemo non à priore deſciuit, deinde in ea re ſequuntur, quæ adhuc quæritur.* Clauſis oculis ſequuntur id, quod ſub opinione fatentur eſſe. *Nunquam autem inuenietur, ſi contenti fuerimus*

d *Epiſ. 33.*

Seneca contra ſequentes auctoritatem non rationem.

mus

Digitized by Google

rimus inuentis. Vt faciunt illi, qui de veritate cum Pilato diligenter inquirunt, quam ſcire negligunt, & ſic nunquam eam inuenient, quam non exquirunt. *Præterea, qui alium ſequitur, nihil inuenit, imò nec quærit. Quid ergo non ibo per veſtigia priorum? ego verò vtar via veteri, ſed ſi propriorem, planioremq; inuenero, hanc muniam.* Hiſce verbis oſtendit ſe verum fuiſſe philoſophum veritatem ratione inquirentem. *Qui ante nos iſta meruerunt non Domini noſtri, ſed duces ſunt, patet omnibus veritas, nondum eſt occupata, multum ex illa etiam futuris relictum eſt.* Ecce Seneca quamuis gentiliter viueret, & abſque vera fide, nec in Euangelica doctrina instructus eſſet nihil tamen animo ſuo præſumpſit, nec ſibi eiuſque ingenio totalem veritatis inueſtigationem arrogauit, ſed magnã illius partem manifeſtandã ait remanſiſſe futuris: non ergo nimis appoſitè putant, qui hanc tribuunt arrogantiam ſacris doctoribus, etiam Sanctis, quaſi quod dixerint tanquam pro vt de fide habendum voluiſſe præſumſerint, nec vltra ad veritatem indagandã fore procedendum, cum ſatis, aut totaliter ab ipſis inuenta fuerit; falluntur certè, & nõ parum, nam honorandi eos cauſa offendunt. Ad quid enim Angelicus Doctor Eccleſiæ lumen deſeruiret ſi prioribus Sanctis abſq; vlla ratiocinatione ſtandum eſſet? Ad quid Caetanus, Medina, Bagnes, Cabrera, Suarez, Vaſquez, Granado, & quamplures alij Diui Thomæ commentatores? niſi vt veritatem inuentam, vel magis declarent, vel ex qua parte occultam agnoſcunt, inueniant, & manifeſtent. Videatur Epiſtola 45. vbi ſuam proſequens ſententiam deſcribit vanum philoſophandi modum, quem multi hodie ſequuntur.

Seneca humilis nõ arrogani ingenio.

6 Secunda dilemmatis pars à Cotta propoſiti, digna eſt, vt ſequatur; doctrinam ſcilicet nec nouitate paruipendendam, nec fore vetuſtate extollendam: ſed eã magni faciendã eſſe quæ ſtabili nititur fũdamẽto, & conformior videtur eſſe rationi. Ad quam rẽ cõprobandã optimè dixit Ambroſius. e *Attende ligna, quæ plaudunt, quod priora luminibus Cæli eſſe cœperunt; nunquid merita fœni maiora, quam Solis?* Creauit enim Deus ante Solem, cæteraq; ſydera virentem herbam, & plantas; ergo quia antiquitate, ideò, & excellentia præſtant? abſit. Non enim ex hoc reſtat, quin Sol dignitate, & excellentia, ac nobilitate præcellat. Ridiculum proculdubio eſſet aſſerere plantam, quia antiquior eſt Sole, Solẽ ſuperare, eoque magis æſtimari. Lex Euangelica noua eſt, Moſayca antiquior, ita vt vetuſtate nequierit ampliùs ſubſiſtere. Super Iuda teſtamẽtum nouum dare promiſit Deus apud Ieremiam, f his verbis: *Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum*, &c. Qua promiſſione ſignificauit ſenuiſſe aliud, quod priùs erat, vt expræſsè declarauit commentator Ieremiæ Paulus ad Hebræos g dicens. *Ecce dies venient dicit Dominus: & conſummabo ſuper domum Iuda teſtamentum nouum &c. dicendo autem nouum veterauit prius, quod autem antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt.* Illis temporibus Moyſis doctrina optima fuit, nunc autem nihil vetuſtate lucratur.

Nouitas aut vetuſtas doctrinæ, nec prodeſt, nec officit, ſed ratio.

e In exam. lib. 4. ca. 1.

f Cap. 31. v. 31.

g Cap. 8. 8. 13.

Symmachus de nouitate Euangelicæ legis diſſerens, afferebat, ſeruandam eſſe tot ſeculis fidem, & ſequendos eſſe parentes, qui fælicitet ſequuti ſunt ſuos, ſed contra eum inſurgunt multi, & inter alios Prudentius, qui ait in primis: h

Scire velim præcepta patris, quibus auribus hæc tu
Accipias Itale cenſor doctiſſime gentis
An veterum tantum morem ratione relicta
Eligis, & dici id patitur ſapientis acumen
Ingeniumque viri?

h Lib. 3. contra Simmach.

Deinde quam fruſtra afferatur priſtinus mos ad præſentes mores repellendos nouiter inuentos, multa olim facta obſeruat, quorum contraria nunc perſpicuè vigent, aitque;

Omne reuoluamus ſua per veſtigia ſeclum
Vſque ad principium, placeat damnare gradatim
Quidquid poſterius ſucceſſor reperit vſus
Orbe nouo nulli ſubigebant arua coloni,
Quid ſibi aratra volui? Quid cura ſuperflua raſtris?
Ilignis melius ſaturatur glãdibus aluus, &c.
Induuias caſa pecudes, & frigida paruas
Præbebat ſpelunca domos, redeamus ad antra
Pellibus inſutis hirtos ſumamus amictus, &c.

Alia multa affert, quibus clarè conſtat non eſſe abolenda, quæ nouiter fiunt, eo quod contraria ſint ijs, quæ antiquitus fiebant; nam ſic melius eſſet veſci glandibus, quam pane, & carnibus. Rurſus ad quid domus, ſi antra habere poſſumus? Cur vt Scythica iuuentus olim pietate faciebat, ex alto, & eminenti loco, aut ponte ſenem patrem non præcipitamus? Et ſi tunc ex religione filios, aut filias, aut communiter infantes idolis imolabant, cur non modo? Si hæc aliaque non pauca etiam ſi antiqua, ex vetuſtate fidem non habent. Veteres etiam ſcientiarum opiniones non ſunt tali excellentia dignæ, quod aliæ nouæ opiniones ſint paruipendendæ, ſed potius præferendæ.

Quod ſi non concedas, veniam ad Ariſtotelem, cui hodie contradicere, ita error æſtimatur, ac ſi Spiritum Sanctum habuerit præceptorem. Et quæro num in omnibus, & per omnia ſit à nobis ſequendus? ſi reſpondeas negatiuè, vt verè reſpondendum eſt, habeo intentum: quia ex negatione ſequitur, quod præferenda ſit aliorum ſententia, licet vetuſtate prior fuerit Ariſtotelis doctrina. Si verò dices eſſe tanquam primum præceptorem in omnibus ſequendum. Reſponde obſecro ijs quæ ſequenti capite proponam.

CAPVT II.

Vtrum valeat Philoſophus Chriſtiauns cõtradicere doctrinæ, quę commuuiter dicitur Ariſtotelis, & aliter contra illam ſentire.

7 DIxi in titulo (doctrinæ, quæ dicitur Ariſtotelis) quod in primis declarandum eſt, cur non abſolutè illius doctrinam vocem? quia certum non eſt, quod Ariſtoteles totum id dixerit, quod legitur in libris, qui dicuntur Ariſtotelis. Plutarchus, i Strabo, k & ex ijs Periera in eius Phyſica, & Baronius dicunt quod inimicorum metu, antequam libri Ariſtotelis publicarentur per multum temporis ſpatium ſepulti à diſcipulis ſuis iacuere in ſpelunca quadam, vt hac occultatione ad perſequêtium manus non peruenirent. Sed ibi latentes tum vermibus corroſi, tũ humiditate deleti fere per totum inuenti poſt modum ſunt, vt ſenſum integrũ ex illis legere nequiuerint: Verum ne penitus Ariſtotelis memoria euaneſceret, integritatem, quam non habebant niſus eſt, quidam Apellico (de cuius ſcientia non habetur notitia) præfatis libris reſtituere; & ſic ſenſus non integros, vel illam vacuitatem (vbi vel corroſa charta erat, vel humiditate obliterata) verbis illis impleuit, quæ ſibi in os venerant. Sed hanc Apelliconis reſtaurationem ſeù correctionem poſtea alij corregerunt, vt ait Strabo. Qua ratione concludit Baronius. *Adeo, vt verius, atque conſultius ſit dicere, cum Ariſtotelis ſcripta citantur id, quod aſſeritur apud Ariſtotelem reperiri, quam Ariſtotelis eſſe.* Et hoc quia incertum eſt, an illud ipſe dixerit; & multa alia affert ad intentum, idque facere, ait, vt: *Sciamus reperiri homines adeò Ariſtotelis ſtudioſos, vt quæcunque in eius ſcriptis reperiantur veluti ex diuino quodam oraculo prolata recipiant, atque defendant. Cum tamen haud ſatis conſtet, an reuera ipſe dixerit an Appellico appoſuerit.*

i *In Sylla.* k *Lib. 13.*

Quæ Ariſtotelis doctrina dicitur an eius ſit.

Sed dato quod Ariſtotelis eſſet tota illa doctrina, quæ Ariſtotelica dicitur, nunquid eſt ita amplectenda, vt ab illa deuiare, vel contra eam ſentire nefas ſit? Reſpondeo ſequentibus concluſionibus.

Ex Ariſt. dictis quæ ſint neceſſario euertenda.

Prima eſt: In aliquibus neceſſarium eſſe neceſſitate præcepti, ac ſalutis euertere illius doctrinam. Probatur, quia Ariſt. 8. Phyſic. & 12. Methaph. dicit, quod Deus non eſt creator, nec factor mundi, ſed mundus eſt æternus, quam ſententiam firmiter tenuiſſe, & nõ problematicè docet D. Thomas ad locum Metaph. lect. 6. Item dixit, quod Deus non prouidet rebus inferioribus, imò vileſceret, ſi inferiora reſpiceret in 2. Metaph. tex. 51. Item dixit, quod Deus non habet ideam, neque cognitionem rerum extra ſe, nec in ſe, quoniam pateretur ab illis, ideò nec prouidet Deus. Item 4. quod Deus eſt agens neceſſarium, & non liberum, quippe qui ab æterno eſt anima primæ ſpheræ, nec poteſt non mouere ipſam; præterea nec apud nos poteſt mouere lapidem vnum ex 8. & 12. Metaph. Quinto quod Deus non poteſt mouere influendo motum actiuè, & phyſicè, quoniam non intelligit quæ ſunt extra ſe, ſed mouet tãtum modo obiectiuè, & moraliter, vt amatum, & deſideratum, ibidem tex. 36. Item ſexto Deus hominum curam non gerit, proptereaque apud nos datur caſus, & fortuna. Et idcò Ambroſius, l & Origenes contra Celſum dicunt Ariſtotelicos eſſe deteriores Epicureis. Inſuper ſeptimò dicit, quod Religio eſt ars regnandi, & continendi populos in officio, & obedientia, propterea fabuloſos Deos, & obſcenum Priapum retinendos eſſe, atque colendos. Sic ſeptimo. & octauo politicorum, quamuis verè Dij non ſint, & ſacerdotium haberi militibus veteranis ad quietem, quaſi huius ſit gratia, non Dei colendi ratione. Item 8. Inferos, & ſuperos eſſe fabulas legiſlatorũ, ex 2. Metaph. Nono, poſt mortem nec præmium, nec pœnas, nec ſenſum homini manere, ſed fælicitatem, & infælicitatem cum morte finiri, ex primo Ethic. cap. 14. & 15. & 17. Decimo animæ hominum particulares moriuntur cũ corpore iuxta expoſitionem S. Gregorij, m & S. Ambroſij: n & Auguſtini. Item Auerrois, & Auicennæ, Alexandri, & Theofraſti, Simplicij, Themiſtij, & aliorum Ariſtotelicorum, Græcorum, Arabum, & Latinorum ſuper libros de anima, atque vnam tantummodo (quæ non eſt forma corporis, ſed aſſiſtens cũctis corporibus) immortalem dixit; contra quam opinionem pugnarunt, & decreuerunt Patres Conc. Viennenſis, & Lateranenſis. Vndecimo nullos eſtare diabolos, nec Angelos niſi motores ſpherarum, qui motu beantur, nec poſſunt non mouere, Ex. 12. Metaph. & lib. de Mundo. Duodecimo, Deum non immittere in ſomnia, quoniam ſapiẽtibus, & nõ ſimplicioribus, vt accidit immitteret, ex lib. de inſomnijs. Decimotertio, In problem. ſec. 30. docet Prophetas omnes, Sibyllaſque non afflari ſpiraculo diuino, ſed malinconico humore inſanire, & per inſaniam diuinare. Vnde impiè, & ſtultè Fr. Bartholomæus Monopolitanus, & Henricus de Aſſia Theologi ſcripſerunt Sanctam Catharinam Seneſem, & Sanctam Brigitam non diuinitus, ſed ex fatigata phantaſia diuinaſſe, & Antonius Mirand. idem de omnibus: ſimiliter Pomponatius cum alijs qui dæmono plexias, & angelicas ſuggeſtiones negat, vt Ioannes Laurentius Ananias lib. de natura dæmon. etiam meminit. Omnes autem illæ propoſitiones ſunt impiæ, & totaliter falſæ, ergo omnes ſunt neceſſario negandæ, & deſtruendæ quamuis ſint Ariſtotelis, imò etiam omnes concluſiones ab his infectis radicibus eductæ, & illatæ ſunt pariter reijciendæ. Quemadmodum, & Sacrum Concil. Later. ſeſſ. 8. exoptare oſtendit; Præcipiens Scholaſticos in philoſophia Ariſtotelica, quæ tunc erat in vſu, & in poetica non immorari, quoniam habet radices infe-

l *Lib. de offic.*

m *Lib. de opificio hominis.* n *Lib. de Iſaac & anima.*

Digitized by Google

infectas, ſed per canones ſacros, & Theologiam Scholares ab ipſarum maculis purgari oportere. Item Doctores dogmata Ariſtotelica damnare iubet, & doctrinam Sanctorum ſuper Philoſophos authorizare tanquam purgatiuam animæ, & rei publicæ perfectiuam, ita iubet, & optat fieri.

Vtile, & licitum eſt multis cōtradicere Ariſtoteli.

8 Secunda Concluſio. In multis vtile eſſe videtur Ariſtotelem reprobari: Vtile inquam politicę Chriſtianæ, & Theologiæ, & veritati. Hanc concluſionem videntur probare multi Patres. Vt Iuſtinus Martyr cognomento Philoſophus, qui librum ſcripſit attitulatum; *Confutatio aliquorum dogmatum Ariſtotelis*. Vbi libros phiſicorum, & libros de Cælo, & Mundo penè totos confutat; præſertim, quæ dixit, de principijs, de tempore, de motu, de loco, de æternitate motus, temporis, & mundi, de ſubſtantia Cæli, & eorum motibus, & paſſionibus. Præterea in Quæſtionibus ad Græcos inquit Ariſtotelem nil rectè diffiniſſe de his quæ dicere propoſuit. Idem docet Lactan. Firmianus paſſim in his libris, & addit, quod Ariſtoteles contraria dixit, & ſentit. Præterea Auguſtinus, Ariſtoteli, (quem vocat ſophiſtam) præfert Platonem. Similiter Euſebius lib. de præparatione Euangelica, & demonſtratione Euangelica ſæpiſſime Ariſtoteli circa naturalia nè dum circa diuina contrariatur.

o Lib. de offic.

Vlterius, D. Ambroſius vocat. o Ariſtotelem deteriorem Epicureis. Et in Examer. 4. ſtudioſum impugnandæ veritatis, quoniam calorem, & lucem abſtulit ſoli: quo In negotio Ariſtotelem oppugnat tanquam ſacris literis inimicum. Baſilius, Origenes, Lactantius, Iuſtinus, Chryſoſtomus, Beda, Augus. Bernardus, & fere omnes patres ſimiliter cum dixit, Cælum non habere materiam elementarem, ſed de quinta eſſentia conſtitutum eſſe, Diuus Baſilius, & D. Ambroſius putant eſſe hæreſim cum Sacris Scripturis pugnantem; idemq; aſſerunt alij patres. Item cum Ariſtoteles negat ideas reputatur hæreticus ad Auguſtino. p Quoniam per hoc negat, & Verbum Dei. A Iuſtino vero in Triphone; quoniam qui negat ideas negat Deum auctorem rerum, & diuinam artem. Idem etiam docet Euſebius de præparatione Euangelica, & Scotus in pr. ſent. Præterea quæ dicit de materia prima deridentur a D. Baſilio in Exameron, & à Iuſtino libro confutationum. Item Sanctus Vincentius Fer. allegatus à Don Seraphino Firmano ſuper Apocalip. vocat Ariſtotelem, & Auerroem; Phialam iræ Dei proiectam ſuper aquas ſapientiæ Chriſtianæ, Vnde factæ ſunt amaræ ſicut abſyntium. Et hoc vere effectus probat, quoniam ex Ariſtotele prodiere præter iam dictas hæreſes multæ, & rara eſt illa hæreſis quæ in Ariſtotele non fulciatur. Monophyſitæ ex Ariſtotele prodierunt per Ioannem Grammaticum teſte Nicephoro. Porrectani ex Gilberto Ariſtotelico, qui Trinitatem, & attributa Dei per Ariſtotelem volebat metiri. Damnatur in Conc. Behem. & à D. Bernardo ſuper Cantica. Petrus Abaclardus ſcripturas ſubiecit Philoſophis præcipuè Ariſtoteli; Et patres dixit eſſe ignorantes, & nihil dictorum ſuorum probaſſe, vt patet ex Epiſt. Bernardi ad Innoc. 3. & in Cantica. Item Ætius hæreſiarca Ariſtotelicus, teſte Baronio tom. 2. Item Corpocratiani, & Theodoſiani hæretici adorabant Ariſtotelem pro Deo, teſte Baronio tom. 3.

p Lib. 83. 9. & 15. de Ciu. Dei.

Propter hæc, & alia multa, quæ dici poſſent, & dicenda omitto, cum non ſit mei inſtituti ex profeſſo id agere, patet ſufficienter, quod antiquior opinio etiam ſi ſit Ariſtotelis, non eſt ita omnino ſequenda, vt contraria nouiter inuenta careat probabilitate, imò illa Ariſtotelis maxime iuxta primam concluſionem, eſt penitus falſiſſima, & deteſtanda, & ſcripturæ, Concilijs, & Sanctis Patribus inhærendum.

9 In reliquis vero etiam ſi certo eſſent Ariſtotelis, non erit abſurdum aliter opinari, & contradicere; ſiquidem teſte Baronio. q Certum eſt nullum ex Latinis cognouiſſe Ariſtotelem nec nomine quidem, quouſque Seuerinus Boetius illum traduxerit, ideoq; tribuit illi inter latina ingenia, & merito, primatum, cum vſq; tunc caruerint omnes illius operis intelligentia, & nihilominus paruifaciunt hodie Philoſophiam Boetij; (& magni æſtimant illam ſub nomine Ariſtotelis vulgatam.

q Tom. 6. ann. 510.

Optarem ſcire cur non Boetium, vt Ariſtotelem magnifacimus? Crederem fortaſſe hoc euenire, quia aduenis promptiores inclinamur ad credendum; non alia ratione niſi quia Aduenæ ſunt. Placet hoc probare ex ſcriptura, Sanctus Lucas in actibus Apoſt. ait. r *Et placuit ſermo coram omni multitudine, & elegerunt Stephanum, &c. Et Nicolaum aduenam Antiochenum.* Cur Lucas inter electos, vt connumeret Nicolaum addidit Aduenam? certe non inepte fuit, ſed recta ratione motus nam (niſi fallor) dedit cauſam cur elegerit Stephanum; quia ſcilicet plenus erat Spiritu Sancto: *(Elegerunt Stephanum plenum fide, & Spiritu Sancto,)* De Nicolao autem ſolum dicit fuiſſe aduenam. *(Et Nicolaum aduenam Antiochenum.)* Cur niſi, vt innueret, quod ſi populus illum elegerit pro motiuo ſumpſit, quia erat Aduena; eo quod aduenarum merita magis in Mundo æſtimantur, quam ciuium, ideoq; fortaſſe ab Euangeliſta ſpecificatur. Vnde Sanctus Ennodius dixit. ſ *Neſcia examinis turba, quiritum dum ſtipendijs rapitur amat incognitos.*

r Cap 6. 5. Cur aduena doctrina recipiuntur magis quam Ciuium.

ſ Dict. 1.

Vnde (quæramus) orta eſt falſorum Deorum deitas? Vnde eſt, quod primum Deorum patrem dixerint Saturnum, & eius filium Iouem ſequentium deorum patrem? teſte Virgilio. t *Diuum pater, atque hominum Rex.* Stupet Tertullianus credens nihil laudabile feciſſe, qua ratione merito diceretur Italiæ Deus, etenim nec virtutes ex illo, nec nobilitatem reperimus: *Saturnum itaq;* (ait Tertullianus.) u *Quantum literæ docent, non alium quam hominem promulgauerunt; cuius parentes ignoti erant.* Quod ſi aliquid feciſſe dicitur, hominis naturam non exceſſit. Cur cr-

t Æney. 10

u In Apolog. cap. 11.

Digitized by Google

ergo diuinitas illi attribuitur, vt etiam priorum Deorum nomen fuerit à Romanis delectum? Romanos enim alloquens Tertullianus dixit: *Ante Saturnum Deus penes vos nemo eſt, ab illo cenſus totius, vel potioris diuinitatis*. Quis tam ſublime priuilegium, dandi ſcilicet diuinitatem, ei tribuit? quid glorioſius fecit Achille, aut virtuoſius? nihil, ſed eius eminebant merita præ alijs quia aduena erat, non Italus: fuitq; hoc ſatis, vt crederetur cæleſtis palatij dominus, & habitator, & ad nos adiuuandos in terris deſcendiſſe. *Ex conſuetudine humana* (ait Tertullianus) *qua ignoti, vel ex inopinato apparentes, de Cœlo ſuperueniſſe dicuntur. Proinde Saturno repentino aduentu, vbiq; Cæliтem contigit dici*. Et quia incognitus erat Italis, ab eis obtinuit, quod à ſuis conciuibus nequiuit. Vnde Prudentius breuiter, & eleganter ex perſona Saturni loquens, quid attulerit Italiæ exprimit. *Sum Deus*. Et vt talis à vobis adorandus, ſed cur te colere debeo? quæ nam ſigna præfers tuæ diuinitatis, quibus ad adorandum inducamur? Audi; *Aduenio fugiens prabete latebras*. Profugus à patria, nouus aduena inter vos, hoc ſufficit, vt tanquam Deus colar.

Saturnus adoratur, vt aduena.

Nec nobiliorem proſapiam habuit Bacchus, aut diuinitatis Originem ei dederunt propter vineæ culturam; hoc enim ſi dixerint iniuria Lucullum afficient. *Si propterea* (ait Tertullianus) *Liber Deus quod vitem demonſtrauit, male cum Lucullo actum eſt, qui primus ceraſa ex Ponto Italia promulgauit*. Sic, & alios quam plures fructuum inuentores, aliarumq; rerum (de quibus Polydorus Virgilius de inuentione rerum) nec tamen ex inde dæitatis titulum meruere, aut dij vocati ſunt, vt meruit Bacchus. Forte dices, quod meruit hunc titulum, quia æternum ſe finxit puerum? minimè nam potius ex hoc auferretur ab ipſo diuinitas. An forte quia in Cœlo poſitus Virgineum vultum oſtendit? neq; hoc valet, quia, & cornua multoties habere conſpicitur. Vt ait Ouidius 4. Metam.

Bacchus adoratur, vt aduena.

Tu puer æternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris Cœlo, tibi cũ ſine cornibus aſtas,
Virgineum caput eſt. ——

Quæ ergo merita habuit, vt Deus diceretur, & haberetur? Idem Poeta ſatisfacit interrogationi.

Oriens tibi victus, ad vſq;
Decolor extremo, qua cingitur India Gãge.

Quia indus erat, & aduena, illum tanquam Deum habuerunt.

Angelorũ creationem cur ſilet Moyſes.

10 Veritas hæc ex ſcriptura confirmari poteſt. Moyſes nihil ſcribendum reliquit, quod ad mũdi fabricam oporteret; nam quæ Deus ſua potentia fecerat, ſuo Moyſes calamo deſcripſit. Nihilominus reprehendendus videtur Moyſes, qui loquens de opere digniori, quod fecerit Deus, hominem dixit eſſe ex limo, & ſpiritu conſtantem, quaſi non poſſet aliud quid perfectius creare, & ſilet Angelos etiam fuiſſe creatos, qui puriſſimi ſpiritus ſunt, & incorruptibiles. *Cœli quidem* (inquit S. Seuerianus) *Moyſes, terræq; meminit, & ornatus eorum, Angelorum vero nequaquam*. Cur ergo non meminit angelicæ naturæ? non meminit, vtilitati hominum incumbens, qui ſi Angelorum notitiam habuiſſent, eos tanquam Deos adorarent. Ideoq; potius de laudibus Dei minuere voluit, quam in periculum homines incidere, & perditionem tali adoratione labi, vt docet Chryſoſtomus. a Et Theodoretus. b Sed vnde collegerit Moyſes homines adoraturos Angelos tanquam Deos? poterat enim ſufficere, quod ſcirent fuiſſe tanta pulchritudine, & puritate à Deo creatos, vt omnis ſuſpicio diuinitatis auferretur; Cum nequeat Deus dici, aut eſſe, qui ab alio accepit eſſe. Verum eſt quidem, ſed cum ſciret humanam inclinationem nouitatis eſſe amicam, & non vti Theologicis rationibus, dubium periclitandi ſemper aderat. Viderent enim homines ſe ex terra formatos corruptibiles; illos autem abſque corruptione puros, & nobiliſſimos, nec in terra progenitos, ſed aduenas; ex priuilegio naturæ, & ex eo quia incogniti erant, eos adoraſſent tanquam Deos; cum eſſe aduenas ſufficiat ad eos colendos. Audiant S. Seuerianum. c *Omiſit in corpore Geneſis opificium, ad ea quæ viſui patent narrationem intendens, vt quiſquis hæc veneraretur non inter Deos illa, ſed inter opera Dei referret*. Timens ergo Moyſes nè tale quid eueniret, Angelorum creationem ſub ſilentio reliquit.

a *Hom. 2. in Gen.*
b *Queſt. 2. in Gen.*
c *In Cat. Zefiri.*

Et fortaſſe Chriſtus etiam veritatem hanc cõprobauit; quando vt narrat Lucas. d Duobus Diſcipulis euntibus in caſtellum nomine Emmaus ſe iunxit Chriſtus, eos, loquentes ad inuicem de ijs, quæ acciderant in Ieruſalem interrogauit, dicens: *Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes? Et Reſpondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, &c.* Sed cur peregrino habitu vtitur, cum ſe manifeſtari vult? rationem non equidem ſpernendam affert Sanctus Greg. e Nimirum, vt ſi, vt Deus, magiſter, & beneficus ſeu beneficentiſſimus non lucraretur à Diſcipulis amorem, & adorationem, hæc lucrari poſſet ſub titulo peregrini; potius quaſi fidens extero aduenæ habitui, quam ſuæ diuinitati ad illos lucrandos. Accipe Gregorij verba: *Probandi autem erant, ſi hi, qui eum etſi nec dum vt Deum diligerent, ſaltem vt peregrinum amare potuiſſent*. Ita eſt humana voluntas nouitatis amica, vt eadem diuinitas nè repelleretur, & ſuauiter reciperetur, induere ſe voluit habitu peregrini.

d *Cap. 24. 17. & 18.*
e *Hom. 23.*

Medea, & ita ſonat hiſtoria.

11 Simile factum probat Medeæ infauſtus amor; quippe quæ cum eſſet Colchorum Regis Æetis filia, & ſumma fælicitate regnaret, nec vnquam humanæ pulchritudini ſe ſubiugaſſet; Iaſonis forma capta remanſit. Ille enim Iaſon vix ad eam peruenerat, ſemelq; viſus à Medea, ita cor eius rapuit, vt perdite deamaret Iaſonem, nec ſolum ſe ipſam tradere Iaſoni cogitauit, ſed & patris Regnum, præferens impudicum amorem, naturali; quo Patrem diligere tenebatur. Et

dum

Digitized by Google

dum in aliqua morula vacillaret in ambiguo, dicebat apud Ouid. Metam. 6.

——— Prodam ne ego regna parentis
Et ope neſcio, quis ſeruabitur aduena noſtra?

Audebo forte patrem prodere, vt aduenam hunc fælicitem? Ita ita infælix, & miſera Medea, quia iam incognitum adoras: nunquam cor tuum tot, tantiſq; ex tuo Regno ambientibus condonaſti, & extero vultui, pulchritudine illius victa, temetipſam ſubiugaſti, ita ſibi reſpondet ſuæmet interrogationi in fauorem inhoneſti ſui appetitus.

——— Sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo eſt, ea gratia formæ
Vt timeam fraudem. ———

Procul ſit omnis timor, & ex cogitata in iſto homine fallacia, non eſt nobiliſſimi ſui animi, nec talis eximiæ pulchritudinis amantem non ſemper redamare, & gratum non eſſe beneficæ ſuæ Medeæ. Nunc quæro vnde nouit Medea in Iaſone generoſitatem animi? Vnde fidelitatem prætenſam in homine nunquam ab ipſa cognito? hoc idem fuit in cauſa, nempe quia incognitus, quia aduena, credebatur ab ipſa, quod eſſet fidelis, & verax, generoſus, & gratus. Naturalitas enim in patria deſtruit æſtimationem, quam quiſq; vel eſt alibi conſecutus, vel conſequi poſſet. Ita intellexit quidam doctus politicus Barclaius; dicens: *Quoniam externa neſcio, quo fuco ſe adornant, & pleriumq; notis patriæ rebus beatiora videntur.* Medea tandem poſt quam ſe, & regnum tradidit Iaſoni, fuit ab illo repudiata, & quæ multis vixerat ſuſpirijs, poſt repudium filios quos cum Iaſone habuit occidit, & multa alia leguntur apud Ouidium Epiſt. 12. vbi lamentatur de ingratitudine, & infidelitate Iaſonis, qui pro Glaucea Creontis filia, ipſam ſpreuit, ſed merito, nam frangenti proprio patri fidem pro aduena quodam incognito, fidem non meruit conſequi ab aduena.

12 Hanc eandem arbitror fuiſſe cauſam præferendi Ariſtotelem Boetio, quia is licet fuerit acutiſſimi ingenij inter latinos non erat aduena ſicut Ariſtoteles, cui vt extero intellectum ſubijcere non recuſamus, & in obliuionem poſitam relinquimus Philoſophiam Boetij. Et quod non minus admirabile eſt, quia fere omnes Ariſtotelici, doctrinam (quæ Ariſtotelis aut eſt, aut dicitur) rectè intellexiſſe credunt, & tamen ipſe Ariſtoteles ſtuduit aduenerari per doctrinam intellectu per difficilem potius, quam per facilé. Quamobrem fallitur, qui ſe iactat eius percepiſſe ſenſum, cum ita ſint eius verba ambiguitate plena, vt illis pro vtraq; parte vtantur arguentes. Narrat Themiſtocles Ariſtotelis commentator Epiſtolam, quam Alexander Magnus ſcripſit Ariſtoteli eius præceptori, qua de ipſo lamentabatur eo quod tranſumptum ſuæ phyſicæ foras euulgauerit, & inter alia refert hæc verba. f *Alexander Ariſtoteli ſalutem. Non rectè feciſti, quod auſcultatorios libros foras inuulgaueris. Nam qua alia re præſtare cæteris amplius poterimus, ſi ea quæ abs te accepimus omnium prorſus fiant communia. Ego verò mallem doctrina anteire, quam copijs.* Sententia quidem digna omni laude, & perpetuis temporibus memoranda ab ore optimi Regis prolata. Sed nunc audi reſponſum. *Ariſtoteles Alexandro Regi ſalutem. Auſcultatorios libros, quos editos quereris, & non proinde, vt arcana abſconditos, ſcito neque editos eſſe, neq; non editos, cognoſcibiles ijs tantum erunt, qui nos vtiq; audierint. Vale.* Has Epiſtolas extraxit ille ex Plutarco. Si nemo ex Ariſtotelicis Ariſtotelem audierit quomodo ſe iactare poterit ſenſum illius percepiſſe; ſi ex eodem Ariſtotele pateat non eſſe poſſibile ijs, qui eum non audierunt.

Ariſtotelis ſenſus obſcurus.

f In prim. phyſ. §. genus quoque.

Epiſtola Alex. ad Ariſt. & reſponſio.

Ex his deduco intentum poſſe quemlibet Chriſtianum contradicere Ariſtoteli ex neceſſitate reſpectu eorum de quibus in prima Cóclusione; & reſpectu eorum, quæ in ſecunda, valde vtiliter, fidendum enim potius Iuſtino Martyri, quam Ariſtoteli. Et ſic nouitas, vel antiquitas in opinionibus non eſt præferenda; ſed illa magis amplectenda quæ ſolidiori fundamento fulcitur. Sed quia non deſunt, qui præferant nouitati antiquitatem: argumenta, quæ adduci poſſent, etiam pro parte doctrinæ Ariſtotelicæ proponenda, & ſoluenda ſunt, ſequenti capite.

CAPVT III.

Proponuntur rationes, quibus nouitas opinionum impugnatur, & ſoluuntur.

13 PRimum argumentum poſſet eſſe, quia Ariſtoteles receptus eſt in ſcolis à ſeptingentis annis, & vltra, & Chriſtiani ſcriptores ſacri, & profani eius auctoritate propriam ſententiam roborant; ita vt inſtabile ſit, quod Ariſtoteles non firmat. Impoſſibile eſt autem eos omnes erraſſe, & nouatores tam vetuſtæ doctrinæ contradicentes veritatem inueniſſe.

Primum argumentum ſoluitur.

Reſpondeo, quidquid ſit de receptione, nam in ijs in quibus falſum conſtat dixiſſe non fuit receptus; ſed ſiue receptus, ſiue non preuio examine, ac electione Philoſophorum facta intruſus ſit, tanquam eorum optimus in ſcholas; mihi ſufficit omnes fere patres acceptaſſe Platonem potius, quam Ariſtotelem: Vnde Auguſtinus dixit. g Platonem paucis mutatis eſſe Chriſtianum. Et Diuus Ambroſius commentatus eſt Timeum Platonis in quo Philoſophia naturalis continetur, vt Chriſtiani illa vterentur potius quam aliorum præcipuè Ariſtotelis, quem dixit deteriorem fuiſſe Epicureis. h Et Auguſtinus. i Simplicianum Sancti Ambroſij præceptorem (dicit) lætatum eſſe, quod ipſe Auguſtinus Platonicos libros non autem aliorum Philoſophorum adijſſet, ex his enim cognoſcuntur dogmata Chriſtiana, non ex alijs fortaſſe fallaciarum plenis: Et propterea a

g Lib. de vera relig.

h In lib. de off.

i In. 8. Confeſſ. cap. 2.

Victo-

Victorino Chriſtiano latinitate donatos fuiſſe.

Si autem ſcire deſideras quomodo fuerit Ariſtoteles introductus, & in ſcholis primatum obtinuerit (licet ſit de his agere extra meſſem propriam nihilominus, vt curioſis ſatiſfaciam ſaltem rerum diuerſitate plura de quibus abſtinuiſſem, ad ſubleuandum lectoris animum, quandoque per ſingulos hos tractatus apponere curaui) per quantum huc vſq; legi, dico Anthiocum Alexandri Magni ſucceſſorem Gymnaſia aperuiſſe Græcæ Philoſophiæ legimus contra Moyſen, vt eradicaret de ipſorum mente legem Dei, quæ incipit in principio Deus creauit Cælum, & terram; contra quam ſchola Ariſtotelis perſonabat, æternum eſt Cælum, & terra, nunquam factum à Deo, & contra hanc ſcholam ſurrexerunt in typum fratrum Maccabæi fratres, & obtinuerunt legem de manibus gentium in quinta ſinagogæ ætate. Sic in noſtra Romana Ieruſalem cum Vandali, Gothi, Vnni, & ſaraceni Bibliotecas Philoſophorum in Italia, & Gallia, Hiſpania, & Africa cremaſſent, & perdidiſſent, in quibus perijt etiam commentum Sancti Ambroſij ſuper Timeum. Sanctus Iuſtinus autem ad huc Græcus erat, & Plato. Surrexit Carolus Magnus, & poſt prælia aperuit ſcholas iam dudum latentes quando vix clerici legere ſciebant, & multa ignorantia laborabant Eccleſiaſti, vt exemplis probat Ioannes Villanus. Et cum tanta eſſet illius ſæculi ruditas, & nulli aliorum Philoſophorum codices reperirentur excepto Ariſtotele, & ab Arabibus aducto (vt ex hiſtorijs probat Franciſcus Patricius) intronizatus eſt. Plato autem (vt D. Thom. queritur k quod ſuis temporibus non inueniebatur) paulo ante centeſimum annum in Concil. Florent. ſub Eugenio IV. à Græcis ad nos venit, nec potuit Ariſtotelem regnantem quãuis annitentibus Principibus Mediceis (quibus multum debemus, vt vindicibus ingeniorum Chriſtianorum) deijcere; ſed tantummodo auctoritatem minuit, ne damna prius ſerpentia ex Ariſtotelis æſtimata auctoritate magis abundarẽt, & hoc valde profuit; ſiquidem orta erat opinio, quod Theologia eſſet fallax, & contraria Philoſophiæ naturali circa Mundi æternitatem, animorum mortalitatem, de religione, de inferis, & ſuperis Angelis, & dæmonibus, ſicut Rogerius Bacchonius, & D. Tho. l & Albertus in opuſc. ſub eodem titulo, & alij innuunt; ac propterea celebrata ſunt duo Concil. contra tales opiniones Viennen. ſub Clem. V. & Lateran. ſub Leone X. & quatuor, vel quinq; Synodi Pariſienſes, qui poſt Magiſtrum Sententiarum apponuntur. Et Concil. Remen. contra Petrum Abailardum, & contra Gilbertum Porretanum peripateticos. Qua propter non eſt introductus tanquam optimus cum omnes Patres Iuſtinus m Origenes, n Chriſoſtomus, o Auguſtinus, p Baſilius, & Gregorius Niſſ. q & D. Thom. r Platonem Ariſtoteli prætulerint in ſapientia, & probitate ſimiliter, & Seneca, & Cicero, & Plutarchus, & fere omnes antiqui ſenſerunt. Quapropter quod introductus fuerit Ariſtoteles mirum non eſt, ſi ruditati tunc temporis graſſanti, & aliorum codicum penuriæ attendamus. Quoniam homines, (vt ait Horatius.) *Turpe putarunt parere minoribus, & quæ inberbes dicere, ſenes perdenda fateri.* Idem dicit Hieronymus, & Auguſtinus de his, qui ſuo tempore nolebant recipere doctrinas, & meliores interpretationes.

Ariſtoteles vnde primatũ obtinuerit.

k *In 3. politic.*

l *Opuſc. de vnitate illius.*

m *In Triphone.*

n *Prima Celſum.*

o *In Epiſt. ad Rom.*

p *Lib. cõtra hæreſes.*

q *In Exam.*

r *In 4. de regimine Prin.*

Vlterius ſciendum eſt, quod ſcholaſtici non habent, (vt ait D. Thom.) pro magiſtro Ariſtotelem, ſed pro teſte contra alios Græcos præſertim Peripateticos probantq; proprias ſententias ex Ariſtotele contra conſimiles Ariſtotelicos imò videtur eſſe impietas, & hæreſis dicere quod Theologia aut fundatur aut confirmatur in Ariſtotele, quem reprobant Patres, & Conc. tanquam inimicum Theologiæ, cum etiam in nullius hominis auctoritate, aut ratione innixa eſſe velint, quia veritates Theologiæ habentur per reuelationem, vt probatur ex Diuo Thoma ſ Demonſtrationes verò, quod reuelatio ſit à Deo habetur ex miraculis, Martyrio, Prophetia, generibus linguarum, & alijs chariſmatibus, quæ ſunt demonſtrationes fidei per ſignum, & manifeſtationes ſpiritus, t Quę omnia negantur à Pomponatio, & Auicenna, & Auerroe Peripateticis, qui dicunt fieri à temperamento: idem dicunt alij, vt Iandunus qui vt ait Niphus lib. de ſubſtantia orbis ſcribendo, omnes religiones ſpreuit; propter ſimplicia verba Auerrois, &c.

Ariſt. vtuntur Theologi tanquam teſte non tanquam magiſtro.

ſ *2.2.q.1. & 1. con. Gen.*

t *1. Cor. 12. 7.*

Item dico, quod declaratio poteſt fieri ex Philoſophis non per ſe, ſed ad hominem, imò ſicut Diuus Thomas. u Probat ex auctoritate Auguſtini non licet exponere Theologiam, & Sacras Scripturas ſecundum vnius Philoſophi tantum doctrinam, tum quia poteſt eſſe falſa, & videbimus inniti falſitati, tum quia aliæ ſectæ Philoſophorum contrariæ Philoſopho, cui innitimur, irridebunt Theologiam noſtram, ac fidem, vt inquit Auguſt. Imò D. Thom. in Pſ. 49. & 7. Cor. 4. probat eſſe tyrannidem, aut adulterium ſpirituale, ſi quis trahit ſenſum ſcripturæ ad ſenſum alicuius Philoſophi prorſus aſſertiue. Sicut cum dicitur Sap. 18. *Stellarum limpida flamma.* Exponeret (ideſt lucidæ) quoniam ſecundum Ariſtotelem non ſunt calidæ. Preterea Philoſophorum auctoritas, (vt docet Diuus Thom. x Et Alphonſus de Caſtro.) z cum allegatur in Theologia non eſt ex proprijs, ſed ex extraneis, & nihil probat cõtra Chriſtianos Doctores, ſed tantum contra gentiles, & ſequaces illorum eſt; enim ad hominem inde argumentum nõ ad rem, non diſſentit Caietanus. Si ergo aliquando adducitur Ariſtoteles non ſit, vt Iudex pro lite aliqua dirimenda, nec iuxta veritatem certam, ſed iuxta ſenſum Ariſtotelicum, Neq; vt teſtis contra Chriſtianos Doctores; plus enim valet cuiuslibet ex Patribus auctoritas, quam Ariſtotelis apud rectè ſentientes. Nullus Philoſophus eſt intronizandus contra regulam

u *Opuſc. 9.*

x *1.1.4.1.*

z *Contra hæreſ. lib.*

a In primo contra Eunomiũ.

Sancti Baſilij. a Et Auguſtini primo in Gen. & D. Thom. opuſc. 9. quod pernicioſum, & maxime cauendum admonent, & contra hos Tertull. obiurgato Ariſtoteliſmo indignatus, addit. b Viderint qui ſtoycum, & Platonicum, & dialecticum Chriſtianiſmum protulerunt.

b De preſcrip. ca. 7.

SECVNDVM ARGVMENTVM, Proponitur, & ſoluitur.

15 Sic D. Thom. & omnes Theologi ſcholaſtici Theologiã ex dictis Ariſtotelis confirmant, & in ipſo fundant, magniſq; laboribus Ariſtotelem expoſuerunt, ergo quicunque Ariſtotelem euerterit Theologiam euertet, & labores Sanctorum inanes faciet.

Reſpondeo, quod D. Thomas negat Ariſtotelem eſſe optimum Philoſophorum, ſed ſubſcribit Patribus Auguſtino, Chryſoſtomo, Iuſtino, Ambroſio, c & alijs. Quod Socrates, deinde Plato ſit optimus, cuius carentia intronizatus ſit Ariſtoteles impoſtor, imperitus, & inuitus, præſertim ſi Platoni comparetur, præcipuè S. Doctor d ait: Pitagoram, & Socratem nihil ſcripſiſſe, quoniam fuerunt excellẽtiſſimi ſimiliores Chriſto, qui non ſcripſit. Fruſtra ergo de mente eius contrarium dicitur; nunquam enim eneruat Patrum decretum, quo Platonem præferunt Ariſtoteli, nec putandus eſt tam humilis Patrum ſectator contrarium illis ſenſiſſe. Secundo, negat Diuus Thomas ſe Ariſtotelem allegare in Theologia ad fundationem, vel ad confirmationem fidei, & Theologiæ cuius demonſtratio credibilitatis ſunt miracula, prophetia, martyrium, & alia chariſmata, vt paulò ante diximus ex mente illius loco citato, e & alibi. f Sed ſolùm vt teſtem contra Gentiles ſuos præſertim Ariſtotelicos, vt docet in primo contra Gen. 1. & pr. p. q. 1. a. 8. vbi Caietanus elicit; quod argumentari ex ſacris literis eſt demonſtratiuum, ex Doctoribus Sacris probabile, ex rationibus philoſophorum extraneum: ex auctoritate Philoſophorum eſt nullum. Ergo vanum eſt dicere Theologiam fundari, aut probari auctoritate Ariſtotelis. Hoc pernicioſum dixit Auguſtinus 1. ſuper Gen. & ideò cauendũ non modo, ſi auctoritas; ſed etiam ſi ratio Philoſophorum afferatur pro abſoluta confirmatione. Poteſt tamen allegari Philoſophus ad declarationem in his, quæ putatur benè dixiſſe; vt ibi ait D. Thomas, præſertim circa articulos primos fidei, Deus eſt, & eſt rerũ factor, & gubernator; quos cum neget Ariſtoteles conceſſos ab alijs Philoſophis non poteſt adduci ad declarandum, ſed ſolum vt teſtis contra ſuos, nemo enim tam falſus eſt, qui non dicat aliquid verum ex quo poſſis contra ſuos argumentari: Et quamuis citet S. Thomas Ariſtotelem, ſæpè contra Scholaſticos hoc facit vbi Ariſtoteli Scholaſticus inhæret, vel vbi putat Ariſtotelem naturam fuiſſe ſequutum. Sed regula D. Tho. & Auguſtini, quod ſit crimen tyrannidis, aut adulterij ſpiritualis torſio ſcripturæ ad ſenſum Ariſtotelis, & quod pernicioſum, & impium ſit dicere; quod fundatur Theologia, aut confirmatur ex Ariſtotele, aut quod ſit ad hoc alicuius momenti auctoritas eius, vel ratio niſi contra ſuos ad hominem ſtat inuicta. Et hanc propriam regulam non eſt putandus D. Thomas eſſe tranſgreſſus. Quamuis Pariſienſes murmurẽt, & ſcribant contra D. Thomam in appendice ad lib. ſententiarum, quod nimis fuerit in allegando Ariſtotelem, & verum dicunt; ſed D. Thomæ zelũ non penetrarunt.

c Lib. 1. de Abr. ca. 1. & in Pſ. 35.

d 3. p. q. 42. in corp.

e 2. 2. q. 1.

f 2. ad Theſſal. 3. lect. 1. & 1. Cor. lect. 2.

D. Th. cur ſæpè citet Ariſtotelẽ.

16 Sciendum eſt, quod temporibus D. Thomę & Alberti adeò inualuerat doctrina Ariſtotelis. & Auerr. vt ſtultus putaretur, qui illis contradiceret, ſicut teſtãtur articuli damnati per Pariſienſes. Siggerius Babu, & D. Thom. g & Alber. anzij ad tollendos errores ex Ariſtotele manãtes ſemper fuerunt. Cumque libelli multi de vnitate intellectus, mortalitate animorum, de æternitate mundi, & de religionis vnitate iuxta philoſophiam publicarentur; cæpit Theologia pro falſa haberi tanquam contra naturæ dogmata, falſa proponens. Omnes enim ſequebantur Alex. iſta afferentem ex Ariſtotele, & nemo (ait Auerr.) peripateticus dicebatur, niſi priùs Alexandræus fuiſſet apud Iudæos, ita apud Arabes, & Latinos, niſi Auerroiſta. Propterea que vocatus Auerroes magnus commentator, & ipſe in Scholis latinis regebat cathedram, & erat prouerbium, *dixit Auerroes*, vt Iandunus tradit. Quapropter labeſcẽte Chriſtianiſmo, ſuccurrit Deus excitans Sanctum Dominicum, & Franciſcum, & Fratrum Ordines poſt Monachos, qui tanquam Macchabæi fratres in quinta ſinagogę ætate, ipſi in quinta Eccleſiæ ætate, & ſigillo (ex tunc enim aperiri cæpit ſi credis Ioacchino ſuper Apocalip.) auxilium ferunt. Albertus ergò, & Thomas, & alij tunc temporis zelo fidei ſcripſerunt libellos bis de vnitate intellectus pro immortalitate, & pluralitate animorum dolentes, vt ipſi aiunt, quod ex Ariſtotele tam praui mores, & opiniones pernicioſæ graſſarent, & ſub eo tempore Raymundus Lullius librum fecit de lamentatione philoſophiæ in quo philoſophia apud Regem Franciæ conqueritur, quod dicerent homines ipſam eſſe contrariam Theologiæ. Albertus, & Thomas non confidentes zizania euellere Auerroiſta, & Græcorum, & Arabum ſuperſeminata agris Euangelij abſq; tritici damno ſtatuerunt Ariſtotelem exponere dantes illi interpetrationem vtilem in quibus textus erat quaſi anceps, iuxta Bedæ placitum, dubia in meliorem partem interpetrando. Item Theologiam bibendam mundo in ſuo cratere Ariſtotelico dederunt, nempè Theologiam etiam ex dictis Ariſtotelis declarãtes ad homines tantummodo oſtendentes, quod Ariſtotelica philoſophia non ſolum non euertit Theologiam, vt mundus dicebat, ſed poteſt ipſam confirmare; & propterea viſum eſt Pariſienſibus, quod D. Thom. nimius fuerit in allegando Ariſtotele, & vbi Ariſtoteles aper-

g Opuſc. de vnit. intell.

Cur D. Th. cõmẽtatur Ariſt.

Digitized by Google

tè, & abſque remedio loquitur contra fidem catholicam cum caſtigat ſicuti ſeruum malè ſeruientem Theologiæ, quæ vocat ancillas ad arcem. Nec tam abiecti animi erat D. Thomas vt Ariſtotelis, fieret commentator niſi in fidei gratiam, nec iurauit Ariſtotelem eſſe veracem, ſed ſolum expoſuit, veluti ſi quis Virgilium exponeret, aut Mahometum, ſed in multis caſtigat, & ex textu lib. de anima, plurificauit, & immortalauit animos contra alios expoſitores, & de mundi æternitate poſitionem conuertit in problema; quamquam in lib. 12. met. lect. 10. dicat: Ariſt. firmiter tenuiſſe mundi æternitatem alioquin, nec Deus eſſet, ſi motus, & mundus æternus non eſſet ſecundum Ariſtotelem, & hac æternitate negata, vt fides iubet, negatur in Ariſt. Deus eſſe, vt admonet idem D. Thom. Quapropter in opuſc. q. & in pr. p. cum exponit opus ſex dierum dat nobis licentiam ſequendi, quem volumus ex Philoſophis.

Quod D. Tho. non fuerit peripateticus, ſed Philoſophus Chriſtianus.

17 Vlterius dico non fuiſſe D. Thomam peripateticum, ſed Chriſtianum Philoſophum quamuis Ariſtotelem expoſuerit, vt errandi occaſiones acceptas, & datas alijs, auferret. Probatur quoniam aliter docet cum exponit Ariſtotelem, & aliter cum de propria loquitur ſententia in Theologicis. Et primo nulla opinio ariſtotelica contraria fidei ab eo non oppugnata eſt, vt patet in 8. phyſic. & in 12. metaph. Secundo omnis expoſitio trahens ad ſenſum contrarium fidei à D. Tho. eſt expugnata, vt patet in omnibus commentis contra Auerr. & Simplicium, & Alexandrum, & Themiſtium, & Auicennam, alioſque. Tertio præcipua dogmata Ariſtotelis, & maximè propria eius ſunt à D. Tho. derelicta, vel oppugnata. Hoc dogma primum, & proprium, & maximum eſt in Ariſtotele quod Cælum non ſit de materia elementorum nec generabile, nec corruptibile, nec materiale, & ita docet in exponendis libris de Cælo, & Mundo: Nihilominus in pr. p. q. 68. art. 1. & ſeq. dicit veriorem eſſe opinionẽ Emped. quod Cælum conſtet ex quatuor elementis, quam Ariſtotelica de quinta eſſentia incorruptibili; tum quia magis conſonat textui Moyſis quod ſit factum firmamentum ſydereum Cælum ſecunda die ex materia prima, quam Ariſtotelis excludit à Cælo; tum quia ad literam ſaluatur verbum Moyſis, quod firmamẽtum diuidit aquas ab aquis, ſecundum autem Ariſtotelem oportet intelligere illud metaphoricè (quod eſſet adulterium ſpirituale, vt idem dixit: h) ſecundũ Platonem verò, quod ſit de natura ignis melius ſatisfit Moyſi. Meliùs autem ſecundum Empedoclem; & quidem hoc tempore per Teleſcopiũ detegunt in Cælo maculas Sydetum, nubeculas Solis, & cometas fieri ſupra Lunam. Vnde manifeſtè opinio Empedoclis, & Pythagoræ comprobatur; quem vel ex hoc S. Ambroſius confirmat fuiſſe genere Iudæum, & adit D. Thomas neminem Philoſophorum tanquam ex fide explodendum, aut tenendum.

h 2. Cor. 4. lect. 1.

D. Th. diuerſus eſt dum exponit Ariſtotelem, & dum loquitur ex propria ſentẽtia.

Item in 2. lib. Ethic. lect. 8. pugnans pro Ariſtotele probat tribus rationibus virtutes omnes non reduci ad quatuor virtutes Cardinales, vt faciunt Stoyci, & Platonici, Seneca, & Cicero; Sed poſtea in p. 2. q. 61. art. 2. & per totam 2. 2. ſequutus Auguſtinum, Ambroſium, & Chryſoſtomum omnes virtutes ad quatuor Cardinales reducit, & addit alias poſitas à Cicerone, & Andronico, & Plotino, & Seneca, & S. Gregorio, oſtenditque Ariſtotelem eſſe diminutum in aſſignandis virtutibus, & in ordinandis imperitum, ipſe verò mirificè ordinat. Vnde tota ethica Ariſtotelis apud D. Thomam eſt inualida; imò miſericordiam, & verecundiam, quas Ariſtoteles non facit virtutes, facit D. Th. & nemeſim, quam Ariſt. facit D. Th. negat, & alia multa.

Item in paruis naturalibus, & in lib. de anima ſentit D. Th. cum Ariſtotele quod cor ſit primum in homine membrum, & ſedes animæ, & neruorum, & arteriarum principium, & ſenſuum; poſtea verò cum in 3. p. quærit, vtrũ Chriſtus ſit caput Eccleſiæ? oſtendit caput eſſe ſedem animæ & principium ſenſuum, & neruorum, & operationum; ſicuti etiam vult Ambroſ. i & Chryſoſt. k Item dum exponit Ariſtotelem docet; in omni corruptione fieri reſolutionem vſq; ad materiam primam, & nihil eſſe commune genito, & corrupto idem numero, & adueniente anima rationali deſtrui organa, & quantitatem fabricati corporis, & animam ſenſitiuam aboleri, & ſimiliter adueniente forma cadaueris omnia deſtrui, nec quidplam remanere idem numero. At verò in 3. p. q. 2. art. 2. & 5. docet perfici ſenſitiuam aduenięte intellectiua: & q. 50. eadem organa, & cicatrices numero ponit in Chriſto viuo, & mortuo, quamuis verè fuerit cadauer. Item in 4. ſent. docet vnumquemque proprium corpus numero reſumpturum in reſurrectione; quoniam dimenſiones interminatæ præſunt in materia dum anima vnitur, & remanent poſt, & ideò non ex quacunque materia fit reparatio, vt putat Durandus, & verè, ſi fieret reſolutio vſque ad illam prorſus.

i In Exa. 6. cap. 9.

k Hom. 5. in 1. ad Theſſal.

Item 4. cont. Gen. 44. Non decuit vniri verbum (ait) informi corpori, niſi animato, ſicut anima nec corpori, niſi organizato; ergo manẽtibus hic organis ſicut ibi manet anima. Sed clariùs in opuſc. 42. cap. 6. probat materiam eſſe corpus de genere ſubſtantiæ nec formas vniri materiæ nudæ, ſed corporeæ. Item in commentis ſuper Ariſtotelem negat vbique Ideas cum ipſo Ariſtotele, ſed in pr. p. q. 15. aſſerit eaſdem contra Ariſtotelem cum Platone, & Auguſtino. Item in paruis naturalibus tenet cum Ariſtotele, quod ſemen non eſt animatum, neque cædit in materiam fœtus, ſed excernitur. At in 4. cont. Gen. cap. 45. & 46. ex ſemine ſpiritu animali prædito fieri corpus, & organa ſtatuit, ſicut etiam ſentit Ambr. Baſil. & Niſſen. &c.

Item in lib. de anima putat cum Ariſtotele animam, vitamque brutorum eſſe formam corporis ſicuti grauitas rei grauis. Nihilominus in 3. cont. Gen. cap. 20. docet animam, & vi-

& vitam brutorũ eſſe ſpiritũ ex corde in cętera membra diffuſum ad viuificandum, ſpiritum autem dixit eſſe vaporem. Et hoc ſentit Ambr. in 6. exam. & lib. de Iſaac, ſimiliter Auguſt. & Niſſ. Item cum Ariſtotele 3. Cæli ponit Solem in ſecunda ſphera, & in Theologia in quarta. Hæc & alia multa ſunt, quæ manifeſtant D. Thomam non Ariſtotelis, ſed ſapientiæ chriſtianæ diſcipulum, contra eos, qui aliter putant.

DVO ALIA ARGVMENTA proponuntur, & ſoluuntur.

18 Tertio loco arguunt aliqui dicentes, quod Theleſius compatriota meus, ſed nobiliſſimus, & doctiſſimus Philoſophus, qui nouam contra Ariſtotelem ſtruxit Phiſiologiam à S. Inquiſitione fuerit prohibitus; ergo non eſt vltra innouandum, &c.

Reſpondetur, quod Theleſius non eſt prohibitus, quia contradicit Ariſtoteli alioquin prohibendus eſſet S. Iuſtinus, & Baſilius, & Beda, & alij Patres, ſed quia ſunt quædam dubia in eo clarificanda, & ideò dicitur in Indice, *donec expurgetur*. Nec omnes libri eius, ſed tres tantum quorum doctrina eſt in alijs eiuſdem non prohibitis libris contra Ariſtotelem pugnantibus. Eccleſia enim permittit Gentiles, quoniam palam eſt eos in multis errare; in Chriſtianis verò nullam permittit maculam, quoniam filij ſunt, non extranei, & in nouitate doctrinæ cauet multum ne quid irrepet, ſed cum Deo dante expurgabitur ab omnibus amplectetur Zelo veritatis non auaritiæ, & ambitionis, vanique timoris ſpiritu ductis.

Quarto arguunt ex eo quia nouatores damnantur in Concilio, & qui Ariſtotelem euertit eſt nouator; ergò Reſpõdetur quod non omnis nouitas in republica, vel in Eccleſia ſuſpecta eſt, imò omnia noua placent, redduntq; admirabilem politiam, & religionem, & ſubditos in officio libentiores continent; & extraneos ad ſui admirationem, & obedientiam trahunt. Sic Chriſtophorus Columbus noui mũdi inuentor negati olim à Philoſophis, & Theologis Auguſtino, Lactãtio, & Chryſoſtomo, & alijs; qua de cauſa Archiepiſcopus Saliſbenæ, propter hoc, quod afferebat Antipodas reperiri in fauorem Columbi, fuit priuatus Archiepiſcopatu in Synodo nationali, vt ex hiſtoria Bauarica habetur, eo quod contradiceret non ſolum Philoſophis, ſed Patribus id negantibus, & faueret Columbo, quem habebant propter hoc tãquam hæreticum. Nihilominus vicit veritas pro Columbo, & Archiepiſcopo damnato. Hanc ergo nouitatẽ inueniens Chriſtophorus Columbus non deturpauit, vt putabant Epiſcopi illius Synodi; ſed decorauit, & exaltauit politiam, & ſcientias Chriſtianas. Similiter Galilæus inueniens noua ſydera per teleſcopium, & Flauius magnetis vſum mirabilem, & alius Bombardarum, &c. nec propterea ſunt nouatores exoſi.

Similiter nec nouator eſt, qui nouitates inuenit vetuſtati minimè damnoſas alioquin Benedictus, Dominicus, Franciſcus, & noſter Franciſcus de Paula, Ignatius, & alij nouatores eſſent victum, & veſtitum, & conuerſationem nouam inuenientes; ſed proprie nouatores dicuntur in Sacro Concilio, qui noua cudunt ad deſtruendum vetera bene præiacta, non qui ad reſarciendum, vel explicandum ea, quæ rationabiliter dicta, aut inſtituta ſunt. Verum hæretici deſtruentes doctrinam Patrum dicuntur nouatores. Vnde Hieronymus à multis ſępe laceratus, quod poſt interpretationem LXXII. à Spiritu Sancto dictatam, ipſe nouam faceret; reſpondebat multis in locis pręcipue in Prologo Salom Nõ ita cudimus noua, vt deſtruamus vetera, ſed vt ſtatuamus.

Ex dictis omnino patebit me nouatorem nec fuiſſe, nec dici debere, dum de Chriſti à carnibus abſtinentia loquor, cum ex Patrum auctoritate, & coniecturis opinionẽ meam nitar probare per nouam ſolum Methodum: difficile eſt inuenire huius rei veritatem, & quam difficile ſit, nouit, qui eam inuenire ſtuduit. Aſſertorum vſq; adhuc varietas, doctores à dubijs non agreſſos, oſtendit. *Pithagoras ait* (inquit Seneca Epiſt. 89.) *de omni re in vtramq; partem diſputari poſſe ex æquo, & de hac ipſa, an omnis res in vtramq; partem diſputabilis ſit*. Neuſiphanes ait: *Ex his quæ videntur eſſe, nihil magis eſſe, quam non eſſe*. Hæc omnia vera ſunt etiam apud nos (ſi ea quæ ſunt fidei demas,) & agitantur quotidie in ſcholis. An ergo noſtra opinio vera ſit, & certa? nihil aliud dicam niſi, quod eſt opinio. *Si Pithagoræ credo* (ait Seneca) *nihil in rerum natura eſt, niſi dubium. Si Nauſiphani, hoc vnum certum eſt, nihil eſſe certi*. Hæc dicta veriſſima arbitror, præter res fidei noſtræ. Ideò coniecturis in dicendis vtar aliqua ex dictis, & alia, à patre Campanella didici Romæ (dum mihi, & alijs ſuam Philoſophiam dictabat) modo impræſſa ab ipſo Pariſijs vidi Bononiæ.

CAPVT IV.

Ita amantur ingenij partus, vt difficile ſit mutare ſententiam.

19 Sententiæ, quam cogitans in iuuentute inueni, gloriã non ad me, ſed ad Deum primo deinde ad Patres ex quibus eam extraxi, & tandem ad meam religionem retuli, & nunc refero: non enim diſplicent ibi dicta; licet diſpliceant alijs; diſplicet Methodus, non Methodi ſubſtantia: ingenioli enim partus licet rudes fuerint à genitore ſemper amantur, quia nihil cuiq; diſplicet, quod intellectus cogitauit. Quamq; cæteris habentibus operum idæas, non diſpliceant, quæ opere compleuerint, eaq; tanquam effectus ſui diſcurſus placeant, ſic, & mihi eueniſſe credant. Quare autem non diſpliceant rationem affert Auguſtinus de artificio loquens.

Ingeny partus amantur, & ſi rudes.

l Lib. 1. cont. Manich. ca. 8.

l *Nouerat* (ait) *prius in animo artifex, vbi arx ipſa pulchrior eſt, quam illa quæ arte fabricantur. Sed quod videt artifex intus in arte hoc foris probat in opere: & hoc eſt perfectum, quod artifici ſuo placet*. Quod ergo mihi placuit, & abſque periculo defendere poſſum, non eſt mihi alienum defendere, nec videtur abominatione dignum.

m Cap. 1. 5.

Booz autem genuit Obed ex Ruth, ait Matth. m Cur quæro tanta fœlicitate digna facta eſt Ruth, vt in ſerie generationis eſſet? Cur aſſumitur iſta alienigena à ſanguine Chriſti relictis alijs ex propria cognatione illuſtribus fœminis? propter ſimilitudinem quandam cum Chriſto mentis, non corporis? vt potè quæ propriam, vt Chriſtus, reliquit patriam, ideò parentis nomine fruitur, licet ſanguinis cognationem non habuerit. Audiant Ambroſium. n *Ruth intrauit Ecclesiam, & facta eſt Iſraelites, & meruit inter maiores Dominici generis computari, propter cognationem mentis electa, non corporis*. Si ergo Ruth propter cognationem mentis electa eſt? nil mirum ſi eos ſequi ſtatuerim, qui arbitrantur Chriſtum, & Apoſtolos non comediſſe carnes; Cum quia idem cogitauerim, & ipſe, qua ratione apparet cognatio mentis; tum etiam, quia ſi vera eſt mentis cogitatio, adeſt aliquomodo corporis cognatio, cum præfata Chriſti abſtinentia viuamus, & nos Minimi, vt quantum fuerit poſſibile ei ſimilemus.

n Ad cap. 3. Luc.

Mutare ſententiam omnibus per difficile.

Qui autem correptionem meæ ſententiæ expectat, vana vtitur ſpe; tum quia probabilem illam ſemper iudicaui, & probabilitatem ex dictis Patrum extraxi; tum etiam quia cum de rebus fidei non agatur, mutare ſententiam ſemper fuit per difficile; non ergo, qui expectat (de quo cap. ſequen.) expectare debet, ne ſperando deſperet, ſpes enim quæ differtur affligit animam. Et quia de rebus opinabilibus agimus, nec in contrarium mihi exhibita fuit vnquam ratio conuincens intellectum, & omnia argumenta, quæ ex aduerſo omni arte, & induſtria allata ſunt, ſufficienter meo videri ſoluta afferam infra, maxime inter apologeticas reſponſiones; durum mihi eſſet ex me mutare ſententiam, niſi aliqua eſſem probabiliori ratione, aut auctoritate allectus, aut conuictus: ſemper enim fuit grauis dolor in eo, qui cogitur mutare ſententiam: vt exemplis ex Scriptura deductis colligitur.

o Ex. 9. 2.

20 Primo præcepit Deus Moyſi, vt ingrederetur ad Pharaonem, eiq; diceret, vt populum dimitteret ad ſacrificandum in Deſerto; & eo renitente minas adderet; quod facit, dicēs. o *Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, ſuper equos tuos, & aſinos, & camelos, & oues, & boues &c.* Quaſi diceret, tu me offendis, luentq; armenta tua grauiſſimæ tuæ culpæ pœnam. Sed quænam pœna eſſe poterit Regi, aut ſubditis beſtiarum interfectio? quid officit contradicentibus Moyſi amiſſio animalium illorum? darent proculdubio dimidium bonorum ſuorum, vt victoriam reportarent; leuis ergo vltio tantæ culpæ infligitur. Erras frater, nam licet parum tibi videatur ſupplicium, maximum eſt: Nam punitio, ex occiſio illorum animalium facta fuit ad ſignificandum Pharaoni animalia nullam habere poſſe diuinitatem, ſiquidem mortalia ſunt, nec mortem effugere valeant. Et hoc fuit Ægyptijs graue ſupplicium, cum cogerentur fateri bruta illa eſſe, quæ tanquam Deos ipſi adorabant, cum flagellata, & vulnerata non ſe defenderent. Audi Origenem. p *Animalium nece Ægyptius verberatur, vt in quibus cultum credebant ipſe diuinum, in ijs viderēt diuina ſupplicia.* Nullum eſt maius tormentum, quam cogi aliquem ad fatendum erraſſe.

Pharaoni tormētum graue.

p Hom. 4 in Ex.

Etiam damnatis in inferno.

Et qui in inferno cruciantur, ſemper dicent, vt teſtatur Spiritus Sāctus ore Salomonis. q *Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* O quam ſtulti & inſipientes fuimus, ſtultitiam credentes eſſe ſanctitatem, & virtutem inſipientiam. Iuſtè quidem pœnitens, ſed veræ pœnitentiæ non eſt ille tenebrarum locus. Sed quod mihi mirandum videtur, eſt, quod cum ibi grauiſſima tormēta patiantur; erraſſe nihilominus fatentur: *Ergo errauimus &c.* Sed conſideremus vim notæ illius illatiuæ (ergo) cum ex tormentis educitur conſequentia aliqua, tormentum afferēs hoc aliquid innuit maioris pœnæ; etenim pœna illata ex diſcurſu præcedentium tormentorum grauiſſima eſt. Nunc ſi ex ardoribus, & igneis flammis illud (ergo) inferunt, magnum quidem, & grauius tormētum relucet, in ly ergo: ſed quodnam illud erit? an forte ignis? an ſocietas dæmonum? aut aliquid aliud ex ſupplicijs inferni? Vltra hæc omnia tormenta, aliud quod maius eſt, patiuntur, nimirum, pati quod ſemper fugerunt, & non habere quod ſemper dolexerunt. *Miſerrimi omnium* (ait Caſſiodorus,) *& perdendo quod diligunt, & iugiter patiendo, quod nolunt. Ætas ſine dulci vita, mors ſine remediabili fine, ciuitas ſine lætitia, patria exoſa.* r Et iure quidem, nam infernus, eſt vita perpetua amaritudine plena abſq; vlla ſpe boni; eſt ciuitas plena mœrore, & abominabilis patria, eſt omnium malorum Epilogus. Sed quæro, eſt ne hoc ſufficiens? minime, ait Caſſiodorus, ideoq; addit. *Et quod ſupra omnes confuſiones deterius eſt, illos ibi torqueri ſecum poſſe cognoſcunt, quos decepti numina crediderunt.* Dum cognoſcunt, erraſſe, cruciantur magis quam igne; dum quos viuentes in mundo adorant, vident in eiſdem cruciari flammis, confunduntur, idq; *Supra omnes confuſiones deterius eſt.* Quid vltra dici poteſt de pœna, quas quis afficitur, ſi per vim mutare debet ſententiam?

q Sap. 5. 6.

Inferni grauius tormentum quid?

r De anima cap. 19.

21 Imò ſi maiori impulſu exagerando hanc pœnam, volumus aliquid aliud accumulare, dico quod ſi apud Cælites, qui æterna fruuntur gloria, eſſet aliquis coactus mutare ſententiam, non plene frueretur gloria, non eſſet complerè glorioſus. Loquens Euangelicus Textus de Lazaro Mendico dicit. *Factum eſt autem, vt moreretur Mendicus, & portare-*

tur

Digitized by Google

i Luc. 16. 22.

tur ab Angelis in ſinum Abrahæ. ſ Sinus Abrahæ deſignat locum, vbi detinebantur Sancti Patres olim ante Chriſti aduentum; nunc autem locum ſignificat, vbi Beati Dei gloria fruuntur. Sed inde difficultas oritur, qua ratione inter omnes alios ſanctos ſoli Abrahæ conceſſum ſit hoſpitandi munus in Cæleſti gloria? Ratio eſt, quia dum viueret Abraham exiſtimauit gloriam, qua viuens iuſtus in hoc mundo frui poterat, in exercendo tali pietatis munere fuiſſe collocatam. Propterea in gloria adhuc exiſtens, ipſumq; Deum facie ad faciem proſpiciens, eodem hoſpitalitatis officio fungitur: alias à ſua opinione, quam antea habebat, remotus, inter tot, tantaque bona, non totaliter fælicem ſe exiſtimaret. Ita docet S. Petrus Chryſologus; dicens. t *Parum ſe Beatum credidit, ſi in ipſa ſuperna gloria ab hoſpitalitatis ceſſaret hoſpitio: & ſolis donis frueretur diuinis, qui hic humana bona crudelem ſe credidit, cuiquam ſi negaret.* Nequit vltra procedere exageratio doloris, quem patitur, qui mutare ſententiam cogitur, quando etiam in Cælo Abraham in ſua pietatis opinione perſiſtit, ne quid deſit completæ ſuæ felicitati, &c.

Etiam Cælitibus felicitatem diminueret.

t Ser. 121

Inſuper aut rixantes, aut luctantes, aut pugnantes Iacob, & Eſau in vtero matris exiſtentes dolorem grauiſſimum excitabant. *Collidebantur* (ait Textus.) u *In vtero paruuli eius, qua ait. Si ſic mihi futurum erat, quid mihi neceſſe fuit concipere?* Septuaginta. *Exultabāt infantes in ea.* Pagninus cum alijs: *Collidebant.* Symmach. *Colluctabant, ſiue fluctuabant in ſimilitudinem nauis in ſuperficiem ferebantur.* Aquila, *conſtringebantur filij in vtero.* Quæ omnia oſtendunt moleſtiſſimam pugnam fuiſſe matri, ſed victor ex tunc Iacob fuit, qui Chriſti typum gerebat iuxta communem Patrum intelligentiam. Et ſicut Iacob Eſau ſuperauit, ſic Chriſtus dæmonem. Sed vbi quæro victorem Chriſtum, & victum dæmonem fuiſſe dicemus? Quænam fuit victoria ita excellens, vt digna ſit ſollemni memoria? Quodnam tormentum fuit, quo atrociter afficeretur Diabolus? Dicent fortaſſe, obtentam victoriam fuiſſe in Cruce mediante Chriſti morte: Verum non mihi videtur, quod Chriſti mors fuerit dæmoni, tam graue tormentum, licet fuerit præcipua, & principalis cauſa. Sed quid? oſtendere, & notum facere dæmoni maximo in errore perſtitiſſe, dum credidit, aut imaginatus eſt, Adamum irremiſſibiliter puniendum poſt commiſſum in Paradiſo peccatum, non minus ac ipſum in Cælo peccantem punierat Deus. Etenim è contra fecit Deus, non ſolum, non ſic puniuit Adamum, ſed proprij filij morte decreuit remedium. Hęc fuit lucta inter Deum, & dæmonem; & hæc victoria quam Deus ex tam maligno hoſte reportauit. Superauit Iacob fratrem ſuum, quæm ſuo omni conatu ſubiugauit ad ſeruiendum ſibi; & Deus ſuperauit dæmonem, ſuæ erga hominem pietatis magnitudine. Inter has autem victorias ſola illa differentia relucet, quæ inter victos, & ſubiugatos apparet. Superauit Iacob fortitudinem Eſau: Euicit Deus diſcurſum, & cogitationem dæmonis. Eſau victus ſe perdidiſſe fatetur; & dæmon ſe deceptum confitetur: & hoc eſt, tam graue tormentum, vt ex omnibus, quæ dæmon patitur, non aliud ſit maius, quo afficiatur, quam hoc, quod fateatur ſe erraſſe, & cogatur mutare ſententiam. Audiant doctiſſimum Guillelmum qui ait. x *Cum Diabolo luctam habuit Dominus, dum hominem ab eo ſeductum in Paradiſo, non ſecundum votum eius puniuit æternaliter, ſed miſericorditer, donec veniret tempus miſerendi eius. Putauerat enim Diabolus hominem, ſicut ipſum irremediabiliter puniendum.* Et quia deceptus fuit in cogitando, torquetur grauiſſime in ſuam reuocando ſententiam.

u Gen. 25. 22.

Etiam dæmoni eſt graue tormentum &c.

x In Gen. 32.

22 Tandem in huius veritatis confirmationem aſſerendum puto, quod ad ſuadendum alicui, vt ſententiam reuocet, & contrarium ſententiæ, quam antea veram eſſe crediderat, amplecti, & credere; miracula patrare oportet, aut ſi facit, miraculum efficit. Digna memoratu ſunt duo illa prodigia, quæ olim geſta legimus in Sacro Textu à Moyſe, qui percutiens petram effluxerunt aquæ largiſſimæ. Et à Saul, qui bellum contra Dauidem armauit, cogitans Dauidē ipſum occidere voluiſſe, & ſemper ad occidendum perſiſtere. At Deus, qui ſcrutator eſt cordium permiſit poſſe Dauidem occidere Saulem, vt cum potens non occideret, cognoſceret Saul ſe deceptum ſuis falſimonijs, & fallacibus cogitationibus. Et verè ita eueniſſe legimus y quando ingreſſus Dauid ſpeluncam, vt ſe à perſequentibus abſconderet; illam eandem ingreſſus eſt Saul corporali neceſſitate coactus, vbi cum Dauid, & milites eius in interiori parte laterent, poterant ei mortem dare, noluitque id fieri à militibus, qui ad occiſionem prompti erant; tantum extremitatem clamydis Saul ſilenter præcidit. Egreſſo inde Saul etiam Dauid de ſpelunca egreſſus clamauit poſt eum, eique clamydis extremitatem oſtendens dicebat: *Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduerſum te: Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in ſpelunca.* Aliaque multa ſubtexuit ex quibus cognouit Saul innocentiam Dauidis, & in ſignum gratitudinis filium eum appellauit, cumque iuſtiorem ſe eſſe libenter confeſſus eſt, dicens: *Nunquid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? & leuauit Saul vocē ſuam, & fleuit. Dixitque ad Dauid: Iuſtior tu es, quam ego: tu enim tribuiſti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala,* &c. Moyſes hauſit de petra aquam; & Dauid aquam lachrymarū de oculis Saulis. Quod nam ex his maius miraculum eſt? Quod fecit Moyſes magnū fuit; ſed mirabilius illud à Dauide geſtum. Ita D. Chryſoſtomus. dicens: z *Non perinde miror Moyſem quod ex ſaxo prærupta fontes elicuit aquarum; vt admiror Dauidem, quod ex oculis lapideis fontes eliceret lachrymarum.*

Vt quis mutat ſententia, miraculo opus eſt.

y 1. Reg. 24. 10. 11 17. 18.

z Hom. 14. de Dauid & Saul.

Sed

Sed vbi maior admiratio conſiſtit? Idem Chryſoſtomus reſpondet, dicens: *Ille vicit naturam: hic vicit animi decretum.* Optima quidem ratio; etenim conuincere intellectum, plus eſt, quam naturam ſuperare. Et magis fuit, quod ſe ſubieſerit Saul ad credendum Dauidi dicẽti non eſſe verum, quod ratus erat, aut ore mentientium adiecrat, nimirum ipſum tanti Regis mortem machinari, quod mirum fuit magis, quam è ſaxo aquã educere. Nam ſententiam mutare, & quod decreuerat irritum, & inane fuiſſe, comprobare; violentius fit, quam contra impetum naturæ aliquid peragere.

Ecce quantum diſpliceat cuicunq; mutare ſententiam, etiam in rebus peſſimis: quantò ergo durum videbitur mutare ſentẽtiam in rebus probabilibus, certè multo magis, & maiori afficeretur dolore, ſi ad id efficiendum nulla Superiori auctoritate, aut efficaci ratione non conuictus cogeretur. Ideò ſententiam de Chriſti abſtinentia, quam probabilem exiſtimaui, & contrariam non damnaui, mutandam à me fruſtra expectat aliquis, cum mihi præfata ſententia ſemper viſa fuerit probabilis, imò, & probabilior, quam contraria. Quare ad aliqua verba Religioſi noſtri correctionem expectantis reſpondebo ſequenti capite.

CAPVT V.

Quærenti Salem, & quærenti Solem in ijs, quæ olim diximus obuiam ibimus.

23 DOctiſſimus à Lapide in duodecim Prophetas minores inter ea, quæ in argumento poſuit, de vita, & victu Prophetarum memorat, quæ dixi de Chriſto, & Apoſtolis, & qualiter defenderim carnem non comediſſe. Et ad illud Lucæ: a *Manducate, quæ apponuntur vobis*: Me reſpondiſſe: *Quamuis vilia, & modica ſint*, Inter quæ carnes numerari nequeunt, & ait: *Hoc cum grano Salis accipiendum*. Et explicat Sal apponendum dicens: *Nimirum hoc ſenſu, quod Apoſtoli abſtinentiæ, & ædificationis ſtudioſi, vtpotè perfectionis magiſtri vitarint quantum honeſtè poterant delicias carnes, & vina: non tamen ea religione, & voto, quo faciunt Minimi. Nam ſi neceſſitas cogeret; aut ſi pietas, & vtilitas aliud ſuaderet, ver. gr. ſi inuitati commodè alium cibum habere non poterant, liberè carnibus veſcebantur.* Et tandem dicit hoc præcitatis verbis fuiſſe permiſſum, imò præceptum.

a Cap. 10. 8.

A Lapide dixit cum grano Salis.

Franciſcus autem Lanouius ex mea religione doctiſſimus, & nunc benemeritus in collegam Generalem pro natione Gallica aſſumptus per Sanctiſs. D.N. Vrbanum in ſua, quã edidit, Religionis Chronica, affert, quæ à Lapide dixit, pauloq; aliter loquitur, dicens: *Apponendum granum Solis*; Fortè in ſuis manuſcriptis Sal, non Solem appoſuit; ſic enim decebat alterius verba referentem. Verùm haud ſine Dei permiſſione Typographorum incuria ad meas peruenit manus liber ſuus, vbi mea ſcripta legenda dixit; cum Sole, non non cum Sale; vt doctiſſimus à Lapide dixerat.

Lanouius cum grano Solis.

Quænam autem diuerſitas ſit inter vtriuſq; auctoris dictum quantum arbitrari poſſum, dicam breuiter; quod qui dixit, non ſine ſale legendum opus licet meum, me tamen inuito eo modo impræſſum, bene dixit; in eo enim verè deficit Sal, dum nullo præmiſſo ordine doctrinæ, nulla adhibita diſtinctione, quod opinando dixi, & ferè currenti calamo ſcripſi apud intelligentes aures, tanquam certum, & infallibile fuiſſe dictum habebatur, ſeù haberi poterat. Ideò rectè dixit, Sale indigere legentem. Cui doctiſſimo Patri obtemperans, & ne lectores aliunde Salem quærant, illud idem opus elaborandum ſumpſi, & ampliandum curaui, & Sal veræ intelligentiæ appoſui, quemadmodum in præfatione declaraui. Ac in præſenti Sancta Chriſti Cruce appoſita, magis doctrina elucebit: nam Scripturæ Sacræ immenſum mare, Crucis ligno metiri ſolum poteſt, & vt verbis vtar Ruperti nos committere debemus; *Arbori Crucis ad transmetiendam altitudinem dictorum, & ſenſuum qui multiplices ſunt in lege Prophetis, & Pſalmis.*

Crux pro Sale appoſita.

24 Vt ergo opus illud Sale legatur Sanctam Crucẽ in qua, & mirificus Doctor, & Concionator egregius Chriſtus Crucifixus pependit, & in Cruce docti, & indocti habent Chriſtum (teſte Laurentio Iuſtiniano) præceptorem, & apertum codicem, *In quo legendo, & meditando vniuerſa virtutum diſciplina, ediſcitur, vita librum, exemplar verum, perfectionis ſpeculum, magiſterium, religionis, cunctarum normam, ac præceptorem virtutum.* b Et alibi: c *Habet foris ſimplex, & indoctus, quid legat; habet ſpiritualis, & perfectus, quod intus intelligat; legit ſimplex, & lætificatur, atque compungitur, exercitatus verò intelligens irradiatur, atq; accenditur.* Diuinum ergo Sal appoſui legenti ſumendum non tam ex faciliori, & clariori nunc methodo, ſed ex Cruce Sancta, quæ pro ſuggeſtu, & cathedra noſtro Crucifixo Doctori, & Concionatori deſeruit. Etenim iuxta Auguſtinum: d *Lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuit magiſtri docentis.* Exinde addiſcent illuſtriora, & ſublimiora virtutum documenta; Et qui continuæ abſtinentiæ incumbunt, lætitia affecti magis ardẽter Crucem abſtinentiæ ferent: Qui verò non continuò, ſed ſtatis temporibus à carneis dapibus abſtinẽt, etiam maiori compunctione, aut compaſſione affecti erga nos, imitari non deſpicient, aut ſaltem deuotione, & ardentiori amore proſequentur nos, vt veri amici. Ex quorum numero fateor fuiſſe doctiſſimum à Lapide, qui vt ſolent alij ex ſocietate ſua, tam modeſtè loquitur, tam leniter, & dulciter pungit; cui & per Sal appoſitum, & per reſponſiones apologeticas, quas aduerſus quendam acrius pun-

b Lib. de humil. cap. 21.

c De triũpho Chriſti agone.

Crux cathedra Chriſti docentis.

d Tract. 129. in Io.

pungentem infra cap. 15. ponemus in præſenti tract. & in ſequenti cap. 6. ſatisfeciſſe ſatis credimus.

Sol amicitiæ ſymbolum.

Actiùs quidem (ni fallor) ex meis Pater Lanonius pungit, vt ex eius verbis patet; nam dum quærit Solem, Solem tollit. Ex Cicerone ſumo, quod Lelio ſcripſit: *Solem de mundo tollit, qui amicitiam è medio tollit.* Fratres ſumus ne dum amici, & amicus debet eſſe tanquam Sol durans, & conſtans, & perpetuus, qua ratione dixerunt, Solem vnica tantum gaudere ætate. Vnde Tibullus.

Solis æterna eſt Phœbo, Bacoq; iuuenta,
Nam decet intonſus crinis vtrum Deum.

25 Amicus fuit ille ex quo iſte ſumpſit iter quærendi Solem, & ab illo qui verè Sol ſe oſtenderat, Solis naturam non didicit; fortè quia Sol eſt vnus, & ſolus, noluit illi vni copulari; ſed inter multos adſcribi, quibus haud ſemper, ſed raro fidendum. Nam vt dixit Theogonus in eleg.

Rem verò ne amicis omninò cõmunia cum omnibus
Pauci ſanè è multis fidelem habent mentem.

Amicitia eſt ad vnũ nõ inter plures.

Quam ſententiam ex ſacris literis abſtuliſſe, non erit difficile creditu. Eccl. 6. 6. *Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnum de mille.* Vbi oſtenditur quod amicitia ſingularis eſt ſumma amicorum vnio, ſed inter plures conſiſtere, nequit, quia plura eſſentialiter vniri nequeunt, ſed coagmentantur accidentaliter, vt lapides in fabrica domus. Verum quod experientia didici, nõ diuerſitas habitus amicitiam tollit, ſed diuerſitas affectus, quæ valde diluit, & infirmat amorem. Nam vt ait Plutarchus: e *Origo amicitiæ eſt ex ſimilitudine morum, affectuum, & iudiciorum, quis verò inſtar Polypi, vel Protei eſt, ita mutabilis, varius, & laborioſus, vt ſe multis ſimilem reddere, & accommodare poſſit, aut velit? Amicitiæ eſt mores, affectus, ſermonem, ſtudia, & animi ſenſum exæquare.* Quanto magis ipſe qui frater, & amicus eiuſdem matris filius eſt dictorum à me ſenſum explicare, & defendere tenebatur, & non expectare, vt corrigam, quæ dixi, quæque & ipſe elegantiori ſtylo, & eficaciori doctrina in fauorem religionis noſtræ explanare, & probare tenebatur, & poterat quidem, quia doctiſſimus eſt. Sed fortè clauſerat oculos, ideòq; omnia obſcura eſſe iudicabat, & ad tenebras expellendas Solem quærebat. Sed fruſtra, quandoquidem cæcus non eſt, imò acutiſſimi ingenij, & literarum humanarum, atque diuinarum amantiſſimus, & peritiſſimus. Si alius eſſet, qui Solem quæreret mihi ignotus re, & nomine, dicerem, quod eſſet cæcus, etiam ſi inter videntes numeraretur, qui videre arbitrantur, & falluntur. Vt de quadam fatua cæca ſcripſit Seneca: f *Hæc fatua ſubito deſijt videre. Incredibilem tibi narro rem, ſed veram, neſcit eſſe cæcam, ſubinde pedagogum ſuum rogat, vt migret, ait, domum tenebroſam eſſe. Hoc quod in illa ridemus omnibus nobis accidere liquet tibi, nemo ſe auarum intelligit, nemo cupidum,* &c. Quid meliùs quærenti Solem

e Lib. de mult. amic.

Amicitiã tollit nõ diuerſitas habitus, ſed affectuum.

f Epiſt. 51.

dicere queam, vt ſciat ſe, ſi non lumine, ſaltem amore nudatum?

26 Hoc tamen verum puto, quod ſcilicet præſtiterit mihi occaſionem cum ſponſa dicere: g *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Si amici ſymbolum eſt Sol, nolint me exteri plus nimio deſpicere, quia plus nimio *decolorauit me*; aut cũ Symmacho, *Toruè aſpexit.* Amicus: adeò vt verè dicam *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Illi qui ex eadem religione tanquam matre geniti me defendere, & ſummè diligere debuerant, non omnes ita fecerunt, cum eorum vnus contra omne naturæ ius, & fas offendidit non defendit, vt tenebatur, maximè cum mea ſcripta ſint probabilia, & in propriæ matris honorem redundent, non autem in offenſam. Sed aduerſum eum nec pugnare, nec contendere audeo; exteros autem alioſq; Chriſti conſeruos humiliter obſecro ne turbentur, aut ſcandalizentur eo quod fuſcus in dicendo apparuerim, nam illa nigredo ex inordinata digreſſione proueniens mihi voluntaria non fuit, nec eam ego elegi, aut volui, ſed quaſi inuitus eam patior. Nec fateor internam fuiſſe decolorationem, vt forte imaginatus eſt amicus ille, qui correptionem expectat: Nam quæ dixi defendo, & diſputationis gratia propono, & coniecturis, & rationibus haud ſpernendis probo; ſed clarius, quam antea, atq; copioſiori doctrina, quam feceram priùs: Supponimus ergo doctrinam fuſcam aliquo modo fuiſſe, & obſcuram, ſed in ſuperficie ſolum, & cutè externa; intus tamen in ſubſtantia integrà manet, & intacta abſtinentiæ pulchritudo.

g Cant. 1.

Vtar inde Euangelico conſilio: h *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Hoc enim conſilio Apoſtoli tanquam oues in medio luporum poſiti, & innumeris latratibus lacerat, non modo non conſumpti fuerunt, verum illos in ſui naturam tranſmatauerunt. Quid glorioſius, & mirabilius? quam inter atros, ſæuos, & rabidos perſequutores inſtar Luporum, & Leonum, eſſe innocentes, mites, ſimplices, pulchroſque ſicut oues? Sed quod magis delectat eſt, cum manſuetudine ouis, & ſimplicitate columbæ, ſeruare prudentiam ſerpentis; per illas vincitur pugna manifeſta, per hanc inſidiæ ſuperantur, & pugnæ occultæ. Sequor hìc prudentiam ſerpentis. Et quia ille antiquus, & callidus hoſtis ſua aſtutia in malum pertraxit hominem: Sagaz illius inſtar ero, vt in amorem eum conuertam. Serpens decepit Euam, dum ei laudauit lignum, cuius affecta pulchritudine, & ſuauitate peccauit. Et ipſe laudabo Crucem, cuius virtute amamus tribulationes, gloriamur in perſequutionibus, & ſuperamus difficultates, atque illius ſplendore non carebit lumine, qui quærit Solem. Etenim Sancta Crux continet lumen mundum illuminans, & exhibet ijs, qui oculos minimè clauſos geſtant.

h Matth. cap. 10. 16.

27 Hanc veritatem prædixit Abacuc, illis verbis. i *Splendor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius.* Quem locum multi Patres de Chri-

i Cap. 3. 4.

Digitized by Google

Chriſto crucifixo, & de eius Cruce exponunt, omnibus enim virtutibus ſplendorem dedit vita, paſſio, mors, & reſurrectio Chriſti, quibus totum orbem illuminauit. Vnde Auguſtinus, ait. k *Splendor eius, vt lux erit; quid eſt, niſi fama eius credentes illuminabit?* Et Chaldæus vertit: *Porro ſplendor eius, vt ſplendor primogenitus apparuit*. Sed clarius Vgo Card. eadem verba expendens ibi, inquit: *Erit ſplendor eius, vt lux, quando ipſe velut lucerna ſuper candelabrum Crucis eleuatus mundum illuminabit*. Et Auguſtinus de quinque hæreſibus. l Expendens illud Matth. m *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt*. Candelabrum vocat Crucem dicens: *Iſta domus totus eſt mundus, lucernæ accenſio, Verbi eſt incarnatio: Candelabrum autem Crucis eſt lignum, lucerna in candelabro lucens, Chriſtus in Cruce pendens*. Hoc ergo lumine, non alio videamus omnes. Nam teſte Gregorio. n *Ipſe nobis veraciter lampas extitit, qui pro redemptione noſtra in Cruce moriens tenebroſis noſtris mentibus lucem per lignum fudit*. Hanc ergo Crucem, qui intuetur, habebit lumen, nec alio egebit ſole. Nam ab ipſa Sancta Cruce, veritatem quam quæret, ſufficienti docebitur ſplendore? ſi eam tanquam Theologam, & magiſtram amplectatur. Sic eam vocauit Theophanes Cerameus dicens: o *Vt perſpicacioribus Crux Theologa fieret tanquam omnem creaturam ſpecie ſua repræſentans*. Et Bernardus, ait. p *Hæc mea ſublimior Philoſophia eſt, ſcire Ieſum, & hunc crucifixum*.

k *Lib. 18. de Ciu. ca. 32.*
l *Cap. 7. tom. 6.*
m *Cap. 5. 15.*
n *Lib. 10. mor. cap. 30.*
o *In orat. exal. S. Crucis apud Gretſerum tom. 2. de Cruce.*
p *Ser. 43. in Cant.*
q *Cap. 22. 26. 27.*

Sed quia Eccleſiaſticus ait: q *Ad amicum etſi produxeris gladium, non deſperes: eſt enim regreſſus. Ad amicum ſi aperueris os triſte nō timeas: eſt enim concordatio: excepto conuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa: in his omnibus effugiet amicus*. Ex conſilio ergo eccleſiaſtici textus diſcimus, quod etſi amicus produxerit gladiū deſperare non debemus, quia datur regreſſus, & ſi verba protulerit pungentia datur concordatio.

Redibo ergo in tui gratiam ſapientiſſime, & doctiſſime Lanoui Generalis collega meritiſſime ſi librum hunc beneuolo legeris animo, & eris mihi deinceps verè amicus, & fidelis, ſic enim me, meaq; ſcripta, ea qua polles auctoritate, & ingenij perſpicacite, & fæcunditate abſque dubio defendes, & proteges ſemper, eruntque tuta, & ſicura ſemper, ſi aduerſus contradicentes mecum eris, nihil enim optabilius, quam amici optimi occurſus. Nam vt optime Nazianzenus ad Greg. Niſſ. dixit: *Amico fideli, nullum eſt in rebus humanis par pratium, nec bonitas illius pondere vllo æſtimari poteſt, amicus fidelis protector fortis, & munitum palatium, amicus fidelis, ſuper aurum, & lapidem pratioſum multum, amicus fidelis refrigerij portus, quis autem verus amicus, quam verus frater de quo Prouer. 18. frater à fratre adiutus eſt tanquam Ciuitas munita, excelſa?* Te ſolum igitur ſi habuero adiutorem armatæ cohorti, & potentiſſimis arguentium iaculis occurram: & duo debellabimus multos, & erimus quales eſſe debēt, qui vnius religionis profeſſores vnanimem habent conſenſum, niſi enim eadem religionis profeſſione aliqui conuenerint, & conſenſerint, parum, aut nihil proficiunt ſermones; atque in vanum iacitur rete ante oculos pennatorum abſtinentiam noſtram parum amantium, & maximè ſi de hæreticis loquamur, *quorum Deus venter eſt*, & cum quibus noſtri Patres Galli ferè ſemper præliantur argumentis, & ſcripturis; verum detinentur hæretici fallacijs dæmonum ſeducti, & religionis diuerſitate gloriantur errantes. E contra facilius euenire ſolet inter profeſſores eiuſdem religionis, qui dum ſe adiuuant, alios trahunt ad ſe, qui fateantur idem, quod ipſi, & aliorum calumniam vitant.

Veri amici encomia.

28 Ecce Beatus Paulus, qui poſtquam multis gētibus iuxta ſpiritus reuelationem Euangelium prædicauerat aſcendit Hieroſolymam ſuumque Euangelium contulit cum Cæpha Iacobo, & Ioanne, vel pro maiori auctoritate, vel ne in vacuum curreret, aut cucurriſſet vnde Paulus ait. r *Secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus*. In quæ verba Angelicus doctor inquit: *Contuli cum illis tanquam cum fratribus, & amicis Euangelium, quod prædicaui in gentibus, non vt addiſcerem, quia iam edoctus eram à Chriſto, non vt certificarer, quia ſic certus ſum; quod ſi Angelus diceret contrarium non crederem: ſed contuli propter duo ad inſinuandum, vnitatem doctrinæ meæ cum doctrina aliorum Apoſtolorum; Item ad vitandum calumniam aliorum*, &c. Hæc duo, inter nos Fratres vnius religionis, reperiri optarem, nimirum vt vnitas doctrinæ adeſſet in ijs, quæ nec fidei, nec moribus, nec Religioni repugnant, ſed potius fauent, augent, & fouent; & alijs eodem gladio occuramus, ſic aliorum calumniam vitabimus, ſemperq; gloriam, & honorem adipiſcemur. Vnde vt idem Eccleſiaſt. ait: ſ *Amicus fidelis eſt medicamentum vitæ, & immortalitatis*. Nam veriſſimus amicus eſt qui amicum docet, & ducit ad immortalitatem, qui ſuis monitis, conſilijs, & ſcientia de ijs, quæ alter ignorat, amicum erudit, & velut medicus pharmacum apponit. Vnde Comicus Menander Poeta.

r *Ad Gal. 2. 2.*
ſ *Cap. 6. 16.*

Quærendus ægro Medicus eſt, vt corpori
Sic eſt amicus mentis ægritudini,
Nam verba amica ſunt medela commoda.

Alter ergo alterius onera portemus, & ſic adimplebimus legem Chriſti. Nam vt Auguſtinus ait: t *Nihil ſic probat amicum quemadmodum oneris amici portatio &c.* Ad capita demum propoſita, & diſputationis methodo diſcutienda, tempus eſt veniamus in præſenti tractatu, & in reliquis.

t *Ser. 11. de verb. Apoſt.*

CA-

CAPVT VI.

Proponuntur ſententiæ, & ſtatus difficultatis aperitur.

Prima Sententia. 29 PRima Setētia eſt eorum, qui dixerunt, debuiſſe Chriſtum auſteram vitam ducere in hoc mundo, quemadmodum Ioannes Baptiſta, qui abſtinentiſſimus fuit. Sed qui fuerint huius opinionis inuentores ignotum eſt. Illam tamen citatam legimus apud D. Thomam, Abulenſem, Suarium, & alios: argumenta, quibus probatur, adducentur capite octauo.

Secunda Sententia. Secunda Sententia eſt ex diametro primæ oppoſita, nimirum, quod Chriſtus non tenuit vitam auſteram non manducans, neque bibens, vt Ioannes; Sed aliam manducans, & bibens, quia manducabat panem, & carnem, & cætera vſualia, quæ homines manducabant; & bibebat vinum velut alij omnes. Hęc ſententia colligitur ex Abulenſi. a Videtur eſſe Suarij, & ab ipſo tribuitur Diuo Thomæ. b

a *Queſt. 43. in Mat.*
b *3. p. q. 40. art. 1.*

Tert. Sent. Tertia Sententia, quam veram iudicamus, eſt aſſerentium Chriſtum communem vitam duxiſſe, & nunquam carnem vſualem comediſſe, præter agnum typicum, quem in typum paſſionis ſuæ comediſſe legimus. Huius opinionis præcipuè fuerunt D. Hieronymus, D. Iſidorus Hiſpal. locis infra citandis, & ad eam potius inclinare videtur D. Thomas. c Et alibi, vt dicemus in probatione noſtræ concluſionis: quam quoque probabimus auctoritate aliorum Sanctorum Patrum, & piorum Doctorū, quos ca. credo 9. citabimus. Intereà pro intelligentia difficultatis: Notandum eſt primo: quod inter tot ciborum diſcrimina, & ſuſtentandæ vitæ differentias triplex modus viuendi explicandus nobis videtur, iuxta triplicem viuendi normam, ſeu regulam. Viuunt enim primò nonnulli auſterè profitentes taliter vitæ auſteritatem, vt nullo alio cibo veſcantur, niſi radicibus herbarum, vt fuere quam plures Monachi, & pij religioſi abſtinentiſſimi, ac non pauci ex ijs, qui eremiticam vitam profitebantur in ſolitudinibus, & cauernis derelicto ſæculo commorantes, vel ſæueritatem vitæ in victu, & veſtitu aliter cuſtodientes qualiter fuit Ioannes Baptiſta, qui ita ſuæ excellentiſſimæ vitæ auſteritatem docuit opere, & exemplo, vt inimitabilijs à nobis videatur; & ſuam vitam non ſolùm mirabilem fuiſſe credamus, ſed continuum miraculum Chryſoſtomo dicente, quod erat mirabile in corpore humano tantam patientiam videre, & hoc quia eius vita erat mel Syluestre, & Locuſtæ.

Hieronymus, Iſidorus.
c *Loc. cit.*
Viuendi triplex modus.
Vita auſtera qualis dicatur.
Chryſoſt.

Secundus modus viuendi eſt, quem ſequuntur omnes in mundo degentes ideſt ſæcularem vitam ſectantes; nec non quamplures religioſi comedentes indifferenter omnes vſuales cibos etiam carnium dapes. Quæ vita ſuauis, & blanda dici debet, & delectabilis potius, quam auſtera. Nam vbi carnium eius interuenit in epulis, præcipua comeſtibilia appoſita fuiſſe, non eſt dubitandum. Cum D. Thomas inter præcipua illa numeret carnem; quando explicans verba D. Pauli. *Bonum eſt carnem non manducare, neque bibere vinum* (ait) *horum primum præcipuè inter cibos, ſecundum inter potus.* Si ergo eius carnium eſt præcipuus cibus; qui carnibus ſuſtentantur, ſuauem, & blandam vitam, præcipuam, & delectabilem amplectuntur, & non auſteram.

Vita ſuauis, & præcipua, quæ.

30 Antequam ad tertium viuendi modum procedamus. Aduertendum eſt, ſæpè reperiri apud Doctores, Chriſtum vixiſſe vita communi: Ly autem commune, dupliciter meo videri intelligi poſſe, videtur, primò largè, ſecundò ſtrictè: largè quatenus ſe extendit ad omnem vſualem cibum comedendum, quod competere poſſet, ſecundo modo viuendi ſupra relato, & explicato. Strictè, quatenus, & opponitur vitæ largè, & excludit auſteritatem. Quam diſtinctionem ex verbis D. Thomæ colligimus: loquens enim Sanctus Doctor de modo viuendi Chriſti, dixit, communiter vixiſſe, contraponendo vitam ſuam vitæ Ioannis Baptiſtæ, cuius auſtentatem tantum excluſit. Et Clarius, ait. *Eius terra naſcentiū magis pertinet ad quamdam ſimplicitatem vitæ: eius autem carnium ad quaſdam delicias, & curioſitatem viuendi.* Et Sanctus Doctor dicit, illum modum viuendi fuiſſe ante diluuium, vt infra oſtendemus: hunc verò fuiſſe poſt diluuium introductum. Cum autem homines ante diluuium non auſterè vixerint, ſicut Ioannes Baptiſta, ſequitur dicendum, quod illa vitæ ſimplicitas erat medium quoddam inter auſtentatem, & delicias carnium. Et modus medians inter vtrumque, communis vocatur. Nemo igitur negabit communior dici modus viuendi, quem nos verbi gratia, Carthuſienſes, & alij ſequimur, illo Eremitarum, qui ſolis radicibus, & herbis contenti erant. Sic communior erat vita Chriſti, & communis dicebatur reſpectu vitæ Ioānis Baptiſtæ, iuxta quam diſtinctionem ſemper ly commune intelligemus in hoc tractatu. Quibus ſuppoſitis.

Commune dupliciter largè, & ſtrictè.
Par. 1. q. 102. art. 6. ad 2.

Tertius dicendi modus infra duos extremos ſupra poſitos, verſatur: Et eſt illorum, qui communi vita vixerunt, & viuunt, & conſiſtit in comedendis omnibus oleribus, & fructibus terræ, pane, piſcibus, &c. & in fugiendis carnibus, cæteriſq; cibis ex carnibus confectis. Quod probatur ex verbis Chriſti, qui alloquens Beatam Brigitam, vitam ſuam fuiſſe communem, & imitabilem dixit. d *Ego poſitus in humanitate ſic temperaui, orationes, labores, & ieiunia mea, vt nec ſcandalizarentur intuentes, nec abſentes offenderentur, ſed omnes, qui voluiſſent, potuiſſent imitari verba mea, & opera, & exempla.* Vnde notandum, non loqui Chriſtum de ieiunio quadraginta dierum, & quadraginta noctium, qui illud inimitabile eſt, & offenderentur patius, ſi ita ſequendum ſe præberet. Neque ſe imitandum præbuit in cibis paſchalibus

Tertius modus vitæ communis qualis ſit.
d *Lib. 6. cap. 122.*
Notand. primo.

Chriſto crucifixo, & de eius Cruce exponunt, omnibus enim virtutibus ſplendorem dedit vita, paſſio, mors, & reſurrectio Chriſti, quibus totum orbem illuminauit. Vnde Auguſtinus, ait. k *Splendor eius, vt lux erit; quid eſt, niſi fama eius credentes illuminabit?* Et Chaldæus vertit: *Porro ſplendor eius, vt ſplendor primogenitus apparuit*. Sed clarius Vgo Card. eadem verba expendens ibi, inquit: *Erit ſplendor eius, vt lux, quando ipſe velut lucerna ſuper candelabrum Crucis eleuatus mundum illuminabit*. Et Auguſtinus de quinque hæreſibus. l Expendens illud Matth. m *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt*. Candelabrum vocat Crucem dicens: *Iſta domus totus eſt mundus, lucerna accenſio, Verbi eſt incarnatio: Candelabrum autem Crucis eſt lignum, lucerna in candelabro lucens, Chriſtus in Cruce pendens*. Hoc ergo lumine, non alio videamus omnes. Nam teſte Gregorio. n *Ipſe nobis veraciter lampas extitit, qui pro redemptione noſtra in Cruce moriens tenebroſis noſtris mentibus lucem per lignum fudit*. Hanc ergo Crucem, qui intuetur, habebit lumen, nec alio egebit ſole. Nam ab ipſa Sancta Cruce, veritatem quam quæret, ſufficienti docebitur ſplendore? ſi eam tanquam Theologam, & magiſtram amplectatur. Sic eam vocauit Theophanes Cerameus dicens: o *Vt perſpicacioribus Crux Tehologa fieret tanquam omnem creaturam ſpecie ſua repræſentans*. Et Bernardus, ait. p *Hæc mea ſublimior Philoſophia eſt, ſcire Ieſum, & hunc crucifixum*.

k Lib. 18. de Ciu. ca. 32.
l Cap. 7. tom. 6.
m Cap. 5. 15.
n Lib. 10. mor. cap. 30.
o In orat. exal. S. Crucis apud Gretſerum tom. 2. de Cruce.
p Ser. 43. in Cant.
q Cap. 22. 26. 27.

Sed quia Eccleſiaſticus ait: q *Ad amicum etſi produxeris gladium, non deſperes: eſt enim regreſſus. Ad amicum ſi aperueris os triſte nõ timeas: eſt enim concordatio: excepto conuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa: in his omnibus effugiet amicus*. Ex conſilio ergo eccleſiaſtici textus diſcimus, quod etſi amicus produxerit gladiũ deſperare non debemus, quia datur regreſſus, & ſi verba protulerit pungentia datur concordatio.

Redibo ergo in tui gratiam ſapientiſſime, & doctiſſime Lanoui Generalis collega meritiſſime ſi librum hunc beneuolo legeris animo, & eris mihi deinceps verè amicus, & fidelis, ſic enim me, meaq; ſcripta, ea qua polles auctoritate, & ingenij perſpicacite, & fæcunditate abſque dubio defendes, & proteges ſemper, eruntque tuta, & ſicura ſemper, ſi aduerſus contradicentes mecum eris, nihil enim optabilius, quam amici optimi occurſus. Nam vt optime Nazianzenus ad Greg. Niſſ. dixit: *Amico fideli, nullum eſt in rebus humanis par pretium, nec bonitas illius pondere vllo æſtimari poteſt, amicus fidelis protector fortis, & munitum palatium, amicus fidelis, ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, amicus fidelis refrigerij portus, quis autem verus amicus, quam verus frater de quo Prouer. 18. frater à fratre adiutus eſt tanquam Ciuitas munita, excelſa?* Te ſolum igitur ſi habuero adiutorem armatæ cohorti, & potentiſſimis arguentium iaculis occurram: & duo debellabimus multos, & erimus quales eſſe debẽt, qui vnius religionis profeſſores vnanimem habent conſenſum, niſi enim eadem religionis profeſſione aliqui conuenerint, & conſenſerint, parum, aut nihil proficiunt ſermones; atque in vanum iacitur rete ante oculos pennatorum abſtinentiam noſtram parum amantium, & maximè ſi de hæreticis loquamur, *quorum Deus venter eſt*, & cum quibus noſtri Patres Galli ferè ſemper præliantur argumentis, & ſcripturis; verum detinentur hæretici fallacijs dæmonum ſeducti, & religionis diuerſitate gloriantur errantes. E contra facilius euenire ſolet inter profeſſores eiuſdem religionis, qui dum ſe adiuuant, alios trahunt ad ſe, qui fateantur idem, quod ipſi, & aliorum calumniam vitant.

Veri amici encomia.

28 Ecce Beatus Paulus, qui poſtquam multis gẽtibus iuxta ſpiritus reuelationem Euangelium prædicauerat aſcendit Hieroſolymam ſuumque Euangelium contulit cum Cæpha Iacobo, & Ioanne, vel pro maiori auctoritate, vel ne in vacuum curreret, aut cucurriſſet vnde Paulus ait. r *Secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus*. In quæ verba Angelicus doctor inquit: *Contuli cum illis tanquam cum fratribus, & amicis Euangelium, quod prædicaui in gentibus, non vt addiſcerem, quia iam edoctus eram à Chriſto, non vt certificarer, quia ſic certus ſum; quod ſi Angelus diceret contrarium non crederem: ſed contuli propter duo ad inſinnuandum, vnitatem doctrinæ meæ cum doctrina aliorum Apoſtolorum; Item ad vitandum calumniam aliorum*, &c. Hæc duo, inter nos Fratres vnius religionis, reperiri optarem, nimirum vt vnitas doctrinæ adeſſet in ijs, quæ nec fidei, nec moribus, nec Religioni repugnant, ſed potius fauent, augent, & fouent; & alijs eodem gladio occuramus, ſic aliorum calumniam vitabimus, ſemperq; gloriam, & honorem adipiſcemur. Vnde vt idem Eccleſiaſt. ait: ſ *Amicus fidelis eſt medicamentum vitæ; & immortalitatis*. Nam veriſſimus amicus eſt qui amicum docet, & ducit ad immortalitatem, qui ſuis monitis, conſilijs, & ſcientia de ijs, quæ alter ignorat, amicum erudit, & velut medicus pharmacum apponit. Vnde Comicus Menander Poeta.

Quærendus ægro Medicus eſt, vt corpori
Sic eſt amicus mentis ægritudini,
Nam verba amica ſunt medela commoda.

Alter ergo alterius onera portemus, & ſic adimplebimus legem Chriſti. Nam vt Auguſtinus ait: t *Nihil ſic probat amicum quemadmodum oneris amici portatio &c.* Ad capita demum propoſita, & diſputationis methodo diſcutienda, tempus eſt veniamus in præſenti tractatu, & in reliquis.

r Ad Gal. 2. 2.
ſ Cap. 6. 16.
t Ser. 11. de verb. Apoſt.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Proponuntur ſententiæ, & ſtatus difficultatis aperitur.

Prima Sententia.

29 PRima Sentētia eſt eorum, qui dixerunt, debuiſſe Chriſtum auſteram vitam ducere in hoc mundo, quemadmodum Ioannes Baptiſta, qui abſtinentiſſimus fuit. Sed qui fuerint huius opinionis inuentores ignotum eſt. Illam tamen citatam legimus apud D. Thomam, Abulenſem, Suarium, & alios: argumenta, quibus probatur, adducentur capite octauo.

Secunda Sententia.

Secunda Sententia eſt ex diametro primæ oppoſita, nimirum, quod Chriſtus non tenuit vitam auſteram non manducans, neque bibens, vt Ioannes; Sed aliam manducans, & bibens, quia manducabat panem, & carnem, & cætera vſualia, quæ homines manducabant; & bibebat vinum velut alij omnes. Hęc ſententia colligitur ex Abulenſi. a Videtur eſſe Suarij, & ab ipſo tribuitur Diuo Thomæ. b

a Quæſt. 43. in Mat.
b 3 p. q. 40. art. 1.

Tert. Sent.

Tertia Sententia, quam veram iudicamus, eſt aſſerentium Chriſtum communem vitam duxiſſe, & nunquam carnem vſualem comediſſe, præter agnum typicum, quem in typum paſſionis ſuæ comediſſe legimus. Huius opinionis præcipuè fuerunt D. Hieronymus, D. Iſidorus Hiſpal. locis infra citandis, & ad eam potius inclinare videtur D. Thomas. c Et alibi, vt dicemus in probatione noſtræ concluſionis: quam quoque probabimus auctoritate aliorum Sanctorum Patrum, & piorum Doctorū, quos ca. credo 9. citabimus. Intereà pro intelligentia difficultatis: Notandum eſt primo: quod inter tot ciborum diſcrimina, & ſuſtentandæ vitæ differentias triplex modus viuendi explicandus nobis videtur, iuxta triplicem viuendi normam, ſeu regulam. Viuunt enim primò nonnulli auſterè profitentes taliter vitæ auſteritatem, vt nullo alio cibo veſcantur, niſi radicibus herbarum, vt fuere quam plures Monachi, & pij religioſi abſtinentiſſimi, ac non pauci ex ijs, qui eremiticam vitam profitebantur in ſolitudinibus, & cauernis derelicto ſæculo commorantes, vel ſæueritatem vitæ in victu, & veſtitu aliter cuſtodientes qualiter fuit Ioannes Baptiſta, qui ita ſuæ excellentiſſimæ vitæ auſteritatem docuit opere, & exemplo, vt inimitabilijs à nobis videatur; & ſuam vitam non ſolùm mirabilem fuiſſe credamus, ſed continuum miraculum Chryſoſtomo dicente, quod erat mirabile in corpore humano tantam patientiam videre, & hoc quia eius vita erat mel Sylueſtre, & Locuſtæ.

Hieronymus, Iſidorus.
c Loc. cit.
Viuendi triplex modus.
Vita auſtera qualis dicatur.
Chryſoſt.

Secundus modus viuendi eſt, quem ſequuntur omnes in mundo degentes ideſt ſæcularem vitam ſectantes; nec non quamplures religioſi comedentes indifferenter omnes vſuales cibos etiam carnium dapes. Quæ vita ſuauis, & blanda dici debet, & delectabilis potius, quam auſtera. Nam vbi carnium eius interuenit in epulis, præcipua comeſtibilia appoſita fuiſſe, non eſt dubitandum. Cum D. Thomas inter præcipua illa numeret carnem; quando explicans verba D. Pauli. *Bonum eſt carnem non manducare, neque bibere vinum* (ait) *horum primum præcipuè inter cibos, ſecundum inter potus.* Si ergo eius carnium eſt præcipuus cibus; qui carnibus ſuſtentantur, ſuauem, & blandam vitam, præcipuam, & delectabilem amplectuntur, & non auſteram.

Vita ſuauis, & præcipua, quæ.

30 Antequam ad tertium viuendi modum procedamus. Aduertendum eſt, ſæpè reperiri apud Doctores, Chriſtum vixiſſe vita communi: Ly autem commune, dupliciter meo videri intelligi poſſe, videtur, primò largè, ſecundò ſtrictè: largè quatenus ſe extendit ad omnem vſualem cibum comedendum, quod competere poſſet, ſecundo modo viuendi ſupra relato, & explicato. Strictè, quatenus, & opponitur vitæ largè, & excludit auſteritatem. Quam diſtinctionem ex verbis D. Thomæ colligimus: loquens enim Sanctus Doctor de modo viuendi Chriſti, dixit, communiter vixiſſe, contraponendo vitam ſuam vitæ Ioannis Baptiſtæ, cuius auſtentatem tantum excluſit. Et Clarius, ait. *Eius terra naſcentiū magis pertinet ad quamdam ſimplicitatem vitæ: eius autem carnium ad quaſdam delicias, & curioſitatem viuendi.* Et Sanctus Doctor dicit, illum modum viuendi fuiſſe ante diluuium, vt infra oſtendemus: hunc verò fuiſſe poſt diluuium introductum. Cum autem homines ante diluuium non auſterè vixerint, ſicut Ioannes Baptiſta, ſequitur dicendum, quod illa vitæ ſimplicitas erat medium quoddam inter auſtentatem, & delicias carnium. Et modus medians inter vtrumque, communis vocatur. Nemo igitur negabit communior dici modus viuendi, quem nos verbi gratia, Carthuſienſes, & alij ſequimur, illo Eremitarum, qui ſolis radicibus, & herbis contenti erant. Sic communior erat vita Chriſti, & communis dicebatur reſpectu vitæ Ioānis Baptiſtæ, iuxta quam diſtinctionem ſemper ly commune intelligemus in hoc tractatu. Quibus ſuppoſitis.

Commune dupliciter largè, & ſtrictè.
Par. 2. q. 102. art. 6. ad 2.

Tertius dicendi modus infra duos extremos ſupra poſitos, verſatur: Et eſt illorum, qui communi vita vixerunt, & viuunt, & conſiſtit in comedendis omnibus oleribus, & fructibus terræ, pane, piſcibus, &c. & in fugiendis carnibus, cæteriſq; cibis ex carnibus confectis. Quod probatur ex verbis Chriſti, qui alloquens Beatam Brigitam, vitam ſuam fuiſſe communem, & imirabilem dixit. d *Ego poſitus in humanitate ſic temperaui, orationes, labores, & ieiunia mea, vt nec ſcandalizarentur intuentes, nec abſentes offenderentur, ſed omnes, qui voluiſſent, potuiſſent imitari verba mea, & opera, & exempla.* Vnde notandum, non loqui Chriſtum de ieiunio quadraginta dierum, & quadraginta noctium, qui illud inimitabile eſt, & offenderentur patius, ſi ita ſequendum ſe præberet. Neque ſe imitandum præbuit in cibis paſchalibus

Tertius modus vitæ communis qualis ſit.
d Lib. 6. cap. 122.
Notand. primo.

Digitized by Google

libus vtendis, quando quidem ad eos comedendos non indigebant homines exemplo: niſi dicas tale exemplum dediſſe, ne iudicarent homines in abſtinentia ſitam eſſe omnimodam perfectionẽ, quod infra pluries reijcietur. Loqui igitur arbitror de quotidianis ieiunijs, in quibus exequendis, ita temperatè ſe habuit, vt cum alijs ſe conformaret in vtendis oĩbus alijs cibis licitis ieiunantibus: hancque communẽ vitam appellamus, prout appellauit D. Ambroſius, & eam etiam communiter duxerunt omnes homines vſq; ad diluuium, vt infra habebitur. Rurſus eandem vitam communem, Chriſtum reſtauraſſe, elegiſſe, & duxiſſe, ac carnium eius vitaſſe, quomodo opinamur, patebit in fine huius capitis. Hoc enim vitæ genus haud dedecebat grauitatem, & Chriſti perſonam; præſertim cum vitam non ſolum perfectam, ſed perfectiſſimam prædicaret, omneſq; delicias aſpernendas doceret. Quod vtique facere expediebat, & verbo, & exemplo, vt ſuauiter ad ſectandum ſuum viuendi modum moueret nos: quemadmodum mouit Apoſtolos, cæteroſq; diſcipulos, & primos Chriſticolas, ac nouiſſimè Sanctiſſimum Patrem noſtrum Franciſcum de Paula priſcorum Patrum inſtitutionum innouatorem, qui poſt alios religionum fundatores carnem vitauit, & ab illa voluit nos abſtinere, qui ſuam religionem profeſſi ſumus.

Infra citandus ca. 3.

Notãdum ſecundò. Abſtinẽtia in quo differat à tẽperantia.

31 Notandum ſecundò, quod non vocamus abſtinentiam eam moderationem in cibo, & potu, & reliquis, quæ ad corporis cultum ſpectant, quatenus per eam ſeruetur medium rationis, ipſam enim ſcimus pertinere, ac neceſſariam eſſe ad virtutem quia hoc eſt temperantiæ obiectum, quæ per ſe virtus eſt, & in omni ſtatu homini neceſſaria; temperantia enim, vt ait D. Thomas. e Significat quamdam tempericm, ideſt moderationem, quam ratio ponit in humanis operibus, & paſſionibus, quod eſt commune in omni virtute morali. Vnde colligitur quod ipſa non prohibet cuiuslibet cibi eſum, nec alias quaſcunque delectationes, quas appetit homo naturaliter ſibi conuenientes, ſecundum rationem, quare non ſunt in culpa, qui terreſtrium, vel volatilium carnibus veſcuntur, & iuxta ſecundum modum viuendi à nobis ſupra declaratum viuunt, niſi excedant, quod rationis eſt. Nam ſi ſimiles facti iumentis indifferenter omnibus cibis ſenſui, & non rationi conuenientibus vtantur, vitioſi, & guloſi dicuntur, potius, quam temperantia prediti. Vnde Diuus Thomas dicit, f Quod temperantia non contrariatur inclinationi naturæ, ſed conuenit cum ea contrariatur tamen inclinationi naturæ beſtialis, & non ſubiectæ rationi. Huiuſmodi ergo præceptiuæ virtutis obſeruatio, non communis abſtinentia, nec vitæ ſeueritas dici poteſt, quæ cadunt ſub conſilio, ſed ſolum temperãtia, & moderatio, quæ cadunt ſub præcepto.

e 2. 2. q. 141. art. 1. & 7. in corp.

f Loc. cit. ad prim.

3. Not.

Notandum tertiò, quod abſtinentia verè dicitur illa, quam in primo, & tertio modo viuendi explicauimus, & conſiſtit in quodam medio, quo, qui non ſolùm abſtinet à cibo, & potu, alijſque corporis delicijs, quatenus ſuperflua moderatur, ſed etiam ex ijs, quæ temperata cenſentur, multa reſpuit, ſiue ſecundum quantitatem, ſiue ſecundum qualitatem ciborum, aliarumque rerum, dummodo non fiat pro corporis valetudine, quia tunc pertineret ad artem medicinæ, & non ad abſtinentiam, quæ reſpicit bonum rationis, & fit rationabiliter ex fide, & dilectione Dei, vt pertineat ad regnum Dei; mox ipſa abſtinentia ſubdiuiditur in plures gradus: vno modo, quatenus importat ſubtractionem totalem ciborum, quod forſitan eſſet in culpa, præcipuè ſi non adeſſet temporis temperatio, & ſequi-poſſet infirmitas, mors, aut aliud quodlibet corporis malum, tunc enim valeret, quod dicit Gregorius, g *Quod abſtinentium mentes plerumq; impatientia excutit à ſinu tranquillitatis*: & ibidem etiam dicit: *Cogitationes abſtinentium nonnunquam ſuperbiæ culpa transfigit*. Quod verificari poteſt quando nõ fit ſecundum rectam rationem: ratio enim recta facit abſtinere ſicut oportet, ſcilicet cum hilaritate mentis, & propter quod oportet, ſcilicet propter gloriam Dei, & non propter gloriam ſuam. Alio modo dici poteſt abſtinentia regulata à ratione, quæ conſiſtit in delectu ciborum ſecundum quantitatem, vt fecerunt ij, qui primo modo viuendi vixerunt, contenti tãtum neceſſarijs ad vitam ſuſtentandam: vel ſecundum qualitatem, vt abſtinent qui communi vita tertio modo explicata, vtũtur: & in his duobus gradibus datur, magis, & minus; nam aliquando ita excellens eſſe poſſet, vt ſupra communem hominum virtutem dici poſſet auſteritas, ſeù ſeueritas vitæ, vel vita communis, ſeu aliter. Verùm explicata vtroque iſto modo, abſtinentia non eſt per ſe ad ſalutem neceſſaria, neq; in ſtatu innocentiæ eſſet neceſſaria ad perfectionem virtutis: in ſtatu tamen naturæ lapſæ, etſi non cadat ſub præcepto (niſi tempore, & modo ab Eccleſia ſtatutis) neque ſit ratio, ſine qua regnum Dei poſſidere non poſſimus: tamen cadit ſub altero ex principalioribus conſilijs, eo quia noſtra hæc abſtinẽtia eſt valde vtilis, & neceſſaria nõ propter ſe, ſed propter aliud; ideſt propter perfectionem virtutis conſequendam: nam per illam expelluntur impedimenta, frænatur carnis concupiſcentia; abſtrahitur animus ab affectu terrenarum rerum, & delicijs corporis carens proprijs, ac ſpiritualibus oblectetur, & demum humilitatis, patientiæ, fortitudinis, contemplationis, & ſimilium virtutũ exercitationi perfectiùs vacat. Vel aliquando valet ipſa abſtinentia ad ſatisfaciendum pro peccatis, illam conſiderando in tota ſua latitudine, quatenus pænitentia dicitur, prout Deo dante infra explicabimus.

Abſtinentia vera, quæ dicatur.

Abſtinẽtia quando eſt in culpa.

g In paſtor. par. 3. c. 2.

Abſtinẽtia non eſt per ſe, & ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem.

SEN-

Digitized by Google

SENSVS AVCTORIS explicatur.

32 NE (vt dixere olim, qui nullo forte nos proſequebantur amore, quando illam de Chriſti abſtinentia à carnibus diſputationem in lucem dedimus) vlteriùs dicere præſumant: nos ſcilicet, aut errore contrarium ſentientes reijciendo, aut aliqua nota dignos eſſe, veluti qui nouas in Eccleſia quæſtiones mouendo, vt nouitatis, nec vtilis, nec neceſſariæ inuentores incurrere, quandoq; ſolent. Vt igitur ſenſus huius tractatus clariùs innoteſcat, vltra ea, quæ in proemio poſita ſunt, ſequentibus propoſitionibus declarabitur.

Prima poſitio.

Statuentes has propoſitiones, Chriſtus abſtinuit à carnibus, Chriſtus non abſtinuit à carnibus: vel Chriſtus comedit carnes vſuales: tunc licitè dicere poſſumus primo, neutram propoſitionem eſſe hæreticam. Probatur, quia neutrius contrarium habetur in Scriptura Sacra, aut Concilijs.

Secunda poſitio.

Dico ſecundò neutram propoſitionem eſſe temerariam, aut erroneam, quia vtraque non vacat ſuis rationibus etiam in Scriptura fundatis.

Tertia poſitio.

Dico tertiò, vtramque eſſe probabilem, & problematicam, quia abſque periculo fidei in vtramque partem ſuſtineri poteſt, habetque ſufficientia fundamenta, quibus nititur.

Dico quartò, neutram eſſe periculoſam, vt de negatiua voluerunt aduerſarij, quia neque eſt contra bonos mores, nec vllam dat hęreſi occaſionem: imò potiùs contra Iouinianum Hieronymus ea vſus eſt. Et Sanctiſſimus Pater noſter Franciſcus, vt egregiè notauit Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus tam in ſuis controuerſijs, quam in homilijs, diuino ſpiritu motus aduerſus Lutherum Gulonem eodem tempore, quo ille vixit intemperatiſſimè, iſte ſobrietati, & abſtinentiæ totum ſe addicens vitam quadrageſimalem inſtituit ſingulare ſui ordinis ornamentum, & nouum inter homines pænitentiæ genus (quod tu intellige pro eo tempore, non ante, &c.)

Propoſitio hæc, Chriſtus comedit carnes, videlicet abſtinuit à carnibus, non ex heretica, non erronea, nō temeraria, ſed probabilis, nec periculoſa, ſed gratioſa &c.

His poſitis cum vtraque pars ſuas habeat probabilitates, & poſſit liberè à quouis catholico ſuſtineri. Pars negans à nobis ſuſtinetur tanquam inſtituto noſtro fauorabilior, & animi gratia probabiliter defenditur. Fundamenta autem, coniecturæ, & rationes, in ſequentibus apponuntur. Sanè nullibi extra eſum agni paſchalis, quæ fuit manducatio legalis, ac myſtica, legitur Chriſtus in Euangelio carnem comediſſe: & rationes, ſeù obiectiones pugnantes contra hanc noſtram opinionem ſoluentur in fine tractatus.

Et licet nec ſit, nec fuerit vnquam mens noſtra damnare ſententiam contrariam, ſed tantum docere noſtram hanc eſſe probabilem. Dicendum minimè eſt vtilem eſſe, aut inutilem huiuſcemodi quęſtionem; non enim inutilior eſt, quam illa, qua doctiſſimus, ac ſolidiſſimus Pater Pererius in Ioannem quærit, an vinum, quod in nuptijs, quæ in Cana Galileæ celebratæ ſunt, propinatum eſt, rubrum eſſet, an album; & aliæ innumeræ, quæ quotidie tum ab Interpetribus Scripturæ, tum à Theologis Scholaſticis diſputantur.

CAPVT VII.

Tertia ſententia amplectitur, & Chriſti Domini abſtinentia oſtenditur.

33 CVm Saluatoris noſtri vitam conſiderare poſſimus à natiuitate vſque ad trigeſimum annum, vel à trigeſimo vſque ad ipſius ſacratiſſimam paſſionem, oportet duplici concluſione vti, vt diſtinctiùs procedamus. Et de primis annis loquendo.

Prima cōcluſio.

Dicimus primò nihil certum haberi de eius abſtinentia: attamen improbabile non eſſe opinamur, Chriſtum Dominum toto illo tempore, quo nobiſcum conuerſatus eſt, abſtinuiſſe à carnibus.

Chriſti actiones sūt nobis ignota vſque ad 30. annum.

Vtramque concluſionis partem ſic oſtendo: certitudinem ſuæ abſtinentiæ in prioribus illis annis habere nequimus, niſi Euangeliſtę alijq; ſcriptores, & doctores nos illam doceant: ſed ſilentio nedū Euangeliſtæ, verùm alij quoq; ſcriptores eccleſiaſtici prætereunt, quaſi in Cælo abſtinentiam percipiendam, vbi ſumma cum voluptate omnia Chriſti geſta, & dicta intelligemus, quæ verò nūc ignoramus, reliquerunt. Incertum ergo eſt, quod quærimus, vtpotè eius geſta potiſſimum à duodecimo vſq; ad trigeſimum annum, quæ (pręter obedientiam) ignota ſunt nobis. Vnde Ambroſius h dixit, *Chriſtus eſt vir, cuius via in iuuentute cognoſci non poſſunt. Quis enim æſtimare animo poſſit, aut capere quanta ille opera exercuerit, cum ſecundum hominem moraretur in terris, quæ itinera virtutum duxerit*, &c. *Subditum fuiſſe Virgini, & Ioſepho ſcimus, cætera ignoramus.* Obedijſſe tantum de fide ſupponit, innumerabiles autem virtutes, quas exercuit, ignorans non refert. Itaque quod verius, & de fide partim aſſerunt Sancti Patres, eſt vitam pauperem Chriſtum duxiſſe, in domo parentum fabrilem artem exercuiſſe, & diſputaſſe aliquando inter Doctores, &c. Sed de abſtinentia nihil clarū Hieronymus ait, c *Vſque ad triginta annos Chriſtus Dominus parentum paupertate contentus eſt.* Et clarius D. Baſilius dixit, *Cum prima ſua ætate parentum ſuorum imperio eſſet ſubiectus, & labores corporis omnes æquo vna cum ipſis animo illis obediens tolerauit: veriſimile eſt enim, cum homines illi eſſent, & iuſtitia, & paupertatis cultores tenues, tamen ſolitos eos in aſſiduis corporis laboribus verſari, & hac ratione quotidianum ſibi victum quæritare. Porrò Ieſus cū his (vt diuina littera prædicant) eſſet ſubiectus, ſine dubio in proferendis etiam vna cum ipſis laboribus morigeram declarabat ſuam obediētiam.* Hæc ille. Et Lira. d *Probabile videtur,*

h *In lib. de Salom. cap. 5.*

c *Epiſt. 22. ad Euſtoch*

In cōſtitut. monaſt. ca. 5.

d *Super c. 6. Marci.*

detur, ait, quod Chriſtus eamdem Ioſephi artem exercuit, & quod in arte patris ſui putatiui fuerit occupatus, quia in doctrina, & miraculis vſque ad trigeſimum annum ſe non exercuit. Et idem ferè omnes Doctores aſſerunt, nihil tandem de abſtinentia docent, vel referunt.

34 Verū nō eſſe improbabile Chriſtū Dominū eo tēpore hanc abſtinentiæ virtutē exercuiſſe; probare poſſumus ex illa certitudine fidei, ſecundum quā habemus in Sacro Euangelio, quod *Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Super quibus verbis Pater Maldonatus c inquit, *Voluit his paucis verbis Euangeliſta breuiter exponere quid Chriſtus vſque ad annum ætatis ſuæ trigeſimum egiſſet, nempe ſapientia, & ætate, & gratia profeciſſe, & fortaſſe præterea ſuperiorem narrabat hiſtoriam: quomodo annos natus duodecim cum Doctoribus diſputaſſet, vt ex eo vno intelligeremus exemplo quantum poſteà ætate progreſſus profeciſſet, qui adhuc puer eò vſque profecerat, vt Doctores diſputando ſuperaret.* Vbi notandum, quod profecit, ſi ille non ſolùm debet intelligi in doctrina, verum in quibuslibet alijs virtutibus, quas exercere inceperat, ex quarum numero noſtram abſtinentiam fuiſſe non dubito: cum Pater Solmeron, doceat ieiunaſſe: Sic enim ibi ait. f *Multi igitur hoc deſiderio ſciendi, quid ab anno vndecimo, ad trigeſimum fecerit Chriſtus, diſcruciantur, quibus hoc verbo Lucas ſatisfacit. Erat Ieſus ſubditus illis, orabat, ieiunabat, ſilebat, pauperibus parentibus collaborabat, &c* Si igitur inter eius virtutes erat ieiunium, & abſtinentia, & in ea ſemper proficiebat; quis abſurdum, ſeu improbabile duxerit, aſſerere Chriſtum ieiunaſſe, & abſtinuiſſe à carnibus? nemo quidem; alias abſurditatem, & improbabilitatem probet, ſeu impoſſibilitatem abſtinentiæ in Chriſto tunc oſtendat.

Luc. ca. 2. 52.

c *Num. 52.*

Chriſtus in adoleſcentia, & ante ieiunauit.

f *Tract. 247 poſt medium.*

Secunda Concluſio.

35 Secunda Concluſio: de tempore Chriſti prædicationis ſermonem facturus, ab anno videlicet trigeſimo vſq; ad exitum vitæ huius mortalis probabilius aſſero, & tanquam meæ religioni fauorabilius (contrariam opinionem in ſua relinquens vi) abſque trepidatione contendo, Chriſtum Dominum abſtinuiſſe à carnibus, eaſque comedere inhibuiſſe, (vt decreti verbis vtar) ſecundum Gloſam de conſilio.

Chriſtus carnē non comedit, ſed inhibuit.

Hanc noſtram concluſionem probare non erit difficile, cum eam doceat D. Hieronymus, dicens. g *Docet Apoſtolus ſcribens ad Epheſios; Deum propoſuiſſe in adimpletione temporum recapitudare omnia, & ad principiū trahere in Chriſtum Ieſum, quæ ſunt ſuper Cælos, & ſuper terram. Vnde, & ipſe Saluator in Apocalypſi Ioannis, Ego ſum, inquit Alpha, et Omega, principium, & finis, ab exordio conditionis humanæ nec carnibus veſcebatur homo, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in ſignum, hoc curſu vſque ad diluuium peruenimus: poſt diluuium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingeſtæ ad veſcendum, & repudij conceſſa durities, & cultellus circumciſionis appoſitus, quaſi Dei manus in nobis plus creauerit, quam neceſſe eſt. Poſtquam Chriſtus venit in fine temporum, & Omega vertit in Alpha, & extremitatem traxit ad principium; nec repudium dare nobis permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes, dicente Apoſtolo: Bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare: vinum enim cum carnibus poſt diluuium dedicatum eſt.* Hæc Hieronymus. Si ergo poſtquàm venit Chriſtus, voluit, quod non comederemus carnes, ſicut eas ante diluuium non comederunt Patres noſtri. Quid garriunt aliqui, Chriſtum carnibus veſci aſſuetum fuiſſe? Cum non verecundantur contra Hieronymum Eccleſiæ Doctorem Sanctiſſimum ſimul, & doctiſſimum, imò contra abſtinentiam Chriſti loqui, maximè quod Auguſtinus hoc Hieronymi contra Iouiniani opus in quadam Epiſtola ad Hieronymum bis comprobat.

g *Contra Iouin. cap. 10.*

Et D. Iſidorus Hiſpalenſis hanc eamdem veritatem extractam fortaſſe ab eodem Hieronymo in ſuis ſcriptis fatetur, vt videre eſt, vbi ait. h *Carnes autem, & vinum poſt diluuium in vſum conceſſa ſunt, nam ab initio permiſſa non fuerant, niſi tantum illud, vt ſcriptum eſt, lignum fructiferum, & herbam ſeminalem dedi vobis in eſcam: poſteà vero per Noe data ſunt in eſum cuncta animalia, vinique tunc attributa licentia eſt. Sed poſtquam Chriſtus, qui eſt principium, & finis apparuit, hoc, quod à principio ſuſpenderat, etiam in temporum fine retraxit, loquens per Apoſtolum ſuum: bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. Et iterum, qui infirmus eſt, olera manducet, non igitur, quia carnes malæ ſunt, ideò prohibentur, ſed quia earum epulæ carnis luxuriam gignunt, fomes enim, ac nutrimentum omnium vitiorum eſca ventri, & venter eſcis, quia ſcriptum eſt, Deus hunc, & has deſtruet. Piſcem ſanè, qui eum poſt reſurrectionem accepit Dominus, poſſumus manducare: hoc enim, nec Saluator, nec Apoſtoli vetuerunt.* Hæc ille. Si ergo ex Iſidori ſententia non piſces, ſed carnes prohibuit Chriſtus, quis non ea affirmabit (quæ nobis ipſe Redemptor noſter facienda prædicauit) in ſua propria perſona exercuiſſe? Prolibito quidem, & abſque ſolido fundamento negare id mihi videtur, & qui negabit, ſe Hieronymi, & Iſidori, & Auguſtini, qui ſcripturarum ſunt lucidiſſimi Expoſitores, opinioni contraire certum eſt.

h *In lib. 1. de Eccleſiaſtic. officijs ca. 45.*

36 In confirmationem verò præfatæ opinionis adduci poteſt decretum Gratiani, qui exiſtimans eſſe magni ponderis, & veritatis cap. 10. citatum Hieronymi contra Iouinianum inter decretales inſerere non eſt veritus, vt legimus in diſt. 35. quæ ſic incipit. *Ab exordio conditionis humanæ*, &c. Cuius rubrica huiuſcemodi eſt. *Eſus carnium, & vini potus poſt diluuium conceſſus, legitur poſt Chriſti aduentum inhibitus:* Cui verbo ſcilicet (*inhibitus*) reſpondet Gloſa, de conſilio, idemque nos fatemur.

Nec deſunt etiam plerique Doctores, vt Silueſter

ſter de Pierio, Landulfus, Hiſtoria ſcholaſtica, D. Antoninus, Chriſtophorus, Gonzalez, & nonnulli alij affirmantes: non legi Chriſtum comediſſe carnes, & inde inferentes, ab illis abſtinuiſſe: fas enim eſt vſurpare, & affirmare quod legimus: nefas verò quod non legimus. Cum ergo de abſtinentia aliquid ſcriptum reperiatur, & nihil de eſu carnium, quo Chriſtus vſus ſit præter typicum agnum paſchalem, non eſt, cur affirmemus ipſum carnem comediſſe: Ambroſius namque dixit de Incarnationis Domini ſacramento aſpectu 232. *Quod legi non nego, imò libenter vſurpo, quod non legi vſurpare non debeo.* Cum igitur quis affirmare voluerit, quod tanti Doctores fatentur non legi, nonne aduertit, quod eos tanquam inutiles, & deſertos à librorum cõmercio repellit, quamquam ſint in ſacris hiſtorijs non parum verſati.

Præcipuè D. Hieronymus Eccleſiæ veraciſſimus Doctor (à quo alios percepiſſe iudico) taliter eſt Chriſti abſtinentiæ defenſor, vt diſtinctiùs aſſerat: c *Dominus noſter excepto myſterio Agni paſchalis, & poſt reſurrectionẽ cauſa probandi corporis veritatem, nec gula ſcribitur ſeruiſſe, nec ventri.* Cuius Hieronymi verba hæc ſunt de Chriſto: *Qui cum eſuriſſe, & ſitiſſe dicatur, & iniſſe frequenter ad prandia, excepto myſterio, quod in typum ſuæ paſſionis expreſſit, & cauſa probandi corporis poſt reſurrectionem, veritatem, nec gula ſcribitur ſeruiſſe, nec ventri, qui comedit poſt reſurrectionem partem piſcis aſſi, & fauum.* Verũ igitur eſt non legi Chriſtum comediſſe carnes, & legi comediſſe piſces, hoc, quia ſcribitur, illud, quia non ſcribitur: ſi enim ſcriptum eſſet legeretur, quemadmodum legitur de piſcibus.

c *Loco cit. cap. 41.*

Probatur ratione.

Et ex his poſitis quamdam infero rationem ad probandam noſtram concluſionem in iure fundatam, ſic: quæ facti ſunt, & in facto conſiſtunt, non præſumuntur, niſi probentur, quia quod olim fuit, idem & hodie eſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, vt habetur in l. teſtamen. in fine C. de teſtam. Et probat optimè Alciatus, d & ibi Greg. Lopez: ſed veſci carnibus, vel piſcibus in facto conſiſtit: ergo id ſolum, quod aliquo facto probatur, verùm fuiſſe præſumitur: illud autem minimè, quod aliquo facto non oſtenditur. Cum autem Chriſtus aliquoties piſces comederit, & non carnes (quibus illũ fuiſſe vſum nullibi conſtat) piſces comediſſe fatemur, quia in facto conſtat, & à carnibus abſtinuiſſe (cum facto contrarium non probetur) præſumimus: ſemper cum mentio ſit obſonij, piſces nominantur: ergo illis vſus fuit, tàm pro ſe, quam pro alijs: ac proinde cum talis vita non mutetur, ſine proprio hominis facto, ideſt ſine actuali comeſtione alicuius alterius cibi, aſſerendum non eſt, hanc abſtinentiam, & vitam duxiſſe Chriſtum Dominum, quandoquidem contrarium facto in ſcripturis minimè probatur.

d *In tract. de præſum. regul. 2. præſum. 25. & eſt l. 2. t. 14. pag. 3.*

CAPVT VIII.

De ſecunda Cœna Chriſti, an fuerit ex piſcibus.

Chriſti ſecunda Cæna an fuerit ex piſcibus.

37 ALiqualem etiam coniecturam habemus, quod videlicet Chriſtus abſtinuerit à carnibus ex cæna ab ipſo facta, in qua licèt nonnulli aſſerant fuiſſe factam inſtitutionem Euchariſtiæ eaque tranſacta Chriſtum aiunt lauiſſe pedes, falſum eſt, vt probat doctiſſimè Vaſquez a diſput. Conſtat enim ex Io. 13. prius lauiſſe pedes, & iterum recubuiſſe, & vltima actio Cænæ fuit dare corpus ſuum, ad quod recipiendum eos præparauit lotione pedum, vt ex Ianſenio, & Maldonato probat. Alias varias opiniones refert, quas hic adducere minime oportet. Solum ex his, & ex Suario, b & alijs, illud colligo, quod mihi ad intentum probandum ſatis erit.

a *Diſput. 172. cap. 9. à nu. 102.*

b *3. p. t. 3. diſp. 41. ſec. 2. aſſer. 1.*

Dico ergo Chriſtum Dominum tres feciſſe cænas, primam Agni Paſchalis, quæ legalis dicebatur. Alteram communem poſt finitam Cænam legalem, prout mos erat cænæ faciendæ ad naturam ſuſtentandam, nutriendamque, finita videlicet Cæna agni, ex quo non multum ſinguli comedebant: & aliam ex alijs cibis inſtituebant. Tertiam Euchariſtiæ quam nemo Euangeliſtarum cænam vocat. Finita igitur ſecunda Cæna Chriſtus ſurrexit, & lauit pedes diſcipulorum, vt eis Euchariſtiam miniſtraret. Quod autem hæc Cæna communis concedenda ſit, ex eo patet, quia Ioannes c dicit Cęna facta Chriſtũ ſurrexiſſe, & veſtimenta ſua depoſuiſſe, vt lauaret pedes diſcipulorum, & tandem lotis pedibus iterum recubuiſſe, nempe in menſa, in qua cænauerat.

c *Cap. 13.*

Hanc autem Cænam, qua iam peracta dicitur Chriſtus ſurrexiſſe, non fuiſſe Cænam legalem, ex eo probatur, quia licet ſcriptura expreſsè non dicat agnum comedendum fuiſſe à ſtantibus, tamen deſcribit modum, quo illum comedere debebant. Exod. vbi habetur. d *Sic autem comedetis illum* (videlicet agnum) *renes veſtros accingetis, & calceamẽta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter.* Ex quibus verbis planè colligitur ipſos ſtantes, & non recumbentes agnum edere debuiſſe.

d *12. v. 11.*

Cæna an fuerint duæ, vel tres.

Quod autem alij dicant duas tantum fuiſſe Cęnas, primam agni, & ſecundam, ex qua cæpta iam ſurrexit Chriſtus, & lauit pedes, & in prima parte eiuſdem Cęnæ inſtituerit Euchariſtiam, nec improbo, nec approbo: non primum, quia mihi ſat eſt, quod illa Cæna iam cæpta fuerit communis, & vſualis, in eaque appoſiti fuerint cibi vſuales, & communes. Non ſecundum, quia cum alijs, & quidem Doctiſſimis placuit mihi tres cænas modo explicato, fore aſſerendas. Adeſt cæna legalis, vſualis, & myſtica: in cæna legali fides docet Chriſtum, eiuſque diſcipulos agnũ come-

Digitized by Google

comediſſe: in tertia ſcilicet myſtica inſtituit Euchariſtiam: ſed in cæna communi vſuali, qui cibi fuerint appoſiti, nemo declarat: dicunt autem communiter, quod panis ille intinctus, non erat Euchariſtiæ ſacramentum, ſed panis communis ex Cæna vulgari, quæ adhuc durabat, & ibi erat panis, & ius, vel aliquid ſimile, quo poſſent intingi.

38 Verùm quia nos ſupra diximus cibũ communem non eſſe ex carnibus, conſequenter dico, quod in ſecunda Cœna illa communi non erant carnes appoſitæ ſed piſces, cum quia ea erat Chriſti, & Apoſtolorum conſuetudo: tum etiam quia de hac re eſtat validiſſima coniectura, quam præbuerunt nobis Mutinenſes ſculptores. Etenim in Eccleſia Cathedrali Mutinæ ſacellum quoddam adeſt Sanctiſſimi Sacramenti, in cuius anteriori parte plateam verſus, quædam inuiſitur antiquiſſima ſculptura marmorea, in qua ſculptæ ſunt imagines Chriſti, & Apoſtolorum eius, prout in cænaculis alijs videre conſueuimus. Tandem interrogati prædicti ſculptores (iam ad hoc vocati) quid in ea Cæna comeſtibile appoſitum cognoſcebant? Reſponderunt ſe videre, & iuxta artem, qua periti erant, cognoſcere in cænaculo illo eſſe ſculptos duos piſces, quos manibus tenebant duo Apoſtoli hinc inde prope Chriſtum ſedentes; & etiam ſculpta videbant vaſa, vinum, & panis. De alijs verò cibis nihil totaliter erat. Sic illi teſtati ſunt publica fide, quæ aſſeruatur in noſtro Archiuio Ianuenſi. Quapropter licitè infero, primò, quod illa communis, & vſualis cæna fuit ex piſcibus, & ſi Chriſtus aliquando carnem comediſſet, nõ piſces, ſed carneas dapes appoſuiſſet, aut apponi mandaſſet eo maximè tempore, quo paſcha celebrabatur. Secundò quod Mutinẽſes Ciues noſtræ huiuſmodi opinionis antiquitus fuere, aliàs .n. cænaculũ aliter ſculpi mãdaſſent. Vlterius arbitror Deũ voluiſſe, vt illa ſculptura ad hęc vſq; tempora duraret ad corroborandam meæ opinionis probabilitatem; non enim parum roboris addunt probabilitati imagines illæ piſcium, quas nec vetuſtas obliterauit, nec antiquitas aboleuit.

Illius Cænæ ſculptura antiquiſſima cum piſcibus.

CAPVT IX.

Veritatem noſtræ concluſionis ſumma probabilitate ex nonnullis Eccleſiæ Patribus patefacimus.

39 ET ſi clarè, & diſtinctè aliqui ex Patribus, & Eccleſiaſticis Doctoribus minimè doceant continuam Chriſti à carnibus abſtinentiam, tamen ea documenta tribuunt, quæ nobis ſufficere videntur ad habendam probabilitatem, qua intrepidè defendamus Chriſtum Dominum ſemper abſtinuiſſe à carnibus, pro cuius rei veritate legant, Tertullianum, e vbi loquens de ieiunio Chriſti, ait. *Dominum quoque, quàm indignè ad tuam libidinem interpetraris paſſim mãducantem, & bibentem: ſed puto, quod etiam ieiunauit, qui beatos non ſaturatos, ſed eſurientes, & ſitientes, pronunciarit: qui eſcam profitebatur, non, quam Diſcipuli exiſtimarant; ſed paterni operis perfectionem, docens operari eſcam, quæ permanet in vitam æternam, in ordinaria etiam oratione, panem mandat poſtulandum, non & Attalicas. Hæc ille.* Quibus verbis aduerſarium, & abſtinentiæ Chriſti inimicum reprehendit: eò quod auſus ſit proponere, Dominum à Phariſæis appellatum voratorem, & potatorem vini, & ità fuiſſe putabatur oſtendere: ſed piiſſimus Doctor abſtemium fuiſſe, & ſanctificaſſe ieiunium probat: ex eò quia eſurientes, & ſitientes Beatos appellauit, & eſcam habere ſe dixit, non quam Diſcipuli ſuſpicabantur, ſed quæ in perpetuum non periret, & nõ aliud, quàm panem abſolutum (ideſt abſque obſonio) poſtulandum iuſſit: quod patet, quia Attalicas diuitias, & ciborum ſuauitates excluſit, eaſque fugiendas potius, quàm cupiendas ſuaſit. De his Attalicis diuitijs, quæ in prouerbium abierunt, vide ſi cupis prolegomena Iacobi Pamellij.

e *Lib de ieiunio aduer. Phychicos.*

Chriſti abſtinentia ex Patribus ſuadetur.

Nec mireris, opto, ſi dixi ſemper ieiunaſſe, & abſtinuiſſe continuò, nam ex eò quod Tertullianus protulit illa verba (puto etiam quod ieiunarit) non eſt credendum loqui de ieiunio quadraginta dierum, & quadraginta noctium, quod compleuit in deſerto, quia hoc de fide tenendum eſt, eò quod Euangelium expreſsè dicat. *Et cum ieiunaſſet, &c.* Dum igitur putat, & non dubitanter, & intrepidè aſſerit ieiunaſſe, de totius vitæ ieiunio loquitur. Quod faciliter eſſe potuit vnica in die comeſtione contẽtus, & illa abſque carnium edulijs, quod tantummodo ad eſſentiam ieiunij requiritur, ex his igitur quiſque inferre poterit Chriſtum Dominum carnes non comediſſe.

40 Secundò legant D. Thomam Doctorem Angelicum, f qui reſpondens cuidam argumento, quo probare nitebantur aliqui, ordines religioſorum in paupertate viuentium ab alijs, puta ab hominibus, eſſe inſtitutos, & non à Chriſto: ait Angelicus Doctor. *Cum enim Diſcipulos inſtituit, & dimittentibus agros, & domos propter nomen ſuum præmia dare promiſit, non ſolum in futuro, ſed in hoc ſæculo, ſcilicet, vt ſint cum Apoſtolis nihil in hoc mundo habentes, & omnia poſſidentes. Manifeſtum eſt, quod omnes quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, inſtitutionẽs Chriſti ſequuntur. Nec illi, qui ſanctos ſequuntur, per quos ſunt ordines inſtituti, ad ipſos accedunt, ſed ad Chriſtum, cuius documenta proponunt, quia nec illi ſeipſos prædicauerunt, ſed cum Apoſtolo Ieſum Chriſtum, eius documenta proponentes.* Hæc Sanctus Doctor. Ex cuius Doctrina Chriſtum abſtemium fuiſſe, & à carnibus abſtinuiſſe tali medio inferre licebit: Sancti omnes qui religionem fundarunt, non propria, ſed Chriſti documenta propoſuerunt: ſed ferè omnes fundatores, vſque ad noſtra tempora, vel ad tempus, vel continuò,

f *Opuſc. 17. cap. 16.*

Religionũ fundatores Chriſti documenta propoſuerunt.

Digitized by Google

tinuò, vt Sanctiſſimi Franciſcus de Paola, minimianæ noſtræ familiæ Inſtitutor, & Bruno Cartuſienſium fundator, & alij (de quibus dicemus tract.12.cap.2.& 3.) carnes vitandas forè à Religioſis vel ſuaſerunt, vel præceperunt, vt in noſtra apparet, in qua alterum ex documentis traditis à Sanctiſſimo Patre ſub præcepto, & voto ſeruandum fuit carnes, oua, lacticiniaque omnia vitare: ergo infertur, talium ciborum abſtinentiam fuiſſe Chriſti Domini documenta. Sed illud verbo docuiſſe in ſacro textu non inueni: ergo ſuo nos inſtruit exemplo opere patrato. Quod ſi ab alijs id verbo docuiſſe reperiatur, intentum quoque noſtrum prorſus probabitur, cum nihil docuerit, quin ipſe prius fecerit: ergo & ipſe carnium eſum vitauit, & paſchalia omnia non comedit.

S. Franciſcus de Paula Chriſti imitator, & eius inſtitutorum innouator.

g *Tract. 12. cap. 4. num. 19.*

40 Confirmatur auctoritate Sāctiſſimi Domini noſtri Iulij diuina prouidentia Papæ II. qui in quodam ſuo Breui vocat Sanctū Franciſcum de Paula Chriſti, & Sanctorum Patrum fideliſſimum imitatorem, & eorum laudabilium inſtitutionum diligentem innouatorem (præfati Pontificis verba relata reperies infra:) g vnde ſi imitator eſt, & innouator ſtatutorum Chriſti, & Patrum, vitam quadrageſimalem Chriſti, iam ferè obliteratam innouauit, &c.

h *3. par. q. 28. art. 4. ad 2.*

Conſiliorū obſeruatio incapit à Chriſto.

Vlterius confirmari poſſunt prædicta ex eodem D. Thoma, h vbi habetur, quod *quemadmodum gratia plenitudo fuit in Chriſto perfectè, ita ab ipſo obſeruatio conſiliorum perfectè incepit:* Sed inter conſilia ab omnibus connumeratur abſtinentia à carnibus, vt tractatu nono dicendum eſt: ergo talem abſtinentiæ obſeruationem à Chriſto incæpiſſe probabiliſſimum eſt, & iuxta D. Thomam defendi poteſt.

i *Lib. 2. pædagogi.*

Tertiò Legant Clementem Alexandrinum i lib. 2. docentem, nos quomodo hanc vitam tranſire debeamus, & proponentem tenuitatem, & frugalitatem ad exemplum Chriſti ſequendum ſic ait. *Siuè comeditis, ſiuè bibitis omnia in Dei gloriam facite, veram frugalitatem, ac tenuitatem tanquam ſcopum proponentes: quam mihi quoque Dominus videtur ſignificaſſe, cum panes benedixit, & aſſos piſces, cum quibus ſuos Diſcipulos conuiuio excepit, ſibi non nimis exquiſitis, pulchrum exemplum inducens. Ille itaque piſcis, quem (cum iuſſiſſet Dominus) cepit Petrus, ipſe quoque facilè diuinitus donatum, frugaleque, ac moderatum nutrimentum ſignificat,* &c. Hæc ille. In quibus verbis duo veniunt nobis præcipuè obſeruantia, quæ nos ipſe Chriſtus docuit, nempè frugalitatem, & benedictionem, gratiarumque actionem: hanc quia panes, & piſces benedixit, docens nos benedicere, & gratias agere in qualibet cibi ſumptione: illam vero frugalitatem, quod panibus, & piſcibus aſſis in conuiuio cum ſuis Diſcipulis fuerit contentus, nec lauta, & exquiſita carnium, aliorumque ciborum adhibuit fercula: nec vllas aues, aut terreſtria, vel cæleſtia animalia eorum eſu paranda voluit fore à Petro capiēda, ſed ſolùm piſces, quos amabat, & quibus in lautioribus conuiuijs veſcebatur. Si ergò panes, & piſces, quos benedixit Chriſtus, & quos comedit cum Diſcipulis, ſignificare dixit Clemens frugale, & moderatum nutrimentum, eoque Chriſtum, eiuſq; Diſcipulos conuiuantes vſos eſſe, clare ſequitur quod priuatè eumdem cibum capiebant: & qui tam abſtinentes erant in conuiuijs, etiam ijs, vel vilioribus ſemper cibis vtebantur, & non pretioſioribus ex carnibus confectis; non enim optabant palam videri ab hominibus abſtinentes, ſicut Hypocritæ, quos fugiendos, & non imitandos ſemper prædicarunt Apoſtoli, & Chriſtus Dominus.

Chriſti frugalitas in conuiuijs quæ fuerit?

41 Quartò Legant D. Vincentium Ferreriū, k qui incipit lucernæ ardentes: vbi de Sancto Auguſt. prædicans, ait. *Quinta virtus Auguſtini fuit abſtinentia, quia ſecutus eſt vitam Ieſu Chriſti, carnes non edebat, nec niſi ſemel comedebat in die, ſemper illi fuit tempus quadrageſimæ, vt inquit eius Hiſtoria,* (& Poſſidonius in vita eius) *menſa vſus eſt frugali, & parca, qui quidem inter olera, & legumina, etiam carnes aliquando, propter hoſpites, vel quouſque infirmiores continebat.* Hæc Vincentius, & quid clarius? Si ob vitæ Chriſti imitationem Auguſtinus Sāctus carnibus minimè veſcebatur, dubitare haud debemus iuxta D. Vincentium, carnem Chriſtum non comediſſe, ſi ipſe fuit primum exemplar abſtinentiæ ad cuius inſtar factum eſt ſecundum.

k *Serm. 5. S. Auguſt. carnē non comedit, & Chriſti imitatione.*

Inſuper hoc idem confirmare videtur ipſemet Auguſtinus, qui hortans nos ad hanc noſtrā abſtinentiam, ita ſcribit. l *Nunc itaque in perſona Chriſti, non vt poſſideamur a Sathana, exhortor vos dilectiſſimi, vt quotidianis, & largioribus eleemoſynis, frequentioribus orationibus Dominum proſpiciemus. Nunc tempus eſt, vt vnuſquiſque abſtineat, ſed non tantum ab illicitis, ſed etiam a quibuſdam licitis & orationibus, atque ieiunijs vacet, quamuis, & per totum annum certis diebus hoc facere debeat, & quanto crebrius, tanto vtique melius.* Hæc ille. Quare ſi in perſona Chriſti loquitur, vices primi proponentis gerit, & ſuo nomine conſulit abſtinentiam, illamque ipſe Auguſtinus ſeruauit ad Chriſti imitationem, opinamur: ergo & ipſum Chriſtum ſeruaſſe iuxta regulam communem, qua ſcimus, quod nihil docuit, quin prius fecerit.

l *Hom. 4. in cap. 20. Ioan.*

Ex verbis quoque D. Ambroſij, m qui moralizat cōceſſionem illam Noe factam loquens contra eos, qui cibo corporali abutuntur, & ſpiritualem negligunt; habemus inter alia, & non obſcure Chriſtum Dominum abſtinuiſſe à carnibus: ita enim ait: *Altior autem ſenſus delectare te debet, qui ſignificat ſanguinē, animam ideò dictum, quia ſanguis calidus, & ignitus eſt, ſicut eſt virtus. Quicumque igitur fuerit ſtudio virtutis accenſus, & vaporem laudis aſſumpſerit, omnes delicias vētris excludit: ea igitur cogitationum, quæ ſunt carnalia, atq; terrena, in virtutis, inquit, ardore poſiti reyciētis, quaſi inhabilia ſpiritali cibo. Non enim carnem manducabat, hoc eſt terrenum cogitabat,*

m *Lib. de Noe, & arca tom. 4.*

Digitized by Google

bat, qui dixit, meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei: ſtudium hominibus virtutum inſpirans, & cupiditatem diuinæ cogitationis infundens. Et poſt pauca. *Quiſquis igitur diligens virtutum eſt, cibos ablegat, & reijcit corporales, niſi quantum ſcit ſatis eſſe naturæ*, &c. Hæc ille. Docere itaque videtur D. Ambroſius non eſſe delicias ventris procurandas ab ijs, qui ſpiritualia, & cæleſtia contemplare deſiderant: ij namque delicias, & carneas dapes exoptant, qui terrena ſapiunt. Inſuper hoc exemplo Chriſti Domini ſuadet, qui non cogitans de terrennis, ſed de voluntate Patris exequenda, in cibum, non carnē ſumebat, eo tantum cōtentus, quod naturæ ſufficiebat, cui pane tantummodo fit ſatis, vt dicemus infra tract. 10. pluries per totum. Quapropter carnes ſufficientia hæc non quęrit, quod nedum hoc loco, verum alibi n idē expreſſit dicens: Prouidiſſe Deum cibum corporalem prius peccori, quàm homini, & cibum ſimplicem, & naturalem, atque ſalubrem terra ante produxit, his verbis: *Et fortè mirentur aliqui, cur prius pecori pabulum, quàm cibus homini ſit creatus. In quo primum profundum Dei conſilium debemus aduertere, quod etiam non minima quæq; negligat, ſicut in Euangelio Sapientia Dei dicit, Reſpicite volatilia Cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos pluris eſtis illis? Cum enim illa paſcant Dei gratia, nemo ſibi debet de ſua ſimplici induſtria, & virtuti blandiri. Deinde quia ſimplicem victum, & naturalem cibum reliquis cibis debuit anteferre. Hic enim ſobrietatis cibus eſt, reliqui diuitiarum, atque luxuriæ. Hic communis omnibus animalibus, ille paucorum. Exemplum itaque frugalitatis magiſterium parſimoniæ eſt, herbæ ſimplicis victu, oleriſque vilis, aut pomi contentos eſſe omnes oportere, quem natura obtulit, quem liberalitas Dei prima donauit*, &c. Sic ille. Cum igitur ſimplicem, & ſobrietatis victum appellet ex herbis, & oleribus confectum, ac illum eſſe communem, & omni naturæ ſufficientem dicit, quis dubitat non carnem manducaſſe Dominum, cui ſufficiens naturæ victus ſatis erat.

n Lib. 3. examer. c. 7. to. 4.

Cur prius pabulū pecori, quam cibus homini ſit creatus?

Victus communis qualis?

42 Legant vltimò D. Ephrem Syrum virum Sanctiſſimum, & illuminatiſſimum Eccleſiæ Ediſſenæ Diaconum in ſermone, quem habuit de paſſione Domini Saluatoris circa medium, ait ipſe: *Dominus tuus ò infelix pro te in Cruce contumelijs afficitur, & tu veſtis mollities, & ornamenta ſectaris? non tremit cor tuum, nō mens tua exhorreſcit, hæc audiens? Qui ſolus ſine peccato eſt, propter te impiè traditur morti, iniurias, opprobria, verbera patitur, ipſe verò ſuperbia tumidus audis hæc omnia? At congruum, & decens eſt, vt grex (Nota) rationalis vniuerſus Paſtorem ſuum iugiter ambeat, eumque ſæpè videre deſideret. Ita obſecro reueremini illum. Nolite cibis lautioribus, & delicijs ſæculi contra propoſitum Religionis aſſueſcere: ſed in omni exercitatione veſtra in Paſtorem veſtrum ſemper intendite, vt ab eius veſtigijs nuſquàm aberretis*. Hæc ille. Quibus verbis Chriſti abſtinentiam, & ſui corporis exercitationem cōmendat. Cum ad eius exēplum, & imitationem à cibis lautioribus eſſe abſtinēdum nos doceat, & hortetur; ſic enim, ait, nunquam aberrabimus: non quod carnibus veſcentes in errorem aliquem tempore permiſſo incurrant, ſed quia inſurgētibus tentationum vndis, facilius fortaſſe, quàm abſtemij in laqueum Diaboli incident, ad inſtar ficuum, quæ, dum arbor paululum quatitur, mox præ maturitate cadunt, iuxta illud Naum. f *Omnes munitiones ſuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis ſi concuſſæ fuerint, cadent in os comedentis*. Quod non tàm facile verificatur de abſtemijs, de quibus intelligitur illud Cant. c *Deſcendi in hortum nucum*: Secundum expoſitionem trium Græcorum Patrum apud Theodoretum, qui ieiunantes, & abſtinentes longiori tempore permanent in gratia, quàm guloſi, cum Diabolus non valeat minima quaſi concuſſione illos à Dei amicitia amouere: ſed opus habent, vt cadant vehementioribus lapidum ictibus, vel continuata perticæ concuſſione; vt in nucibus euenire ſolet: ideſt valentioribus tentationibus oportet eos à gratia remouere. E contra in guloſis, qui præ maturitate quandoque ſine ope Diaboli, ſed ex ſemetipſis in laqueum incidunt.

f Cap. 3.

c Cap. 6.

Abſtemij amouere à gratia per Diabolum non facile poſſunt.

CAPVT X.

Probabilitas noſtrę opinionis ex fundatione Eccleſiæ per Chriſtum, ex quodam Hieremię vaticinio colligitur.

43 CHriſtus Dominus, qui primus, & nouiſſimus eſt. Primus, quia erat in principio Verbum Deus, apud Deum, per quem omnia facta ſunt, quod indicauit ſuum caput (vt in principio diximus) præ antiquitate tam candidum deſcriptum à Ioanne in Apoc. d *Et nouiſſimus*, per quē omnia reſtaurata ſunt, ſicut ſui pedes aurichalco ſimiles oſtendunt, vtporè nuper educti de camino ardenti, de camino tribulationis, mortificationis, & paſſionis: in reſtauratione Eccleſiæ quæ olim apud Iudæos tantum erat (*Notus in dudæa Deus*) non ſolum curauit fore in omnem terram ampliandam, ſed modum ingrediendi illam, non vnicum deſignauit. Et cupiens Omegam vertere in Alpha, priſtinā à carnibus abſtinentiam, ita ſuauiter introduxit, quod carnibus veſcentes à gremio Eccleſiæ non excluſit, ſed pariter admiſit.

d Cap. 1.

Eccleſiæ fundatio, et dilatatio.

Quod ex illo Hieremiæ a probare non difficile erit, prædicens enim Propheta ibi, nouam Hieruſalem ædificationem dixit: *Et ædificatur Ciuitas Domino à turre Hananeel vſque ad portam Anguli &c.*

a Cap. 31. 38.

Ad cuius ſententiæ explicationem, notandum eſt, quod in muro Vrbis Hieroſolomitanæ

erat

Digitized by Google

erat turris, quę Hananahel dicebatur, de qua mentio fit lib. 2. Eſdræ. b Inde ſcilicet à turre illa dicitur, Hieruſalem cœpta reædificari ad honorem Domini: & licet pro litterali ſenſu, & ſignificato inueniendo Sancti Patres, alijq; Doctores non parum laborēt: nihilominus adhuc non legi expoſitorem, qui planè intellectum conuincat, & pro complemento prophetiæ ſatisfaciat. Nam ſi D. Thomas, & Theodoretus (quos refert Caſtro ſuper hunc locum, vbi, & hæc reperies) putant promittere Dominum, Vrbis ædificationem in ea amplitudine, cū qua hic deſcribitur poſt redditum à Babylone, tum etiam ſtructuram templi. Iam ex cap. 3. lib. 2. Eſdrę conſtat ædificatam eſſe vrbem Hieruſalem,

Cap. 18.

& à Sacerdotibus ędificatam portam gregis, & vſque ad turrim Hananahel. Quod ſi fortè non ita proſperè, ac magnificè eſt prædictum, ac promiſſum. Reſpondent cauſam eſſe id, quod ſupra dixerat Dominus ſe locuturum de gente, & regno, vt ædificet, & plantet illud. Quod ſi malum fecerit, & ego ſuper bono, ait, quod locutus ſum, vt facerem eis: Iudæi ergo, quia non præſtiterunt, ſed receſſerunt à Deo: ideò non ſunt potiti huius amplæ reædificationis completione. Optima expoſitio. Verum cum non videamus hanc promiſſionem impletam poſt reditum à Babylone, nec populum nouerimus idola coluiſſe, à Deoq; receſſiſſe, non videtur certa ratio promiſſionis non præſtitæ.

Sunt nonnulli alij ex Iudæis, qui cum videant vrbem Hieruſalem non fuiſſe in ea amplitudine ædificatam ſub Zorobabele, & Eſdra; dicunt per Meſſiam, quem adhuc expectant fore ædificandam: ſed ſicut falsò nituntur fundamento, nempe quod Chriſtus adhuc non venerit, falſa, & ipſa expoſitio omninò eſt, & communi conſenſu exploſa.

44 Lira vult hanc promiſſionem intelligi de reædificatione Hieruſalem per Adrianum Imperatorem facta, qui expulſis Iudæis, & admiſſis Chriſtianis, vt refert f Euſebius ædificauit vrbem: vel potiùs amplificauit, muris circuens loca Dominicæ paſſionis, & ſepulturæ, vt Vgo Floreacenſis; alijq; hiſtorici narrant, quæ tamen prius erant extra vrbem, vt patet ex Ioanne. h Concluſit ergo muris collem Gareb, idest montem Caluarię alio nomine vocatum, & Goatha, qui Ioannis 19. corrupto vocabulo dicitur Golgotha, & Vallis Cadauerum, & cineres vbi damnati occidebantur, & ſepeliebantur, & vſque ad torrentem Cedron, & quidem ſi de his nominibus, ac locis conſtitiſſet, probari fortaſſis poſſet Liræ pietas; verùm cum habeamus propria locorum nomina, vnde, & vſque, reædificatio fieri promittebatur, non apparet expoſitionis certitudo, vt adimpletum ſit promiſſum.

f Lib. 4. hiſt. eccleſ. cap. 5.

h Cap. 19. & ad Hebr. 15.

Vera textus intelligentia.

Dicendum igitur, quod reuera ſecundum Hieronymum, & Hugonem nulla litterali expoſitione debet hoc totum exponi: ſed recurrendum eſt nedum myſticè, ſed literaliter quoque ad veram intelligentiam; quæ erit; promiſſionem fuiſſe factam non de materiali ædificio, ſed de ſpirituali: ipſa enim littera eſt prophetia, de ſtatu modernæ Eccleſiæ, & ſub hac materialis Vrbis Hieruſalem amplificatione intelligunt etiam D. Thomas, Rabanus, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus ſpiritualem Eccleſiæ Chriſti latitudinem, & amplitudinem, quæ non tantùm Iudæos, ſed etiam gentiles continere, capereque poſſit, non iuſtos tantum, ſed etiam peccatores, quocunque peccati genere contaminatos. Sic explicant citati auctores.

Itaque videmus hac vna deſcriptione amplioris Hieruſalem ſignificari tam amplis finibus ſpiritualem Hieruſalem extruendam per Chriſtū, vt cum Iudæis capere poſſit Gentiles. Vndecunque ad eam incolendam venerint. Sic apparet vaticinium Iſaiæ. a *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida.* Et Zacch. c *Abſque muro ædificabitur Hieruſalem præ multitudine hominū, & iumentorum in medio eius, & ego ero eis, ait Dominus murus ignis in circuitu.* Et alibi: *Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei.* Item *Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei. Et* d *dominabitur à mari, vſq; ad mare.* e *Et extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſq; ad flumen propagines eius.*

a Cap. 54. nu. 2.

Cap. 2.

d Pſal. 71.

e Pſal. 70.

45 Hac igitur ſuppoſita expoſitione, quam communi ſenſu Doctores omnes amplectuntur notāda duximus oportere verba Doctiſſimi Caſtri ad explicationem terminorum, & vocabulorum prolata: ait enim Conſtat ex 2. Eſdræ h Turrim Hananahel altam centum cubitis, de qua dictum eſt, vt ait Iſidorus, *Mille clypei pendent ex ea, &c.* In ea muri Hieruſalem parte ſitam fuiſſe, in qua erat porta piſcium, & porta gregis, nempe inter vtramque, quamuis proprius portam piſcis reſpiceret: Erat autem porta piſcium ad occaſum, vt colligitur ex Paralip. i nā auctore Hieronymo Saphon, idest Dioſpolim ducebat, & Ioppem, & vicinior mari erat inter omnes vias Hieruſalem, per quam piſces immittebantur in Vrbem. Porta verò gregis vergeret ad auſtrum, ducens in vallem Ioſaphat, vt ait Brocardus in deſcriptione terræ Sanctæ. Procul dubio ab hac turri Hananahel verſus occaſum conſtructa producendum, & amplificandum hic prædicitur ædificium, per meridiem verſus orientem, vbi erat porta Anguli diſtans à porta Ephraim quadringentis cubitis vt dicitur in 4. Regum, quæ erat ſita ad Aquilonem, Hieruſalem, &c.

h Cap. 3.

i 2. Ca. 33.

4. Reg. 14. 2. Paralip. 21.

Mox per hanc doctrinam patet Turrim Ananahel dictam ſitam inter duas portas, quarū altera reſpiciebat occaſum: altera verò vergebat ad auſtrum: hæc nominabatur gregis illa dicebatur piſcium, & propinquior erat mari per hanc piſces, per illam carnes immittebantur in Vrbem, & licet vtramque portā reſpiceret, illam tamen piſcium magis, quia propinquior erat turri, à qua incipiendum erat Eccleſiæ ædificium, cuius fundamenta ab illa parte Turris, quæ vergit ad occaſum, vbi erat porta piſcium, mediator Dei, & ho-

Digitized by Google

minum Chriſtus Ieſus verſus orientem ſumenda, & extendenda, opere compleuit.

Rurſus cum nec fundamenta, nec parietes materialiter iuxta ſenſum explicatum accipi oporteat: ſed ſpiritualiter, quemadmadum ipſa Ciuitas, recurrendum eſt ad myſticum vocabulorum ſignificatum, & dicere opus eſt, quod ipſa Ciuitas, quæ Eccleſiam, ſeù Religionem iuxta expoſitionem Hugonis ſignificat, habet ſuum principium à turre Hananahel, quæ gratia Dei interpretatur, ſiue miſericordia Dei: ſiue donum Dei iuxta Remonem in Ethymologijs ſacris: vel obedientiam ſecundum Hugonem ſignificans fundationem Eccleſiæ trahere originem ab ipſa miſericordia Dei, qua nos miſeros ex alto reſpexit, & viſitauit. Et quia in vmbra mortis ſedebamus, & in tenebris ambulabamus, per ſuum gratuitum donũ, illuminauit, cum nos ad Eccleſiæ gremium admiſit. Obedientia quoque interpretatur, quam, nedum Religioſis, ſed omnibus Chriſti fidelibus neceſſariã eſſe fatemur, quia omnes eo ipſo, quod ingredi Eccleſiam cupiunt, diuinis mandatis, & myſterijs fidei debent eſſe parere parati.

46 Conſequenter, quia plures portas habet, qui fuerint iam admiſſi per gratiam, & miſericordiam Dei, poſſunt, cum voluerint per illas portas intrare Ciuitatem; benè verùm eſt, quod per eam, quę proximior erit incepto ædificio, citiùs; & facilius ingreditur, quam per eam, quæ magis à turri diſtabit. Has porrò portas conſiliorum appellamus, quatenus per conſilia obſeruantes illa approximantur Redemptori Chriſto, & eo faciliùs, vel difficilius, citius, vel tardius, magis, vel minùs, quo maiora, vel minora, plura, vel pauciora ex illis amplectuntur. Hinc ex ipſo gremio Eccleſiæ plures inſurrexerunt inſtitutiones ſub Religionis norma à viris ſanctiſſimis decerptæ, & extractæ: Quorum altera, duo, ver. gr. conſilia: altera tria, altera quatuor, vel plura pro inſtitutoris libito, & pia voluntate amplectitur.

Verum conſilium abſtinẽdi à carnibus fore vnũ ex illis, quæ in Religione fundanda per Chriſtum iuxta relatam prophetiam ab Hugone expoſitam, in ſequentibus demonſtrabo.

Obediẽtia & paupertas in Eccleſiæ fundatione præſignata.

Præmiſſis itaque primo verbis illis, quibus renunciationem bonorum, & vitæ mundanæ oſtendit Dominus, dicens (*vſque ad portam Anguli*) ideſt, ait Hugo, ad renunciationem ſæculi, & vitæ mundanæ, quæ eſt porta intrandi Religionem, vel Eccleſiam (vti in ſacro baptiſmate quiſque facit) ſicut enim in muro, ideſt angulo duplex paries iungitur, vel eſt finis duarum linearum: ita debet homo præſentem miſeriam ad futuram gloriã compenſare: & tunc facilè contemnet omnia præſentia. De hac Ciuitate
c 18. vult Hugo intelligi illud Prouerb. c *Frater qui adiuuatur à fratre quaſi Ciuitas firma:* Quia debet ibi eſſe vniformitas vitæ, quæ ſignificatur per vniformitatem ordinis veſtimentorum ſeruorum Salomonis, quam admirata eſt Regina Saba, d vbi oſtendit pro- d 3. Reg.
prietatis abdicationem, & nouam viuendi 10.
regulam remotam à ſæculo fore ſequendam in reædificatione Hieruſalem, Eccleſiæ ſcilicet militantis; nempe in religione, vbi obſequentes Domino futuri erant tot innumerabiles, quot viſi ſunt vſque adhuc, & videbuntur vſque in finem Mundi, præſentia relinquentes, & futura anhelantes, & nedum amplioris obedientiæ, ſed perpetuæ etiam paupertatis voto ſe obſtringentes.

Caſtitas & aliæ virtutes religionis in Eccleſiæ fundatione præſignatæ.

Inſuper verba, quæ ſubijciuntur: videlicet. *Exibit vltra normam menſura in conſpectu eius ſuper Mõtem Gareb, & circuibit Goatha.* &c. oſtendunt nobis varias religioſorum virtutes, & præcipuè caſtitatis votum. Norma enim oſtendit vitæ eminẽtiam, & perfectionem, qua ſuperare debent ipſi religioſi mundanos: Matth. e *Si vis perfectus eſſe, &c In* e Cap. 19.
conſpectu eius per ſanctam contemplationem, &c. Super collem Gareb, cuius interpretatio eſt, incolatus multus, ſiue incolatus multorum; aut ſcabies, vel ſcabioſus iuxta Hugonem, & Remonem, Bedam, & alios. Incolatus, quia ſupponit religioſos quaſi peregrinos ſuper terram, non quærentes hic manentem Ciuitatem, ſed futuram, & perpetuam petentes. Scabies autem votum caſtitatis, clarè explicat; nam ſcabie peccati inquinatos, carni deditos vocant Doctores; & hos circuibit Sancta Ciuitas ſignificans eos maximè, qui caſtitatis voto adſtricti ſubdebant ſibimetipſis carnales voluptates, &c.

Abſtinẽtia à carnibus in fundatione Eccleſiæ deſignatur.

47 Supereſt modo explicanda porta illa, quæ piſcium dicebatur, & mari propinquior erat; per hanc quis dubitat ſignificari carnium abſtinentiam: quid enim aliud oſtendunt piſces, & mare, quàm pęnitentiam, fluctuantes laborum vndas, vitæque quadrageſimalis amaritudinem? Enim verò turrim, à qua amplificandum erat ædificium, & reædificandum propriùs, & vicinius cognouimus reſpicere portam piſcium, licèt, & longiùs reſpiceret portam gregis: innuens, quod ab abſtinentia exordium ſumendum erat in ædificatione Eccleſiæ, quæ ſignificabatur per ipſam portã piſcium ſitam verſus occaſum: Ad auſtrum verò vergebat porta gregis, verſus quam ædificium extendendum erat: quia eos etiam, qui carnibus vſuri erant, non expellendos, ſed amplectendos fore ab Eccleſia decreuerat ille omnipotens ædificator; eò quia conſilium abſtinentiæ, ſicut & alia, non ſunt de abſoluta neceſſitate ſalutis, vel perfectionis: ſed tantùm diſponunt ad perfectionem, & ad ſalutem facilius conſequendam; & alterum altero efficacius, & proximius, vt eſt abſtinentia ad inſtar ipſius portæ quæ piſcium vocabatur, & turri propinquior erat: illa vero gregis non ita quia per portam abſtinentiæ a carnibus facilius, quàm per illarum eſum ſanctam vrbem cæleſtem, ſcilicet Hieruſalem ingredimur, vtendo illa tanquàm propinquiori itinere, quo ad perfectionem ducimur. Sicque Chriſtus Saluator noſter, per quem, vt ſupradiximus, reſtauranda erant omnia proprio vitæ exemplo ſuis Diſcipu-

Digitized by Google

ſcipulis ſequendam hanc abſtinentiam, & ſeruandam propoſuit, & primus Chriſti fidelibus Apoſtolorum Diſcipulis pari modo traditam per Diuum Marcum habemus, vt infra oſtendemus. Quod autem iſta textus expoſitio ſit probabilis, legant Hieremiæ Commentatores ſuper hunc locum, & præcipuè apud Hugonem. Verba enim, quæ paſſim ſequuntur, id non obſcurè oſtendunt.

Religionis minimorum ortum duxit à Chriſto, & veluti innouata à S. Patre Fráciſco.

Ex omnibus demum ſupra relatis obiter poſſumus affirmare noſtram religionem à Chriſto Domino ſumpſiſſe exordium, ſed veluti reſtauratam, & non ſimpliciter inſtitutam fuiſſe à Sanctiſſimo Patriarcha noſtro Franciſco de Paula. Quod ex eo patere poteſt, quia quatuor virtutibus obedientiæ ſcilicet, paupertatis, & caſtitatis, & quadrageſimalis vitæ, quibus nos adſtringimur voto, tanquàm turribus ornata, & muris circumdata ipſa ſua Ciuitas (nempè religio) ab ipſo ſupremo artifice fuit ædificata: ſed quia illam ex parte, qua rigoroſa abſtinentia decorabatur, Longinquitas quaſi diruit, vetuſtas obliterauit. Et quamuis à nonnullis alijs primarijs fundatoribus inſtitutam fuiſſe perpetuò obſeruandam inueniamus; tamen vel non totaliter inſtitutam, vel paulatim poſthabitam, (vt dicemus tract. 12.) aut diſpenſatione prætermiſſam. Quouſque iam vaticinatus à Seraphico, & Sanctiſſimo Franciſco de Aſſiſio, noſter Patriarcha Sanctus ad eam reſtaurandam venit, & mandato præcepit, vt in regula apparet, & exemplo docuit, vt quadrageſimalis vita ſub voto ſeruetur. Idque confirmauit Iulius Papa II. qui arctiſſimum Sancti Patris inſtitutum reſpiciens, illum Redemptoris noſtri, & Beatorum Patrum imitatorem appellauit fideliſſimum, & eorum quoque inſtitutionum laudabilium diligentem innouatorem. Primus ergo fundator, non qui innouator dicitur, qualis eſt noſter Patriarcha, eſt Chriſtus, &c. Non igitur ipſe carnes comedit.

CAPVT XI.

Vouit ne Chriſtus abſtinentiam, quam ſeruaſſe opinamur.

48 DVo veniunt in hoc capite explicanda: primum an fuerit Chriſto poſſibile, & conueniens vouere ſecundum: an de facto vouerit?

Chriſtus potuit vouere, & quare?

Quoad primum dico potuiſſe Chriſtum votum emittere in aſſumpta natura. Probatur, quia non repugnabat naturæ aſſumptæ ſecundum ſe, vt per ſe notum eſt, nec etiam ratione vnionis, ſeu perſonæ, ergo. Minor probatur primo, quia talis repugnantia non oriebatur ex generali ratione cultus religioſi; quia certum eſt Chriſtum, vt hominem potuiſſe Deum, vt Deum colere, ſicut & illi obedire, & ſatisfacere. Item illi obtulit ſacrificium, quod proprium cultum religioſis obtinet. Nec repugnantia inueniri poteſt in ſpeciali ratione voti, quia non magis repugnat talis cultus dignitati perſonæ Chriſti, quàm alij actus religionis. Item Chriſtus potuit orare: ergo & vouere, ſunt enim hi actus valdè affines. Item eſt capax obligationis præcepti: ergo & promiſſionis. Patet conſequentia: tùm quia votum habet vim cuiuſdam particularis legis: tùm etiam quia non minùs videtur repugnare Deo recipere legem à Superiore, quàm ſe obligare Superiori: ergo ſi primum habet locum in Deo per aſſumptam naturam, ſecundum non repugnabit illi. Ex quibus rationibus patet non repugnaſſe ſimpliciter votum Chriſto eo, quòd Deus eſſet: ſed etiam non fuiſſe indecens, neque minùs conueniens; ſicut non fuit indecens habere præceptum, orare, ſacrificium offerre, alioſue actus religionis exercere: ergo neque actus vouendi, votique obſeruatio, qui ſunt ex perfectioribus actibus religionis.

Voluntas firmata in bono non obſtat voto.

Nec obſtat, quod per vnionem habeat voluntatem firmatam in bono; tùm quia poſſet pluribus modis, & titulis eſſe firmata: tùm etiam quia votum non ſolum fit propter firmandam voluntatem: ſed etiam propter ipſam honeſtatem religioſi cultus: ſeu propter offerendum Deo obſequium, conſecrandamq; & ad nobiliorem ordinem eleuandam ipſi voti materiam, ac denique, vt ex voto factus perfector ſit actus, quàm ſine voto. Et à ſimili etiam oſtenditur, nàm impoſitum fuit præceptum Chriſto etiamſi haberet voluntatem firmatam in bono; idem facturus eſſet, etiamſi non interueniret præceptum: quia præceptum non ſemper ponitur propter inducendam, ſeu firmandam voluntatem: ſed per ſe propter maius obedientiæ bonum; ſic etiam, & vouere poterat propter maius bonum inde aſſequendum. Et hæc quoad primam partem capitis.

49 Quoad ſecundam verò, incertum eſt, an de facto Chriſtus votum emiſerit, nec ne? quia D. Thomas. c Videtur docere partem negatiuam, dicens, quod Chriſto non competebat vouere: tùm quia Deus erat: tùm etiam quia, vt homo habebat voluntatem firmatam in bono, quaſi comprehenſor exiſtens Soto. d Verò addit, quod Chriſto nulla ratione vouere congruit ſignificās non fuiſſe hunc actum congruum, vel conſentaneum Chriſto: ſed D. Thomas non dixit hoc: nàm aliud eſt non competere, quod indicat non fuiſſe illi neceſſarium: aliud non congruere, quod ſignificat eſſe incongruum, aut minùs decens. Ego cum alijs Doctoribus neque incongruitatem, neque indecentiam in hoc video, quia votum per ſe eſt opus conſilijs aptum ad cultum, & ad oſtendendam ſubiectionem ad Deum, & reddens actum ex parte materiæ, & motum meliorem, nec per ſe includit indecentiam, quia non ſolùm eſt propter firmandam voluntatem non firmam, ſed etiam propter alia multa bona, & varias vtilitates, quas vouens per votum acquirit: per illud enim homo liberalem ſe oſtendit erga creatorem ſuum illi offerendo ſe, vel ſua modo quodam ſtabili, & firmo.

c 2. 2. q. 88. art. 4. ad 3.

d *Quæſt. 2. art. 2. ad 3.*

Chriſto votum non competere non eſt illi non congruere.

Votũ quot bona aſſerat, et quæ?

Item per hunc actum vouendi maximè colit Deum honorando illum, vel gratias agendo, vel ſe illi ſummittendo. Item votum ipſum ſuo modo eſt principium meliorum operum. Item votum eſt ratio etiam ſæpius, frequentiùs, ac certiùs benè operandi, & alia plura affert bona, quæ paſſim docent Doctores.

e Lib. 3. cap. 1.

Chriſtus potuit vouere.

Vnde probabilius videtur aſſerere cum Suarez tract. de voto. e Non ſolum de potentia abſoluta, ſed etiam ordinaria potuiſſe Chriſtum, quatenus ſaltem viator erat, votum proprium emittere cuiuſcunq; virtutis etiam obedientiæ non quidem homini præſtandæ, id enim non decebat: ſed Deo, & maximè in procuranda ſalute hominum, & offerendo ſeipſum in ſacrificium pro Eccleſia ſua. Vnde aliqui probabiliter opinantur, quod ſicut Chriſtus habuit præceptum moriendi pro hominibus, ita etiam de eadem re votum emiſiſſe: ſicque intelligit Hilarius illud Pſalmi. f *Sicut iurauit Domino votum vouit Deo Iacob:* vndè ait. *Sic Chriſtum geſſiſſe omnia, vt Sacramento religionis ſatisfacere videretur*. Et infra dicit. *Reſtitiſſe Petro tentanti impedire paſſionem ſuam: impium, & prophanum docens eſſe, ſi non omnia, quæ erga humanam ſalutem, Patri vouiſſet, expleret*. Et infra concludit. *Secundum hanc geſtorum deuotionem, ita omnia geſta ſunt, vt videantur ſtudioſè pro religione, qua iurata ſunt hæc, eſſe perfecta*.

f Pſ. 131.

Cur Chriſtus reſtitit Petro dicẽti Abſit à te Domine.

Pſal. 21.

50 Confirmat hanc ſententiam illud Pſalmi. *Vota mea reddam in conſpectu timentium eum*. In illo enim Pſalmo Chriſtum eſſe, qui loquitur, teſtimonia Euangeliſtarum, & Pauli, & verba totius Pſalmi teſtantur, vt Ianſenius ait; Eſtq; totius Eccleſiæ ſenſus, & fuit etiam Sapientum Hæbreorum, vt Genebrardus refert, & Hieronymus ibi inter alia inquit: *Vota Chriſti ſunt Natiuitas, vel paſſio, vel myſterium corporis, ac ſanguinis eius, quæ non poſſunt vota dici, niſi quatenus vota oblata ſint*. Eodem ferè modo exponit Auguſtinus ibi, Baſilius verò, & Theodoretus addunt. *Votum ibi propriè ſignificare promiſſionem*. Itaque verba illa Chriſti de voluntaria oblatione intelliguntur, quam de ſeipſo fecit Patri in primo inſtanti ſuæ conceptionis acceptando præceptum eius de redimendo genere humano, vel de proprio voto, ideſt de vera promiſſione cum voluntate obligandi ſe, etiam ſi per Patris præceptum non obligaretur, & licèt acceptatio, vel promiſſio illa per vnum actum voluntatis Chriſti facta fuerit, vota in plurali appellantur, propter multitudinem actionum, & ſacramentorum, quæ ſimul obtulit Patri pro ſalute hominum.

Voti Chriſti congruentia.

Denique hic ſumi poteſt congruentia, quia per hoc votum explicatur optimè ſumma voluntas, & libertas, qua Chriſtus ſe ſe pro nobis à principio obtulit Patri; nam ſi illi non fuit impoſitum præceptum obligans, ipſe ſe voluit ad moriendum pro nobis, & ad offerendum corpus, & ſanguinem ſuum obligare. Si verò illi fuit rigoroſum præceptum impoſitum, voluit illud non tantum propoſito, ſed etiam promiſſione acceptare, quod ſignum eſt maximæ libertatis, & voluntatis.

Si autem dicas verba illa, *Vota mea*, &c. non eſſe à Chriſto prolata in propria perſona, ſed in perſona Eccleſiæ ſuæ, vocans ibi vota ſua, quemadmodũ in principio dixerat. g *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum*. Reſpondetur, quod non eſt eadem neceſſitas; cum non ita Chriſto repugnent vota, in propria perſona, ſicut delicta: ſine neceſſitate autem non videtur ad metaphoram recurrendum; ſed cum ijs Patribus, quos Suarez citat, iuxta literalem ſenſum ſunt intelligenda.

g Pſ. 21.

Reſolutio difficult.

51 Ad propoſitum denique de carnium abſtinentia; an eam vouerit Chriſtus ſuppoſita iàm tradita doctrina, quod vouere non repugnat Chriſto, & quod poſſibile fuerit vouiſſe. Dico, quod ſicut, (vt tradit Suarez) probabile eſt Chriſtum in primo inſtanti ſuæ conceptionis ſe voto conſecraſſe Deo ad redimendos homines, & in hunc finem omnes actiones, & paſſiones vitæ ſuæ, voto obtuliſſe: ſic probabile etiam erit carnium abſtinentiam (quæ fuit altera ſuarum actionum, & paſſionum, ſeu virtutum, & non infima) voto ſe obſtrinxiſſe ſeruandam.

Chriſtum abſtinentiã vouiſſe probabile eſt.

Et confirmatur, quia præfata abſtinentia non eſt inutilis, non eſt odibilis: ſed per ſeſe eſt amabilis, & digna Chriſto, vt ieiunium, vigilia, &c. Ergo ſicut reliquæ hæ actiones fuere ab ipſo Redemptore noſtro voto Deo conſecratæ, ita pariter perpetuam carnium abſtinentiam, qua perfectiori modo ad finem tendimus, voto Deo conſecrauit. Huc etiam accedit, quia Apoſtolis conſuluit hanc abſtinentiam ſeruare, & vt quod fecit faciamus. Quid ergo obſtare poteſt, quo minus in hoc præiret exemplo, cum ad perfectiorem viam adiuuet, & nullam imperfectionem includat eius obſeruantia, quæ Chriſtum dedeceat. Certè videtur hic dicendi modus habere plurimum probabilitatis: neq; videtur aduerſari D. Thomæ, quia ipſe ſolùm docuit, non fuiſſe eamdem rationem vouendi in Chriſto, quæ in nobis eſt; atq; eſſe in eo peculiarem rationem, ſeu cauſam, ob quam voto non indiguerit, quod rectè probant rationes eius.

Verùm licet aſſeramus probabile eſſe, non tamen de facto, & abſolutè dicimus vouiſſe: cum nec D. Thomas, nec alij quamplures Doctores, quos vſq; adhuc perlegi, aliquid facti aſſerant: idq; conſultò eos pretermiſiſſe credo; propter rei incertitudinem. Conſilium ſiquidem ſanè à nobis eligendum, ne rem nouam, & incertam affirmare videamur, abſq; alicuius Patris patrocinio. An de facto vouerit, nil affirmare, ſed affirmandum ſapientioribus relinquere; licet nos in affirmatiuam partem potiùs inclinati ſimus.

Sufficiat ergo in præſenti aſſerere, Chriſtũ probabiliter à principio abſtinentiam à carnibus coluiſſe, eamq; firma, & ſtabili voluntate ſibi probabiliter propoſuiſſe; & in diuinum honorem, & gloriam retuliſſe. Vnde fit, vt emi-

nen-

Digitized by Google

nenter habuerit quicquid perfectionis eſt in abſtinentia Deo per votum conſecrata, ſiue proprium, & formale votum emiſerit, ſiue non.

CAPVT XII.

Verum Beatiſſima Virgo, & Sanctiſſimus Ioſeph eius Sponſus carnem comederint, vel ab ea abſtinuerint.

52 OCcaſione cuiuſdam obiectionis alicuius ponderis,& momenti, qua pugnare intendunt contrarij probabilitatem noſtræ concluſionis, videbimus, num Sanctiſſima Virgo, & Beatiſſimus Ioſeph à carnibus abſtinuerint, cui dubio ſatisfaciemus reſpondendo argumento, quod ita formari ſolet.

Chriſtus Dominus, etſi pauperem vitam egerit, & matrem, de qua naſceretur, pauperem elegerit, vt adimpleretur, quod ſcriptum eſt quia *cum diues eſſet, pro nobis egenus factus eſt;* tamen non adeò inopem illam amplexus eſt, vt è mendicato viueret, præcipuo vſque ad trigeſimum annum, nam tunc in domo parentum,& ex eorum bonis, vel laboribus alebatur, prout ipſi vſualem cibum porrigebant: nec credendum Mariam, & Ioſephum nunquam carnibus vſos fuiſſe, eò quia licèt Ioſeph artem fabrilem exercuiſſet, non tamen inops taliter erat, vt mendicaret, & eleemoſynas quæreret, ita vt nunquam carnium cibos habere potuerit; huiuſcemodi enim artifices non miſerrimè viuunt: igitur Chriſtum, qui vnà cum Ioſepho, & Maria Virgine matre eius comedebat, fatendum eſt eos cibos comediſſe, quos, & parentes comendabant; In quorum menſis, an aliquando carnes appoſitæ fuerint, eaſque comederint, nulli rationabiliter dubitare licebit.

Maria,& Ioſeph pauperem vitã duxerunt, ſed non è mendicato vixerunt.

Sed reſpondetur argumento dicendo quod licet expreſsè nihil ſcriptum reperiatur de Sanctiſſima Virgine, & Beatiſſimo Ioſepho, iuxta quod infallibiliter aſſerere poſſemus ipſos abſtemios fuiſſe,& à carnibus abſtinuiſſe ex Sacris Scripturis: nihilominus conſiderata eorum qualitate, ſanctitate, & perfectiſſima viuendi ratione, quàm præcipuè ad ſanctitatem augendam in hac vita Beata Virgo habuit, illud aſſerere, non erit improbabile.

Maria imitata eſt Chriſtum in modo viuendi.

53 Et generaliter probari poteſt, quia perfectiſſimus ſtatus hominis, vtramq; vitam actiuam ſcilicet; & contemplatiuam complecti debet, vt D.Thomas docet 2.2. q.186. art.6. & pr. p. q. 40. art. 1. ad 2. vbi hanc viuendi rationem dicit Chriſtum aſſumpſiſſe, & inde maximè decuit matrè imitari filium, docent quamplures Doctores: ſi igitur in ratione, & modo viuendi fuit Chriſto ſimilis Beata Virgo,& Chriſtus carnibus vſus non eſt, Sanctiſſimam quoq; Virginem ab illis abſtinuiſſe opinamur. Inſuper cum inter eamdem Virginem, & Ioſephum fuerit ſumma concordia, & omnimoda æqualitas in operibus vitæ, dicendum probabiliter ſequitur tam Ioſephum, quàm Chriſtum, & Mariam matrem eius carnem non comediſſe.

Sed quoad Beatam Virginem ſeorſim conſideratam, magis probari poteſt eius abſtinentia: nam ſi D. Thomas dixit bonam eſſe abſtinẽtiam, vt homo reddatur habilior ad ſpiritualia contemplanda,& perfectionem vitæ contemplatiuæ duo potiſſimũ pertinere videantur; alterum quaſi diſponens, & præparans, ſcilicet corporis mortificatio, ieiunium, abſtinentia, & carnis afflictio. Alterum, in quo propria huiuſce vitæ ratio conſiſtit, ſcilicet vnio mentis ad Deum, & charitatis, & contemplationis perfectio. Et inter eos, qui perfectiſſimè vitam contemplatiuam amplexi ſunt excellentiſſima, & præcipua diuinarum rerum contemplatrix fuit Beatiſſima Virgo: igitur duo illa relata ad contemplationem neceſſaria, exercuit, & quicquid ad contemplationem impedimenti, quoquomodo eſſe poterat, vitauit: ſed tales ſunt carnes, cum earum abſtinentia bona, & vtilis ſit ad ſpiritualia contemplanda (vt latè dicemus tract.7.) & illarum eſus retardat animum ad ſe ſupra ſe ſubleuandum: ergo Beatiſſima Virgo, quæ nunquam remiſsè, ſed velociùs de die in diem in tota ſua vita (ſine eo, quod vitæ actiuæ obliuiſceretur de qua nil dicere oportet, cum non ſit huius mei inſtituti) in contemplatione proficiebat, & alijs præcellebat, ac per conſequens dicere poſſumus, quod abſtinentiſſima fuit: & aſſerere ipſam Virginem carnium ingluuiem vitaſſe neque indecens, neque incredibile mihi eſſe videtur, quamquam ſcriptum expreſsè, ſeù explicitè non reperiatur.

Inſuper Beatam Virginem toto tempore vitæ ſuæ dediſſe operam contemplationi, patet illo breui diſcurſu facto à doctiſſimo Suarez. a Vbi in tria potiſſimum tempora totam Deiparæ vitam diuidit, primum dicit, quod protenditur vſque ad filij conceptionem, quo tempore in templo habitaſſe dicit, ibique diuinæ contemplationi potiſſimum vacaſſe, & in diuinis laudibus ſuam tranſegiſſe vitam vſque ad annos deſponſationis ſuæ. Erat enim in templo locus accommodatus, in quo poſſent Virgines Deo dicatæ tutæ habitare, vt expreſſiùs, quam alij, indicauit Ambroſius c & colligi poteſt ex 2. Machabeorum d in verbis illis: *Sed & Virgines, quæ concluſæ erãt procurrebant ad Oniam.* Et Exodi e fit mentio mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi. Quod ex pleriſque alijs Scripturæ locis probari poteſt. In hoc ergo anno vſque ad nubiles annos ſoli Deo vacans, & forma virtutis effecta permanſit, vt Ambroſius dicit. f Quos enim Deus ſibi ſingulariter conſecrat ab infantia, ſeparat à cura ſenſibilium rerũ, vt ſibi liberiùs vacare poſſint, quod in multis, & præſertim in Ioanne Baptiſta cernimus, & multò perfectiùs credendum eſt, hoc eſſe conceſſum Virgini.

a *3.p.q.38. art.4. diſp. 18.*

c *Lib.2.de Virg.*

d *Cap.3.*

e *Cap.38.*

f *Lib. de Virg.*

54 Sed quæritur, quo cibo in tempore tàm mirabi-

rabi-

Digitized by Google

rabilis contemplationis in eo ſanctitatis loco veſcebatur Virgo Sanctiſſima? Reſpondent graues Auctores, quos etiam refert Suarez g toto illo tempore accepiſſe Virginem cibũ miniſterio Angelorum, quod ex Hieronymo epiſt. ad Eliodorum refert, & Bonauentura opuſc. Meditationum Chriſti cap. 3. idem aſſerit his verbis: *Beatiſſima Virgo, quando in templo morabatur vitam ſuam valde ordinatam ducebat, hancque ſibi regulam ſtatuerat, vt à mane vſque ad horam tertiam orationi inſiſteret. A tertia vſque ad nonam operi manuum intendebat. A nona verò adhuc orationem ſuam iterum incipiebat, à qua non recedebat, quouſque illi Angelus appareret, de cuius manu eſcam accipere ſolebat*, &c. Et Gregorius Nicomedienſis homil. de oblatione Virginis in templo, idem aſſeruit dicens: *Ambroſiam nutrimentum per Angelum accipiebat Virgo, & de eſca, quam de manu Angeli accipiebat, ipſa reficiebatur, quam verò à Pontificibus templi accipiebat, pauperibus erogabat. Quotidie videbatur et Angelus loqui, & quaſi cariſſima ſorori, vel matri obtemperabat*, &c. Et Cedrenus in compendio hiſtoriæ ſimul cum citato Gregorio Nicomedienſi idem prorſus affirmat his pulcherrimis verbis: *Tu autem o homo admirabilem, & nouam in templo viuendi rationem audiens virginis, noli de eo dubitare, noli examinare ratione ea, quæ capere non poteſt cogitatio: Vides ipſum Dei Verbum modo ineffabili habitaſſe in eius vtero, & contendes, fuerit ne alimentum, quo nempe Maria veſcebatur, materiale, an expers materiæ*, &c. Et certè rationi conſonum eſſe videtur: nam quid mirum obſecro, cum Maria à nullo Illuſtrium virorum ſuperetur in donis, & priuilegijs; imò ſola ipſa omnes collectiuè antecellat, vt clarum eſt. Etenim Palladius, qui ſub Theodoſio Maiore vixit inter Sanctos Eremitas abbatem Apollo recenſet, *Qui cum ſacris precibus noctes, dieſque fuiſſet intentus nutrimentum quotidianum de manu Angeli accipiebat*. Idẽ de Ancephio Abbate aſſerebat. Quid ergo mirum, & nouum de Maria? facile ait Suarez, credi poteſt, nam ſimile priuilegium conceſſum legimus longo vitæ tempore Paulo primo Eremitæ: fuiſſe ergo conceſſum Beatæ Virgini, & præſertim tempore, quo vitam tantum contemplatiuam profitebatur, ne vel minimum de illius cura remitteret, vt corpori neceſſaria curaret.

g Loc. ſupra cit. diſput. 7.

Angelus in templo non afferebat Maria carnem.

Nunc ſi mihi videatur credibile in templo Beatam Virginem carnem non comediſſe, quid mirum? non enim, vt arbitror carnem Angelus Mariæ afferebat. Sed quid ſi quæras? fortaſſe dicerem panem ſolum Angelum illi ſubminiſtraſſe, vti alijs Eremitis eueniſſe ſcimus, & præcipuè Paulo; vel aliud alimentũ manu Angelica pręparatum, quo vitam Deipara ſuſtentaret, & non carnium delicias haberet, quæ à contemplatione retardant animum, & ad ſuſtentandam vitam minimè neceſſaria ſunt, vt infra dicemus.

55 Secundum tempus durauit ab Incarnatione vſque ad Aſcenſionem Domini: quo in ſtatu excellentiora opera vtriuſq; vitæ exercuit, tum quia maiori ſemper gratia, & ſanctitate pollebat; tum etiam quia maiorem opportunitatem perfectius operandi nacta eſt. Sed quæ ad vitam contemplatiuam pertinet, plurimum ad perfectionem eius contulit præſentia filij, qua ſemper fruebatur, & ad illum amandum non tantum gratiæ, ſed etiã naturæ impetu ferebatur, vt rectè a notauit Anſelmus, *Accedit quod ſedens ſecus pedes filij audiebat Verbum illius: nunquam enim ferè a filio diſcedebat: propter quod Epiphanius* hæreſi 78. eam vocat, *perpetuam Ieſu ſectatricem*. Quod ſi audiendo verba Simeonis, vel aliorum, cuſtodiebat ea conferens in corde ſuo, quid audiendo verba filij effeciſſe exiſtimandum eſt? Certè non audeo negare in tanta diuinarum rerum contemplatione non eſſe miris laudibus Beatam Virginem extollendam in ſua admirabili abſtinentia, quæ ad contemplationem valde vtilis eſt.

Maria amabat Chriſtum gratiæ, & naturæ vi.

a *Lib. de excell. Virgin. cap. 4.*

Imò ex alio capite abſtinentiſſimam fuiſſe Beatam Virginem arbitramur, iuxta D. Thomæ doctrinam, qui non ſolùm dixit abſtinentia deſeruire ad ſpiritualia cõtemplanda, verum quoque ad carnales motus compeſcendos apprime vtilem eſſe. Qua ratione ſi dicamus Beatam Virginem abſtemiam fuiſſe, non erit abſurdum: ipſam enim ſcimus votum perfectum caſtitatis, & virginitatis emiſiſſe, vt docet D. Thomas, b vbi ait *Abſolutè Dei genitrix virginitatem vouit antequam ab Angelo nunciaretur*. Et D. Gregorius Niſſenus c ſic ait, *Quoniam Deo dicatam, & conſecratam carnem, veluti ſanctum quoddam donarium intactam ſeruari oportebat idcirco*, (inquit, Virgo Angelo,) *licet Angelus ſis, licet à Cælo venias, licet quod oſtenditur naturam ſuperet humanam, tamen me hominem cognoſcere nefas eſt*, &c. Eſt communis Doctorum doctrina.

Maria vouit Virginitatem.

b 3 p. q. 28. art. 4. ad 1.

c *Homil. de natiuit. Domini.*

56 His ſuppoſitis dico, quod vt tale votum perfectiùs ſeruaretur, inconſonum rationi non erat, abſtinere Beatam Virginem à carnibus. Nam licet ipſa fomitem haberet nedum ligatum, ſed totaliter extinctum, & eſſet quaſi in ſtatu naturę integrę, in quo nõ indigebat afflictione, & ſuæ carnis maceratione ad caſtitatem ſeruandam; nihilominus tamen probabiliter iudico vſam fuiſſe his, & alijs corporis afflictionibus, vtpote de ſe melioribus, & cæteris paribus, & ſtatui naturæ lapſæ magis conſentaneis, & etiam reſpectu aliorum, oportebat, vt eam iniret viuendi rationem, quæ ſecundum ſe melior erat; ſicuti etiam in Chriſto Domino, qui multò magis omni fomite carebat, vſu eueniſſe conſpicimus, vt nos hortatur Paulus. d *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris*. In tali igitur tempore admittere præfatam abſtinentiam in Beata Virgine nefas non erit, cum nec ex Scriptura, nec ex Patrum doctrina contrarium conſtet.

Maria abſtinuit fortaſſe à carnibus pro Virginitate ſeruanda.

d 2. *Cor.* 4.

Tertium tempus durauit vſque ad Beatæ Virginis

ginis obitum, quo tempore cæleſtem quamdam vitam egiſſe nemo pius negare, aut dubitare poterit. Vnde, vt eſt apud Nicephorum e poſt Chriſti mortem in Ioannis domo habitauit, priuatamque & ab hominum conſortio ſemotam vitam egit, vbi in filij abſentia perpetua Illius conſideratione, & charitate compenſabat. Vnde Laurentius Iuſtinianus f de hac ætate Deiparæ loquens, inquit, *Nullus ardorem Virginis ſufficit explicare, quanto deſideriorum cremabatur incendio, quàm crebris ſuſpirijs augebatur,* &c. Quæ eleganter proſequitur. Et Rupertus g magnam eius partem in explicanda altiſſima Virginis contemplatione ponit, & præcipuè explicans illud cantic. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat:* De Maria optimè exponit, & inter alia dicit: *Multarum quoque animarũ fuit, & eſt non ſolum ſecundum ſimilitudinem otio ſancto dormire, id eſt à terrenis curis vacare, & in cæleſtibus per contemplationem, corde vigilare: verum etiam eodem modo, quo & Iacob dormiuit, ſecundum corpus dormire, & ſecundum animam cæleſtia videre. Sed ô Cælum Dei, vnica ſedes Domini in vtroque vigilandi modo cunctis mortalibus ſiue terrenis hominibus longè eminentior extitiſti, longè ſtudioſior ad contemplandum eum, in quem deſiderant Angeli proſpicere atq; aptior fuiſti.* Hæc ille: Et quamplures alij Doctores aſſerunt, quod eius vita fuit continuata contemplatio. Si tanta ergo fuit Virginis contemplatio, vſq; ad vltimum vitæ terminum, quis dubitat pari mẽſura metiẽdã eſſe eius perfectiſſimam abſtinentiam: non enim veriſimile videtur, vitam quam putamus à principio fuiſſe amplexam, in abſentia poſtea filij reliquiſſe, quin potiùs credendum continuò in illa creuiſſe.

e *Lib. 2. hiſ. cap. 3.*

f *Serm. de Aſſumpt.*

g *Lib. 5. in Cant.*

Maria abſtinuit à morte Chriſti vſq; ad ſuæ vitæ finem.

57 Sed apertius noſtram opinionem confirmat D. Ambroſius, h qui de omni tempore loquens, nõ caruiſſe Virginem perfectiſſimo exercitio virtutum ad vitam actiuam pertinentium oſtendit: & inter alia hæc aurea verba profert. *Quid ego exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum ſupra naturam ſuperfuiſſe, alterum penè ipſi naturæ defuiſſe? Illic nulla intermiſſa tempora, hinc congeminatos ieiunio dies, & ſi quando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret.* Hucuſque Ambroſius. Si igitur Eccleſiæ Sanctæ tam fideliſſimus Doctor de tota vita Virginis generatim loquens de abſtinentia eius tam mirabilia verba protulit, quis noſtrum dubitare præſumet, vbi ille explicitè docet? ſi cibus, quem ſumebat, quaſi non ſufficiebat naturæ, quomodo affirmare audebimus eam carnem comediſſe? Carnes enim vltra ſufficientiam computantur. Si duorum dierum ſpatio, & tempore refectionis pro vita ſuſtentanda, & morte fugienda, reficiebatur. Quomodo audebit aliquis aſſerere, Beatam Virginem ventris delicias fuiſſe ſequutam. Carnes enim ad ſuauitatem, & delicias comparandas fuiſſe inuentas, diximus cap. 1. Quare probabilior mihi proculdubio videtur, & magis pia opinio aſſerentium, quod carnibus Virgo Dei Mater in eſum minimè vſa eſt vnquam.

h *Lib. 2. de Virg.*

Quod ex D. Thoma confirmari poteſt, qui conſilia i omnia aliquo modo à B. Virg. originẽ traxiſſe, oſtendit, his verbis. *Sicut gratiæ plenitudo perfectè quidem fuit in Chriſto, & tamen aliqua eius inchoatio præcedit in matre, ita etiam obſeruatio conſiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfectè quidem incæpit in Chriſtô, ſed aliquomodo fuit inchoata in Virgine matre eius.* Sed abſtinentia à carnibus cadit ſub conſilio, & nedum in præſenti à varijs religionibus, & quàm plurimis Chriſti fidelibus, ſed olim etiam à Chriſti Diſcipulis fuit tale conſilium obſeruatum, (vt tractatu ſequenti conſtabit) ergo obſeruationis eius inchoatio præceſſit in Maria, & ſic abſtinentiſſima fuit.

i *3. p. q. 28. art. 4. ad 2.*

Conſilia cæperunt aliquo modo ex Maria.

58 Inſuper cum ex omnium Doctorum conſenſu habeamus, Canticorum Librum de Beata Virgine exponi poſſe, vbi cæleſtis Spõſus eam, & laudat, & ſæpè alloquitur, viſum eſt non abre hic adducere illud ex cap. 4. deſumptum, quod abſtinentiam, & vtramque vitam Sponſæ manifeſtat, ait etiam ibi Sponſus. k *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem Myrrhæ, & ad collem Thuris: tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: Veni de libano Sponſa mea, &c.* Multa circa hæc verba Doctores dubitant, & adnotant, quæ tamen Sancti Patres indicant; ſic breuiter attingit Doctiſſimus Lanuza quidam ex recentioribus, & diſcurrit. Inducitur (ait) Sponſus in agro agens æſtiuo tempore circa meridiem, quando ſolis æſtus, & ardor viget; & ſicut qui tali tempore, in agro exiſtens fugiens æſtus ardorem, ſe recipit in aliquem temperatum locum, & vmbroſum, donec declinante die declinet etiam caloris vis: ita Sponſus ad locum ſimilem declinare intendens vſque ad veſperam, *Donec inquit aſpiret dies.* Vadam in meam recreationem aut in meum ſolarium. Et quo iturus eſt, vt illud capiat? *Ad montem Myrrhæ, & collem Thuris.* Inſinuat D. Hieronymus montem Myrrhæ, & collem Thuris partes quaſdam eſſe illius famigeratiſſimi montis Libani, qui quoniam eſt altiſſimus, eſt etiam vigente in inferioribus calore temperatiſſimus, eſt itidem latiſſimus multis montibus, aut monticulis potius, & collibus conſtans, in quorũ vno quoq; peculiare aromatum genus oritur, ſignificanter autem Myrrha probatiſſima in quodam monticulo illic poſito, & excellentiſſimum, aut mundiſſimum thus in quodam colle ibidem eminenti ex arboribus, & plantis illic naſcentibus oriuntur. Non ſolum eo ſe conferre vult Sponſus propter rationem dictam, ſed quia ibi Sponſa reſidebat, quam in Libano ipſamet inducit commorantem dum ait. *Veni de Libano Sponſa.* In monte igitur Libani morabatur illa ſignanter autem inter montem Myrrhę, & collem Thuris, quæ iteratos diſcurſos ab vno in alio agebat, & dum à monte Myrrhæ in collem Thuris illa progrederetur,

Mariæ abſtinentia, et mortificatio.

k *Cant. 4. 6.*

Digitized by Google

retur ecce ſponſus ſe dat illi præſentem, qui captus eius pulchritudine ad eam commendandam ſe conuertit dicens. *Tota pulchra es amica mea, &c.* Et eam ad coronam aduocat. *Veni coronaberis, &c.* Hæc quidem ſecundum corticem literæ verba ſignificant, Sanctus Gregorius. l Myſterium grande reconditum conſiderat: Certum eſt ſiquidem Myrrham, quæ amariſſima eſt guſtui, & à corruptione præſeruat ſignificare carnis mortificationem, quæ fit per varia pœnitentiæ opera ſignanter autem per abſtinentiam, & ieiunium, quæ carni quidem Myrrhæ inſtar amariſſima ſunt, ſed per illa ſeruatur tam ab illa corruptione temporali, quam concupiſcentia ſuis motibus excitat, quam ab ea, quam æternam carnes incurrent. Mons autem Myrrhæ non quamcunque mortificationem, ſed grandem, & excellentem in modum montis eleuatam ſignificat, & deſignat, qualis mihi illa videtur, quæ vt docuit D. Ambroſius citatus in Beata Virgine vera, & celeſti Sponſa, talis erat, quæ vix ſufficiebat naturæ: Similiter thus orationis feruidæ eſſe ſimbolum apertè ille expreſſit, qui dixit. *Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Et nomine collis Thuris, non orationem quomodocunque feruentem, ſed excellentem eleuatiſſimamque indicat, qualem fuiſſe in Virgine Sancta ab omnibus confiteri debet.

l In cap. 4. Cant.

Myrrha mortificationem ſignificat.

Montis Myrrhæ, & collis Thuris ſignificatū.

Maria excelluit in oratione.

59 Supponitur ergo primò Sponſa à monte Myrrhæ procedens ad collem Thuris, quia Beata Virgo non procedebat, nec ſe eleuabat ad orationem, niſi præmiſſa, & comitante Myrrha validæ mortificationis carnis. Hæc enim, quia grandis eſt ad grandem orationem diſponit, & aptat. Deinde Sponſa, quæ tali oratione orat, quaſi in colle Thuris poſita, ſtatim ad ſui clamoris vocem, Sponſum ſentit preſentem, qui ſe illi coram exhibet illud complens. *Tunc clamabis, & dicit: Ecce adſum.* m Iſaia ad victoriæ coronam vocans, ideſt complens, & ſatians deſiderium, & dicens. *Tota pulchra es amica mea, &c. Veni de Libano, Veni coronaberis.*

m Cap. 8.

Et notanter dixit Sponſus. *Ad montem Myrrha, & collem Thuris.* Et non è contra, vt puta ad collem Myrrhæ, & montem Thuris, vt ſignificaret ſuæ Sponſæ virginis firmiſſimam, & perſeuerantem abſtinentiam, cui montis ſignificatum tribuit: Et non collis, quia in abſtinentia, & afflictione corporis erat Virgo Sanctiſſima conſtans, & perpetua. Significatum verò collis tribuit orationi ſignificans Virginem Sanctiſſimam fuiſſe in oratione, & præcatione humiliſſimam. Nam ſicut altitudo montis eminentiam ſignificat magnanimitatis, ita mediocritas collis humilitatem; quæ omnia perfectiſſimè fuiſſe in Maria credimus. Sic faxit Deus, vt à monte Myrrhæ ad collem Thuris cum Virgine procedamus omnes. Nam ex abundanti menſa, & ſplendido conuiuio, non ad orandum, ſed potius ad idololatrandum procedere ſolent homines, quod facilius vitatur per carnis abſtinentiam, & eo facilius, quo perſeuerātior, & firmior erit ipſa abſtinentia.

60 Ex his deniq; omnibus ſupra relatis inſero probabiliter, quod pariter Ioſeph eandem abſtinentiam ſeruauit ex duplici titulo; Ex caſtitate ſcilicet, & contemplatione. Primo quia, vt eſt communis Doctorum opinio, fuit Ioſeph caſtitatis, & virginitatis voto adſtrictus. Sic docet Petrus Damianus ad Nicolaum Papam. *Eccleſiæ fides in eo eſt, vt non modo Dei para, verum etiam putatiuus Pater, atque nutritius Virgo habeatur.* Illudque ex communi voluntate, & conſenſu ſtatim iterum poſt deſponſationem emiſerunt, vt expreſſum videtur in cap. Beata Maria 27. q. 2. ibi. *Quod Virgo corde conceperat ſimul cum viro labijs expreſſit, & vterque in virginitate permanſit.* Et Albertus Magnus ſupermiſſus eſt hoc idem explicans dicit. n *Factam fuiſſe inſpirationem diuinitus vtrique de altero ſcilicet Virgini, & Ioſepho, quod vellet vterq; Virgo manere.* Sic Bernard. Senen. & quam plures alij, ergo vt tale votum perfectius ſeruaretur, & à motibus concupiſcentiæ ſuauiter, & facillime liber euaderet: indecens non erit affirmare, & probabiliter opinari ipſum à carnibus abſtinuiſſe, vt de Beata Virgine diximus.

S. Ioſephū probabile eſt abſtinuiſſe à carnibus.

Ex caſtitate, & virginitate.

n Cap. 38.

Secundo alio ex capite, ſcilicet ex contemplatione probatur, quia Ioſeph erat contemplationi deditus, & ad perſeuerandum in hac virtute, & in alijs abſtinentiam eſſe vtilem non ignorabat. Sicut igitur ex contemplatione iudicauimus Beatam Virginem fuiſſe abſtinentiſſimam pari iudicio arbitramur de Sanctiſſimo Sponſo Ioſepho, qui nunquam à contemplatione ceſſauit, vt ait Iſolanus. o *Deo ſemper adſtat chorus Angelorum, quorum nonnulli in miniſterio mittuntur propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis. Putas ne Ioſeph Chriſti præſentiam ſiue in infantili ætate, ſiue in puerili, ſiue in adoleſcentia, ſiue in iuuentute ſponte aliquando deſeruiſſe. Eidem pariter Chriſto deſeruiebat magno cordis iubilo, etiam propter eos, qui hereditatem accepturi erant ſalutis; quare conſequitur, vt vitam contemplationi Chriſti Dei addictam duceret, qua abſens quoque pro varijs rerum familiarium negotijs mente fruebatur, vt angelica duceret in eo conuerſatio, &c.* Simili ergo ratione abſtinuiſſe Ioſephum à carnibus, quæ à contemplatione animum retardant arbitramur feruidus enim erat, & contemplator eximius, ac per conſeq. etiam valde abſtinens, & pænitens.

Ioſeph abſtinētia ex contempl.

Item ex contemplatione.

o Prim p. cap. 16. ſ. 21. p. 2. poſt medium.

61 Vlterius ex alijs duobus capitibus probabilitatem noſtræ opinionis oſtendimus ex amore ſcilicet, & familiari cum Maria conuerſatione: Ex amore; nam inter Mariam, & Ioſephum, & Chriſtum ſingulare vinculum mutui amoris interceſſit, ac perfectiſſimæ amicitiæ, quæ intrinſecæ oriebatur ex dignitate, & ſtatu, ad quem Ioſeph aſſumptus eſt, vt docet Archiepiſcopus caput fontium. p *Quod autem fides hæc Sancti Ioſephi per dilectionem formata operata fuerit ex eo facilè colliges, ſi tecum reputes, quantum*

Item ex amore cum Virgine inenarabili.

p Lib. de Vir. Mar. fol. 251. in medio.

puerum,

puerum, quantum eius matrem amauerit, dilexerit, quibus tam diligenter tot annis ſeruiuit &c. Et de mutuo amore, quo ſe ad inuicem, & ſimul proſequebantur ait Buſtus.

q 4. p. ſer. 12. fol. 157. col. 4.

q *Inter Mariam enim, & Ioſeph fuit amor indicibilis, & ſanctiſſimus, nam poſt Chriſtum filium ſuum nullum hominem, vel creaturam aliam, ita amauit Virgo piiſſima, ſicut Ioſeph, & ſimiliter Ioſeph Beatam Virginem ſuper omnes puras creaturas dilexit.* Hæc ille: pertinet autem ad perfectionem, & ſanctitatem vxoris, non ſolum, vt virum ſuum diligat, ſed vt omne bonum preſertim animæ illi exoptet, & procuret. *Probatio enim amoris exhibitio eſt operis.* Sed Beatiſſima Virgo in omnibus fuit perfectiſſima, Ergo etiam in hoc amore excelluit, & ipſi viro procurauit, vt omne bonũ ducens ad perfectionem amplecteretur, ſed abſtinentia à carnibus eſt alterum ex præfatis bonis, cum per eam facilius ad perfectionem perueniatur, ergo eam fore à ſanctiſſimo viro ſeruandam ſuaſit piiſſima Sponſa, & Virgo, ac illam perconſequens ambo ſeruarunt.

Item ex conuerſatione.

62 Item ex alio capite nimirum de conuerſatione amborum. Certe ſilentio magis, & magis meditatione, ac denique magis contemplantis animæ ardenti flamma illam conſiderare, quam explicare poſſumus; idque non mortalium hominum, ſed Beatorum, & Angelorum linguis eſſet relinquendum de qua agens Iſolanus ait. r *De Conuerſatione ibidem Beatæ Virginis tacendum cenſeo, quæ eodem igne Sancti Spiritus à fideli contemplatore animaduerti poterit, fuit enim Teſte D. Hieronymo, Ioſephi, & Beatæ Virginis ſocietas floridus, & prorſus immaculatus affectus; Virginem namque Beatiſſimam ſanctitatis angelica habere, illam videre cum illa morari, & cum eadem operari illi conuiuere, & illi conuiuari, adſtante filio Dei, ara eſt, cæleſtis exultationis, & tripudij eſt* &c. Illa erat enim eorum conuerſatio planè cæleſtis, vt docuit Rupertus de gloria, & honore filij hominis ſuper illa verba Matth. 1. *Ioſeph fili David.* ſ *Tota* (inquit) *horum coniugum ſiue coniunctio fuit cæleſtis, & Spiritus Sanctus amborum coniugalis amor, quorum vtique conuerſatio erat in Cælis* &c. Cui cæleſti conuerſationi accedit frequens, ac diuturna familiaritas inter Ieſum, Ioſephum, & Mariam, morum ſimilitudo, & cohabitatio abſque vlla occaſione diſſidij, & ritæ, quæ non poteſt non parere ſummum quendam amorem, & beneuolentiam mutuam, ſed ſi Chriſtus abſtineret à carnibus vna cum Beata Virgine matre eius, & Ioſeph è contra carnibus veſceretur non eſſet inter oẽs familiaris, & æqualis conuerſatio, nec morum ſimilitudo, ſed potius diſſimilitudo, & diuerſitas comedendi, qua in eadem domo faciliter poſſent diſſidia moueri, quod non eſt aſſerendum in domo ſanctitatis, vbi Sanctus, & Sancta Sanctorum habitabat.

r 2. p. cap. 13. in fine.

Maria, & Ioſeph cæleſtis cõuerſatio.

ſ Lib. 1.

His omnibus ergo ductus rationibus, ſeu potius congruentijs abſtinentiam Beatiſſimæ Virginis, & Sanctiſſimi Sponſi Ioſeph prædico. Et licet non id firmiter aſſeram, (cum nihil de carnium eſu explicite ſcriptum reperiam) tamen abſtinuiſſe probabiliter iudico, non ea ratione, qua argumentum contrarium ſupponit, ſcilicet propter inopiam, ſed quia quamplures iam allatas, & afferendas vtilitates cauſat.

CAPVT XIII.

Argumenta prioris ſententiæ proponuntur, & ſoluuntur.

63 Arguitur primò Chriſtus magis prædicauit perfectionem vitæ, quam Ioannes, ſed Ioanes duxit vitam valde auſteram, vt incitaret homines exemplo ſuo ad vitæ perfectionem, quia vt dicit Chriſoſt. t *Erat mirabile in humano corpore tantam pænitentiam videre, quod & Iudæos magis attrahebat.* Ergo videtur, quod magis Chriſtus habere debuit auſteritatem vitæ, quæ maximè eſt ad hominis perfectionem in ſtatu naturæ lapſæ propter vincendas cupiditates perutilis.

t Hom. 10. in Matth. ante medium t. 2.

Reſpondetur, quod fuit Ioanni conueniens ſeueram illam auſteritatem ſeruare, quia nullum aliud habebat teſtimoniũ, Chriſtus autem ex miraculis habebat teſtimoniũ, etiamſi nunquam ieiunaſſet, ideo nunquam fuit ſibi illa vitæ auſteritas neceſſaria, ſicut Ioanni ſic dicit Chryſ. *Ioannes præter vitam, & Iuſtitiam nihil plus oſtendit: Chriſtus autem, & à miraculis teſtimonia habebat; dimittens ergo Ioannem Ieiunio fulgere: ipſe contrariam inceſſit viam; ad menſam intrans publicanorũ manducans, & bibens.* Cum autem dicitur, quod Chriſtus debuit oſtẽdere perfectionem vitæ pluſquam Ioannes, dicendum, quod ita eſt, & ita fecit, ſed perfectio vitæ non conſiſtit in cibo, & potu, ſed in virtute, & charitate, ad quam conſequendam ipſa auſteritas vitæ nõ eſt propter ſe neceſſaria, ſed vt medio, quo perfectio, & charitas facilius acquiritur. Sic Chriſtus magis docuit perfectionem, quam Ioannes, ad quam licet auſteritas multum conferat, & ad illam efficacius conſequendam, quodammodo neceſſaria ſit, non eſt tamen ipſamet perfectio, nec ad perfectionem propter ſe neceſſaria, ſed vt ſolum medium ad facilius conſequendam. Verum ſi de hoc medio, ſcilicet de auſteritate aliquid remittatur viuendo magis communiter, quã Ioannes intra tamen terminos perfectæ abſtinentiæ perſeuerans, vel quia Charitas Dei, & proximi id poſtulat, vt accidit Chriſto, vel quia adhibentur alia media, quæ indicantur magis neceſſaria, & oportuniora in aliquo ſtatu, cõſiderato fine, & actionibus eius, quæ non poſſunt omnia cum ſumma illa ſeueritate coniungi, hominum fragilitate ſpectata: Hæc videlicet auſteritatis diminutio nihil remittet de perfectione ſtatus, ſed ea nõ obſtante tanto poterit eſſe maior perfectio, quanto & finis vitæ perfectior, & media ad ea ob-

Ioannis Babt. pænitentia.

Auſteritas cur Ioanni conueniẽs, nõ Chriſto.

Chriſtus perfectionẽ magis quã Ioannes docuit.

Digitized by Google

ea obtinendum magis ſunt proportionata: Si verò perfectio vitæ in auſteritate illa ſimpliciter conſiſteret, potiùs quam in communi abſtinentia, & quadrageſimali obſeruantia, aliiſque rebus: Chriſtus illam exercuiſſet auſterius, quam Ioannes, ſed quia conuerſare habebat cum hominibus, abſtinentiam, quam opinamur exercuiſſe ſatis ſuperque fuit.

Ioannis auſteritas qualis et immitabilis.

64 Quod autem dicit debuiſſe Chriſtum incitare ad auſteritatem ſuo exemplo. Dico in primis, quod ipſa auſteritas non erat ab omnibus imitabilis, cum Io. Baptiſtæ vita nil aliud fuerit, quam vnicum, & perpetuum ieiunium vnde Ambroſ. u ait: vitam eius ſuperaſſe naturæ limites, quia, *Vita humana poſſibilitatem continentia ſupergreſſus fuerat non homo, ſed Angelus appellatus eſt: dicitur ergo Ioannes veniſſe non manducans, neque bibens, non quia nihil manducaret omnino, ſed quia vix humano cibo, & qui ad hominem alendũ ſufficeret vteretur*, x vnde Matthæus dicit: *Eſca eius erat locuſta, & mel ſylueſtre*. In quo cibo exponendo licet Sancti Patres varij ſint; omnes tamen conueniunt fuiſſe cibum auſterum, & vilem in ſuauem, & amarum vt notarunt Auguſt. ſer. 55. de tempore Chriſoſt. Euthimius, & Ambroſius in Matth. & Lucam cap. 3. & alij, quos refert Suarez citatus ſupra.

u *Lib. de Elia, & Ieiun. c. 3.*

x *cap. 3. 4.*

Deinde dico Redemptorem noſtrum primario dediſſe nobis exemplum moderationis, & temperantiæ in ciborum quãtitate, quia parcus efficaciter fuit, quatenus parcitas, ſeu temperantia per ſe eſt ad virtutem neceſſaria. Nam cum hæc temperantia ſit propter ſe amanda, & obſeruanda non potuit in Chriſto non eſſe vndequaq; perfecta. Item in qualitate cum diſcretione ciborum, vitam, quam communem appellauimus, & tenuiſſe probabiliter aſſeruimus, tanquam facile medium, quo expeditius perfectionem acquirimus, in exemplum nobis præbuit: iuxta quam vitam imitati ſunt eom homines, qui Chriſtianam fidem primo amplexi ſunt, & ſucceſſiuè vſque ad preſens, quam plures imitantur.

Chriſti teperantia, & abſtinẽtię exẽplũ.

Auſteritatis verò, & ſeueritatis exemplum dari à Chriſto non fuit opus, quia ipſe in ſe tali modo viuendi non indigebat, nec eſt danda in Chriſto, & in nobis par ratio neceſſitatis, ſed ſicut in ſtatu innocentiæ non erat auſteritas neceſſaria, quia quantum pertinet ad animi rectitudinem, & perfectum potentiarum omnium ordinem, atque integram ſubiectionem partis inferioris ad ſuperiorem; Chriſtus habuit pluſquam donum originalis iuſtitiæ, & impeccabilis fuit, & connaturaliter in omni virtute perfectus, & ideò non indiguit vitæ ſeueritate, aut pænitentia propter ſupradictos fines. Sicque ex hoc capite non oportuit ſummæ ſeueritatis, & auſteritatis exemplum preſtare hominibus. Verum quia non ſolum propter ſe, ſed magna ex parte propter nos plurimum virtutũ actus exercuit, eratq; doctor, & exemplar hominum, non omnino prætermiſit huius auſteritatis opera, ſed tempore oportuno quędam perfectiſſima, & eximia illius præbuit exempla, vt cum quadraginta diebus, ac noctibus ieiunauit, & cum circuiuit ita docens, vt non haberet vbi caput reclinaret. Quæ tamen exempla ita cum communi vita, & ordinaria moderatione coniunxit, vt pænitentiæ, ac ſeueritatis vtilitatem nobis oſtenderet, vt ſuo muneri prædicandi, ac leniter, & familiariter conuerſandi cum hominibus, vt eos ad ſe traheret; non deeſſet, & inde experti ſumus, quod nonnulli imitati ſunt Chriſtum etiam in auſteritatis exemplo, ita, & taliter auſteram vitam ſequentes, quod abſque vllo cibo, & potu toto quadrageſimæ tempore ieiunarint, vt præter alios fuit Sanctiſſimus Pater noſter Franciſcus de Paula, de quo Leonardus Leſſius lib. 1. Higiſtiacon, ſeù veræ rationis valetudinis bonæ &c. nu. 35. fol. 61. ait, *Sanctus Franciſcus de Paula abſtinentia admirabili pane enim, & aqua ſemel in die poſt Solis occaſum reficiebatur, vix aliquid obnoxij, quo veſci in quadrageſima licet, adhibens*. Et Gabr. Barrius dicit, quod Sanctus Pater noſter *Sanctam quadrageſimam totam abſque cibo, & potu tranſegit*. Quos Teſtes adduxi, quia ex noſtris non ſunt: hic enim aſſiſinatis filius eſt ille vero ex Societate Ieſu. (*Laudet te extraneus, non os tuum*) Ecce ergo, quã iuſtè cum appellauit Iulius II. *Ardentiſſimum noſtri Redemptoris imitatorem*.

Sanct. pater Franciſcus ad inſtar Chriſti ieiunauit totam quadrageſimã.

y *Lib. 2. fol. 103.*

SECVNDVM ARGVMENTVM.

65 ABſtinentia ordinatur ad continẽtiam carnis, dicit enim Oſea. a *Comedẽt, & non ſaturabuntur, fornicati ſunt, & non ceſſauerunt*. Chriſtus verò continentiam ſeruauit in ſe, & alijs ſeruandam propoſuit Matt. 19. b *Sunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum Cælorum*, Ergo Chriſtus debuit obſeruare auſteritatem vitæ, & diſcipulis illam imponere ſeruandam.

a *Ca. 4. 10.*

b *C. 19. 12.*

Reſpondetur negando fuiſſe neceſſariam Chriſto, & Diſcipulis ſuis ſeruare auſteram vitam ad continentiam tenendam, quia motus illiciti in Chriſto, qui in hominibus reperiuntur virtute ſuæ diuinitatis non erant, & eadem virtute poterat Chriſtus comprimere eoſdẽ motus (ſi vellet) in diſcipulis ſuis. Sed ſi nolumus dicere continuum miraculum in illis exercuiſſe, dico, quod ſufficit præbuiſſe illis exemplum, tam abſtinentiæ riguroſæ, ſcilicet auſteritatis in deſerto, quam quadrageſimalis abſtinentiæ, vt ſi vellent eam imitari poſſent motus illicitos euitare; qui in alijs hominibus per ciborum parcitatem frangũtur, quemadmodum accidiſſe credimus in Apoſtolis, qui nè dum ciborum parcitatem ſeruabant, verum à carnibus, in quibus adeſt venenum, & libidinis ſeminarium continuo abſtinebant; vt ſequenti tractatu dicemus. Imò ſi verba D. Hieronymi relata in Regula Monachorum conſideremus erubeſcemus certè negantes (ſi fuerimus) carnium abſtinentiã in Apoſtolis, ait enim ille Sanctus: c *Comedant*

Chriſtus virtute ſua diuinitatis comprimebat motus illicitos.

Carnium eſus ſeminarium libidinis.

c *Cap. 12.*

Digitized by Google

dant carnibus; qui carnibus ſeruiunt, quorum feruor deſpumat in coitum, & ibidem. Quod enim ſeminariũ voluptatũ eſt venenũ puta: eſt autẽ eſũ carniũ ſeminariũ libidinis. Hæc ille. Ablato igitur carnium eſu, auferetur libidinis ſeminarium, quod non tantum fugiebant Apoſtoli, ſed quodlibet calidum, quod pro incitamento ad illicita habebatur, euitabant.

TERTIVM ARGVMENTVM.

Ridiculum videtur, quod aliquis ſtrictiorem vitam incipiat, & poſtea ad laxiorem redeat; quia dicetur ei illud. d *Hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſumare* Chriſtus incepit vitam ſtrictiſſimam, quia ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, nihil comedens, ergo non debuit redire poſtea ad vitam communem, ſed auſteritatem ſeruare.

d *Luc. c. 14.30.*

66 Reſpondetur, quod non ieiunauit Chriſtus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, in quibus, vt ait Lucas nihil mãducauit, quaſi vellet iſtam vitam tenere, & poſtea non potens ſuſtinere declinauerit ab ea. Sed ideò ieiunauit, vt nobis aliquando exemplum daret; & vt dicit Beda, *Ieiunauit Chriſtus, ne præceptum ieiunandi declinaret, manducauit cum peccatoribus, vt gratiã cerneres, & agnoſceres poteſtatem.* Suo igitur ieiunio ad ieiunandum ſuadet, *Ne nos Chriſtiani delicati milites ſimus.* (Vt verbis Chriſoſt. vtar.) *Et ſine pugna vincere, & ſine certamine triumphare nos poſſe putemus.* Pugnat cum Diabolo Chriſtus, vt nos cum eodem fortiter præliemur, ieiunat ipſe in deſerto, vt nos ieiunio armati ad tentationes ſuperandas procedere, ne dubitemus; nam cuius exẽplo erudimur, eius quoque auxilio munimur, ieiunauit ad tempus; ergo ne incredibile nobis ad imitandum videretur, ſed in omnibus ſemetipſum præbuit in exemplum, vt videatur dicere cuilibet, *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* Item ſciens Chriſtus, quod Adam primus noſter parens in terreſtri Paradiſo victus remanſit comedendo, voluit à Diabolo in deſerto per abſtinentiam victoriam auferre, vt quod perdiderat, humanæ naturæ reſtitueret. Audi aurea verba Io. Damaſceni: e *Tentatus eſt Dominus, ac ſuperauit, vt nobis victoriam compararet, naturæque noſtræ frangendi aduerſarium, vim tribueret; quo videlicet natura iam prius victa per eoſdem impetus, per quos victa erat, victoriam ei, qui olim vicerat, extorqueret.* Hæc ille; Non enim in deſerto auderet Diabolus Chriſtum tentare; niſi ita abſtemium cognoſceret, quod famelicum inſpiceret. Sic enim Chriſtus ſe expoſuit ad tentandum Diabolo, vt tentatoris cõfunderetur præſumptio, dixit Sanctus Cyprianus de op. Card. & Sanctus Petrus Griſol. *Tunc Chriſtum (dixit) poſſe tentari putauit, quando eum eſurire callidus aduerſarius inſpexit.* Et Theodor. *Vidit hoſtis famem, & victoriã ſperauit, pugnemque confidenter aggreſſus eſt; Atque Adamum putauit ſe videre, vbi famis paſſionem cernit.* Vt igitur exemplum daret, & opprobrium, quod acceperamus comedẽdo, Chriſtus auferret, auſteritatem illis diebus, & noctibus ſeruauit, & vim præſtitit nobis illud idem ſuo ieiunio auferẽdi, vt exulantes per eſum à Paradiſo per abſtinentiam ad illud tandem reuertamur.

Cur Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus, & noctibus.

e *Li. 3. de fide ca. 10.*

67 Addere poſſumus voluiſſe ieiunare illis quadraginta diebus, & noctibus, at ieiunium, quod ab Eccleſia ſucceſſu temporis per quadrageſimam in toto terrarum orbe obſeruari mãdaretur exemplo ſuo ſanctificatum maneret, iuxta, quod Iuuencus lib. 1. hiſt. Euang.

Quadraginta illi fuerunt ex ordine ſoles.
Ex quo nulla cibi, potuſque alimenta dabantur,
Sed contexta ſimul firmi ieiunia cordis.
Terrarum ad regna mentis ſecreta tenebant.

Nil itaque comedit illis diebus, vt pariter Moyſes, & Elias tanto tempore ieiunantes nihil cibi ſumpſerunt, quibus ſe ſimilare voluit Chriſtus notat Auguſt. epiſt. 19. cap. 15. ad Ianuar. *Euangelium non contradicere legi, quam repræſentabat Moyſes neque Profetis, quos Elias præſignabat, ſed quod erat impletio, & perfectio illius:* His itaque, & alijs rationibus ductus ieiunauit Chriſtus, & auſterè vixit in deſerto: Sed inde incongruum non fuit poſt ieiunium, & deſertum ad vitam, quam communem vocauimus, & explicauimus redire: hoc enim conuenit vitæ ſecundum quã aliquis contẽplatam alijs tradit, eamq; Chriſtus aſſumpſiſſe dicitur, vt primo contemplationi vacet, & poſtea ad publicum actionis deſcendit alijs conuiuendo, quos lucrifacere oportebat?

QVARTVM ARGVMENTVM.

Huiuſmodi ſeueræ corporis afflictiones ſunt ad ſatiſfaciendũ Deo pro peccatis aptiſſimæ; quamuis autem Chriſtus non haberet peccata pro quibus ſatiſfaceret, tamen tota eius mortalis vita ordinata eſt ad ſatiſfaciendum pro nobis, ergo vt non ſolum pro dignitate perſonæ, ſed etiam ex ipſorum operum proportione, & qualitate magis ſatiſfaceret; decuit, vt hanc auſteræ vitæ rationem aſſumeret.

68 Reſpondetur Chriſtum munus Redemptoris cum munere Doctoris coniunxiſſe, & vtrique omni ſatiſfeciſſe: ideò aſſumpſiſſe omnes dolores, & afflictiones corporis, quæ ſecundum perfectam æqualitatem, & proportionem ad ſatiſfaciendum pro nobis, ſatis ſuperque eſſent, eam tamen vitæ ſolitariæ ſeueritatem, quæ ad perficiendum prædicatoris munus accommodata non erat omiſiſſe. Addere etiam poſſumus auſteritatem, & caſtigationem, non conſiſtente ſolum in viuendo ſolitariè, quod non conueniebat Chriſto; quia cum hominibus conuerſare habebat pro manifeſtanda veritate,

Chriſtus ſatiſfecit muneri doctoris, & redemptoris.

rate, ad quam venit in Mundum, vt Ioannes. f *In hoc natus ſum, & adhoc veni in Mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati*. Ideò non debuit occultare ſe agendo vitam ſolitariam, ſed in publicum procedere, publicè prædicando, nec conſiſtit in comedendo cibum, qui niſi peculiari auxilio diuino adiuti non poſſent vitam ſuſtentare, ad eum enim imitandum Diſcipulis aliiſq; ſequebantur, & cibo, quo vtebatur vti debebant, ſi tam auſterus eſſet, vt vix naturæ ſufficeret, non eum imitarentur, ſed potius eius ſeueritatem aufugerent. Verum conſiſtit etiam in aliis rebus, quæ manifeſtè, & hominum conſpectu non fiunt, multa enim occultè, & ſecreto fieri ſolent, quibus corpus caſtigatur, & affligitur, vt ſecreta verberatio, cilicium, humique cubatio, & alia id genus, quis autem ſcire poteſt. Vtrum Chriſtus Dominus ſæpè his modis carnem ſuam occultè afflixerit, vt magis, ac magis pro noſtris ſceleribus ſatisfaceret? Ego quidem non dubito, quin ſæpè cum in oratione Dei dies, nocteſque conſumeret, peccata noſtra defleret, pro eiſque contriſtaretur, quia charitas Dei, & hominum illum vrgebat. An verò aliis modis ſupradictis vſus fuerit ad affligendum carnem ſuam, & ſatisfaciendum pro nobis, quia ſcriptum non inuenio, nec admodum neceſſarium apparet, affirmare non audeò, quamquam mihi incredibile non videatur?

f Cap. 18.

CAPVT XIV.

Poſterioris ſententiæ argumenta proponuntur, & ſoluuntur.

PRIMVM ARGVMENTVM.

69 SI Chriſtus ſe à carnibus abſtineret, poſſent aliqui ex hoc putare, quod illæ erant illicitæ, noluit ergo Chriſtus abſtinere ab huiuſmodi cibis, ne occaſionem præberet hæreticis, qui dicunt creaturas eſſe malas, & vituperant carnes, & vinum.

Chriſtus ſicut non tenebatur comedere carnes propter hæreticos abſtinentes, ita nec ab illis abſtinere propter guloſos.

Reſpondetur retorquendo Argumentum contra aduerſarios parique modo dicimus. Si Chriſtus carnem comediſſet, arbitrarentur illi, qui gulæ traditi ſunt, nunquam hac de cauſa fore à carnibus abſtinendum, nec poſſe Eccleſiam ad tempus illarum eſum prohibere, cum nec carnes prohibitas, nec illarum eſum Chriſtum vitaſſe in Scripturis Sanctis reperiatur: Vt de facto fuerũt illi Lurconum Duces Iouinianus, Caluinus, & quamplures alii, quorum hæreſes infra tract. 7. referemus.

Sed in forma reſpondetur, quod ratio non currit namqui falſo nitebantur principio, non eſt mirum ſi falſas deducebant concluſiones, & è contra, qui veris virtutum, & religionis principiis inhærebant veras, & æternæ veritatis illationes inferebant, vt experientia docet, quod boni viri, & ſancti homines, cognoſcentes quanti valoris fuerit abſtinentia à carnibus eam amplexi ſunt, & ad bonum, rectumque finem Chriſti ſequentes veſtigia hanc ſummopere laude dignã actionem diligebant?

Nec valet dicere, quod ſi abſtineret à carnibus putarent eas eſſe illicitas, nam docemur experientia D. Pauli, qui licet à longe præuideret fore nonnullos prohibentes nubere, & abſtinere à cibis, quos Deus creauit, ipſe nihilominus hortatur ad Rom. ſcribens, bonam eſſe abſtinentiam à viuo, & carne eamque fore amplectendam ſuaſit, prout ipſemet amplexus eſt, vti probabimus. Itaque etiam ſi Chriſtus præuideret eoſdemet futuros abſtinentes à carnibus, tanquam ab illicitis (quos vtique præuidit) non ideò comedere tenebatur, ſed poterat non illis vti, quemadmodum non vſus eſt Paulus eadem non obſtante ratione. Et ſicut etiam non tenebatur abſtinere Chriſtus propter hæreticos futuros helluones, ita non tenebatur comedere carnes propter hæreticos, futuros abſtinentes mala de cauſa. Relinquamus ergo hæreticos hæreticè abſtinentes, & illos ſequamur ſanctos, qui ſanctè abſtinuerunt.

SECVNDVM ARGVMENTVM

70 OPortuit, quod Chriſtus acciperet Diſcipulos ad familiarem conuerſationem, quos poſtea mitteret ad prædicandum, iſti autem à principio erant imperfecti, & non poterant conuenienter deduci ad ieiunandum ſicut dixit Chriſtus apud Matth. g Quando quæſitum eſt. *Quare Diſcipuli tui non ieiunant, ſcilicet nemo mittit vinum nouum in vtres veteres*. Ideſt doctrina perfectionis non conuenit debilibus, & veteribus, ſicut ſunt vtres veteres. Chriſtus autem debuit manducare cum Diſcipulis, quia ſi ille ieiunaret, & Diſcipuli non, minime eſſet grata conuerſatio propter diſſonantiam. Item erubeſcerent Diſcipuli, qui non imitarentur Magiſtrum ſuum, imo non putarent ſe eſſe Diſcipulos eius, quem non imitabantur; vt ergo ex dulcedine conuerſationis eos ad ſe traheret, oportebat, quod manducaret cum eis, illi tamen non poterant ieiunare, ergo neque Chriſtus debuit ieiunare.

g Cap. 9.

Duplici capite conſtat arg.

Reſpondetur valdè infirmam eſſe argumenti vim, & quia duplici ex capite probare intendit Chriſtum non ieiunaſſe. Primo videlicet, quia eſſet præcipere ieiunium, quod eſt doctrina perfectionis iis, qui non dum ieiunare poterant propter imbecillitatem, & imperfectionem eorum. Secundo propter familiaritatem, & dulcedinem conuerſationis cum autem inter Diſcipulos, & Chriſtum fuerit familiaris ſocietas, non videbatur conueniens diuerſitas inter ipſos in ieiunio, & abſtinentia ad vtrumque caput reſpondendum eſt, & ſecundam vtrumque contrarium patebit.

Ad primũ caput reſp.

Primũ caput auctoritate Scripturæ probatum nullo modo oſtendit Apoſtolos, & Chriſti Diſcipulos fuiſſe imperfectos, & conſequenter

Digitized by Google

Apoſtoli non ieiunabant propter bona tēporalia, aut pro aduentu meſſia.

ter falsò pretendit conuenienter deduci eos ad ieiunandam non valere. Illis enim verbis tantum voluit docere Chriſtus non teneri ad ieiunandum ea ratione, qua ipſi Phariſæi ieiunabant, vt puta propter bona temporalia, vel propter aduentum meſſiæ veri Sponſi. Non propter primum, quia parum, aut nihil de temporalibus curabant, qui ſponte omnia, quæ habebant reliquerant. Nec propter ſecundum, quia iam preſentem habebant Sponſum; fore tamen eos ieiunaturos dixit, cum auferretur ab eis Sponſus, vſque quo ipſimet coniungerentur in Patria ſcilicet, vbi facie ad faciem eum erant viſuri. Nec inde ſequitur ſimpliciter, &; abſolutè nunquam illos eo tempore ieiunaſſe, ſed ſolum tali ratione, qua ipſi ieiunabant.

71 Alia vero, nempe ad corporis macerationem propter motus carnis compeſcendos, vel ad Dæmones eijcindos, quorum genus, (vt eos docuit Chriſtus) oratione, & ieiunio eijcitur, vel propter alias ieiunij vtilitates, non prohibet præceptor Diſcipulis ieiunare, ſed potius hortatur, & conſulit. Nuic doctrinæ, ſi eam non expreſſe docet, fauere non obſcure videtur Rupertus Abbas ſuper cap. 9. Matth. dicens. *Igitur, quoniam cauſa ieiunij debuerat omnibus eſſe deſiderium, & expectatio Saluatoris, vt fuit Moyſi, & Eliæ, & Danieli, ipſe autem nunc preſens adderat poſtmodum receſſurus dulce fuit, & iocundum Sanctæ Charitatis officium, ſaltem ad breue tempus, propter præſentiam eius intermitti ieiunium, quia tempus illud, tempus præſentiæ eius, quaſi tempus erat nuptiarum. Ait ergo nunquid poſſunt filij Sponſi lugere, quam diu eum illis eſt Sponſus? Venient autem dies cum auferretur ab eis Sponſus, & tunc ieiunabunt, ac ſi dicat vos qui filij Sponſi non eſtis, nec eſſe vultis, ſed nec, filij illorum dici meremini, qui ieiunauerunt pro deſiderio aduētus Sponſi, imo illorum, quibus Deus veraciter dicit. Nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? ieiunatis enim, & vos, ſicut illi pro eo, quod aliquando de rebus tranſitorijs aliquid aduerſi contingit. Vos inquam ieiunate quantum vultis, nam iſti ieiunare non poſſunt præ gaudio Sponſi præſentis. Venient autem dies, cum auferetur ab eis Sponſus, & tunc ieiunabunt, &c.* Ecce igitur ex doctrina Ruperti duplex dari ieiunium, alterum pro rebus tranſitorijs, alterum pro deſiderio miſſiæ, & neutri illorum teneri Diſcipulis, apparet tantum ex verbis relatis Chriſti Domini?

Sed valde doctius, & clarius per ſequentia verba iſdemet Rupertus Abbas intentum noſtrum confirmat, quæ quidem ob mirabilem eius doctrinam etiam hic notare libuit. Ait enim ſuper illa verba. *Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius à veſtimento eius, & peior ſciſſura fit; plane ieiunabunt in illis proxime venturis diebus cum ablatus fuerit ab eis Sponſus, cum paſſus, mortuus, & ſepultus reſurrexerit, & in Cœlū aſcenderit, iam non vltra cum eis in Mundo hoc corporaliter conuerſatus. Nunquid vero, vt vos ieiunatis, ita ieiunabunt, & iſti? Non vtique, nam hoc tale eſſet, ac ſiquis immittat commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus. Denique ieiunia veſtra, ieiunia ſunt veteris hominis; homines autem iſti, cum ſint filij nuptiarum cæleſtium, ſunt homines noui. Si ergo ieiunarent propter cauſas eiuſmodi, propter quas, & vos ieiunatis, ſcilicet, quia Moyſes tabulas priores ſcriptas digito Deo proiecit de manu, & confregit eas ad radices montis, vel quia reuerſis exploratoribus, quos miſerat Moyſes explorare terram, & detrahentibus terra, cum omnis multitudo verteretur in ſeditionem iratus Deus iurauit, quod non intraret in terram illam, donec conſumeretur generatio illa.* (Quadraginta annis iuxta numerum dierum quadraginta, quibus conſiderauerunt terram, vel quia Nabuchdonoſor Rex Babylonis, ſiuè Naburzardā Princeps exercitus eius capta ciuitate ſuccendit domum Domini, & tranſtulit populum in Babilonem. Vel quia deinde venit Iſmael filius Nathariæ, & percuſſit Godoliam, quem præfecerat Rex Babylonis terræ, & Iudæos qui erant cum eo, conſurgens autem omnis populus reliquiarum timens Caldæos fugit in Egyptum, ſi inquam ieiunarent propter cauſas eiuſmodi hoc eſſet nouos homines flere nenias veteris hominis, quod omnino non congruit his, quibus datum eſt noſſe myſterium regni Dei, nam ſicut commiſſura pannis rudis, vbi immiſſa fuerit in veſtimentum vetus, tollit plenitudinem eius, & peior ſuſſura fit; ita quilibet homo particeps factus ſanctæ huius nouitatis, ſi eiuſmodi phariſaicis traditionibus ſeſe inſeruerit, deterior quouis homine fit; ita vt neque vetus, neque nouus ſit, & neutrum habeat, cum vtrumq; in ſe vno permiſcere voluerit. Hæc Abbas.

Phariſæi quibus de cauſis ieiunabant. Ex. 32.

Num. 14. 4. Reg. vlt. & 2. paralip. vlt.

Ibidem, & Hier. 41.

72 Summa itaque hæc eſt, quod Diſcipuli non tenebantur ieiunare ieiunium, quod ipſi, ſuique proaui relatis cauſis ieiunabant, & quod noluit Chriſtus ieiunium, quod poſtea ieiunaturi erant Diſcipuli tunc temporis eis committere priuſquam ſane innouati fuerint per aduentum Spiritus Sancti in eis, &c. nouæque rationi ieiunandi facti idonei eſperientia paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis Chriſti, cuius abſtinentiam lugere licebat, eo quod tali, ac tāto magiſtro, & vero Sponſo carebant. Mox verba ſequentia, neque enim ait. *Mittunt vinum nouum in vtres veteres.* Alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt, ſed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur; Non tam ad Diſcipulos, quam ad ipſos Phariſæos referri debent. Hac enim parabola, qua tanquam enigmate innuit, quare tectius per parabolam ad propoſitam queſtionem reſpondeat, nempè propter Phariſæos, quibus ſi dixiſſet expreſsè ieiunādum erat vſque ad me, & cum receſſero ieiunandum eſt poſt me, rupti fuiſſent inuidia, tanquam vtres veteres muſti huius miſterij non capaces. Sic docet etiam Rupertus Abbas, eodem loco vbi ait. *Secundum iſtam ſimilitudinem damnoſum fuiſſet docere illos verbis mani-*

Chriſtus loquitur Phariſæis per parabolos ne inuida rumperantur.

Quid eſt immittere cōmiſſurā pāni rudis in veſtimētum vetus.

manifeſtis, quamobrem tunc non ieiunarent Diſcipuli eius, eſſent poſtea ieiunaturi: Phariſæi enim cum his erant, qui interrogauerant, & ſicut vtres veteres miſſo intus vino rumpuntur, & vinum cum vtribus perijt, ita illi ſi manifeſte diceret ipſe audientibus eis quiſquam eius modi amplius præ inuidia rumperentur, & ſermo inutilis erit taliter effuſus, præſertim cum ſapientia dicat, ne effundas ſermonem vbi non eſt auditus ille, &c.

Referri quoque præfata verba ad ipſos Diſcipulos, qui quamquam innouationis iam eſſent ceu candidati, nondum tamen, ſic erant innouati, vt ſatis validi eſſent ad continendũ cum huius muſti, eiuſmodi ſcilicet reconditi myſterij, quod Phariſæis præ inuidia ipſi præ adhuc in capacitate portare non poterãt tanquam non innouati, ſeu vt verbis Abbatis vtar non iam omnino noui, ſed capaces erant ſanctæ nouitatis. Vnde Ioan. hiſce eos verbis alloquitur. h *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Quando ergo ſunt innouati vita, paſſione, morte, reſurrectione eius, & accepto Spiritu Sancto, tunc repleti ſunt muſto, vt intelligerent omnia ſcripturarum myſteria; Tunc Spõſi amore, ac cæleſtium nuptiarum actio adeò ſunt inebriati, vt non tantum continuam, quaſi inædiam, verum etiam quicquid laborum, & afflictionũ accidere potuit inuictiſſimis animis perferrent?

h *Cap. 16.*

73 Illis igitur verbis non ſequitur Apoſtolos nullo modo ieiunaſſe præſente Sponſo Chriſto, ſed adductis tantum cauſis, alijs verò quis prohibet aſſerere diuturna frequentaſſe ieiunia, mortificationes, &c. nemo. Arbitror ergo, & tunc ieiunaſſe: ſed dato, quod non ieiunarint, vnde ſequitur carnem comediſſe? Nonnè poterant alterum eorum ſ. qui? An fortaſſe vi aliqua coacti erant, quando non ieiunabant à carnibus non abſtinere? Certè ſi dicatur mirum videtur. Nos enim abſtinemus à carnibus, & non ieiunamus (licet noſtrum viuere largè dici valeat continuum ieiunium) & Chriſti fideles idem ſeruant in diebus Veneris, & Sabathi, & eorum aliqui ex deuotione Beatiſſimæ Virginis die Mercurij, vel Martis carnibus non veſcuntur, & minimè ieiunant. Ex eo ergo, quod Apoſtoli non ieiunabant, non ſequitur carnem comediſſe, ad plura enim ſe extendit ieiunium, quam carnium abſtinentia. Hæc enim ſubtrahit qualitatem tantum ciborum, illud verò quantitatem, & qualitatem, non quod nihil cæperit vt eſt ieiunium naturæ in pura negatione poſitum, & non eſt actus virtutis, ſed ſolum illud, quo quis ex rationabili propoſito à cibis ſecundum quantitatem, & qualitatem aliqualiter abſtinet, & non recedit à medio virtutis.

Ieiunium, & carniũ abſtinentia in quo differant.

Inſuper illud, quod ſequitur nimirũ ſi Chriſtus ieiunaret, & diſcipuli non, non eſſet inter ipſos grata conuerſatio propter diſſonantiam non obſtat, nam ex dictis ſupponimus eos ieiunaſſe alia de cauſa non propter relatas, & ſic grata erat conuerſatio, quia ſimul omnes ieiunabant diſcipuli cum ſuo præceptore, licet non tam auſterè, & continuò, ſicut poſtea ieiunarunt.

In cuius rei veritate, & confirmatione oportet notare nonnullos ex Apoſtolis, vt fatentur plures Sancti Patres, & Eccleſiæ Doctores nedum abſtinuiſſe à carnibus, verũ à quibuſdam alijs, etiam quadrageſimalibus cibis, & per plures aliquando dies abſq; vlla cibi ſumptione ieiunaſſe, vt de Petro Apoſtolorum Principe, Mattheo, & Iacobo Minore per extenſum ſuo loco referemus. Hi itaque familiariter cum Chriſto conuerſabant, & ipſum Præceptorem imitabantur: ergo ſi vera ſunt, quæ de illorum abſtinentia referunt, & conuerſatio non erat diſſimilis, vt ſupponit argumentum, & nos non negamus, fatendũ eſt, tam Chriſtum, quam omnes alios Apoſtolos pari modo fuiſſe abſtinentes.

Chriſtus pluries extra quadrag. ieiunauit.

Denique ieiunaſſe Chriſtum, non ſolum per dies, & noctes quadraginta, ſed alijs diebus, crebro in vita credi debet, probatque Caetanus, tum quia docuit eijci, quoddam genus dæmoniorum ieiunio, tum quia obijciebant ei Phariſæi, *Quare diſcipuli tui non ieiunant?* Non autem, quare tu non ieiunas? Scientes eum ieiunare. Non placet hæc conſequentia Caietani, Lutino ſuper illa verba: i *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio*, Licet non neget crebrò ieiunaſſe: Alijs autem placet, nam Chriſtus cũ actu Dæmonem ab obſeſſo corpore expulit, adſtantibus dixit, *Hoc genus Dæmoniorum*, &c. Significans virtute ieiunij ab ipſomet fuiſſe expulſum, quamquã etiam propria auctoritate, & poteſtate poterat, feceratque. Ex quibus omnibus argumentum ſolutum manet.

i *In Pſal. 108.*

TERTIVM ARGVMENTVM.

74 SI Chriſtus à carnibus abſtineret, & auſteritatem ſeruaret, aut id faceret propter ſe, aut propter nos, non propter ſe quia aut hoc eſſet, vt per hoc ſe diſponeret ad continentiam ſeruandam, aut vt per hoc magis mereretur non primo, quia in eo non erat aliqua rebellio carnis ad ſpiritum, quia aſſumpſerat carnem liberam à paſſionibus, ideò ſiue comederet, ſiue non, nulla poterat in eo libido inſurgere, & ſic dicit Gregorius, quod non poterat eſſe in Chriſto tentatio carnis, ſed ſolum tentatio Diaboli. Non etiam propter meritum, quia non erat ſibi neceſſarium per ieiunium mereri, cum per alia opera mereretur in infinitum, & maximè per paſſionem, cuius merita ſuffecerunt ſibi, & nobis. Non etiam propter nos, quia ea, quæ Chriſtus propter nos faciebat, erant ad duo, ſcilicet, vt nos redimeret, vel vt nos inſtrueret. Ad redemptionem enim ſola Chriſti mors profuit, & ſuffecit, nam per cætera non redimemur, ad inſtruendum autem non fuit conueniens auſteritas, ſed potius impediebat. Nam inſtruebat nos Chriſtus, quando aliqua agebat, vt nos ad ſimilia agendum reuocaret, & tamen non conueniebat, quod nos prouocaret ad auſteritatem, quia nemo poſſet

Digitized by Google

ſet illam tollerare, ergo nec ipſe debuit auſteritatem ſeruare.

Chriſtus habuit omnes virtutes morales.

Reſpondetur, quod propter ſe, & propter nos (vt arbitror) decuit Chriſtũ abſtinere à carnibus, nõ verũ auſterã, & ſolitariam vitam ducere, vti Ioannes, ne prædicationis officium impediretur. Propter ſe, nam cum abſtinentia hæc ſit vna ex moralibus virtutibus, quas omnes habuit Chriſtus ſine vlla imperfectione repugnante beatitudini, tam de infuſis loquendo, quam de acquiſitis, illam præcipuè exercuiſſe in cibis pinguibus vitandis, non erit incredibile, quoniam etſi valeat abſtinentia ad ſatisfaciendum pro peccatis, & ipſe propria peccata non haberet, pro quibus ſatisfacere teneretur non implicat eum in ipſo ponere ex alijs capitibus ſublata eius imperfectione, quæ ex hac parte abſtinentiæ conuenire poſſet, quia non repugnat hipoſtaticæ vnioni, nec beatitudini, quemadmodum pænitentia eſt virtus, quia ſic ſimpliciter dicta ſupponit peccatum, vel ſaltem capacitatem peccati, negant ferè omnes Theologi in 4. diſt. 14. eam eſſe in Chriſto, nihilominus habitum illum, qui in nobis eſt pænitentia ſub alia ratione, & non ſub ea imperfectione, quam nomen pænitentiæ denotat fuiſſe, & eſſe potuiſſe in Chriſto probat Suarez 3. parte diſtinct. 19. ſect. 1. vbi ait. *Sicut in Chriſto fuit Iuſtitia, ſeu Religio eiuſdẽ rationis cum virtute religionis, quæ infunditur alijs hominibus iuſtis, ita in illo fuiſſe illum eundem habitum virtutis, qui in nobis eſt pænitentia, quamuis in illo non habuerit rationẽ pænitentiæ, quia in illo non fuit illa imperfectio, quam pænitentia denotat, ſed ſolum fuit in illo, quidquid perfectionis eſt in pænitentia, ſcilicet deteſtat onem mali, non vero quod eſt imperfectionis ſcilicet, vt illa deteſtatio ſit mali commiſſi &c.* Sic in propoſito, quamuis abſtinentia aliquando denotet ſatisfactionem pro peccatis commiſſis, & ex hac parte imperfectionem inuoluat, aliunde tamen diſponit mentem ad ſpiritualia contemplanda, & ad quamplures aliàs vtilitates ſecundum quas aliquid bonitatis, & perfectionis habere cordatus quiſquam negare non debet, nec illam ſecundum id, quod bonum dicit, à Chriſto ſubtrahere fas erit.

In Chriſto quomodo fuit pænitentia.

In Chriſto nulla rebellio carnis.

75 Mox ſi afferas ex parte, qua ad continentiam ſeruãdam diſponit non eſſe Chriſto neceſſariam abſtinẽtiam, quia nulla in ipſo erat carnis rebellio ex vi vnionis, & beatitudinis. Dico Chriſtum voluiſſe per omnia fratribus ſimilari. Ideò licet carnem aſſumpſerit ab his paſſionibus liberam, & ex doctrina eiuſdem Suarez loco citato ſect. 2. concluſ. 2. perfecta moderatio affectuum ſit debita illi naturæ (Chriſti) ratione vnionis; nihilominus oportuit etiam, vt naturali ordine libera conſeruaretur eius caro, & amplius mereretur, hicque effectus fieret per propriã, & accommodatam cauſam, quæ eſt virtus acquiſita, ad quam pertinet conferre maiorem propenſionem ad obediendum rectè rationi naturali, & conſequenter moderari affectum huic rationi repugnantem, quia affectus iſte eſt

Et quid in ea faciat abſtinentia.

ita proprius huius virtutis, vt in virtutem per ſe infuſam non conueniat, vt docet D. Thom. p. 2. q. 3. ar. 3. ad 2.

Itaque dicimus, quod non poterat in Chriſto libido inſurgere, & tentatio carnis, non ſolum per donum infuſum à Deo, & per vnionem, quæ ipſius actus, & potentias eleuat ad altiorem ordinem, ſed etiam per abſtinentiam ab ipſo exercitam diſponentem potentiam naturalem frænantem, & temperantem ipſam in actu primo, veluti effectus formalis procedens à tali cauſa impediente paſſiones, & affectus Chriſti, ne exirent in aliquem actum ſecundum, vel motum inordinatum. Notanda ſunt verba Suarez vbi ſupra. *Denique (ait) quamuis verbum, vt prima cauſa efficiens potuiſſet miraculosè ſupplere, quidquid eſt efficacitatis in his habitibus ex illo principio quod Deus poteſt ſupplere genus cauſæ efficientis. Verbum tamen precisè conſideratum, vt hypoſtaſis humana natura non poterat per ſolã vnionem ſupplere hanc efficientiam: Perfectio autem formalis, quam conferunt iſti habitus, bene diſponendo, & inclinando potentiam, ad bonum non poterat ſine illis à Deo conferri, & conſequenter paſſiones, & affectus Chriſti, quãuis ſine his habitibus poſſent impediri ne exirent in aliquem actum ſecundum, vel motum inordinatum, non tamen poterant ſine illis intrinſecè, quaſi frænari, & temperari in actu primo, qui hic eſt effectus formalis, qui ſine propria forma fieri non poteſt.*

Confirmatur hoc per illud, quod idem Suarez dicit in Comentario art. 2. D. Thomas q. 15. eiuſdem 3. p. ſupponendo in primis id, quod dicit D. Thom. in corp. & ad 3. ibi enim dicit, quod fortitudo ſpiritus aliqualis oſtenditur ex hoc, quod reſiſtit concupiſcentiæ carnis ſibi contrariatis, ſed maior fortitudo ſpiritus oſtenditur, ſi per eius virtutem totaliter caro comprimatur, ne contra ſpiritum concupiſcere poſſit. Et ideò hoc competebat Chriſto.

76 Negat ergo (ait Suarez loc. cit.) in Chriſto fuiſſe fomitem, quia habuit omnes virtutes morales omni ex parte perfectas, ſed per has virtutes ſubijcitur appetitus inferior Superiori, & frænatur fomes, & quo hæ virtutes ſunt perfectiores, eo eſt maior hæc ſubiectio: Ergo in Chriſto, in quo fuerunt virtutes perfectiſſimæ, iſta ſubiectio integra, & perfecta fuit.

Cum autem effectus principalis abſtinentiæ ſit carnis concupiſcentiam frænare, vt iam diximus, & multoties in ſequentibus docebimus, & alio ex capite in Chriſto erant omnes virtutes morales, ex quibus non excluditur abſtinentia, atque medijs virtutibus moralibus frænabatur in Chriſto fomes, non eſt cur abſtinentiæ hoc denegetur. Nec obſtat verbũ frænare, nam non ſolum ita loquitur Suarez, verum etiam Sanctus Epifanius in Ancorato non longe à fine, *cum dixiſſet* humanitatem per vnionem factam eſſe incapacem peccati, rationem *reddit*, dicens: quia verbum virtute ſua frænabat inferiorem naturam ab omni inutili carnali turba, &c. Et idem ferè eſt ver-

verbum, quod poſuit D.Th. vbi ſupra (comprimabatur caro) quod Suarez dixit (frænatur fomes) frænari ergo potuit caro, modo explicato per abſtinentiam, quæ carnis concupiſcentiam frænat, quamuis ſine habituali abſtinentia ex vi vnionis proculdubio impediti poſſent. Ponimus tamen abſtinentiam in Chriſto, quia in ipſo videmus actus illius, ieiunium ſcilicet, veluti effectus formalis, qui non poteſt in aliquo reperiri, ſine ſua forma. Vtraque igitur via, naturali videlicet, & ſupernaturali liber erat Chriſtus à carnis ſuggeſtione ſupernaturali per vnionem, naturali per abſtinentiam, qua ad continentiam faciliter, & ſuauiter diſponebat ſe Chriſtus, vt perfectionem, ſi quam confert abſtinentia, ſeu ad quam ducit in ſe contineret, quæ vt formalis ſine propria forma fieri nequit, licet vt dixi tali diſpoſitione non indiguiſſet, cum potens fuerit ſupernaturali vnione quoslibet inordinatos motus frænare, & temperare.

77 Vlteriùs abſque fundaměto eſt illud, quod dicit argumentum, nimirum non eſſe ieiuniũ neceſſarium Chriſto ad meritum, cum per alios actus virtutum & pænalia opera in infinitum meritus ſit. Nam pari modo argumentari poſſemus de ſingulis ſingillatim operibus, tanquam de non neceſſarijs, cum per mortem, & paſſionem, & per primam oblationem, qua ab inſtanti conceptionis ſe obtulit patri, & promiſit vſque ad mortem parere mandatis infinitum meritum pateſecerit. Vnde dicere poſſemus. Cur flere? Cur orare? Cur vigilare? Cur fatigari? Cur pauperem vitam ducere? Cur tanta, & talia voluerit pati Chriſtus, ſi per quodlibet minimum opus infinitè meritus ſit? Sicut ergo non fruſtra, quas ſcimus virtutes, actiones, & opera exercuit. Ita non fruſtra ieiunium, & abſtinentiam à carnibus ſeruauit, vt ſeruaſſe opinamur: & tam de abſtinentia, & ieiunio, quam de omnibus, & ſingulis alijs actibus moralium virtutum acquiſitarum, & infuſarum, quos liberè exercuit meruiſſe Chriſtum fatendum eſt; quia omnes illi actus erant honeſti, & à Chriſto referebantur in ſupernaturalem finem. Et quamuis non referrentur, ſola dignitas ſuppoſiti Deificantis illos ſatis eſſet, & haberent omnem proportionem, & valorem ad meritum. Omnis enim viator gratus Deo illi obediens, & ſtudioſè operans propter ipſum, & ex gratia eius meretur coram ipſo, hæc enim eſt vna ex magnis perfectionibus viatoris, cuius ſtatum Chriſtus aſſumpſit, & erat ipſe gratiſſimus Deo, & optimè operabatur, non igitur negandum eſt illi meritum, alias ſine cauſa aſſumpſiſſet viatoris ſtatũ, & hac perfectione ſeipſum priuaſſet, & virtutes eius eſſent otioſæ nihil meriti conſequentes, quod incredibile eſt. Ieiunium ergo illud quadraginta dierum, & quadraginta noctium, non potuit carere merito, quamuis ſufficienter meruerit ſibi, & nobis per paſſionem, quia actio erat libera, honeſta, & rectè regulata. Sicque fuit pariter de continua quadrageſimali abſtinentia, quomodo autem, & quid merebatur, videat, qui voluerit apud Theologos 3. par. quæſt. 19. & alibi.

Chriſtus ab ſtinendo à carnibus meruit.

78 Aliam partem argumenti, qua contrarij volunt, quod neque propter nos ieiunare, & abſtinere debebat duplici ratione oſtendunt. *2. pars arg.*

Prima, quia abſtinentia, & ieiunium non erant illi opera neceſſaria, vt nos redimeret, cum ſola mors Chriſti profuiſſet. Ad quam dico, quod dato, non eſſent illa opera, quemadmodum, & cætera omnia ſimpliciter neceſſaria ad nos redimendum, cum non ſola Chriſti mors, Sed quælibet minima eius operatio ſufficeret; tamen negandum non eſt per ieiunium, & ſingula alia eius opera nos redemptos eſſe; nam per omnes actiones, quas in vita mortali Chriſtus operatus eſt, & non per ſolam mortem nos redemit; meruit nobis, & pro nobis ſatisfecit. Tribuitur autem redĕptio noſtra ſpecialiter paſſioni, & morti Chriſti, Primo, quia illud fuit præcipuum opus redemptionis noſtræ, & maximè accommodatum ad ſatisfaciendum pro nobis. Secundo quia in illo fuit conſumata noſtra redemptio ex diuina enim ordinatione omnia merita Chriſti erant veluti in fieri, & nõ expiabatur per ſingula lapſus, & reatus humanæ naturæ, neque acquirebatur illi perfectum, & abſolutum ius ad gloriam, donec per paſſionem conſumarentur, vt ſumitur ex Paulo epiſt. ad Hebræos per totàm pręcipuè, ex cap. 10. Hoc enim ita factum eſt non quia ieiunium, aliaque ſingula opera per ſe non ſufficerent, ſed quia ita ordinatũ fuit à Deo ad oſtĕſionem charitatis ſuæ, & vt melius cognoſceretur quanta ſit peccati grauitas, vt gratia, & remiſſio peccati maiori in pretio ab hominibus haberetur, & propter exemplum, de quibus latè Anſelmus, quem citat Suarez loco citato diſp. 4.

79 Secunda ratione dicunt, quod non iuuabat auſteritas vitæ ad nos inſtruendos: ad quam reſpondemus, quod ſi de illa auſteritate argumentum loquitur, qua Ioannes vſus eſt tranſeat. Si verò auſteritatem vocat noſtrã abſtinentiam à carnibus, & ieiuniam, negamus omnino fuiſſe ad inſtruendum nos alicuius impedimenti, & concedimus ne dum abſtinuiſſe, & ieiunaſſe, vt nobis preberet exemplum, ſed famem, ſitim, fatigationem, vulnera, mortem, dolorem, triſtitias, & cæteras corporis, animæque afflictiones, & miſerias pro nobis ſuſcepiſſe, & ſubſtinuiſſe iuxta illud primæ Petri 2. k *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*. Tentandus enim tunc, ieiunio priùs aſpero, & rigoroſo ſe armauit, non quod ille tali armatura opus habuiſſet, ſed vt nos inſtruendo armaturam nobis pugnaturis neceſſariam eſſe doceret: Sicut dux viæ in trãſitu anguſto, & ignaris periculoſo, ſibi autem notiſſimo baculo viam tentat; nõ quia ipſe baculo indigeat, ſed vt alijs eum comitaturis, quomodo baculo vti debeãt, oſtĕdat; Chriſtus ergo, ſicut ſcimus, quod reliquis operibus exemplo ſuo nos inſtruere curabat, maxime id feciſſe arbitramur in ieiunio, &

Chriſto non erat abſtinĕtia impedimenti ad nos inſtruendos.

k 1. Petri 2.

Chriſtus quomodo nos inſtruerit exĕplo.

noſtra

Digitized by Google

noſtra abſtinentia, quæ non tantum contra inimicum Diabolum pugnat, & nos defendit, verum etiam ad ipſum quoque Diabolum expungnandum ægregiè ſubſeruit. Nam vt nullum caſtrum ita eſt ineſpugnabile, quin poſſit expugnari ab illo, qui modum inuenerit ſubtrahendi, & auferendi neceſſaria ad victum. Sic Diaboli caſtrum, quo fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, & peccatores poſſidet, quodcumque illud caſtrum ſit, & cuiuſcunque peccati genus per ieiunium, & abſtinentiam vincitur ſubtractis peccati fomentis, & ferocientis equi pabulo imminuto.

QVARTVM ARGVMENTVM.

80 SI Chriſtus auſteritatem ſeruaret, vel abſtineret à carnibus, diminueret auctoritatem ſuæ doctrinæ, nam putaretur, quod per viam iuſtitiæ, aut ex operibus oſtendebat homines eſſe ſaluandos, Chriſtus autem principaliter oſtendere voluit, quod fides eſt, quæ ſaluabat, & gratia Dei, & miſericordia erat ſalus, & non ex operibus noſtris, vt dicitur ad Titum ſecundo. l *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri, non enim ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit*. Et ita ipſe Chriſtus innuit, quod non veniebat ipſe ad nos per viam iuſtitiæ, ſed per viam miſericordiæ, & quod Ioannes venit per viam iuſtitiæ patet Matth. 21. m *Venit ad vos Ioannes in via Iuſtitiæ*. Ideſt per opera ſatisfactoria ſalutem humanam procurans, quaſi dicat ego non venio per illam viam, ideò non debuit auſteritatem ſeruare, ſed medietatem, vt videretur, quod ex miſericordia ſaluabat nos, & non ex duris operibus ſatisfactorijs, quæ nobis imponeret. Quia ſic iam à nobis ipſis haberemus ſalutem, & non ab alio.

l *Ad Titum 2.*

m *In Ca. 21.*

Chriſtus non officit auctoritati ſuæ doctrinæ per abſtinētiam.

Reſpondetur nullum errorem ſequi apud ſanè intelligentes, dum Chriſtum carnem vitaſſe aſſerimus, quemadmodum ad preſens ex eo, quod ſtatutis diebus Eccleſia carnis eſus vitatur, & ieiunia ex præcepto eius ſeruantur, non ſequitur in operibus ſatisfactorijs noſtram conſiſtere iuſtificationem. Sic licet Chriſtus ſua abſtinentia nos doceret perutilem eſſe carnium abſtinentiam, non cogeremur ad credendum in operibus noſtris, & non in fide, gratia, & miſericordia Dei ſitam eſſe noſtram ſalutem, ſi Euangelio, & Scripturis libito contraire nolimus. Mox ſicut ex eo, quod Chriſtus tam aſperum quadragenarium ieiunium ſeruauit nihil toto eo tempore comedens, alioſque labores, quos paſſus eſt, & afflictiones plurimas, quas pro nobis pertulit in corpore ſuo, non ſequitur error præfatus, nec diminuit ſuæ doctrinæ auctoritatem, quia non credimus in illo ſuo auſtero ieiunio à nobis taliter ſeruando, & in illiſmet laboribus, & afflictionibus ſitam eſſe noſtram ſalutem, quaſi ſi eo modo non ieiunauerimus, & non eadem ſubſtulerimus ſalui eſſe non poſſimus, (hoc enim hæreticum eſt aſſerere,) ſed ita noſtram ſalutem in miſericordia Saluatoris noſtri, cuius benignitas, & humanitas in terris apparuit, reponimus, vt opera ſatisfactoria non excludamus. Non quod ex illis ſalus acquiratur, ſed quia ad faciliter promerendam gratiam iuſtificationis diſponimur per illa. Pari modo, qui Chriſti à carnibus cernebant abſtinentiam, non in illa dicerent (ſi veri erant fideles) ſalutem conſiſtere, ſed per illam libentius gratiam, & miſericordiam iuſtificationis adipiſci, vt ex Euangelio, & Scripturis patet.

81 Supponendum pro maiori explicatione reſponſionis præfatæ fuiſſe olim Chriſtianæ fidei hoſtes, qui aſſerebant, (vt videre eſt, apud Albertum Phigium de traditionibus humanis controuerſia 12.) remiſſionem peccatorum, & iuſtificationis gratiam ſola nobis illa ſua fide contingere. Opera verò, quæ à Deo præcepta ſunt. Non vt illis quicquam mereamur, quæ, & ſola opera bona agnoſcunt. Præter quæ, ſi quæ, aut ex noſtra ipſorum electione, noſtroque arbitrio, aut ex Superiorum, Sanctorumue Patrum præſcripto, aut conſilio aſſumpſerimus, tamen ſi ad aliquid eſſe vtilia poſſint, apud Deum tamen nullius momenti haberi.

Quæ ſi inſuper ea intentione, fideque fiant, vt illis Deo placeamus eius gratiam promereamur, pro peccatis ſatisfaciamus iam non inutilia tantum, ſed pernicioſa, atque impia eſſe, & Chriſti Euangelio contraria ex doctrinis Dæmoniorum profecta. Ita de operibus noſtris præcipuè quæ cadunt ſub conſilio loquuntur, nam de ijs, quæ cadunt ſub præcepto bona eſſe dicunt, quia præcepta ſunt, non quia ex ſe vtilia videantur. His itaque eiuſmodi encomijs, & epithetis exornant, ieiunia, cilicia vigilias, cæteraſque carnes afflictiones, quibus diuinæ offenſæ placandæ cauſa vltro ſe ſubdunt homines.

Doctrina hæreticorū de carnis abſtinētia.

Sed quam proinde falſa ſit, quam peſtilens iſta aduerſariorum doctrina, qua leges Eccleſiaſticas, quibus certis per ſeptimanas diebus carnium eſus nobis interdictus eſt, & conſtituta præſcriptaque certa ieiunia, & eadem opera, quamuis vllo legiſlatore præcepta, ſed propria electione patrata, vel ea ſibimet maioris pœnitentiæ intuitu indicta, Dæmoniorum doctrinam faciunt. Nulli ſanè mentis dubium eſſe exiſtimo. Cum hoc Chriſtus hoc Prophætæ, hoc Apoſtoli, hoc Sancti omnes, & verbo, & exemplo docuerint, ſcilicet, quod ieiunia, & ſimiles carnis afflictiones Deo placent, & quod ſunt efficaciſſima media, quibus diuinam placamus iram, vt impetremus veniam, & miſericordiam, & quod publica perſuaſio fuerit à doctis pariter, & indoctis recepta in vniuerſa ab initio Eccleſia, diuinis confirmata ſcripturis tradita, & à Chriſto, & ab Apoſtolis vtiliſſimum nobis eſſe auertendæ diuinæ iræ, atque eius gratiæ procurandæ reſpectu, carnem noſtram affligere vigilijs, ieiunijs, cilicio, & rerum omnium voluptariarum abſtinentia. Eſcam carnium, potum vini nobis interdicere:

Falſitas talis doctrinæ oſtenditur.

cere: piſciculis, leguminibus, oluſculis, aquæ potu contentos viuere. Euidens bonum acquiri iam pluries demonſtrauimus, & demonſtrabimus.

Quibus hoſtibus, eorumque doematibus ſatisfacimus dicendo non obſcurari, neque diminui ipſa doctrina, & auctoritas Euangelij, niſi de propria eorum doctrina, ſuoque Euangelio loquantur. Nam ſic libenter admittimus: Vt qui ſuas carnes liberas habebas (tametſi mortificationem non nunquam nom neat) permitti volunt, nihil illi interdici, nihil ſubtrahi, qui nullam vllius afflictionis, aſperitatis, & abſtinentiæ vtilitatem affirmant: nullam pro peccatis noſtris punitionem, aut ſatisfactionem exigunt, vt quibus vna fides abundè præſtet omnia. Sed ſi de Chriſti Euangelio, & doctrina Catholicæ Eccleſiæ loquantur, contra planè res habet omnia. Neque obſcuratur, neque diminuitur, ſed illuſtratur doctrina de gratia, fide, & miſericordia per opera ſatisfactoria, & exercitantur, prouocantur, & adiuuantur Chriſti fideles, ad eam ipſam aſſequendam Iuſtificationis gratiam, ipſaque ſeruiunt ad hoc maximè, vt nos admoneant, & impellant ſalutis noſtræ ſolicitam curam agere, pęnitere de commiſſis peccatis, eorumq; remiſſionem quęrere, nos pręparare ad dignam communionem Corporis, & Sanguinis Domini, quod noſtrum multi alioqui negligerent, & demum ad vitanda vitia, &c.

Ita pariter reſpondere oportet argumento, quod non diminueret Chriſtus auctoritatem ſuæ doctrinæ, ſi carnium eſum vitaſſet, ſicut non diminuit ex eo, quod virginitatem ſeruauit, eamque ſeruandam conſuluit renunciationem bonorum docuit, in eaque poſuit perfectionem. *Si vis perfectus eſſe vade, & vende etc.* Ieiunij virtutem oſtendit, illudq; ſuo exemplo, & commendauit nobis, & conſecrauit: promittens patrem pro eo nobis redditurum mercedem, aliaque opera ardua aggreſſus eſt, quæ nos ipſi aggredimur, non quia credimus in ipſis tantum noſtram felicitatem conſiſtere, ſed quia iuuant ad placandam Dei iram, & impetrandam veniam atque miſericordiam, & quemadmodum non putauerunt, tunc homines per virginitatem, paupertatem, cæteraſque virtutes fore ipſos ſaluandos, ſed per diuinam gratiam, & fidem ſic neque putarent (quamuis auſteritatem quoquo modo ſeruaſſet) quod nos ex duris operibus nobis impoſitis ſeu conſultis, & non ex miſericordia ſaluabat, Niſi de excæcatis loquamur, de quibus dictum eſt, qui audiendi non ſunt veluti inimici veritatis, & Catholicæ Eccleſiæ. Apud fideles autem talis error contigi nequit, quia pro certo habent hominem gratiæ ſpoliatum quantumcumque bonis operibus ornatum veram ſalutem promereri non poſſe, &c.

CAPVT XV.

Apologeticas quaſdam reſponſiones continet ex quibus cætera argumenta facile ſoluuntur.

83 Nil equidem certius vulgata opinionum varietate tot enim ſententiæ, quot capita dandæ ſunt, & vt in plurimum vidimus, neminem alteri homini ſe conformare reperimus, nec alterius guſtui conuenire facile inuenimus aliquem. Diuerſum eſſe naturale recepimus omnes, ſic etiam docti, receperunt ſentire diuerſum. Teſte Philoſtrato (in vitam Apollon. Thian. apud Phot) dicente: Quod naturis alijs eſt vita, hoc naturis ratione præditis, mens. Vnde, & diuerſæ vitæ inter naturas, & varia inter noſtra iuditia. Vidit hoc caput noſtrum, ideoq; aſſerere ſolitum inter naturas alia naturarum, & diuerſarum mentium ſemina iecisse Deum, &c. *Apologeticæ reſponſiones pro abſtinentia Chriſti.*

Et eſt, quaſi ita euidens contradictio in dictis diuerſorum hominum varie opinantium, vt ferè indiguerit Chriſtus probare eandem eſſe doctrinam ſuam, ac æterni Patris, vt ex illis verbis aduertere licet Ioan. 7. n *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me.* *n Ioan 7. 16.*
Difficile quidem, cum eam doctrinam, quam ſuam eſſe fatetur, ſuam eſſe neget, nequit enim idem ſimul eſſe, & non eſſe, ſed audiant Chriſoſt. o ſuam vnam doctrinam eſſe indicat, quaſi dicat, nihil habet diuerſum tanquam alterius. *Quod ſi perſona alia ſum, idem tamen, & dico, & facio, vt non exiſtimetis aliud a patre, ſed idem me, & dicere, & facere.* Non poteſt vltra progredi mens humana ad ſuadendam diuerſitatem opinionum in hominibus, niſi quod pre oculis habeatur. Verbum diuinum, vt probaret vnam, & eandem doctrinam eſſe ſuam, & Patris, hoc dixit tacite innuens, quod non obſtante diuerſitate perſonarum habent vnum eſſe, & vnum intelligere, in reliquis perſonis creaturarum, videlicet in quibus eſt diuerſitas naturarum, eſt etiam diuerſitas opinionum, &c. *o Hom. 48. in Ioan.*

Elapſis iam annis, Zelantiſſimus ex noſtris Pater Frater Lucas de Montoia ex Prouincia Caſtellæ de Religione noſtra benemeritus Chronicon Minimòrum edidit. Sed non diu poſt quidam Religioſus alias doctiſſimus alterius Ordinis à noſtro, ita Chroniſtam ſuis contumelioſis cenſuris affecit, & laceratus eſt, vt noſtram totam religionem auſus ſit etiam offendere. Quare, etſi in ea Minimus, defenſam quantum in me erit relinquere curabo.

84 Et quamuis ea omnia præfati religioſi manuſcripta iam in publicū diuulgata, eſſent prorſus reijcienda, tamen, quia auctor viuit, ſuum erit ſatisfacere, ſeque defendere (quod feciſſe peraudiui) tantummodo mei iuris eſſe exi-

ſtimaui

Digitized by Google

ſtimaui ea pauca deſumere, quibus Chriſti, & Diſcipulorum eius à carnibus abſtinentiam à nobis Typis traditam oppugnare videtur, eaque pro viribus refellenda.

Nec illas chartas certè refutaſſem, ſi veſte ouina indutus alicuius ſaltem ficti zeli, haud calumniator, ſed fidus, & amicus cenſor appareret. Verum ni fallor calumnioſam appoſuit cenſuram; *Vt Cirratorum turba, Mileſiorum in Scholis hæc figmenta decantet*, &c. Vel magna dignitate, & auctoritate viris deuoluendas obtulit, vt vilipendens alios, ille forſitan cæteris ſe præberet doctior. At illis omnibus, hac parua defenſione planum facere volui cenſorem pari calumnia, qua Chroniſtam notat notari poſſe, quem ſuæ vanæ obtrectationis prodigum intuemur. Quam hodie operam eo libentius ſumpti, quia perſuaſus ſum eos alteram aurem nobis reſeruaſſe, auditiſq; rationibus facilè mutaturos ſententiam, & noſtram innocentiam, ſuamque nocentiam perpendentes, benigniorem animum in nos accepturos confido.

In calumnÿs vincit, qui victus remanet, et victus victor exiſtit.

Tecum poſt ea (ò Cenſor) in hanc obiurgationum, increpationum, & opprobriorum arenam deſcendere prorſus nolo; non enim vti debet Religioſus illo Poetæ dicto. *Audibis male, ſi maledices mihi.* Nec illo Plauti. *Ego malè loquendi vobis neſciui viam, nunc vos mihi omnes eſtis. Vos certum eſt ſequi; ſi bene dicetis, veſtra ripa vos ſequar, ſi maledicetis veſtro gradiar limite.* Sed Chriſti doctrina. *Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos*, vel ſi fas erit. Sequar è priſcis quemdam, qui prouocatus ad calumniandi certamen. *In hoc quidem dixit. Nunquam deſcendero in quo victor victo ſit deterior. Si autem* (Iuxta Philonem lib. de Agricultura) *Maiori vi coactus fueris in certamen (calumniarum) deſcendere, ne te vinci pudeat. Sic enim demum ſi vincaris victor euades, quando in hoc genere victus vincat; Nec expectes dum aduerſarius præco viciſſe pronunciet, aut certaminis præſes coronet. Sed ipſe accedito palmam porrigens atque etiam ſi libet coronas lemniſcatas imponito.* Te igitur victorem toto corde, & clamore valido his ductus rationibus pronuncio; ſicque, vt pars Religionis meæ acceptam iniuriam vindicabo.

85 Adde, quod memini, te eſſe filium illius Religionis, quæ me ſuæ lacte doctrinæ nutriuit aliquando, & à teneris annis prima rudimenta apud alumnos ſuos cæpi; vbi, vt diu expertus ſum modeſtia, diſcretio, charitas, lenis, & ſpiritu plena correctio vigent. Vbi in omnibus denique ſeipſos, *Alumni præbent exemplum bonorum operum in doctrina in integritate, in ſanctitate*, &c. Solus (ò Cenſor) ſi non inſcitè, ſaltem immodeſtè, & non vt talis Religionis alumnum decet, ſcribis, & loqueris, varijſque verborum ambagibus, nedum chroniſtam, ſed Religionem, & quadrageſimale noſtrum inſtitutum arguis, & oppugnas.

Verum enim verò nulli mirum eſſe debet, ſi nõ alijs ſimilem in fraterna charitate, & modeſtia ſe præbeat, cum vix reperiatur ſtatus, in quo omnes æqualiter viuant, & procedant, hæc enim mortalis huius vitæ ſors eſt, & ratio. Hæc cuiuſcumq; congregationis conditio. *Etiam de oliuæ nucleo* (inquit Tertul.) *mitis, & optima, & neceſſaria aſper oleaſter exoritur, etiam de papauere fici gratiſſima, & ſuauiſſima ventoſa, & vana Caprificus exurgit. Luſtraui monaſteria Nitria* (inquit S. Hieronymus) *& inter Sanctorum choros Aſpides latere perſpexi. Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam* (ait Varro) *neq; in mala non aliquod bonum;* Cuius ſententiæ partem poſteriorem reijcimus propter Hæreticos, nam vt dixit Micheas. p *Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſæpe.* Priorem verò partem admittimus. Inde ergo, quamuis ſummis laudibus extollenda Religio, habeat inter propè infinitas roſas, aliquam ſpinam non deperdit, vt docuit D. Thom. opuſc. 19. cap. 2. aduerſus quoſdam contrarium ſentientes, *Extendunt* (inquit) *crimina religioſorum quoad perſonas vt ſcilicet, quod ab vno, vel à duobus geritur toti religioni imponere præſumant, quæ etiam ſi ab aliquibus aliquando fiant nullatenus ſunt totali collegio imponenda*, &c. Ille Ang. Doctor. Quamplura etiam ſcripſere de hoc D. Auguſt. epiſt. 137. ad clerum, & plebem Hip. ad Hier. epiſt. ad Sabianum ad lõgũm de ſcelere in ipſorum familia, vel perpetrato, vel ſaltem deſtinato, quos leget, qui voluerit.

In religione qualibet nil mirum ſi aliquis viuat difformiter.

p *Cap. 7.*

Sed nunc tempus eſt, vt iam eo relicto ad ſua æqua lance expendenda, excutienda, & refutanda verba properemus, quæ non ſolum refero eadem, qua vtitur lingua, nempe Hiſpanica: verum quoque in latinum traduxi, vt omnibus, & ſingulis neſcientibus, etiam Hiſpanicum idioma pateant euidenter; ſuæque friuolæ Cenſuræ fiat ſatis.

Incipit Cenſor.

Cenſor loquitur in lingua ſua.

86 EN la plana 320. refiere el'auctor de S. Geronimo, Landulfo, Siluestro, y la hiſtoria Eccleſiaſtica, que no leemos expreſſamente e nel ſancto Euangelio, que Chriſto comieſſe carne ſi no en cõplimiẽto de las ceremonias legales, ſiempre nos dice, que comia peces y miel. En las quales palabras, da ad ẽtẽder el auctor, que Chriſto nunca comia carne, ſi no legal, y aſſi lo ſaca à la margen. Con mala conſequentia inſiere eſto el auctor del dicho de los auctores, que refiere, que por nò emportar, non è aueriguado, ſe lo di-

cen o no : Sea pur aſſi , que los Euangeliſtas no lo digan, luego nunca comio Chriſto carne , ſino legal maldita conſequencia .

Latinè ſic.

Latinè ſic verba ſonant.

F*Ol.* 320. *Auctor refert ex Hieronymo, Landulpho, & Syluestro, & Hiſtoria Eccleſ. quod expreſsè in ſancto Euangelio non legimus Chriſtum carnem comediſſe , niſi vt lex adimpleretur (agnum ſcilicet) ſemper antem dicit comediſſe piſces, & fauum . Quibus in verbis Auctor ſignificat nobis , nunquam Chriſtum carnem comediſſe præter legalem , atque ita in margine notat , extrahitque . Quod auctor, Mala conſequētia infert ex dictis Sanctorum , quos refert , quod quia nil refert : dicant, vel ne, dimiſi . Tamen ſit ita , non hoc videlicet dicere Euangeliſtas . Ergo nunquam Chriſtus carnem comedit præter legalem ? Malè dicta conſequentia . Hæc Cenſor; Et nota , quod ly* maledicta *non ſonat conſequētiam eſſe , vel fuiſſe malè pronunciatam, quia dixiſſet* Maldicha ; *Sed dicendo* Maldita *maledicit conſequentiam .*

Reſponſio.

87 REgula ſermonis huius , ſeù præfatus loquendi modus nonne oſtendit quidquid in buccam venit (vt ſic loquar) pronunciāre cenſorem ? Vbi conſociaſium ſuorum prudentia . Vbi modeſtia , quo te malo affecit noſter Pater Montoga . Maledictum appellas ? furioſum animi impetum in ipſum demonſtras : Ab hæretico , hæretica , à temerario, temeraria; ſic à maledicto, maledicta elici ſolet conſequentia . At quemadmodum in illis erroris, & temeritatis cauſam cognoſcere , & probare iubemur ; ita , & tu maledictionis notam, qua Auctorem inuris, oſtendere debebas ; ſin autem cur Auctorem calumniaris ? Cur tam intrepidè ais maledicta conſequentia ; benè poteras improbabilē vocare, vel alio honeſtiori titulo eam refutare . *Sed proh Dolor , ad deteriora faciles ſumus &c. non pronum iter eſt tantum ad vitia ſed preceps .* Inquit Seneca . q Nec tantæ fidei fuit apud te auctor , vt ſine vlla diſquiſitione acquieſceres, & crederes verè , & fideliter ſcriptores citatos attuliſſe ; paruifaciens, an ita dicant, vel ne, quaſi non ad rem eorum auctoritatem , dimittis . Nunquid tibi potius credendum , quam Sacris Doctoribus , & Scriptoribus antiquis non meminiſti celeberrimi illius dicti Auguſtini ? *Quæ Hieronymus ignorauit nullus hominum ſciuit* , Et Theodoretus non dixit , *Eum qui Sanctorum hiſtorijs non credit , non credere etiam ijs , quæ ſacræ litteræ tradunt per Moyſen, Ioſue, Eliā, Eliſeum geſta,* An forſitan dubitas de citatione ? Si ita eſt aperi oculos, & inſpice libros, & tibi facile occurret veritas , at ſi laborem fugis, iam ſubleuaui te afferens tot Sanctorum, & ſacrorum Doctorum placita , quibus non obſcurè demonſtratur Chriſtum Dominum abſtinuiſſe à carnibus , de ijs verò ſacris Doctoribus , qui fatentur expreſsè non legi in Euangelio Chriſtum carnem comediſſe, non eſt opus te facere certiorem, cum nullius ope id ſcire valeas , & hucuſque contrarium minimè inueniſti , nec à Doctoribus illud accepiſti, & quod non legimus, vſurpare non debemus, vt dixit D. Ambroſius .

Ad vitia faciles ſumus.

q *Epiſ.*98.

88 Perpende igitur ſacra Doctorum verba ſupra adducta , & facta collatione cum doctrina auctoris, vide an ſit maledicta conſequentia illa, quæ per rectam, & non odioſam illationem deducitur ; alias inferas , quæſo meliorem ſi potes . Dixerat Auctor non legitur expreſsè in ſacro Euangelio Chriſtum Dominum comediſſe carnem , niſi legalem , & legitur expreſsè commediſſe fauum mellis & piſces , ergo iuxta doctrinam Euangelicā piſcibus , & melle vſum fuiſſe Chriſtum expreſsè fatendum eſt, quia expreſsè habetur in Euangelio ; Carne verò nequaquam expreſsè, ſeù explicitè dicitur ab Euangeliſtis . Hāc eandem doctrinam reperies in theatro vitæ humanæ volumine 9. fol. 2226. ſub verbo temperantiæ aliorum magiſtri, & propriè illi qui abſtinentiam docent vita, exemplo, conuerſatione col. 2. ibi hæc *Dominus in Euangelio* ſæpe multiplicauit piſces , non carnes . Vnde ad præceptum Domini concluſerunt Diſcipuli multitudinem piſcium copioſam Lucæ 5. præterea panes , & piſces bis multiplicaſſe legitur, nunquam carnes . De quinque panibus , & duobus piſcibus habetur in Euangelijs : r De ſeptem panibus, & paucis piſciculis ab ipſo Domino multiplicatis habetur in eiſdem . Poſt reſurrectionem etiam ſeptem Diſcipulis piſcantibus , & non prendentibus manifeſtauit ſe Saluator , dicens . *Mittite in dexteram nauigij rete , & inuenietis , & de piſcibus illis dedit Dominus Diſcipulis ſuis Ioan.* 21. *Populo autem Iudaico carnali dedit carnes ad veſcendum* ſ *in Exodo Saluator noſter , cuius actio eſt noſtra inſtructio, nunquam legitur carnem commediſſe, niſi de Agno Paſchali, de piſce verò allato ad manducandum comedit, Lucæ* 24. *Ioan.* 21. Fideliter hæc ex citato loco huc tranſlata ſunt, vt videas mi Cenſor non eſſe ſingularē opinionem, ſed communem, quatenus dicimus non legi Chriſtum commediſſe carnem .

Cibus Chriſti expreſſus qualis in ſcriptura.

r *Mar.*6. *Luc.*9. *Ioan.* 6. *Matt.* 15. *Mar.*8.

ſ *Ex.*16.

Cur igitur maledicta conſequentia , quare non

pro-

proba, & probabilis, imò in ſenſu explicato veriſſima.

Nec obſtat marginalis deſcriptio, cui non appoſita eſt particula explicitè, ſiue expreſsè, venit enim intelligenda iuxta ſeriem doctrinæ currentis, vbi de expreſſa lectione Euangelij fit mentio. Mox ſi optabas (Religioſè Cenſor) alios ad tuam inducere opinionem, hac diſtinctione poſita probare debueras legi in Euangelio expræſsè Chriſtum carnem commediſſe, quod ſi feciſſes, & ipſe quoque damnaſſem abſque dubio conſequentiam, & nedum maledictam (vt facis iniuſtè) ſed hæreticam appellarem, at quia nec probas, nec probare poteris vnquam probabilem, imò veram appello.

Cenſor propria lingua ſuum probat intentum.

Vulgariter. 89 VEalo por los exemplos ſiguientes. En ninguno de los ſantos Euangelios dicen los Euangeliſtas, que Chriſto dixo, que era mas el dar, que el recebir y en los actos cap. 20. dice S. Plabo, que Chriſto dixo. *Beatius eſt magis dare, &c.* Ninguno de los Euangeliſtas dixo expreſſamente, que Chriſto deſpues de reſucitado ſe aparecio à mas de 500. hermanos, eſtando todos juntos, y deſpues à Santiago, y à la poſtre, à S. Pablo, ni ſe ſi lo ſupieramos ſe S. Pablo nolo dejara eſcrito 1. Cor. 15. *Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus, &c.*

Latinè ſic.

Latinè. P*Robare conatur Cenſor maledictam eſſe illam conſequentiam exemplis ſequentibus. Primum: in nullo Euãgeliorum Euãgeliſtæ dicunt Chriſtum dixiſſe, quod Paulus affirmat* [u] *ſcilicet*, Oportet meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniã ipſe dixit. Beatius eſt magis dare, quam accipere. *Secundum nullus Euangeliſta de illa apparitione Chriſti poſt reſurrectionem loquitur, ſicut Paulus teſtatur, nec id fortè ſciremus niſi eo in capite legeremus:* [x] Qui viſus eſt Cephæ, & poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul ex quibus multi manẽt vſq; adhuc, &c. Deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus. Nouiſſimè autẽ omnium, tanquã abortiuo viſus eſt, & mihi.

u *Act.* 20.

x 1. *Cor.* 15. 5. 6. 7. 8.

Reſponſio.

PAucis me expediam, cum certum ſit Cenſorem oleum perdidiſſe, & fruſtra laboraſſe in adducendis ſcripturis præfatis in exemplum.

Quandoquidem apud cordatos viros intentio Auctoris, nondum intelligatur fuiſſe de præciſa, & ſtricta lectione Euangelij. Sed de omnibus alijs ſcripturis, quas in nouo teſtamento habemus ſcriptas ab alijs Apoſtolis præter Euangeliſtas. Omnia enim, quæ in nouo teſtamẽto ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt, Euangelio non contradicunt; ſed vel explicant, vel augent, dũ geſta etiam à Chriſto, & cæteris Apoſtolis ab Euangeliſtis vel prætermiſſa, vel non explicitè relata narrant; vt eſt de apparitione Chriſti facta alijs, quam neſciremus omninò, ſic Paulus Apoſtolus eam non retuliſſet.

Nulla ſcriptura docet explicitè.

90 At hæc omnia præter intentum. Cum non legamus apud Paulum, Petrum, Iacobũ, &c. neque in toto teſtamento nouo, & veteri explicitè Chriſtum carnem commediſſe, præter legalem, & vehementioribus coniecturis habemus ex Scripturis, & Patribus abſtinuiſſe potius à carnibus quam illis fuiſſe vſum. Debueras mi Cenſor, vt tuum probares intentum oſtendere ex alijs ſcripturis præter Euangelium Chriſtum aliquãdo carneas comediſſe dapes. Quemadmodum oſtendiſti factam apparitionem ex D. Paulo, &c. Sed quia non potuiſti, nec poteris vnquã in vanum laborem conſumpſiſti.

Cenſor pergit ad probandum propria lingua.

POr abreuiar aduierta nueſtro autor las palabras de Innocentio III. e nel cap. cum Martha de celebratione Miſſarũ, que ſiruen de regla vniuerſal. *Sanè multa, tam de verbis, quam de factis dominicis inuenimus ab Euangeliſtis omiſſa, quæ Apoſtoli, vel ſuppleuiſſe verbo, vel factis exprexiſſe leguntur.* Y deſta

ver-

Digitized by Google

verdadera doctrina ydelos exemplos referidos prueba el docto Pōtefice, que quando Chriſto conſagrò leuanto los ojos al Cielo, aunque ninguno de los Euangeliſtas lo aia referido. *Si tunc igitur in Cælum* (dice Innocentio) *oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus examine animam Lazari reuocauit, probabilius eſse videtur, quod tunc oculos leuauerit ad patrem in Cælum, cum panem, & vinum in corpus, & ſanguinem commutauit.*

Latinè.

A*Bbreuiandi cauſa verba Innocentij III. ex loco citato adducit, quæ tanquam vniuerſalis regula habentur* ſane multa, &c. *Et ex hac vera doctrina, & allatis exemplis probat doctus Pontif x, quod quando Chriſtus conſecrauit oculos in Cælum leuauit, licet hoc nullus Euangeliſtarum retulerit. Si tunc igitur in Cælum (ait Innocetius) oculos, &c.*

Reſponſio.

91 QVid inde mi Cenſor; quam vim tuæ friuolæ rationi addere intendis? Regula adducta ex Innocētio pro nobis facit; ex illa namq; minimè inferri poteſt Chriſtū Dominū carnem comediſſe, ſed potiùs è contra. *Dicit enim Innocētius, quæ fuere ab Euangeliſtis omiſſa de rebus, vel factis dominicis Apoſtolos ſuppleuiſſe verbo, vel facto expreſſiſſe.* Quod veriſſimum eſt. Verum quantum ad nos attinet abſtinentia à carnibus non obſcurè probatur, quia illam, verbo, & facto docuiſſe Chriſtum ex dictis conſtat; ſæpius enim habuimus expreſſis verbis ipſius abſtinentiam vtilem, ieiunium neceſſarium, &c. quod ex opere compleuit ieiunando, & quadrageſimales cibus comedendo, vt facto probauimus.

Chriſtus, et Apoſtoli quomodo carnis abſtinentiam docuerunt.

Mox Apoſtoli, qui verbo, & factis geſta à Chriſto oſtendebant noſtram à carnibus abſtinentiam expreſſerunt verbo, vt in Textu clarè patet dum abſtinentiam, & ieiunium varijs prædicarunt encomijs. Factis etiam, quia, vt ex antiquis Doctoribus ſequenti tractatu probabimus à carnibus abſtinebant. Nec tibi Religioſe Cenſor remanebit vlterius dubitandi occaſio; cum ex capitulo citato habeamus etiam, quod, quæ dicta non fuerint ab Euangeliſtis credere debemus, quod à Chriſto Apoſtoli, & ab Apoſtolis eorum ſucceſſores acceperunt. Diſcipuli Apoſtolorum non ne erant eorum ſucceſſores, & Diſcipulorum ſucceſſores, non ſunt Religioſi? ita credo reſpondebis, ergo benè valet dicere, quod Chriſtus carnem vitauit, & non comedit, quia Apoſtolorū ſucceſſores, & diſcipuli, qui facto geſta Chriſti, & Apoſtolorum oſtendebant, quinimò, & etiam Religioſi, qui à Diſcipulis originem traxerunt in primitiua Eccleſia ab eſu carnium abſtinebant, vt tract. 12. videbis.

Vt autem tuum probares intentum per Apoſtolos, vel verbo, vel factis ad carnium eſum ſuaderi, oſtendere tenebaris, quod te fieri nō poſſe, nec potuiſſe exiſtimo. Ridiculum omnino videtur ſuppleuiſſe, & expreſſiſſe Apoſtolos eſum carnium Chriſti veluti ſi in comedendis carnibus, vel ſita eſſet noſtra perfectio, vel aliqua peculiaris virtus, quam quia Euāgeliſtę omiſerūt referre, Apoſtoli verbo, vel factis ſuppleuerunt, ne ſilentio, & obliuioni traderetur illud mirabile opus, ſeu illa mirabilis virtus, quæ in pinguedine, & carnium edulijs reperitur.

92 Conficio tandem ex tua doctrina argumentum. Quæ omiſſa fuerunt ab Euangeliſtis, facto, vel verbo ſuppleuerunt Apoſtoli. Chriſtum carnem comediſſe fuit omiſſum ab Euangeliſtis, ergo id ſuppleuerunt Apoſtoli. Valet conſequentia, & benè ſe haberent omnia ſi falſum non eſſet conſequens falſæque permiſſæ.

Maior non eſt, quia indefinitè loquitur, & debet ſolum intelligi de virtutibus, miraculis, doctrinæ, & alijs operibus certis, & realibus ad noſtram doctrinam pertinentibus. Minor ſupponit incertum, & id, quod ſub lite eſt tanquam verum, & reale, ſcilicet comediſſe carnem, quod probādū prius erat dicto, vel facto aliquo Apoſtolorum, ſicut enim probaſti vere Chriſtum dixiſſe, *beatius eſt dare*, &c. Omiſſum ab Euāgeliſtis ex actibus Apoſtolorum, vbi niſi legeretur, totaliter neſciretur. Sic aliqua auctoritate probari oportebat de carnium eſu, &c, alias caue ne improba ſit conſequentia, & peior illa, quam tu male dictam appellas, non obſtante, quod eam eliciat auctor laudum, & virtutum Chriſti amator, &c.

Subſequitur Cenſor, propria lingua.

Cenſor ſua lingua.

MAs deja da la conſequencia à vn lado, aduierta nueſtro hiſtoriados, que Chriſto fue conuidado en las bodas de Canade Galilea, comio en caſa de Simon leproſo, en la de Zacheo, e nel Caſtillo di Marta, y de Maria, que dicen fue Bethania deſpues dè hauer

uer riſucidado à Lazaro con el miſmo Lazaro y otros conuidados. Pregunto yo aora à nueſtro auctor, que comio Chriſto en eſtas partes? peces, y miel, no parece veriſimil, que fueſſe eſſa la comida, ſe no es, que quiera hacer à eſtos, que conuidaron à Chriſto, ò con los quales comio Chriſto tam abſtinentes, que guardaſſen la vida quareſmal come ſe fueran frayles minimos. Luogo parece, mas que probable, que comio Chriſto carne.

Latinè.

Latinè ſic. *SEd ex parte, conſequentia relicta, Chroniſta aduertat Chriſtum vocatum fuiſſe, ad nuptias, quæ factæ ſiterunt in Cana Galilea, comediſſe in domo Simeonis leproſi, & Zacchei, in Caſtello Marthæ, & Mariæ, quod Bethaniam fuiſſe dicunt, poſtquam Lazarum reſuſcitauerat, cum eodem Lazaro aliſque accumbentibus. Nunc ipſe auctorem interrogo, quid Chriſtus hiſce in partibus comedit? Piſces, & mel, non videtur veriſimile talem fuiſſe eſum, niſi velit eos, qui ad manducandum vocauerant Chriſtum, aut cum quibus manducauit Chriſtus, ita abſtemios eſſe, vt, vitam ſeruarent quadrageſimalē veluti ſi Fratres Minimi eſſent, ergo pluſquam probabile videtur, quod Chriſtum carnem comedit.*

Reſponſio.

93 TV formas tibi (Cenſor) arbitrio tuo quæſtiones, argumentationeſque, & arbitratu tuo ad eadem reſponſa cominiſceris: Sed meum accipe reſponſum non tuum. Similis, & fortaſſe maioris roboris eſt argumentum doctiſſimi Suarij, qui modeſtis, placidiſque verbis aduerſus contrarium ſentientes argumentatur, abſque eo, quod tuis vtatur, medio deſumpto ex 9. Matth. & 5. Lucæ, vbi Chriſtum carnem cum carne veſcentibus comediſſe arbitratur, eo, quod cum publicanis, & peccatoribus manducauit, & murmurantibus Phariſæis de hoc dixit. *Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus:* Quaſi dicat, quod manducando cum illis de eorum cibis ſanabat eos à languoribus peccati, idem, & in omnibus locis à te adductis manducaſſe arbitraris.

Hic præſupponenda ſunt, quæ in calce ſexti capitis diximus nimirum contrariam opinionem, qua probant Chriſtum carnem comediſſe, non ita a nobis reprobari, vt eam erroneam, vel maledictam vocemus, vt Cenſor facit de noſtra: Sed intendimus tantum eam reprobare, vt minus probabilem, eo, quia videtur nobis pars negatiua (quod ſcilicet Chriſtus carne minime veſcebatur) fauorabilior, & probabilior.

Quare cum ex Ambroſio non liceat mihi vſurpare, quod non legi, & neque in nuptijs factis in Cana Galileæ, nec apud Lazarum, ſororeſque eius, nec in domo Matthei, nec aliunde legatur, quæ fuerat qualitas ciborum, licite de cibis per coniecturas, quiſque poterit arbitrio ſuo ſuſpicari, & probabiliter affirmare id, quod conformius vitæ Chriſti ſore iudicauerit; Non incredibile igitur ſit tibi, quod opinamur, ſcilicet Chriſtum etiam in relatis domibus carnem minime manducaſſe, Nam Martha, Maria, Lazarus, Mattheus, & alij erant de ſchola Chriſti non parum inſtructi, & ſciebant, quæ, & qualia comeſtibilia Magiſter, & Diſcipuli accipiebant, & cæteri, qui in conuiuas eos receperunt, eorum viuere non ignorabant, eaque parabant, quæ eorum ſtatui ad eſum conuenientia erant, & apponi conſueuerant.

94 Et abſtinuiſſe à carnibus in domo Matthei iure his ductus rationibus arbitror. Prima ratio eſt, quia Mattheus ab inſtanti vocationis ſuæ ſequutus fuit Chriſtus, vt in Matth. legimus. a *Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, & ait illi, Sequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum,* & ſic apparet, quod non moratus eſt quicquam Mattheus; ſed mox, vt vocem audiuit ſurrexit, & ſecutus eſt eum, & notanter dicitur in textu. *Cum tranſiſſet Ieſus vidit hominem ſedentem, & ait illi ſequere me.* Quaſi dicat non acceſſit Chriſtus ad telonium ad perſuadendum illi omnia relinquere, & ad oſtendendum illi ſui ſtatus periculum, ſed ſolum in tranſitu apud domum telonei vocauit illum, & tranſiuit, & Mattheus ſurgens ſecutus eſt tranſeuntem, vbi apparuit potentia exceſſa vocantis, & obedientia vocati. Vnde Chriſoſt. in ſua homilia dixit. *Sicut vidiſtis vocantis virtutem, ita addiſcite vocati obedientiam, nec enim reſtitit, nec domum abire rogauit, & ſuis communicare &c.*

a Cap. 9.

Matthei vocatio, & obediētia.

Rurſus ſupponendum eſt, conuiuium, (quod fecit Mattheus Chriſto, & Diſcipulis eius, vbi interfuere etiam aliqui publicani familiares Matthei fuiſſe poſt vocationem, quia antequam vocaretur, nō habebat aliquam familiaritatem cum Chriſto ad hoc, quod eum, & Diſcipulos eius inuitaret, quod ex conſenſu trium Euangeliſtarum confirmatur, qui omnes conueniunt conuiuium fuiſſe poſt vocationem Matthei &c.

His

His ſuppoſitis dico, quod Matthæus ſtatim, ac ſequutus eſt Chriſtum, omnia perfectionis conſilia ad vnguem obſeruauit, ait enim D. Thomas. b Loquens de ipſius Matthei conuerſione, quem Dominus de teloneis lucris ad ſui ſequelam vocauit. *Quamuis non ſtatim ſit ad Apoſtolatum aſſumptus; ſtatim tamen conſiliorum perfectionem aſſumpſit.* Abſtinentia autem carnis, eſt vnum de perfectioribus conſilijs, ergo ſtatim ac vocatus fuit, huiuſmodi abſtinentiam ſeruauit, alias non ita vniuerſaliter, (prout fecit) eſſet Diuus Thom. loquutus.

b Opuſc. 17. cap. 5.

Matthæus ſtatim ac vocatus perfectionis conſilia ſeruauit.

Quibus ita probabiliter habitis, conuiuium factum Chriſto, & Diſcipulis eius fuit poſt vocationem, & in ſtatu, quo perfectionis conſilia ſeruabat, ergo ſequitur, quod iuxta ſtatum ſuum fecit conuiuium non deſerens, nec violans abſtinentiæ conſiliũ, quod vnum ex conſilijs perfectionis eſt. *Conſilium enim perfectionis vocamus,* (teſte Belarmin.) de Monachis. c *Opus bonum à Chriſto nobis, non imperatum, ſed demonſtratum, non mandatum, ſed cõmendatum.* Quod de abſtinentia verificatur. Item hoc de aliquibus alijs Apoſtolis oſtendemus infra, quod carnem nunquam comederunt, & fuere ex conuiuatis, at comedere carnem in conuiuijs, & nunquam comedere, non poſſunt de eodem ſimul verificari: igitur ſupponendo, quod nunquam comederint, dicendum ſequitur, quod neque in conuiuijs carnibus in eſum vſi ſunt ſic pariter de Chriſto, cuius exemplo cæteri abſtinuere.

Conſilium perfectionis quid ſit.

c Lib. 2. cap. 7.

95 Abulenſis in Matth. d Phariſæos (dicit) non murmuraſſe contra Chriſtum, eo, quod contra legem faceret, vel peccatum committeret, non ignorantes vlla lege prohiberi manducare cum Publicanis, ſed illum reprehenſione dignum iudicabant, quia, qui ſtatum perfectionis profitentur, multa alia præter legis præcepta obſeruare tenentur; ſtatui autem perfectionis, quem Chriſtus videbatur profiteri, ſaltim in doctrina à multis cauere conueniebat, vltra ea, quæ lege vetita erant, qua de cauſa videbatur quædam in honeſtas Phariſæis, quod Chriſtus Doctor viæ perfectionis peccatoribus communicaret comedendo cum eis, quaſi in hoc ſe de honeſtate cadens à dignitate. Vlterius licet manducare cum Publicanis de ſe, non eſſet peccatum, dabat tamen occaſionem ſuſpicandi malum, ſcilicet, vt putaretur Chriſtus iſtud agere ex quadam voracitate, quia publicani, magis cibis, & potibus indulgebant, quam viri Religioſi, ad quod pertinet victus ſeruare parſimoniam. Vnde Phariſæis imponebant Chriſto, quod eſſet vorax, & propter hoc cum publicanis manducaret. Sed ſicut non credimus ex fide Chriſtum voracem fuiſſe, ita credere non tenemur ibi carnem comediſſe: docet enim fides Chriſtum non fuiſſe voracem contra Phariſæos; ſed, quæ fuerint comeſtibilia non docet, quamobrem, licite poterit quiſque opinari, quod maluerit de ciborum qualitate, & quo perfectius, eo ſecutius, & melius.

d Cap. 4. q. 54.

Phariſæis murmurãte de Chriſto, quid intendebant.

96 Similiter de omnibus alijs vicibus, vt de conuiuijs factis in domo Lazari &c. Iudicandum erit, non enim ignorabant quibus cibis veſceretur Chriſtus, quam ſequebatur vitam, & modum viuendi, iuxta quem ſe conformabant omnes, qui eum ad Conuiuium vocabant. Non obſtante igitur, quod quæſtioni à te propoſitæ, quam tuo arbitratu fingis, ſubijcis reſponſionem dum enim percontaris, quid manducauit in illis conuiuijs Chriſtus. Reſpondes piſces, & mel, non videtur veriſimile, niſi dicamus illos fuiſſe fratres minimos &c Longe rectius concluderes affirmatiue, ſed irrides, & ſubſannas: fac quod vis irriſioni tuæ, non me oppono, geſtorum Chriſti memor, qui illuſus tacuit: Satis, ſuperque erit, ſi verò ſimilibus coniecturis, (quamquam ad hoſpitium Chriſtum recipientes, non eſſent fratres minimi) aſſequi poſſunt, vel eos tunc etiam abſtinentiam Minimorum amplectebantur, vt de Martha, quæ ſatagebat circa frequens miniſterium Chriſti, & parabat, quæ in cibum ſumenda erant, ita abſtinentiſſimam fuiſſe refert Sanctus Antoninus. e *Vt nunquam carne, caſeo, ouis etc. huiuſmodi vteretur in cibum, nec vinum biberet.* Si verum eſt hoc, quod ille ſanctus dicit, prout veriſſimum eſſe arbitror, quis dubitabit Magiſtrum Chriſtum abſtinuiſſe ab ijs, à quibus abſtinuit diſcipula, & ſi iſta parat Magiſtro ſuo cibos, non alios iudicare debemus, niſi quibus ipſa vſa erat in cibum. Sic fortaſſe de alijs dicendum erat, vel ſaltem eos parabant cibos, quos vitæ Chriſti, & Diſcipulorum eius magis congruere conoſcebant.

Sanctæ Marthæ abſtinẽtia.

e 3. p. tit. 6. cap. 20.

Et percontor ſi ipſe (mi Cenſor) eſſes aliquando conuiua, non ne à conuiuantibus tractareris, prout tuam decet perſonam delicijs, & pinguibus enutritam, atque aliter, ac Minimita, qui herbis, piſcibus &c. continuo veſcitur, cibareris? Quiſque procul dubio iuxta ſuum viuendi modum cibaretur; Et ſicut non humaniter, aut benè ſegereret, qui te ad conuiuium ſuſciperet die Dominico, vel Paſchatis, & tantum tibi offerret parum Leguminum, aut piſcium; ita non ſolum malè, ſed ſathanicè ſegereret, qui Minimitam eiſdem diebus hoſpitio recipiens carnẽ ſcienter offerret. Item hoc idem erit (niſi fallor) ſi quis hiſce in regionibus te ſabato inuitaret, & animalium interiora, ſeu extremitates, quas ipſe ſaltem, quando ſecularis eras vigore bullæ comedere poteras in cibum tibi offerret: Non enim licet Religioſis, quod ſecularibus; his concedit bulla interiora tali die comedere, illis meo videri minime, pari modo valebit inferre, quod ſi Chriſtus noſtram abſtinentiam ſeruauit, & tenuit, (vt probabiliori opinione probatum eſt,) qui cum hoſpitio, & conuiuio recipiebant, quamuis illi carnibus alias veſcerentur in ea occaſione, vel modo viuendi Chriſti ſe conformabant, vel ea ipſi, & Diſcipulis eius parabant, quibus vti, & veſci ſoliti erant. Sicque non erit pluſquam probabile, (vt voluntarie infers) Chriſtum carnem comediſſe, ſicut non eſſet

con-

Digitized by Google

congrua, & ſufficiens probabilitas aſſerendi Minimitam carnem comediſſe ex eo, quia ſciuit illum conuiuam fuiſſe in domo alicuius diuitis, aut Principis.

Cēſor procedit ad probandum auctoritate propria Lingua.

PAſſemos adelante el miſmo Chriſto referido per Sāt Matt. f *Venit Ioannes, non manducans, nec bibens, & dicunt Dæmonium habet venit filius hominis, manducans, & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini.* Claro eſtà que deſte lugar conſta, quæ Chriſto deſpues del el aiuno, del deſierto viuio menos aſpera y ſeueramente, que el Baptiſta, alomenos deſte lugar colegio Ireneo contra hæreſes, que Chriſto ſe accommodo de tal ſuerte à los hombres, con quien viuia, *vt eorum communibus cibis vteretur, & vinum biberet.* Lo miſmo colegio S. Auguſt. contra Fauſtum y otros muchos que refiere el P. Franciſco Suarez y g Valga pol mil teſtigos S. Thomas Aquien nueſtro auctor tiene obligation de ſequir pues, dice, h que ſu doctrina es la Teologia, mas ſegura y macica de la y gleſia de Dios. Eſte pues Angelico Doctor dize anſi. i *Congruum erat incarnationis fini, vt Chriſtus non ageret ſolitariam vitam, ſed cum hominibus conuerſaretur qui autem, cum aliquibus conuerſatur cōuenientiſſimum eſt; vt ſe eis in conuerſatione conformet ſecundum illud,* k *omnibus omnia factus ſum ideò conuenientiſſimum fuit, vt Chriſtus in cibo, & potu communiter ſe, ſicut alij haberet.* Eſto vaſte de S. Thomas.

f Cap. 11.

g 3. p. t. 2. diſp. 28. ſect. 3.

h Lib. 1. pag. 12. col. 2.

i 3. p. q. 8c. art. 2.

k 1. Cor. 9.

Latinè.

VLterius tranſit Cenſor dicens Chriſtum relatum Matth. dixiſſe. Venit Ioannes &c. *Prout ſupra, ex quo textu clarè patet Chriſtum (poſtquam ieiunauerit in deſerto) vixiſſe minus aſpere, & ſeuerè, ac Ioannes Baptiſta vixit. Et ſaltem Iraneus ex hoc loco collegit, ita ſe Chriſtum conformaſſe hominibus, cum quibus viuebat, & conuerſabat, vt eorum communibus cibis vteretur, ita Chryſoſt. & alij quos refert Suarez. Et valeat inter mille teſtes D. Thomas, quem auctor ſequi tenetur cum ipſe dicat, eius doctrinam eſſe ſecuriorem, & ſtabiliorem Eccleſiæ Dei. Iſte igitur Angelicus Doctor loco ſupra citato ait, Congruum erat &c. quod quidem ex D. Thoma ſufficiat, &c.*

Reſponſio.

98 NOn ignota refers, ſed ex dictis explicata manent; Adduxiſti primo modum viuendi Chriſti, diuerſum fuiſſe à modo viuendi Ioannis, quorum alter auſterè, alter quidem communiter vixiſſe fertur, quod quidem omnes concedunt. Difficultas verò manet, num iſta communis vita, quam Chriſtum fuiſſe ſequutum opinamur, conſiſtat in eſu carnium, & in non vitandis cibis carneis, an aliter? partem negatiuam, iam ſupra probauimus, & explicauimus. Partem verò affirmàtiuam ex Partibus à te adductis probatam minimè videò. Ex verbis Matthæi colligitur tantum Chriſtum non auſtere vixiſſe, ſicut Ioannes, ſed abſque voracitate, & ebrietate bibiſſe, & manducaſſe, quid non exprimitur, nec Patrum auctoritas probat.

Non Auguſtinus, loco citato, quia eius verba ſi attentè conſiderentur non oſtendunt abſolutè Chriſtum carnem comediſſe, neque ſolum olera, ſed relinquit, vt an hoc, vel illud comederit, quiſque libito ſuo opinetur. Verba enim ipſius hæc ſunt. *Et Ioannis quidem eſcam, & potum nouimus, non enim dictum eſt, quod omnino non biberet, ſed quod vinum, & ſiceram non biberet: bibebat ergo aquam. Cibus autem eius, non omnino nullus erat, ſed locuſta, & mel Silueſtra. Vnde ergo dictus eſt non manducans, neque bibens, niſi quia illo victu, quo Iudæi vtebantur, ille non vtebatur. Hoc ergo Dominus, niſi vteretur, non in eius comparatione manducans bibenſq; diceretur. An fortè ideò, quia pane, & oleribus Dominus veſcebatur, quibus Iannes non veſcebatur. Mirum ſi non manducans, dicitur, qui locuſtas, & mel comedit, & manducans dicitur, qui pane, atque olere contentus eſt. Sed de cibis ſuſpicamini quidquid vultis; certe bibens, & vinarius, non diceretur niſi vinum biberet, cur ergo, & hoc vos immundum*

Auguſtinus in ſolutam reliquit queſtio de Ieſu Chriſti.

Digitized by Google

putatis? hæc ille, qua doctrina, & ſi propter Manichæos carnes, & vinum fugientes tanquam res malas, & a malo Deo factas inclinare videatur in affirmatiuam partem, non tamen audet abſolutè affirmare, quod carne in eſum vſus ſit Chriſtus, tanquam de re incerta, & opinabili; at certior factus Sanctus Doctor de potu, quam de eſu, intrepidè affirmauit vinum bibiſſe, ſed non dixit carnem comediſſe id ſub Iudice relinquens carne, ſcilicet, an oleribus ſit vſus Dominus illis verbis. *De cibis ſuſpicamini quidquid vultis.*

Ruſſus apud Iræneum loco citato non inueni prænotata verba fortaſſe ita erit in aliqua alia impreſſione, verum demus verba citata eſſe Irenæi quid inde? Ad communem vitam nos ducunt, quam fuiſſe Chriſtum ſecutum fatemur ab æſu tantum carnium illum excludimus, de quo non loquitur Iræneus.

Diuus autem Chriſoſtomus pari modo de carnibus ſilet, & ad communem vitam tendit dicens. *Illam autem aliam viuendi viam, quæ ieiunio claros efficit, Ioanni poſtea omnino dimiſit, ipſe verò publicanorum, atq; peccatorum menſas elegit, vt Publicanos, & peccatores ſaluaret.* Quid autem cum publicanis, & peccatoribus comederit non explicat. Vnde ſolum colligimus ex contextu verborum, quod non auſterè, vt Ioannes vixit, Chriſtus vitam egerit, eo quod in menſis publicanorum comederit. Dixerat enim Chriſoſt. paulò ſuperius, *hanc quoque viam ipſe* (Chriſtus) *confecit cum quadraginta diebus ieiunauerit, & circumiens, ita docens, &c.* Via ergo relicta à Chriſto fuit illa auſtera, ſed quã acceperit, non fuiſſe ſuauem, & delicijs plenam, ſed communem, & abſtinentiſſimam arbitramur, &c.

99 Validiſſimum tandem Teſtimonium ſumis ex D. Thoma, quem dicis auctorem ſequi teneri, eo quod fateatur doctrinam huius Angelici Doctoris, ſecuriſſimam, & ſolidiſſimam eſſe in Eccleſia Dei, quod certe ſapienter dixit. Ita, & ipſe fateor, ſemperque confeſſus ſum, & apud omnes doctores ſanæ mētis doctrina eius fuit, (& non immeritò) tã maximo prætio habita, vt me legiſſe memini Innocentium dixiſſe. *Qui ſua impugnarit ſcripta, ſemper fuerit de veritate ſuſpectus.* Et certè ſi aliqua eſſet auctoritas D. Thomæ, quæ doceret Chriſtum carnem comediſſe, relictis alijs Doctoribus, ſtatim, & proculdubio acquieſceremus. Sed non facit, loco enim citato (niſi alium textum, & non hunc vetum præ manibus habeas,) mentio non fit de carnium eſu, imo præallegata ſuperius verba ibi haud reperi. At quia verè doctrina eius eſt alio in loco, ſcias Angelicum Doctorem contra poſuiſſe Chriſti vitam, vitæ Ioannis, reſpectu cuius auſteritatis, & ſeueritatis, illa Chriſti auſtera minime dicitur, ſed nec pinguis, & plena delicijs, ſed mitis, & communis. Et tam D. Thomas, quam Chriſoſt. Iræneus, alijque omnes Doctores, qui de eſu carnium non expræſſe loquuntur, ſed quod ad docendum nos communem vitam ſe conferunt, intelligendi ſunt iuxta explicationem D. Ambroſij ſupra relati, qui naturalem ſimplicem, & communem cibum vocat illum ex herbis, oleribuſq; confectum: cibum verò carnium ad diuitias, & blandimenta ſpectare dicit, & D. Thomas ad delicias comparandas remiſit ſupra, &c.

Cenſor concludit propria Lingua.

Y Digame por charidad el auctor ſi los Iudios con quienes Chriſto comunicò deſde, que nacio haſta, que murio comierõ ſolamente carne legal y en lo de mas hazian vida quareſmal perſuademe, que dirà queno, porque no ſe halla, lugar en la eſcrittura, que yo haja viſto, en el qual prohibiſſe Dios à aquel pueblo comer carne, y ſi eſto es an ſi obligado, que dara à dezir que Chriſto no ſolo comio carne legal, ſi no tambien vſual; aunque nolo digan los Euangeliſtas expreſſamente.

Latinè.

ATque mihi ex charitate dicat Auctor, Iudæi, cum quibus Chriſtus communicauit à natiuitate, vſque ad mortem comederunt ne carnem tantũ legalem? & in reliquis vitam agebãt quadrageſimalem? fore reſponſurum non, ipſum mihi perſuadeo, cum non reperiatur in ſacra Scriptura Textus, quem viderim, quod Deus prohibuiſſet populo illi carnium eſum, ac ſi ita eſt, dicere tenebitur, non tantum Chriſtum comediſſe carnem legalem, ſed vſualẽ quoq; licet hoc expræſsè Euangeliſta non dicant.

Reſponſio.

100 QVis negat hoc? (ò Cenſor) Iudæi quidem cum quibus Dominus communicabat, & conuerſabat ſublatis parentibus eius Ioſepho ſcilicet, & Beata Virgine, cum quibus vſque ad tempus prædicationis vitam egit. & ſupra non in probabili opinione, aſſeruimus carnis eſum vitaſſe, aliquas carnium ſpecies manducabant, aliquas verò non;

non; vt de ſuinis carnibus &c. tanquam de re prohibita in lege,omnes ſcimus;legimus enim hoc expreſsè in veteri teſtamento. Quid ergo ad nos? Quale inde conficis euidens argumentum? Communicauit cum omnibus cõciuibus; ergo illis comedentibus carnem,carnibus veſcebatur, etiam Chriſtus? pulchra quidem, & neceſſaria (ſed apud te) conſequentia eſt, quam infers; ſed illud, quod probatione eget, ſupponis. Vnde enim colligis, quod quia Chriſtus comunicauit, & conuerſauit cum ſingulis, verbi gratia, conciuibus, cum eiſdem aliquando comederit? Prætendis fortaſſe (quod abſit) oſtendere Chriſtum fuiſſe vagum, exeuntem, ingredientem ſingulas Iudæorum Domos, vbique ſemper comedentem ab eius natiuitate, vſque ad prædicationem? credo non; nam ætate, & ſapientia creſcebat, & in virtutibus proficiebat ſingulis momentis, & apud ſuos parentes commorabat ſubditus illis?

Sed dato, quod comederit aliquando cum amicis, vnde probas comediſſe carnem? Non ne inter Iudæos reperimus fuiſſe Eſſeos carne non veſcentes, alioſque quamplures abſtemios fuiſſe ante Chriſti natiuitatem? clarum eſt, poterat ergo ita in caſu noſtro euenire, quod comederet cum hominibus abſtinentibus, boniſue moribus, virtuteque præditis, quos ipſe optimè cognoſcebat. Et ſic non eſt pluſquam probabile Chriſtum carnem comediſſe. Sed potius contrarium probabilius aſſerere poterimus. Niſi aliquorum menſura metietur Chriſtus proficiſcens ad prandia ſæpè, domoſque curſitans, &c. Procul recedant ſomnia. Hæc de Chriſto.

Quæ ſequuntur mi Cenſor ad Apoſtolorum, & Diſcipulorum Chriſti abſtinentiam ſpectant, ſed quia ſequenti tractatu ex profeſſo de ipſorum abſtinentia agemus illuc ea, tanquam argumenta transferam, & pari modo reſponſiones afferam. Quære ſi vis.

Reſponſionem auctoris ad tuam cenſuram parum apponere curaui, cum non neget abſolutè Chriſtum carnem comediſſe ſed ſolum nõ legi expreſſe in Euangelio, ſic ſe explicat in ſuis aduertentijs (nunc primum à me viſis) Typis traditis?

Finis Tractatus de Chriſti abſtinentia à carnibus.



Digitized by Google

TRACTATVS SEXTVS

DE ABSTINENTIA APOSTOLORVM, Et Diſcipulorum Chriſti à carnibus.

AGgrediens Chriſtus noſtræ reparationis opus, prima iecit fundamenta, & breui tempore ſurrexit opus, creuitque Eccleſiæ ædificium inchoandum iam ex electis, & prætioſis lapidibus, quibus Apoſtoli, & Diſcipuli Saluatoris ſignificantur (Adamante vno excepto) pellitur enim ab Eccleſia obſtinatus lapis, & qui expolitioni non cedit, cæteros, quos videndo, & vocando præcioſos fecit ad ſui ſequelam traxit, ad pœnitentiam, & ad Crucem elegit, ad macellum, & ad mortem duxit; Ideò voluit eos eſſe ſerpenti, & columbæ ſimiles, vt totos ſeſe Sponſo Chriſto connecterent, ſic inferunt auctores ex illis verbis Chriſti Matth. l *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ*. Quibus verbis duo vult Chriſtus, & quod ſimilentur Apoſtoli ſerpentibus, & quod etiam ſint columbis ſimiles: ſerpentibus quidem propter prudentiam. *Quia*, (vt ait D. Hieronymus) *ſerpens toto corpore occultat caput, vt illud in quo vita eſt protegat. Ita nos toto periculo corporis caput noſtrum, qui Chriſtus eſt, cuſtodiamus, ideſt fidem integram, & incorruptam ſeruare ſtudeamus*. Sed ad intentum acutè Iſidorus Peluſiota, m conſiderans ſerpentem ſtrictas rimas eligere, per quas dum tranſit veterem exuit pellem; ſic nos per anguſtā viam tranſeuntes veterem hominem deponimus, ait. *Serpens arte, & verſutia vetuſtatem exuit in arcta quadam, & anguſta rima ſeſe comprimens, ac ſenium deponens. Vult igitur nos per arctam viam, & afflictionem veterem hominem exuere, ac pro eo nouum induere, qui ad eius imaginem renouatur.* Apoſtoli ergo, quos miſit Chriſtus tanquam ſerpentes, ſerpentis exemplum ſequuti non ſolum in exuendo veterem hominem per viam mandatorum, ſed etiam per quamlibet aliam viam, corporis ſcilicet afflictionem, & Crucis mortificationem: Sic prudentiam ſerpentis ſunt imitati. Sed quia prudentia perículoſa eſt, vt ait Remigius, niſi ſimplicitate temperetur, & ſimplicitas ſine prudentia facile decipi poteſt, poſt prudentiam eos docuit habere columbæ ſimplicitatem, dicens: *Et ſimplices ſicut columbæ*. Et verè Apoſtoli velut columbæ fuerunt; nam columbas (vt dicunt Theophilactus, & Euthimius) licet pullis orbentur ad eoſdem tamen nidos, & domos redire conſpicimus: & Apoſtoli nunquam memores iniuriarum ſibi factarum fuerunt, ſed placidi & amantes redibant ad eos iuuãdos, & conuertendos à quibus læſi, vexatique erãt. Item columbæ fæcundiſſimæ aues ſunt, vtpotè quæ non ſemel in anno, ſed ſingulis menſibus pariunt. Et Apoſtoli, quorum ſonus in omnem terram exiuit volantes velociſſimè per vniuerſum orbem plurimos filios peperere Chriſto. Habuerunt quoque columbæ puritatem, & innocentiam, & caſtitatem, quarum virtutum ſymbolum præſeferũt columbæ. Tandem fidelitatem, vt columbæ ſuis coniugis, ita Apoſtoli Chriſto ſeruantes, cui taliter perſeuerarunt aſſociati, vt alium non reſpicerent, ſed ipſum Chriſtum crucifixum aſpicientes fideliſſimè, ſequebantur in Cruce obedientiæ, paupertatis, caſtitatis, abſtinentiæ, famis, atque ſitis; & in perſequutione, laboribus, &c. vſque ad mortis, & Crucis martyrium.

l Cap. 10. 15.

m Lib. 1. epiſt. 26.

Apoſtoli prudentes, vt ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbæ cur dicantur.

1 Per Crucem ergo opus erat ſequi præeuntem, vt verè eſſent Chriſti Diſcipuli, nam ex verbis Lucæ n habuimus: *Non poteſt meus eſſe Diſcipulus*; Quibus verbis præceptor, & dux noſter denunciat ei, qui crucem ſuam nõ baiulat, & poſt eum ijt, ſe militem eius, & militaris ſcholæ ſuæ diſcipulum eſſe non poſſe, cum reuera tanti ducis, Regiſque perſonam ad bellicam hãc expeditionem præeuntem aliquo modo non ſequi, non modo turpiſſimum ſit, ſed quouis etiam grauiſſimo ſupplicio dignum: debet enim quiſquis ille fuerit hanc, vel illam Crucem tollere, & omnimodo quo poteſt magis, vel minus Chriſtum ſequi Crucem ferentem. Olim Darius Perſarum Rex (teſte o Herodoto) expeditione aduerſus Scitas ſuſcepta, cum Oeobazus Perſa nobilis ex tribus, quos habebat, duos ad bellum liberos obtuliſſet, ſibique relinqui tertium poſtulaſſet, Rex indignatus omnes tres iuſſit interfici, patrique relinqui, nefas magnum arbitratus Regiam perſonam ad bellum prodeuntem nolle quempiam imitari. Simile quid de filio eius Xerſe refert idem Herodotus, cui ad bellum in Græciam proficiſcenti, cum Pythius Lidiæ Rex ſeruato primogenito quatuor alios obtuliſſet filios, primogenitum ille, medium ſecari iuſſit, & per media illius membra exercitum ire. Quod ſi tantum nefas habitum eſt, terrenos Reges non ſequi, quantum erit filium Dei Regem Regum, & Imperatorem ſummum contemnere ad noſtræ ſalutis, & redemptionis ex-

n Cap. 14.

Regem bellantem non ſequi nefas magnum.

o Lib. 4.

Digitized by Google

nis expeditionem cælitus miſſum? Quantum ſuam Crucem non tollere, vel tanti ducis caſtra deſerere? Eia dicamus cum Apoſtolis: Eamus, & nos moriamur cum illo. Verba ſunt Apoſtolorum verè ſequentium ducem, & præceptorem; qui quidem non ſolum per viam Crucis ſubeundo martyrium; ſed omni modo, quo poſſibile illis fuit, alias mortificationis Cruces tulerunt. Sic ergo Sancti Chriſti ſequaces, non vnam, aut alteram virtutem ſed ſingulas quaſque ad præceptoris inſtar eius tenentes veſtigia diuina cooperante gratia imitati ſunt: & cum inter tot virtutes ieiunium Chriſti, & abſtinentiam à carnibus fore, & eſſe numerandam cenſuimus, inde colligendum putauimus à carnibus quoque abſtinuiſſe Apoſtolos, & Chriſti Diſcipulos: quod probabiliter, nedum rationibus, ſed patrum etiam auctoritatibus in preſenti tractatu adducendis oſtendere curabimus, prout per ſequentia capita patebit.

CAPVT I.

Status difficultatis aperitur, & ſententiæ proponuntur.

2 QVod Apoſtoli omnia perfectionis conſilia ſeruauerint diximus pluries, & dicemus, poteritque quilibet ſuo libito videre, ſi per omnia diſcurrat, quæ præbuit Chriſtus, illa enim in longum percenſere meum nunc non eſt, vt verò aliqualis habeatur cognitio præfatæ veritatis, breuiter dico. Apoſtolos caſtos, & continentes fuiſſe, iuxta conſilium Domini oſtenſum in Eunuchis, *Qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum*, Quod nō præceptum, ſed conſilium fuit, vt patet illis verbis. *Qui poteſt capere capiat*. Pauperes etiam fuiſſe, nam relictis omnibus ſecuti ſunt Dominum dicentem. *Vendite, quæ poſſidetis &c.* Obedientes fuiſſe ad Chriſti exemplum, qui non ſuam facturus voluntatem deſcendit de Cælo, ſed patris Cæleſtis, ſic voluntatem propriam negātes ſecuti ſunt eum. Rurſus Apoſtoli, & Diſcipuli Domini feruēti charitate diligebāt etiam omnes inimicos, non ſolum affectu (quo diligere præceptum eſt) ſed effectu, quod conſilium eſt, deſiderando inimicis non ſolum gratiam, & gloriam (quod eſt neceſſitatis) ſed etiam impendendo opera beneficentiæ, eiſque ſigna beneuolentiæ oſtendendo, quod eſt conſilij perfectionis; Mites fuerunt, percutientibus enim vnam maxillam, alteram præbentes, patienter ſcilicet ad ſuſtinendam quamlibet aliam percuſſionem ſemper parati. Miſericordes erogando, nedum extremè indigenti ſuperflua, quod neceſſitatis, & debiti eſt, ſed communiter pauperibus dando ex ijs quibus indigebant, quod conſilij eſt; amplexi ſunt etiam conſilium illud. *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te*. Vitando occaſionem peccandi. *Nullum membrum* (ait Auguſt.) *ad litteram præcipitur erui, ſed occaſio peccandi quia non ſolum peccata, ſed etiam occaſiones peccandi ſunt fugiendæ*. Aliud conſilium fuit in illis verbis. *Attendite ne iuſtitiā veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*; Quod ſecuti ſunt, omnem hypocryſim fugientes, & operantes id, vt adſtantes glorificarent patrem cæleſtem faciebant etiam ſicut docebant, inde magni in regno vocantur. Nullam ſollicitudinem habebant, nec de craſtino cogitabant, anhelantes tantum cæleſtia. Omni cura peccantes corrigebant, ſicque pariter de alijs quibuſuis, &c.

Apoſtoli omnia conſilia ſeruarunt.

Difficultas ſolum remanet, num abſtinentiam à carnibus quæ vt infra probabimus cadit ſub conſilio ſeruauerint Apoſtoli, & Chriſti Diſcipuli, quemadmodum ſeruauerunt omnia alia conſilia.

3 Notandum eſt nos de Apoſtolis poſſe dupliciter loqui, diuidendo tempus Diſcipolatus Chriſti in duas partes, quarum altera conſideratur ab inſtanti vocationis, vſque ad Spiritus Sancti aduentum, altera verò à die ſancto Pentecoſtes, quando cæleſti gratia confirmati per vniuerſum orbem prędicauerunt, & morti ſe tradiderunt. Et tàm de primo tempore quam de ſecundo acturi ſumus in hoc tractatu. Quare licet nonnulli ex ijs, qui nobiſcum negant Apoſtolos, & Chriſti Diſcipulos carnem comediſſe probabilius forte id verum fuiſſe afferant in ſecūda parte temporis, quam in prima. Nos nulla temporum facta diſtinctione, & differentia ab inſtanti vocationis & aſſumptionis ad Apoſtolatum, & Diſcipulatum, vſque ad inſtans mortis de eorum abſtinentia diſputabimus.

Apoſtolatus duplici partitione conſideratur.

Quare affirmatiua ſententia prior erit, quamplurium Doctorum aſſerentium Apoſtolos comediſſe omnes viuales cibos, tam carniū, quam piſcium, &c. Inter illos Doctores, numeratur præcipuè Doctiſſimus p Abulenſis, qui expreſsè tenet quod Apoſtoli, non ſolum carnibus veſcebātur; ſed quod veſci tenebantur, ita quod ſi allatæ eſſent coram ipſis, carnes etiam venenatæ, vel idolis ſacrificatæ, & eas non comederent, grauiter peccarent; fundatur in verbis Chriſti. *Comedite, quæ apponuntur vobis*, Argumenta quibus ſuum probat intentum cum alijs adducemus infra.

1. ſent. affirm.

p *In Gen. q. 246.*

Poſterior ſententia, quæ mihi communior videtur, negatiuam partem amplectitur, & non ſolum non teneri Apoſtolos ad eſum carnium nec peccare non comedendo, ſed ſi Idolotyta comederent (dempta extrema neceſſitate) forte peccarent, quia ſcandalizarentur adſtantes, qui præceptum iam Apoſtolicum de non comedendis ſuffocatis, & immolatis, ſeu idolotytis, &c. non ignorabant, & videntes eos tranſgredi præceptum, & de ſuffocatis, &c. comedere non bene inſtructi in fide, nec finem aliàs ad Apoſtolis intentum agnoſcentes, cum ſcandalo admirarentur. Patres, & Doctores, ex quibus hæc ſententia colligitur cum alijs probabilibus rationibus, & coniecturis adducemus infra.

2. ſent. negat.

Quæ autem diximus in declaratione ſenſus in fine capitis ſexti præcedentis tractatus hic reuocanda eſſent, ſed ne eadem iterum referamus

Vtraq; ſent probabilis.

Digitized by Google

ramus hic videnda ſunt, & mutatis mutandis ad difficultatem de Apoſtolorũ abſtinentia applicanda erunt. Ita enim opinamur abſtinuiſſe Apoſtolos a carnibus, vt contrariam ſententiam, nec damnemus, nec improbabilem iudicemus, ſed probabilem illam concedimus; at noſtram tanquam probabiliorem amplectimur.

CAPVT II.

Apoſtolos, & Chriſti Diſcipulos abſtinuiſſe à carnibus probatur.

Apoſtoli nunquam carnem comederunt.

4 SVppoſita ſecunda ſententia, eaque pro veriori habita, quod nimirum Apoſtoli, carnem nunquam comederint, ad eam diſputationis gratia probandam deueniendum eſt.

Quare probetur primo Apoſtoli cæteris omnibus erãt Chriſto propinquiores, ſed per viam conſiliorum maximè homo appropinquat Chriſto, vt docet D. Thom. Ergo per hanc viam propinquauerunt Apoſtoli. Rurſus inter conſilia, numeratur abſtinẽtia à carnibus, ergo eam amplexi ſunt. Non enim dicit D. Thomas per vnum, aut alterum conſilium reddi propinquiores, ſed per omnia, vel ſaltem quanto quis plura, & perfectiora amplectitur, tanto magis propinquior redderetur Chriſto, at ſi Apoſtolos dixerimus vſos fuiſſe carnibus in eſum, cum conſtat vt infra habebimus aliquos ex eis fuiſſe abſtemios hos illis fuiſſe propinquiores Chriſto, ſequeretur. Imò innumerabiles alios Apoſtolorum Diſcipulos, qui abſtinentiam hanc ſeruauerunt, fuiſſe quoque Apoſtolis ipſis propinquiores Chriſto affirmari valeret, qua maiori propinquitate perfectiores item diceretur, quod falſum eſt, & temerarium fortaſſe erit alios Sanctos in perfectionis gradibus comparare Apoſtolis, ad euitandum igitur incõueniens, probabiliter aſſerere poterimus eos carnibus in eſum non eſſe vſos, &c.

q Opuſc. 17 cap. 3.

Abſtinentia à carnibus eſt de perfectiori conſilio.

Secundo Probatur tali, quo alibi vſi ſumus medio: Eſt de perfectiori conſilio abſtinere à carnibus, ſed Apoſtoli vixerunt de conſilio perfectiori; ergo Apoſtoli abſtinuerunt à carnibus. Maior probatur, quia ait D. Auguſt. ſcribens ad Demedriadem Virginem. *Non manducare carnem, & non bibere vinum Apoſtolica voce laudatum eſt (& ad eandem idem) Conceduntur quidem nuptiæ carnium eſus, & vini potus, ſed omnium horum abſtinentia conſilio perfectiore ſuadetur.* Minor verò probatur per Angelicum doctorem D. Thom. r dicentem. *Cum conſtet Chriſti diſcipulos ſtatim in ſua conuerſione ad fidem eſſe aſſumptos ad Chriſti collegium in quo primum exemplar conſiliorum perfectionis apparuit.* Hæc ille. Si igitur Sancti Doctores citati affirmant carnis abſtinentiam eſſe perfectius conſilium, & quod perfectionis conſilia, ſecuti ſunt Apoſtoli dubitare minimè debemus de ipſorum abſtinentia.

r Opuſc. cit. cap. 4.

5 Tertiò, probatur ex verbis Hieronymi ſcribentis contra Iouinianum, vbi non paruipendenda ratio reperitur. Ait enim. *Dominus autem dicit in Euangelio ad eum, qui ſe iactauerat legis vniuerſa compleſſe. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me, ne graue onus nolenti videretur imponere in propria audientis voluntate dimiſit dicens. Si perfectus eſſe, Quamobrem, & ego tibi dicam, ſi vis perfectus eſſe bonum eſt vinum non bibere, & carnẽ non manducare. Si vis perfectus eſſe melius eſt ſaginare animam, quam corpus. Si autem paruulus es, & coquorum iura te delectant: nemo eripit faucibus tuis eſculentas dapes. Manduca, & bibe, & ſi tibi placet cum Iſraele lude, conſurgens, & canito. Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Manducet, & bibat, qui poſt cibos expectas interitum, qui cum Epicuro dicit poſt mortem nihil eſt, & mors ipſa nihil eſt &c.* Si ergo tãtus Eccleſiæ Doctor in abſtinentia carnium ponit perfectionem, pariter loquendo de paupertate, & abſtinentia, & in eſu carnium ponit imperfectionem improbabile ſatis videtur, quodcunque aſſeramus contra Apoſtolorum abſtinentiam. Nam ſi carnes comediſſe Apoſtolos dixerimus, cum Hieronymus Sanctus illarũ eſum paruulis, & imperfectis inter iura coquorum verſantibus tribuat, ad concedendũ nos conſequenter impellent Apoſtolos (quod abſit) tunc deiectos à numero perfectorum, & conculcatos inter imperfectos, & paruulos inter iura coquorum verſantes, & dicentes bibamus, & comedamus, &c. Quis tantum non vitabit abſurdum? Quis dimiſſa probabilitate noſtræ opinionis eos à perfectione abſtinendi à carnibus diuellit, & inter paruulos, & imperfectos collocat? Cum præcipuè Apoſtoli omnes ante, & poſt Spiritus Sancti infuſionem in cibis percipiendis duriorem vitam perpeſſi ſint, & biduana nõ ſolum, ac triduana eos iunxiſſe ieiunia affectant quamplures Patres, ſed quotidiana; mox cum Apoſtolis dare debeamus, quando poſſumus id, quod melius, & perfectius eſt, & comedere carnes imperfectius ſit, quam eas vitare, & maioris meriti ſit carnibus non veſci, quam illis vti, ſequitur conſequenter totum id fore concedendum Apoſtolis, &c.

Eſus carnium tribuitur imperfectis à D. Hier.

Apoſtolis conceditur quod perfectius eſt.

6 Quartò, probatur ſi vitare nuptias eſt perfectiùs conſilium iuxta doctrinam Auguſtini paulò ſuperiùs relatam, & Apoſtoli tale conſilium ſecuti ſunt, quia nemo ex illis, poſtquam fuit Apoſtolus duxit vxorem (etiam ſi nonnulli hæretici contrarium aſſerere audeant, ſed nullo valido probant argumento) licet enim concedamus Petrum vxorem habuiſſe, nihil eſt, quod cogat cæteris Apoſtolis idipſum concedere. Imò Hieronymus, & plerique alij putant Ioãnem Virginem fuiſſe. Petrus verò vxorem habuit, antequam didiciſſet Euangelium, poſtquam verò Apoſtoli Chriſti doctrina fuerunt imbuti, impium (ait Diadacus (Stunica) eſſet opinari vllũ vxorem duxiſſe. Sed ſi ſub dubio id relinquere vellemus, an Apoſtoli habuerint vxorem nec ne;

Apoſtoli an habuerint vxorem.

ſ Lib. 2. c. 26. de vera Relig.

Digitized by Google

ne; cum dicat Card. Bellarm. non eſſe id omninò certum; tamen certum eſſe, ait eos, qui ex Apoſtolis vxorem habuerunt, poſtquam vocati fuerunt à Chriſto officio coniugali renunciaſſe, quod colligit ex cap. 9. Matth. *Ecce nos relinquimus omnia, & ſecuti ſumus te*: Statim Dominus explicans. Quid ſit relinquere omnia dicit, *Omnis, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut vxorem*, &c. Videat qui voluerit Belarm. de Clericis. t Per cōſequens ſi vxorem non habuerunt multo, magis affirmare poterimus eos carnium eſum vitaſſe, propter carnis motus compeſcēdos, cum ſine coniugibus vitam degerent. Eſt enim, vt ſæpius diximus, & dicemus infra, abſtinentia à carnibus ad concupiſcentiam edomandam ſalubris medicina, & id, quod melius eſt ſemper Apoſtoli amplexi ſunt, itaut Chriſoſt. Sanctus affirmet, quod *Sicut Adam à cibo vetito non ſe temperauit, ita Paulus etiam à cibis licitis ſe abdicauit*, Pari quoque modo philoſophandum de alijs, qui non minus cognoſcentes, quanta bona, noſtra abſtinentia ſuggerat, eam ſeruaſſe credimus.

t *Lib. 1. cap. 20.*

Apoſtoli cō templatione dediti.

7 Quinto probatur, carnium abſtinentia perutilis eſt ad ſpiritualia contemplāda, vt ex D. Thom. ſupra habuimus, & iterum probabimus, ſed perfectio contemplationis, quæ vix maxima haberi poteſt à mortalibus, non defuit Apoſtolis, ergo illi, vt perfectius contemplarentur quidquid impedimēti eſſe poterat, fugiebant, cuiuſmodi ſunt carnes, quæ retardant animum à contemplatione. Maior ſupponitur, & minor patet ex doctrina Clem. Alex. u Cum dixiſſet Paulus. *Viuo ego, iam non ego, viuit in me Chriſtus*, Hoc eum dicere voluiſſe ſcribit, quod cum eſſet in carne ſic viueret, vt in cælo verſati videretur, cæleſtemque vitam in terris adhuc degens in carne repreſentarat. Qua in re, nec cæteri quidem Apoſtoli multo videntur inferiores fuiſſe, quorum etiam ſectatoribus hoc teſtimonium tribuit Philo Iudæus, quod vſq; eo fuerunt diuinarum rerum contemplationi dediti, vt abieciſſe curam carnis omnem, de reficienda etiam neceſſitate corpuſculi per continuos dies aliquot obliti prorſus eſſe viderentur: vix, vt quando ſexto, aut ſeptimo die cibum caperent. Et quidem ita eos decebat, quos Chriſtus lumina Mundi conſtituerat. Quiq; vniuerſum orbem diuinæ ſapientiæ ſale condire debebant. Neque verò ipſi ſoli fuere diuinitatis contemplatores. Sed quos in fide Chriſti inſtituerant, eos quoque ſpiritualium donorum ſpeculatores eſſe cupiebant. Atque etiam ſuo tempore tales fuiſſe monachos narrat Chriſoſt. x qui carnis illecebras fugientes, & reſpuentes ab omni ſtudio humanarum rerum auerſi ſuos amores in cæleſtibus optandis, & in illa cum Deo gratia, coniunctioneque ponentes, nullis, vel carnis deſiderijs, vel quarumcumque aliarum affectionum motibus perturbarentur, quæ ex mundanis curis excitari ſolent. Sed cæleſtium vitam in terra, & in fragili adhuc corpore repreſentantes ad iuſtitiæ diuinæ ſimilitudinem, quam proximè accederent, ſi tanta ergo erat in eis contemplationis perfectio, abſq; dubio impedientia quæque vitabant; quemadmodum ſunt carnes; ſic fecerunt primi illi monachi Apoſtolorum veſtigia ſectantes, ſicque, & ipſimet, non minus, &c.

u *Lib. 4. ſtrom.*

x *Hom. 70. 71. &c.*

8 Vltimò probatur ex illo Ioannis ſexto. Vbi, cum interrogaſſet Chriſtus Philippum de reficienda eſuriente turba dixit: *Vnde ememus panes?* Non carnem, non caſeum, nec aliud quidpiam quæſiuit, ſed panes; & quinque hordaceos, & duos piſces paupertas Euangelica Apoſtolorum inuenit. Non enim apud Apoſtolos aliud reperiri cognouerat, inde aliud minimè quæſiuit. Quod ſi fortaſſe dixeris, non penes Apoſtolos repertos fuiſſe præfactos panes, & piſces, ſed penes puerum quēdam parum refert: nam ſufficit nobis (relinquendo in ambiguo quis puer ille cum panibus, & piſcibus fuerit, vel cuius in obſequium Chriſti ſcilicet, & Diſcipulorum eius, an quotúlibet è turba, vel venalia hæc portauerat iuxta hiſtoriam ignoramus,) vt ad Apoſtolos facta ſit interrogatio, qui ex prædicatione regreſſi, & rurſus Dominum ſecuturi ex conſuetudine ſecum aliquid afferebant, panis videlicet, iuxta quod alio in loco memoratur eos fuiſſe panum oblitos Matth. 16. Ex his igitur benè poterit quiſque colligere quid viri illi magni, & admirabiles comederint. Quam vilis, & modica eorum menſa fuerit; totalis eorum intueatur abſtinentia, tantum panes habebant hordaceos, cibum vtique pauperum, & piſces duos, hic totus erat apparatus, non ergo carnibus veſcebantur, nec alijs fruebantur delicijs. Eos vtinam omnes voluptatibus dediti, imitarentur.

Apoſtolor. cibus panis, & piſces.

CAPVT III.

Abſtinentia à carnibus in Apoſtolis, & Chriſti Diſcipulis, eorundem facto, & exemplis comprobatur.

9 ET quidem abſtinuiſſe Apoſtolos à carne, & etiam vino, ex multis exemplis, quæ afferri poſſunt probare facile erit, nam ſi ex ijs nonnulli ſe temperabant ab illis, cæteros quoque ſimiliter feciſſe nil obſtat credamus. Spectabat enim ad familiarem eorum conuerſationem, ad vniformitatem vitæ, & modi viuēdi vniformitas victus; nam ſi tanta inter illos adeſſet differentia, vt eorum alij comederent carnes, alij verò illas vitarent, non parua in adſtantium oculis generarent admirationem, & inter eos forſitan non ſummam concordiam, quæ omnia abſurda, vt fugiamus cenſendum erit, quod ſicut illi, quos imediatè adducemus carnes vitarunt, vt expræſsè loquuntur patres ita, & cæteri omnes.

In primis Petrum Apoſtolorum principem carnium eſum vitaſſe docet, Iacobus de voragine, qui ait; quod cibus eius erat panis ſolus cum

D. Petri abſtinentia qualis.

cum oliuis, & rarò cum oleribus erat in vſu D. Greg. Nazian. de amore pauperum ſcribens. *Illum* (ait) *lupinis minuto aſſe veneuntibus famem pellere conſueuiſſe*, vt refert Cardinal Belarmin. de bonis operibus dicens.
a *In partic. cap. 5.* a *Petrus ferè ſemper ieiunans, nil aliud ſumebat in cibum niſi lupinos minuto eſſe veneuntes*. Confirmat etiam hoc idem Hector
b *Cap. 1.* Pinctus ſuper illud Daniel. b *Propoſuit autem Daniel*, &c. Qui ſummis laudibus extollens abſtinentiam ait, quod. *D. Petrus Apoſtolorum Princeps quotidie ieiunabat*, & vt Clemens Diſcipulus eius teſtatur lib. 1. recognitionum: *pane, & oleis ſponte veſcebatur*. Ex quorum dictis colligitur, quod ſi aliquando Princeps Apoſtolorum non ieiunabat, pane, & oliuis, vel quandoque oleribus vtebatur, tempore autem ieiunij nil aliud præter lupinos comedebat: Non ergo carne veſcebatur ille, qui ijs, & ſimiliter tantum vtebatur.

Paulus carne, & vino abſtinuit. Paulus item Apoſtolus magnam de ſemetipſo oſtendit abſtinentiam, cum dicit; *Vſque in hanc horam eſurimus, & ſitimus*. Eſurire, & ſitire de carnium abſtinentia, & vini potu intelligere debemus, & iam de vini potu abſtemium fuiſſe Paulum, & nunquam vinum bibiſſe cenſet Baronius, quem refert Cornelius à Lapide in comment. Suis ſuper Pauli Epiſt. agens de virtutibus eiuſdem Pauli in Proemio ca. 6. (licet eum citet pro anno 36.) Quod etiam confirmari poteſt ex voto Nazareatus, quod vt ſatisfaceret Iudæis fecit
c *Act. 21.* Paulus, c ſtatimque poſtero die expleuit. At quomodo illud poſtero die explere potuit, atque purificari in templo, niſi iam ante ſua conſuetudine vino, quod proprium erat huius ritus, & Nazareatus, teſte Ioſepho,
d *Lib. 2. Bel. ca. 15.* d abſtinuiſſet? Alioqui enim fuiſſet hæc non religio, ſed potius quædam legis illuſio, & ſimulata ſanctitatis efficio, & tanquam in ſcena fabula, ac in re geſta affectatum mendacium, quæ omnia prorſus indigna ſunt, non ſolum tanto Apoſtolo, ſed, & quolibet Chriſtiano.

10 Rurſus non bibiſſe vinum confirmari poteſt exemplo ſui Diſcipuli Thimotei, quem vinum temperaſſe, & modicum occaſione ſtomachi flacceſcentis, ex eo ſumendum illi Paulum imperaſſe tradit Chryſoſt. hom. in ea verba Apoſtoli 1. Thim. 5. *Vtere modico vino propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*, de quo etiam potu loquens D. Anſelmus dixit: *quod quando Paulus Timotheo bibenti aquam diſpenſauit, vt propter infirmitatem biberet modicum vinum, tunc Paulus Medici conſilio vſus eſt, & non Apoſtoli*. Quaſi dicat Paulus tanquam Apoſtolus nunquam conceſſiſſet Timotheo vini potum, etiam propter infirmitatem, quia vino non vtebantur Apoſtoli. Hinc etiam Marulus dixit, cui propter aduerſam valetudinem modice vino vti præcipit, eum dum ſanus eſſet, aqua vſum fuiſſe oſtendit. Sed etiam male affecto paucitatem, non copiam impetat: quod ſcilicet ad digerendam ſtomachi eruditatem ſatis ſit; non quo etiam ſopita genitalium voluptas excitari poſſit, ne corporis remedium vertatur in animæ perniciem.

His itaque exemplis præmiſſis auctoritate munitis inferre conſonum erit D. Paulum, imò, & cæteros Apoſtolos carnem non comediſſe, nam pari modo Apoſtolus de eſu, & de potu, de vino, & carne abſtinendum eſſe dicit: Sed non bibiſſe vinum ex relatis habemus: ergo neque carnem comediſſe affirmare poſſumus, cum vtilius ſit à carnium abſtinere, quam à vino. Minus enim damnum infert vinum, quam caro, &c.

Confirmatur intentum ex D. Ioan. Chryſ. qui in hom. 1. Pauli ait. *Ioannes in cibum locuſtas, & mel ſilueſtre ſumebat, & Paulus, ita* *Paulus viliori cibo quā Ioannes vſus.* *in Mundi ſtrepitu, quemadmodum ille in Eremi quiete verſatus eſt; non quidem paſtus locuſtis, aut melle ſilueſtre, ſed multo his victu viliore contentus, ac ne neceſſario quidem indulgens cibo præ feruore, & ſtudio prædicandi*, &c. Hic percontari licebit. Cibus vilior locuſtis, & melle eſt ne caro, vel carneus? minimè, (vt credo) reſpondebunt, qui ſani mentis erunt. Vlterius ſi à neceſſarijs deficiebat Paulus, quomodo carnes comedebat? carnes enim neceſſariæ non ſunt ad vitam ſuſtentandam, vt ſequenti tract. 10. dicemus. Vnde claris poſtea, expræſſiſque verbis ſe explicans Chryſoſt. ait. *Paulum multo deteriori cibo, quam Ioannes Baptiſta victitaſſe. Ioannes Baptiſta carnes non comedit*; ergo multo minus Paulus, qui viliore cibo vſus eſt; Maximè quod ipſe Paulus, fuit, qui dixit. *Bonum eſſe carnem non comedere*. Nunquam enim alijs conſuluiſſet, quod ipſe prius non feciſſet, more Magiſtri ſui. *Qui capit prius facere mox docere*. Sic quoque prius vitauit, *ipſe carnium eſum*, & poſtea vitandum ſuaſit nobis. Quod verba illa oſtendunt, quando de ſe ipſo loquens dixit. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauero ipſe reprobus efficiar*. Per ly reprobus non intelligit Apoſtolus hominum reprobationem de qua 1. Cor. 13. loquitur, ſed vult dicere, quod doceo hoc facio: nimirum non lautè viuo, ſed caſtigo corpus meum abſtinentia, ne ab hominibus reijciar, & reprober, quaſi non facerem, quæ doceo; reprobatur enim, & reijcitur Doctor, & doctrina eius, ſi quod ſuadet doctrina, diſſuadet exemplo.

11 Adde etiam, quam ipſe Paulus confeſſionem facit de ſe ipſo, e quādo tantum abfuit, e *2. Cor. cap. 11.*
vt ſuperflua ei eſſent, quod etiam ad victum, & veſtitum neceſſaria non haberet; Vnde famem, ſitim, nuditatem expreſſit, dicens. *In fame, & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore, nuditate*; Nec tantum ſemel hæc paſſus eſt incommoda, extremamque rerum indigentiam ſuſtinuit. Ab ipſo conuerſionis ſuę exordio famæ, & ſiti, non aliter, quam exquiſitiſſimis epulis, delicatiſque abſonijs ſtudioſus opum frugalitatis æmulator delectabatur, & antea eiſdem Corinthijs. f *Dixerat: vſque* f *1. Cor. 4.*
in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus. Vbi Angelicus Doctor declarans illud, *vſque in hanc horam elegantiſſimè ait*,

Digitized by Google

g *Lect. 2.*

ait, g *Vſque in hanc horam, ideſt continuè à conuerſione mea, vſque in præſens tempus eſurimus, & ſitimus.* Nec verò Petrum aliosq; Apoſtolos, & Chriſti Diſcipulos. In eodem frugalitatis exemplo impares agnoſco, ſed eandem in victu, atque veſtitu indigentiam ſuſtinuiſſe, & nuditatem; Omnes fuere Chriſti imitatores, omnes magiſter ad vitæ ſuæ imaginem efformauit, & in omnibus ſanctitatis ſuæ viua quædam ſimulacra reliquit: parua tantum inter illos admiſſa in victu, & veſtitu, nam videlicet omnes à carnibus abſtinuiſſe arbitramur, tamen alij, alijs ſeueriores erant in ſumendis cibis, & in ieiunijs protrahendis, diuturniores, vt exemplis dictis, & dicendis conſtat.

Sancti Iacobi minoris abſtinētia à carnibus.

Sanctus Iacobus Minor conomento iuſtus, & vulgo frater Domini dictus neque carnem vnquam in cibum, neque vinum in potum adhibere ſolitum eſſe affirmat Egeſippus auctor grauis, quem referunt Iacobus de Voragine, & Euſebius, h & Hieronymus de viris Illuſtribus. Verba autem Egeſyppi ſunt. *Hic* (Iacobus) *ex vtero matris ſuæ ſanctus fuit vinum, & ſiceram non bibit animalium carnes nunquam manducauit.* Si ergo ab vtero matris Sanctus Iacobus nunquam carnes comedit, quis negare potuerit abſtinentiam noſtram eſſe vnam ex Apoſtolicis virtutibus magno pretio ab eis habitam. Nec obſtat ſi dicas Iacobum vnum fuiſſe, ideſt ſolum inter Apoſtolos, qui ita vixerit. Nam fuit quidem vnus in quantum ab vtero matris, nunquam carnibus eſt vſus, ſed in quantum Apoſtolus non fuit vnus, ideſt ſolus, ſed vnus ex duodecim, qui omnes, & ſinguli à carnibus abſtinuerunt.

h *Lib. 2. hiſt. ca. 22.*

Dices, Petrus de Valderrama in ſuis concionibus quadrageſimalibus, & propriè in exercitio ſecundi diei reſurrectionis de eodem Sancto Iacobo loquens refert, cum auctoritate Iacobi Victriacis Cardinalis Chriſtum Dominum apparuiſſe Iacobo in eodem die reſurrectionis eo, quod votum fecerit abſtinendi à carnibus, donec videret Saluatorem reſuſcitatum, ergo antequam vouerat, & poſt votum completum carnem manducauit. Argumentum vtique valeret, ſe aliqua ratione, vel ant'quiori auctoritate probaret intentum, inde enim ſequeretur abſque dubio Apoſtolos conſueuiſſe vti carnibus. Sed pace tanti viri auctoritas illa non ſufficit, vbi adſunt præcitati doctores, qui abſolutè aſſerunt nunquam carnem comediſſe. Si autem de illis non comedendis in tali occaſione motus deſiderio videndi Chriſtum reſuſcitatum, votum feciſſet, aut nullæ, aut paruæ extimationis eſſet, quia adderetur votum, voto, aut conſuetudini eius. Niſi dicere velimus, tunc in eo viuendi modo ſe fortius adſtrinxiſſe ad talem abſtinentiam ſeruandam: iterumque arborem obtuliſſe, & fructus, Voluntatem nimirum, & operationem.

Iacobus in morte Chriſti votum fecit de nō comedēdo pane donec reſurgeret.

12 Verius autem dicendum videtur illud votum factum non fuiſſe de uitandis carnibus, ſed de non comedendo pane; ſic enim ait Driedo cum auctoritate Hironymi loquens de apparitionibus Chriſti. i *Deinde ſeu, vt alij Codices habent, poſtea viſus eſt Iacobo: Quæ manifeſtatio dicitur facta in ipſo die reſurrectionis. Iurauerat Iacobus ſe non comeſturum* (*inquit Hieronymus*) *panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini donec videret eum reſurgentem à mortuis, & c. his habitis benè ſtabit, Iacobum non comediſſe ab vtero matris carneas dapes, & votum feciſſe de non comedendo pane, donec videret fratrem, & Saluatorem de morte triumphantem, quemadmodum in ipſa die reſurrectionis vidit, & votum compleuit.*

i *Tract. 3. de contr. Scrip. c. 4.*

D. Ioan. Euang. abſtinentia.

Quid dicendum de Sanctiſſimo Apoſtolo, & Euangeliſta Ioanne. Si legatur hiſtoria eius à Procoro eius Diſcipulo deſcripta, ſumma, & non paruæ extimationis auſteritas, ſed magni momenti prorſus tam magiſtri, quam ſcribentis Diſcipuli, intuenti patebit: ibi enim præter labores, & tribulationes, & perſecutiones vtriuſque cibus, quo ſuſtentabantur deſcribitur multoties, & alius non erat, niſi panis, & potus aqua ſic expreſſis verbis Procorus ipſe teſtatur. k Nunquam verò in tota illa hiſtoria, ſi rectè legi de cibis Paſchalibus pro eorum victus reperi de quo mentio habeantur.

k *In cap. 2. & 15.*

Forte dicent qui noſtra hic relata legerint, eis non fuiſſe, alios cibos paratos propter apponentium pauperiem, qui enim alia non poterant ea ſubminiſtrabant alimenta, quibus vitam ſuſtentare valerent: Nam hoc voluntarium quidem dictum eſt, & fruſtra, cum habeamus; l quod, quidam Soſipatrus caſtitatis amator, & continentiæ Ioſeph imitator ditiſſimus alias quadam die Ioannes alloquens hæc protulit verba.

l *Cap. 42.*

Domine ſi dignus ſum ſequere ſeruum tuum in domum ſuam.

Ego ſeruus tuus apponam tibi panem, & aquam, & manducabis. & bibes, & erit domus ſerui tui per aduentum tuum benedicta, ſequente autem Ioanne Soſipatrum, & ingrediente domum, appoſitaque menſa comederunt ſimul tres Ioannes, nempe Soſipatrus, & Procorus, &c.

Cur ergo in menſa diuitis non apponebantur carnes, caſeus, vinum, & ſimilia, & hoſpitibus afferebantur? niſi quia cognita horum ſanctorum abſtinentia aliter facere minimè licebat. Nec valet ſub nomine panis omnem cibum intelligere, vt aliquando vſurpatum reperimus in Scriptura, quia hiſtoria ſpecificat potum, & cibum, & quando mentio fit de pane, & aqua ſimul, aliter currit, ac de pane abſoluto, hic enim vinum non excludit quando verò coniungitur cum aqua, vinum excludit; Cum ergo clarè loquatur de pane, & aqua, ita piè credere debemus pro tantorum ſanctorum honore, nec aliter inueſtigandum, &c.

Terapeutæ abſtinebant à carnibus.

13 De alijs omnibus pariter philoſophandum eſt, nedum nomine conformitatis, ſed etiam, quia Apoſtoli fuerunt primi inſtitutores Religioſorum, qui dicebantur Terapeutæ, hoc eſt cultores, & cultrices; de quibus refert Albertus Pyghius vnus ex Sereniſ-

Nn ſimi

ſimi Imperatoris Caroli Doctoribus contra Hæreticos deputatis in lib. in quo omnes cõtrouerſias contra ipſos Hæreticos diſputatas coram eodem Inuictiſſimo Imperatore collegit, inter quas hæc de abſtinentia carnium interuenit, confirmatque, quod ipſi Doctores declarauerunt: ſcilicet, quod Apoſtoli Chriſti conſtituerunt primos Religioſos, eoſq; vocauerunt Terapeutas (a diuino culto, cui ſe deuouerant, & mancipatant ita appellabantur.) Hi exemplo Apoſtolorum renunciabant omnibus, quæ habebant, & caſtitatem ſeruabant, ita abſtinentes, vt nec quarto iam, nec quinto, ſed ſexto demum die, non tam deſideratum, quam neceſſarium corpori cibum indulgebant, nulluſque ipſorum comedebat carnes, nec vinum bibebat, & vocabantur viri Apoſtolici, quia ſecundum exemplum, & doctrinam Apoſtolorum viuebant, & ſic ab ipſis Doctoribus noſtris cõtra Lutheranos declaratum apparet Apoſtolos non comediſſe carnes; nam ſi carnium obſonia in Apoſtolorum menſis fuiſſent non poſſent ipſi Apoſtoli ſuo exemplo conſtituere Religioſos ſe à carnibus compeſcentes. Hoc fuit diſcuſſum, & concluſum à præfatis doctoribus cum auctoritate Philonis Iudæi diſertiſſimi viri, qui tempore Apoſtolorum fuit, Petrumque Romæ ſub Claudio prædicantem vidit. Tuto ergo; & veraciter nos dicere poſſumus omnes, & ſingulos Apoſtolos ab eſu carnium abſtinuiſſe.

CAPVT IV.

Eandem Apoſtolorum abſtinentiam colligimus ex Patrum auctoritatibus.

CVm ridiculum ſit (teſte Bernardo in vigilia Sancti Andreæ) *ſanctos honorare conuiuijs, qui Deo abſtinentijs placuerunt*; non eſſet (arbitror) diu immorandum in Apoſtolorum abſtinentia probanda, cum ſufficienter apud pios viros ex adductis probata appareat: tamen in maiorem confirmationem, rationi conſonum iudicaui in medium afferre aliquos Sanctos Patres, & Doctores, ex quorum dictis, non comediſſe carnes probabiliter colligitur, &c.

Carnea, & alia calida deuitanda.

14 Et primo ſe offert Sanctus, & Eccleſiæ Doctor Hieronymus, de cuius magnificentijs ſcribens Auguſt. ad Cyrillum inter cætera ait. *Quid plura dicam, quæ Hieronymus ignorauit, nullus hominum ſciuit*, plura de abſtinentia docens, & Apoſtolos ieiunijs, atque abſtinentijs ſemper honorans ad Furiam de viduitate ſeruanda ſcribens, ait ita. *De ipſis cibis calida quæque deuita, non ſolum de carnibus loquor, ſuper quibus vas electionis profert ſententiam. Bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare, ſed etiam in ipſis leguminibus inflantia quæque, & grauia declinanda ſunt.* Hæc ille, ſi ergo Sanctus Doctor hortatur ad carnis abſtinentiam ex eo, quod Apoſtolus Paulus protulerat ſententiam de non manducandis carnibus. Quis quod bonum ſuaſit Paulus, cæteris Apoſtolis non concedere audebit? Cum de ipſis cantet Eccleſia. *Vos ſecli iuſti Iudices, & vera Mundi lumina*; quæ lucem non doctrina ſolum, ſed exemplo quidem dederunt ſeculo? nemo certè, &c.

Apoſtoli nec tempore infirmitatis carne veſcebātur

Item adeſt ſecundus locus eiuſdem Sancti Doctoris ad Ruffinum ſcribentis, vbi docere videtur, quod Apoſtoli, neque pro debilitate corporis, neque in graui ægritudine, neque pro morte euitanda, (ſi aliunde alij cibi illis non deeſſent) ad edendas carnes deſcendiſſent, quod colligit ex verbis Apoſtoli dicentis, *Quando infirmior tunc fortior ſum (ita) feſſa membra ieiunijs morbo grauante concutientur. Sed Apoſtoli repercutientur eloquio, quando enim infirmior, tunc fortior ſum, minabatur mortem, ſed audi: cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. Ex qua doctrina probabiliter inferri poteſt Apoſtolos non eſſe carnibus vſos; nam ſi illas tempore, quo abſtinentijs corpus infirmabatur non comedebant, ridiculum erit aſſerere eas tempore ſalutis non vitaſſe, ſed comediſſe.

Apoſtolorū ieiuniū cõtinuum.

Tertius locus eiuſdem Sancti Doctoris eſt ad Lucium Beticum interrogantem vtrum Sabbatho ieiunandum ſit? Cui ita reſpondit. *Atq; vtinam omni tempore ieiunare poſſimus, quod in actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus, nec tamen Manichea, hereſeos accuſandi ſunt, cum carnalis cibus præferri non debeat ſpirituali?* Præfata Diui Hieronymi verba, & ſi expreſsè in actibus Apoſtolorum non legantur, nullus tamen dubitare debet quin vera ſint. Quod probans Scholiator in præfatam Epiſtolam ait, Petrum cum cæteris credentibus diebus Pentecoſtes ieiunaſſe ex eo colligitur, quod ſub horam die tertiam, nondum, vt ipſe aſſerit comediſſent, legimus ſimiliter Paulum cum fidelibus, tum eo die, quo Spiritus Sanctus ipſum, & Barnabam ab alijs ſeparauit, ieiunaſſe, tum, cum in naui Italiam adnauigaturus degeret: Quod idem obſeruauit die quoque Dominico, cum mane, vſque ad mediam noctem concionando ſermonem protraxit, &c. Quæ omnia argutè à Diuo Hieronymo inde eruta ſunt, vt oſtenderet omni tempore Apoſtolos ieiunaſſe, & carnium ingluuiem fugiſſe, nam ſi aliquando non ieiunaſſent, & corporibus ad tempus indulgerēt, maximè eſſet in diebus Dominicis, & ſolemnibus; ſed tunc non; ergo nunquam. Idq; ex differentia, quam ponit inter Manichæos, & Apoſtolos confirmat ſatis, quaſi diceret. Manichæi, & Apoſtoli omni tempore à carnibus abſtinebant diuerſa tamen cauſa, & fine. Manichæi enim duplex rerum principium dabant, corpora ſcilicet, & carnes à Diabolo factas fuiſſe (vt dicemus tract. 8.) creaturas verò ſpirituales à Deo conditas aſſerebant. Hinc à carnibus tanquam à Diabolo creatis ſe abdicabant. Apoſtoli verò cuncta, tam ſpiritualia, quam corporalia, & car-

Diuerſa Manichæorū, & Apoſtolorū abſtinentia.

Digitized by Google

carnes ab eodem, & vno Deo conditas habentes, ſibi interdictas conſtituerunt: non quia malas, ſed quia earum abſtinentiam vtilem ad plura eſſe cernebant. Tenet igitur D. Hieron. Apoſtolos non comediſſe carnes, nam alias nulla appareret cauſa, qua dubitaſſet Apoſtolos accuſari poſſe Manicheæ hæreſeos.

Auguſtinus eandem diuerſitatem oſtendit.

15 Præfatum Hieronymi locum Auguſt. de moribus Manichæorum videtur commentari dicens. Quod facta hominum, nec probari, nec exprobari poſſunt, niſi cognito fine, & ponit exemplum, de noſtris Apoſtolis, & Catilina Sebaſtiano dicens, quod *Catilina patiebatur ſitim, & famem ſimiliter Apoſtoli noſtri erant ſitis, & famis, patientes. Sed diuerſo fine, nam ille ſacrilegus iſta tolerabat, vt immaniſſimas cupiditates expleret. Sed contra Apoſtoli noſtri, vt concupiſcentias premerent, eaſque rationi ſubderent.* Quod etiam explicat contra Fauſtum. m *Videtis ergo &c. Multum intereſſe inter abſtinentes à cibis propter ſacratam ſignificationem, vel propter corporis caſtigationem, & abſtinentes à cibis, dicendo quod Deus eos creauit. Proinde illa doctrina eſt Prophetarum, & Apoſtolorum, hæc Dæmoniorum mendaciloquorum.* Hæc Auguſt. quibus apertè docet abſtinuiſſe Apoſtolos à carnibus, alijſque à carnibus eandem abſtinentiam conſuluiſſe, & docuiſſe ſeruandam, aliter enim nulla eſſet comparatio, & friuola eſſet explicatio de Apoſtolis, & Manichæis; ſi Apoſtoli carnem comediſſent. Verum quia carne nõ veſcebãtur, eos oſtendit non eſſe Manichæos, quia aliter, & alio fine mouebantur vtrique.

m *Cap. 6.*

Diuus Ioann. Chryſoſt. n explicans illa verba. *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem*, &c. ait *Hinc itineris ſtudium, & cibi contemptum intelligimus. cum tanquam re ſuperuacanea vtatur. Diſcipuli res ſuas diſpenſare didicerunt. Non enim parabant Viaticum, quod & alius oſtendit Euangeliſta, cum de fermento Phariſæorum loquẽtem inducit ſpicas decerptas manducare, & ad ficum ob famem veniſſe, hæc nihil aliud, quam ventris contemptum, & eius ſeruitium parui pendere nos admonent*, &c. Hæc ille. Cõſidera quæſo nunc Diſcipulos nihil ferentes, nec à principio diei vllam victus curam habentes, ſed quo tempore omnes prandent pro corporibus refocillandis cibos emptum proficiſcuntur; & probabiliter iudicabis non carneas dapes ea occaſione quæſiuiſſe, & emiſſe, ſed aliqua ſola comeſtibilia, quibus vix famem extinguerent, & non delicias pararent, qualia eſſent carnes, & his ſimilia.

n *In cap. 4. Io. hom: 1.*

Lodulfus de vita Chriſti; o ſuper illa verba Diſcipulorum reſpondẽtium Domino interroganti. *Quot panes habetis?* Qui dixerunt, *Septem*, hæc ſcribit. *Præmiſſa panum, & piſciculorum paucitate, in quo apparet ſobrietas, & temperantia diſcipulorum, quia non vtebantur carnibus, ſed piſcibus, & illis non vſis magnis, ſed paruis, & ipſis paucis*, hæc ille. Ex huius Doctoris ſententia iam Apoſtoli Chriſtique Diſcipuli carnibus non veſcebantur.

o *1. p. c. 91.*

Euſebius Cæſarienſis demonſtratione Euangelica p de Apoſtolis loquens ait: *Quis mentis ſanitate præditus, non omni fide dignos illos iudicauerit? Viros quidem abſque controuerſia ignobiles, litterarumque ignaros, loquendique imperitos: at in Sanctæ Philoſophicæ Doctrinæ amorem progreſſos, & ſtrenuam, laborioſamque vitam amplexos, quam quidem inedia, & abſtinentia, tum à vino, tum à carnibus, plurimis item afflictionibus corporis, atque orationibus, ſupplicationibuſque ad Deum, ac multo prius ſumma temperantia, & caſtitate corporis, pariter atque animæ correxerint, atque perfecerint.* Hæc ille. Quid clarius. Abſtinuiſſe Apoſtolos à carnibus abſolutè fatetur Euſebius probabiliſſima igitur erit noſtra opinio.

p *Lib. 3. cap. 7 paul. poſt med.*

16 Tandem adde, quod ſi canonem quinquageſimum tertium Concilij generalis conſiderabimus Apoſtolos abſtemios fuiſſe, & nunquam carnem comediſſe, probabiliter etiam inferemus. Nam ipſimet Apoſtoli ſequenti decreto propriam eorum abſtinentiam docuerunt: Statuerunt enim: *Si Epiſcopus Presbiter, aut Diaconus diebus feſtis noluerit veſci carnibus, & vino faſtidiens non propter corporis exercitiũ, deponatur tãquã propria cõſciẽtia inuſtus, & cauſa ſcãdali multis factus.* Ex quibus verbis attentè conſideratis, non obſcurè colligitur abſtinentia à carnibus in Apoſtolis, & primis Chriſticolis vſu habita tempore præfati Concilij. Arbitror enim tunc temporis Apoſtolos alijs conſuluiſſe, & ſuaſiſſe verbo, & opere abſtinentiam carnis omnibus diebus ſeruandam: Sed eiſdem, tanquam rudioribus, & non ita perfectis induliſſe feſtiuis diebus, vt ſi veſci carnibus vellent, poſſent: quod ex decreto patet, quia non loquitur contra nolentes comedere carnes alijs diebus, quaſi eo tempore illis non veſci conſuetum fuiſſe relinquentes. Sed cõtra illos, qui abſtinebant diebus feſtiuis, & non abſolutè, ſed ſub conditione. Si nimirum mala intentione id facerent (forte erat aliquis error de eſu carnium inter illos exortus) exiſtimabant malo aliquo fine, non eis tunc licere carnibus vti, vel quia faſtidientes illi carnes, eas odio habebant. Qui ſi talibus ductis rationibus abſtinerent, deponi decreuerunt omnes non veſcentes; atſi optimo fine, vtpote ob caſtigationem corporis, & ob virtutis exercitium vellent diebus feſtiuis non veſci carnibus poſſent: & implicitam illi præbuerunt facultatem, & abſtinendi cõſilium dederunt, quod eoſdem Apoſtolos fuiſſe ſecutos piè credimus; tanquam bonum, quod alijs fore communicandum duxerunt oportere: Sic enim conueniebat talibus iudicibus, vt prius ſe iuſtitia, & virtutibus veſtirent, adhoc, vt alios de tali obſeruantia erudirent.

Ex Conc. gener. ſua detur opinio.

Digitized by Google

CAPVT V.

Quis fuerit ille Cephas à Diuo Paulo reprehenſus Petrus Apoſtolorum Princeps, an alius ex Diſcipulis, Et quare?

QVia aduerſarij contra noſtram opinionē obijcere ſolent illud, quod eueniſſe legimus inter Diuum Paulum, & Cepham: & hunc Cepham Apoſtolorum Principem fuiſſe dicunt, qui ideò (auctore D. Athanaſio) reprehenſus fuit à D. Paulo, quia cum eſſet Antiochiæ conuerſabat cum gentilibus, & cum illis comedebat carnes ſuillas: & ſuperuenientibus poſtea Iudæis, ſimulabat, ſe non eas comediſſe, ne ſcandalizarentur quod ſi vera hæc exiſterent, rueret noſtra opinio: Petrum enim non abſtinuiſſe à carnibus probarent. Hinc propoſita difficultas à nobis agitanda eſt vt obiectioni ſatisfaciamus.

17 Pro intelligentia notandum eſt Chriſtum Dominum Principis Apoſtolorum nomen mutaſſe dicens Ioan. 1. *Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus.* Voluit Euangeliſta vocabulum interpretari, cum græcè Euangelium ſcriberet; quia Cephas non græca eſt vox, ſed Caldaica, ſiue Siriaca, vt rectè D. Hieronymus obſeruauit. Idem eſt Cephas, quod magnus lapis, quod Deus nomine Petri voluit ſignificare. Poſtea namque ei dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam*; Eſt enim Eccleſia fundata ſuper Petrum, & Petrus ſuper Chriſtum, & ita primum fundamentum Chriſtus eſt, de quo Paulus: q *Fundamentum* (inquit) *nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Vides igitur Principem Apoſtolorum, cuius nomen antea erat Simon fuiſſe Cepham, & Petrum vocatum. Nec ſolum ipſe, ſed vnus etiam ex ſeptuaginta Diſcipulis, ſiue ſeptuaginta duobus fuit Cephas appellatus ob amicitiam fortaſſe, qua Petrū Apoſtolum comprehenderat, quem ſingulari amore proſequebatur. Lege Dorotheū, & Hipolitum antiquos auctores nomina 72. Diſcipulorum litteris mandantes, inter quos inuenies Cepham, quem Epiſcopum fuiſſe aſſerunt. Oecumenicus etiam in acta Apoſtolorum, quem refert, & ſequitur Georgius Ederus in Æconomia, qui nōnullos ex ſeptuaginta duobus recenſet, inter quos nominat Cepham, cognomine Petri. Sixtus quoque Senenſis, ait Cepham fuiſſe vnum ex ſeptuaginta duobus Diſcipulis.

Eccleſiæ fundamentum Petrus & Petri Chriſtus.

q 1. Cor.

Petru, & alius Diſcipulus dicūt Cephas.

r *Lib. 2. hb. 55.*

Eſtat nunc difficultas: Cum Paulus b Cepham reprehenderit, qualem de duobus oportet reprehendiſſe dicamus, Principem Apoſtolorū, an alium ex Diſcipulis, ſeu qui Diſcipulus, & non Apoſtolus erat, eodemque nomine gaudebat. Hoc opus, hic labor; cum ex vtraq; parte ſint doctiſſimi, & antiquiſſimi viri. Et qui exiſtimant reprehēſum fuiſſe Petrum hac ſequenti prima ſententia exprimuntur.

Prima opinio aſſerit Petrum Apoſtolorū Principem fuiſſe reprehenſum à D. Paulo huius opinionis ſunt proprie infiniti magni nominis, & auctoritatis, vt puta D. Auguſt. Hieronym. Orig. Theodoret. Euſebius, Emiſſonus, Didimus, Alexandrinus, Apollinarius, Chryſoſt. Theodor. Theofilatus, & alij, quos localiter citat Hector Pinctus in expoſitione primi capitis Danielis. Hac tamen differentia, quod præter Auguſtinum, cæteri omnes aiunt Diuum Petrum in illa ſimulatione in nullum crimen incidiſſe, at verò D. Auguſt. crimen cōmiſiſſe affirmat, & in eius ſententia non deſunt alij, D. Hieronymus ab hoc diſſidet, & diſſentit aſſerens eum non peccaſſe, ſed duos hos inſignes Apoſtolos ſimulato diſſidio ob aliorum vtilitatem ſumma animi concordia contendiſſe, vt dum Petrus à Paulo obiurgatus ſilentio vteretur, hi, qui legalia putabant ſeruanda ab eorum obſeruatione deſiſterent. Et admonitus hac de re à D. Auguſtino, nunquam fuit à ſententia deiectus, ſed nec ipſe potuit D. Auguſtinum à ſententia mouere. Secutus eſt Hieronymus in hac quæſtione græcos auctores, quemadmodum multis in alijs aliquando, vt interpres, aliquando, vt ex eorum fontibus iudicio, arbitrioque ſuo, quantum quoque modo videretur hauriret hanc ſentēriam nouiſſimè ſecutus eſt Reuerendiſs. D. L. Thena, vir hiſce temporibus doctiſſimus loco infra citando.

18 Verum licet horum Doctorum ſententia, quia ſunt potentiſſimi viri, & admirabili ſapientia præditi, quique ſibi nominis celebritatem, & amplitudinem meritò compararūt mihi probabilis videatur, maximè cum D. Petrum Apoſtolum à crimine liberent: tamen diſputationis cauſa non minus probabilis viſa eſt mihi illorum opinio, meoque inſtituto fauorabilior qui aſſerunt: Cepham illum non fuiſſe Apoſtolorum Principem, ſed alium ex ſeptuaginta duobus Diſcipulis, qui in illa ſimulatione verè errauit. Fateor, quidē eſſe, quamplures illi, qui affirmant D. Petrum Apoſtolorum Principem fuiſſe reprehenſum; imo, & maioris auctoritatis, quam illi, qui contrarium aſſerunt, & ſunt numero pauciores, ſed non ex hoc reprehendendi ſumus, qui illis relictis hos pauciores ſequimur; nam cum non de re fidei & morum agatur, quiſq; pro ſuo libito opinari poterit: nec ſit communis, & vnanimis, doctorum conſenſus. Etenim ſi omnes aſſeuerantes, ita eſſe tenerent, non liceret diſſentire, vt ſtatuit Concil. Trid. dicens. ſ *Præterea ad coercenda petulantia ingenia decernit* (ſcilicet Sancta Synodus,) *vt nemo ſua prudentia innixus in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ chriſtianæ pertinentium Sacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu Scripturarum Sanctarum.*

ſ *Seſſ. 4.*

Opinio cōmunis quādo & quomodo ſequēda, etc.

ſtarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum ipſam Scripturam Sacram interpetrari audeat, etiam ſi huiuſmodi interpetrationes nullo vnquã tempore in lucem edendæ forent; qui contrauenerint per ordinarios declarētur, & pœnis à iure ſtatutis puniãtur, &c.

Ex quibus verbis colligitur non eſſe diſſentiendum à patribus, & Sacris Doctoribus, quando vnanimi conſenſu, & de rebus fidei, aut morum ſtatuunt aliquid tenendum. Vnde ſequitur, quod ijs, quæ non vnanimi conſenſu declarant, nec ad fidem, aut mores pertinent; nefas non erit contraire, quantumuis ea aſſeueranter affirment, quia Concilium Trid. cogit nos tantum ſequi communem interpetrationem in rebus fidei, & morũ. Quo ſenſu exponendum eſt decretum Concil. Lateran. (vt optimè docet Ferdinandus de Eſcalante. t) ſub Leone X. act. 10. & Synodi Trullanæ.

t *Lib. 7. de prædicam. Scrip. c. 10.*

Cur Petrus in confeſſione appoſuit filij Dei cũ adiectiuo viui.

Quumque noſtra difficultas propoſita quærat quis Cephas ille fuerit? Et Petrum Apoſtolorum Principem fuiſſe aſſerant plures, quam ſit illi, qui negant; & alium Diſcipulum fuiſſe probant: quia nec omnes vnanimi conſenſu affirmant; nec eſt res ad fidem pertinens, liberum erit illorum, an iſtorum opinioni cõſentire. Sicut videmus, quod omnes Doctores ſequentes D. Hieronymum, locum illum Matth. *Tu es filius Dei viui*. Interpetrantur, vt illo adiectiuo (*viui*) Deus verus diſtinguatur à Dijs gentium, qui mortui ſunt: Sed quidam explicant, vt conſtituat Petrus diſcrimen inter nos, & Chriſtum, quatenus ille eſt Filius Patris æterni, nos ipſius Chriſti, quos ſua morte, & paſſione genuit, iuxta illud Iſaiæ: u *Si poſuerit pro peccato animam ſuã videbit ſemen lõgæuũ* Vnde nos ſumus filij Dei mortui; Chriſtus filij Dei viui. Ecce quomodo hic ſenſus cum alio primo pugnat, nec inde falſus eſt.

Cap. 16.

u *Cap. 53.*

Item illud Pauli: x *Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, idest non huius creationis neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta.* Explicatur ab omnibus Eccleſiæ Doctoribus de introitu Chriſti in Cælum, quando poſt reſurrectionem in die Aſcenſionis Cælum aſcendit, ſeditq; ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Huic tamen communi expoſitioni, non ſolum (ait de Eſcalante) non conſentit Villaganona, ſed etiam diſſentit, & argumentis nititur probare locum hunc non eſſe intelligendum de Chriſti introitu in Cælum, ſed de introitu ſub ſpeciebus ſacramentalibus in nocte Cænæ, quando Sacramentũ Euchariſtiæ inſtituit; quanto magis diſſentire cum alijs, & dicere Apoſtolum Petrum, non fuiſſe reprehenſum, licitè poſſumus.

x *Ad hæbræos ca. 9. 11. 12.*

Chriſtus cur dicitur introiſſe ſemel in Sancta.

Dices hic obſtare nomen, nam Cephas Petrus eſt, idque nos minimè negamus, ſed an iſte, vel ille fuerit ſub eo nomine expreſſus, liberum eſt abſque nota affirmare. Et ex quadã paritate probatur. Legimus enim apud Ioan. y *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes*. Quem locum communiter omnes Doctores de Io. Baptiſta exponunt. Et nihilominus Viguerius (non ille, qui Theologiam ad compendium reduxit) ſed alter, qui S. R. E. Cardinalis fuit, floruitque tempore Sixti IV. eiuſque diſcipulus extitit in ſuo dechachordo Chriſtiano, non ineptè de Ioanne Euangeliſta interpetratur, multiſque rationibus id probare contendit. Hæc autem explicatio nulla temeritatis nota iniuſta eſt. Igitur pari modo imò multò magis poſſumus diſſentire ab illis, qui dicunt Apoſtolum repræhenſum, & adhærere alijs, qui negant ob rationes mox aſſignandas, tanquam probabiles, & magis pias.

y *Cap. 1. 6.*

Hanc ergo opinionẽ amplector, & quidẽ libenter, ſed facti certitudinem S. Matris Eccleſiæ iudicio remitto. Iſte etenim Cephas, cum eſſet Antiochiæ cibis in lege veteri prohibitis veſcebatur aduenientibus interea Iudæis ad fidem Chriſti conuerſis à Gentilium menſa ſe ſubtrahebat, ne Iudæos illos, nondum perfectè inſtructos in Euangelio offenderet quippe, qui nec gentium conſociationem, nec ciborum in lege prohibitorum ferebant. At Gentes ſimulatione Cephæ offendebantur, qua de re D. Paulus: a *Cum autem veniſſet Cephas Antiochiã in facie ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat*. Itaq; Cephas hic à Paulo increpatus non fuit Petrus ille Apoſtolorum princeps, Chriſtiq; Vicarius, nec videtur cur Apoſtolo, & non alteri diſcipulo etiam Cephas dicto detur Pauli reprehenſio. Hanc ſententiam docet Clemens, eamq; refert, vt verã Euſebius Ceſarieñ. b Eã tuetur Oecumenius in collectaneis, c & refert Theophilat. in commentarijs in eandem epiſtolam, & noſtra hac ætate eius patrocinium ſuſcepit Bartholomeus Camerarius in tractatu de ieiunio, d & eandem defẽdit Hector Pinctus loco ſupra citato, à quo libuit hanc doctrinam deſumere, bucq; transferre, tanquam probabilem, & piam, & magnorum virorum auctoritate, & antiquitate roboratam.

a *Ad Galat. 2.*

b *Lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 14.*

c *Epiſt. ad Galat.*

d *Tract. ieiun. ca. 6.*

19 Noſtra hæc vltima ſententia probatur, quia non videtur veriſimile poſt aduentum Spiritus Sancti in Apoſtolos, Eccleſiæ columnam in crimen illud incidiſſe, (& quamuis poterat abſq; præiudicio fidei hoc fieri, ſicut, vt ait D. Gregorius, e oſtendendo Paulum circumcidiſſe Thimotheum natum ex patre gentili ad rabiem Iudęorum temperandam, etiamſi Petrum ſimili delicto reprehẽderit.) Inſuper cum illi ſe iam excuſaſſet à culpa, quam ei objiciebant Iudęi quod cum Cornelio homine gentili comederet, & comunicaret, eam diluit ipſe docens, illud ex Dei præcepto feciſſe, vt in actibus Apoſtolorum ſcriptum legimus, f qui fieri poterat, vt ſe à gentium conſortio, & cibis abſtraheret. Pręterea non videbatur æquum à Paulo Pontificem maximum, & Principem Apoſtolorum, publicè, & acerbè increpari. Etenim prima ſedes à nemine iudicatur.

e *Lib. 28. mor. cap. 6.*

f *Cap. 11.*

Mox clarius conſtabit noſtræ opinionis probabilitas ex ſolutione argumentorum, quæ deſum-

Digitized by Google

ſūpſi ex prçcitato Tena in ſuis cōmentarijs ad Hebræos g defendit enim ille. Petrum reprehenſum à Paulo non fuiſſe alium à Principe Apoſtolorum, vt alij (ait) falsò dixere. At licet amore captus erga talem, & tantum præſulem, quo ipſe noſtram proſequitur religionem, ſilentio voluiſſem ſuum illuſtre nomen præterire, diſputationis tamen cauſa arbitror ſe non dedignari, ſed rem gratam me illi facturum: elucet enim magis agitata veritas. Primo, ergo (ſua pace) excludenda eſt falſitas illa præmiſſa, vbi aliqua adeſt probabilitas, vt ex dictis, & dicendis ſatisfaciendo argumentis patebit, &c.

g *In ca. 8. ad Hebr. diſſ. 6.*

Non videtur veriſimile Petrū peccaſſe.

Quorum primum eſt, quia eam ob cauſam ipſi dicendum videtur eum, qui fuit à Paulo reprehenſus, non fuiſſe Cepham Diſcipulum illum, ſed Apoſtolum Petrum, quia dicit Paulus. *Cum autem veniſſet Petrus Antiochiam in facie ei reſtiti*, ergo ſi proprio nomine appellat Petrum Petrus, qui reprehenſus fuit, Apoſtolorum Princeps eſt, &c.

Reſpondetur, quod ſequela argumenti non valet nam præterquam, quod quædam exemplaria græca habent, cum autem veniſſet Cephas, & annotat Hector Pinctus loco citato in textu D. Pauli apparet, cum paulò poſt eodem modo ipſe met ſubiungat. *Dixi autem Cephæ coram omnibus*, ſed nihil refert, Cephas etiam Petrus vocabatur, qui forte fuit ille; quem Paulus obiurgauit, & hunc exiſtimo eſſe Cepham illum, de quo paulò ſuperius Apoſtolus dixit. h *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis*. Si enim loqueretur de Apoſtolorum Principe, prius eum nominaret, quam Iacobum, imo Ioannes ille, de quo hic loquitur non fuit ille qui Euangelium ſcripſit, vt aliquorum eſt opinio, ſed alius Diſcipulus. Hipolitus enim, & Dorotheus quemdam Ioannem numerant inter Diſcipulos, quem Epiſcopum aiunt fuiſſe Bibliapolenſem; & fuiſſe illum Ioannem expreſſum poſt Cepham, de facili fieri poteſt; atque primo probatur, quia idem Paulus eadem in Epiſtola aſſerit. i Poſt Petrū nullum Apoſtolum vidiſſe præter Iacobum fratrem Domini; ergo Ioannes non erat Apoſtolus. Item in quinta lectione, quæ legitur ab Eccleſia in feſto Sancti Barnabæ patet, legitur enim ibi. *Profectus inde Tarſum. Barnaba, vt quæreret Paulum, cum eo Antiochiam venit*, & in calce. *Per Paulum, & Barnabam, qui perfuncti illo charitatis officio, adhibito Ioanne, cui cognomen erat Marcus, redierunt Antiochiam*. Ecce nomen expræſſum, igitur Ioannes Diſcipulus erat, pariter etiam, & Cephas, &c.

h *Ad Gal. 2.*

i *Cap. 1.*

20 Secundum argumētum conficit ex verbis à Paulo præmiſſis dixerat enim prius. *Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum operatus eſt, & mihi inter gentes*. Vnde ait de quo Petro Paulus loquatur apparet quem, & Apoſtolum nominat, & præfuiſſe Euangelio circumciſionis narrat. Et ne aliquis dicat Cepham fuiſſe reprehenſum, alia vt negantem conuincat. *Pauli verba iam præmiſſa pro ſe adducit, ſcilicet Iacobus, & Cephas, & Ioannes, cum vidiſſent, quod concreditum eſt mihi Euangelium quemadmodum, & Petro dexteras dederunt mihi*, ex quibus verbis conſtare prætendit inter Iacobum, & Ioannem, & Petrum columnam nominatum non fuiſſe illis minorem, & conſequenter fuiſſe illum Cepham, cui Chriſtus dixit: *Tu vocaberis Cephas, quod interpetratur Petrus*.

Sed vt reſpondeam omni qua poſſum reuerentia dicam, quod ſi verba D. Pauli perpendere voluerimus, & ordinem literæ limato iudicio obſeruauerimus, eum Cepham qui dedit manus ſocietatis Paulo, videbimus aperte Apoſtolum non fuiſſe; loquitur enim Paulus ibi de Petro Apoſtolorum Principe, & de Cepha, vt de viris diuerſis; ita enim ait: *Cum vidiſſent, quod concreditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut Petro circumciſionis, qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gētes, et cum cognouiſſēt gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes dexteras dederunt mihi*. Non nè oſtendit hæc oratio Cepham nunc alterum à Petro fuiſſe quemadmodum Iacobus, & Ioannes, alijs à Petro erant? Quæ enim eſſet conſtructio hæc? Quæ verborum collocatio. Quæ ſenſus conuenientia? Si Petrus Apoſtolus, & hic Cephas, qui Paulo dedit manum, idem eſſet, quantumcunque igitur nominetur Petrus in ſerie capituli, & nominetur Apoſtolus, non ſequitur Cepham reprehenſum, fuiſſe Apoſtolum; cum ſint perſonæ diuerſæ, & Cephas vidit concreditum fuiſſe Euangelium Paulo, ſicut & Petro, & non ſicut ſibimet ipſi. Germanus itaque ſenſus verborum hic eſſe videtur. Cum Iacobus Apoſtolus, & Cephas, atque Ioannes Chriſti Diſcipuli vidiſſent delegatam fuiſſe Prouinciam prędicandi Euangelium inter gentes, mihi quemadmodum Petro Apoſtolo apud Iudæos, dederunt mihi dexteras, quod eſt Simbolum ſocietatis, non ne videmus nullum horum trium eſſe Apoſtolorum Principem, ſed illos eſſe cum eo, & fide, & amicitia coniunctos.

Petrus, & Cephas viri diuerſi.

Argumentatur vltimo probando ſuam opinionem auctoritate D. Hieronymi dupliciter. Primo, quia Paulus ſcripſit hanc Epiſtolam; vt oſtenderet ſuam doctrinam non eſſe inferiorem doctrinæ Petri: ſicut quidam obiecerant: Siquidem non ſolum eam non acceperat ab hominibus, ſed per illam reprehenderat Petrum in facie, illo etiam tacente, & conſentiente, quod argumentum infirmum eſſet, ſi de alio Cepha eſſet ſermo, &c.

21 Pro reſponſione dicimus, & fatemur totum aſſumptum eſſe verum, quatenus probat doctrinam D. Pauli non eſſe inferiorem doctrina D. Petri, eamque ipſe à Deo recepiſſe, ſed negamus inualidum eſſe argumentum, ſi de alio Cepha loqueretur. Imo ſi Cephas iſte fuiſſet Petrus, Petri doctrinam inferiorem fuiſſe doctrina Pauli cognoſcemus; quādoquidem hac ſolummodo ratione, Cepham dediſſe dexteram, quæ eſt locus excellentiæ, & excellentiori ſemper tribuitur. Hoc autem

Petrus nullo inferior interris ſed poſt Chriſtum omnibus excellentior.

tem

Digitized by Google

tem aſſerere de Petro Apoſtolo nefas videtur, cum ipſe nulli in terris inferior fuerit; ſed omnibus poſt Chriſtum excellentior, cui tantum Principi Apoſtolorũ vices ſuas commiſit in Eccleſia: Cephas ergo Diſcipulus cum Iacobo, & Ioanne, cum cognouiſſet Pauli doctrinam non inferiorem fuiſſe doctrina Petri, ſed à Deo ipſi reuelatam dexteram dedit, & in reprehenſione tacuit, & humiliter ſe inferiorem Paulo cognouit. Vnde ſufficienter cæteri omnes validitatem, & auctoritatem doctrinæ Pauli cognouere: ſufficiebat enim per illam reprehẽdiſſe vnum ex Chriſti Diſcipulis, & non Apoſtolorum Principem, qui peccare non poterat, & Auguſt. vult reprehenſum peccaſſe.

Secundo demum eadem auctoritate probat de nullo alio Diſcipulorum Chriſti conſtare fuiſſe dictum Cepham, & affert verba Diui Hieronymi, qui ad Galat 2. ait. *Vlterius neſcio, cuius Cepha nos ſciremus nomen, niſi eius, qui & in Euangelio, & in alijs Epiſtolis, & in hac quoque ipſa modo Cephas, modo Petrus inſcribitur,* (*& infra*) *ſi propter Porphirij blaſfemiam alius nobis fingendus eſt Cephas, ne Petrus putetur erraſſe infinita erũt de Scripturis emendanda diuinis, quæ ille, qui non intelligit criminatur, &c.*

Argumentum hoc auctoritate probatum, aliorum Doctorum auctoritate ſoluitur, Cum, & alium Cepham diuerſum à Petro Apoſtolo fuiſſe aſſerunt: alias pro libito ſtaret negare, quod apud ſcriptores Hieronymo antiquiores ſcriptum reperitur, nimirum fuiſſe Cepham vnum ex Diſcipulis Chriſti, vt videre eſt in præcitatis auctoribus, & præcipuè apud Dorotheum in libello de ſeptuaginta duobus Diſcipulis Domini, vbi ait. *Hunc* (Cepham) *Apoſtolus Paulus Antiochiæ redarguit eiuſdem cognominis, cum Petro. Epiſcopus Camæ factus eſt.*

Cephas fuit Epiſcopus, & Galliarum Apoſtolus.

Sixtus quoque Senenſis in ſua Bibliotheca Sancta hæc ſcribit. *Cephas qui, & Martialis Epiſcopus Lemouicenſis, & Gallicarum Apoſtolus.* Hunc Clemens Alexandrinus in quarto diſpoſitionum libro dicit fuiſſe vnum de Septuaginta Diſcipulis cognomen habentem idem cum Petro Apoſtolo: aſſeritque hunc illum eſſe Cepham, de quo Paulus ad Galat. ſcribens inquit: *Cum autem veniſſet Cephas* (Petrus) *Antiochiam in facie ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Hic fertur eſſe auctor duarum epiſtolarum, quæ nuper Domino reuelante repertæ ſunt in Sacrario Baſilicæ Sancti Petri in Vrbe Lemouica, vbi hactenus latuerunt defoſſæ in arca ſaxea ſub Terra, quæ præ nimia vetuſtate vix legi potuerunt. Harum vna eſt ad Burdegalenſes, altera ad Toloſanos, vtraque veneranda antiquitatis pietatem redolens.* Hæc ille. Non igitur omnino negari debet alium Cepham à Principe Apoſtolorum reperiri, cum talis, & tanta de illo memoria habeatur.

22 Nec eum fingimus, ne Petrum erraſſe affirmemus, propter Porphyrium Chriſtianæ religionis hoſtem, qui ſumpſit anſam reprehendendi Apoſtolos, vocans Petrum ſimulatorem, & mendacem, & Paulum inurbanum, & ſuperbum. Nam ſi in veritate fuiſſet inſtructus, vtique non inueheretur tam durè in duos illos præcipuos Euangelij Doctores. Nos autem facti veritatem ſcire cupientes, tot magnos auctoritate, & antiquitate præditos viros conſulere voluimus, illorumque dictis inhærere benè viſum eſt, neq; ſcripturam emendamus, quandoquidem Cepham virum magnum, & Epiſcopum nominatum reperimus ex antiquioribus Doctoribus, & Petrus, qui hic Cephas eſt propter imprudentem quandam ſimulationem incidit in errorem, in quem non arbitror incidiſſe Apoſtolorum Principem, vt eſt pia, & probabilis opinio à me amplexa, & Eccleſiæ iudicio remiſſa. Nec ſcripturam corrigere attentamus, eam iuxta verborum ſeriem, & litteralem ſenſum pro viribus perpendentes.

Ad hæc quoque dicenda ſuffulti Legienſis conſilio deuenimus, qui in 2. cap. ad Galatas locum illum examinans aſſerit, nullam interpretationem magis aptam, pietatique conformem adhiberi poſſe, quam quæ Petrum à culpa, & Paulum liberet à mendacio, vt de Apoſtolorum principibus, orbiſque magiſtris par eſt exiſtimare. *Quod ſi* (ait) *quis poſſet orationis huius ſententiam ſic interpretari, vt & Petrum liberet a peccato, & Paulum à procacitate, & mendacio: is certè optimè interpretus eam eſſet.* Hæc ille, vbi inſinuauit prædictum Doctorum munus eſſe quantum litteralis textus interpretatio patitur, ſanctos viros à culpa, parumque honeſtis actionibus vendicare: præſertim cum eius dignitatis, & conditionis ſint, quales Petrus, & Paulus firmiſſimæ columnæ extiterunt.

Ergo bene faciunt Doctores, quorum ſententiam probabiliorem iudicauimus, cũ vtrumque Apoſtolum à culpa liberent, & non Petrum fuiſſe reprehenſum, ſed alium Diſcipulum nomine Cephas. Et Paulum non mendacem, nec audacem, ſed verum prædicatorem, veracemque reprehenſorem extitiſſe.

Nam ex alijs, aut culpabilem Petrum, aut mendacem, vel ſimulatorem extitiſſe Paulum, nonnulli autumant, imò ex Doctorum, & Sanctorum Patrum claſſe, qui fatentur non alium Cepham præter Petrum reprehenſum pauci ſummopere ſunt, qui vtrumque Apoſtolum defendant, etſi aliqui hoc facere nituntur potiùs ſcholaſticè inhærendo probationibus Theologicis, quam teſtualibus Pauli verbis, vltra quod quamplurimi non fuiſſe ſimulatam Pauli reprehenſionem, & Petrum non peccaſſe ſimulãdo, minimè feciſſe, quod fecerat docent: videantur expoſitores D. Thom. & præcipuè Vaſquez, k Suarez, l Didacus Granado de legibus, m Bellar. n & alij multi ab omni culpa etiam veniali ſtatuunt abſoluendum, D. Pauli reprehenſione non obſtante, ad quam dicunt diuerſis admodum iuſtis, atque honeſtis rationibus ipſe cogi potuiſſe.

k *p. 2. diſp. 182. ca. 7.*
l *Lib. 9. de legib. ca. 20. nu. 29.*
m *Tract. 4. diſp. 6.*
n *Controu. 3. lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 28.*

23 Sed audite quæſo, quid duo Eccleſiæ lumina-

minaria Aug. ſempè, & Hieron, dicãt & primò, quod D. Hier. Petrũ à culpa liberat, Paulum non omninò abſurdum exiſtimans Petrũ Eccleſiæ primatem, Spiritus Sancti organũ, & verbi diuini linguam adeò defeciſſe, vt cogeret homines iudaizare. Sed videamus ſecundo quod de Auguſt. referat Didacus, Cea o in ſua Archiologia, Ex ijs quę hactenus diſſeruimus in promptu erat conijcere D. Paulũ non fictè, & ſimulatè, vt credit D. Hieronymus, ſed verè, & ex animo, vt melius decreuit Auguſt. ad Petri obiurgationem ob Iudaicorum rituum obſeruantiam prodijſſe. Verũ hoc idem prout inſtituti noſtri ratio, & Pauli dignitas exigit, breuiter oſtendamus, & cũ Auguſt. p firmiter comprobemus. Igitur ait ibi ille Pater Sanctiſſimus niſi illa reprehenſio vera fuit, ſed ſimulata, fateamur neceſſe eſt D. Paulum in duplex mẽdacium incidiſſe, alterum in rebus, quod propriè ſimulationis dicendum erit mendacium alterum in verbis, cum videlicet ad Galat. ſcribens dixerit ſe Petrum reprehẽdiſſe, quia reprehenſibilis erat: quod ſi reprehenſio ficta fuit ſacri Scriptoris munere functus, falla enarraſſe quod quis audeat aſſerere? Item inferius: *cum vidiſſem quod non rectè ambularet ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus. Si tu cum Iudæus ſis, gentiliter viuis, nõ iudaicè, quomodo cogis gentes Iudaizare.* Si ergo iuxta D. Hieronymi placitum fas erat Petro illis vti cæremonijs, & ritus cuſtodire, quin culpæ redderetur obnoxius, & Pauli obiurgationi ſubiaceret. Siquidem attenta gregis vtilitate rituum obſeruantiam ſimulare poterat, vt Hieronymus fatetur. Inde palã deducitur mendaciter à Paulo dictum Petrũ fuiſſe reprehenſibilem, nec ad Euangelij veritatem rectè ambulaſſe. Quod Doctoris gentium auctoritatem, & ſanctimoniam quantum dedeceat, cæcus, & amens ſit, qui non videat præſertim cum Paulus fuerit hiſtoricus, nec parum lactæ hiſtoriæ veritatem, & integritatem tam ſiniſtra exiſtimatio detereret.

o *Lib.1. cap.1.§.4.*

p *Epiſt. 9. & 19.*

q *Epiſt.19. col.2.*

Quapropter D. Auguſt. q minus abſonum arbitratur in Petro culpam admittere, quam mendacij notam inurere D. Paulo: Verba ipſius interrogantis more prolata hæc ſunt. *Satius eſt credere* Apoſtolum Paulum aliquid non verè ſcripſiſſe, quod Apoſtolum Petrum non rectè aliquid egiſſe? Quis hoc crederet? Nemo ſanè: Ecce quam firmiter credit, aut Petrum aliqualem culpam admiſiſſe, ob quã iuſtè fuerit à Paulo reprehenſus, vel Paulum fuiſſe mendacem, dum reprehenſibilem dixit Petrum, nec ad veritatem Euangelij rectè ambulantem. Immenſum pelagus difficile natandum. Nam ferè omnes Sancti Patres, alij Scyllam alij Carybdim tenentes, vel Paulum, vel Petrum defendunt. Non me latet Scholaſticos totis viribus conare vtrumque Apoſtolum defendere, vt etiam Soſa propter ſupra citatos id probare ſtudet in ſuo tractatu contra duos tractatus ſine auctore. Iſti omnes volunt habuiſſe Paulum quandam reuelationem de ritibus Iudæorum totaliter abolendis, quam reuelationem iuſto Dei iudicio non habuit Petrus, ſic Bellarm. 3. controu. r dicens. *Credibile autem eſt diuinã prouidentiam id egiſſe, vt in eo negotio magis illuſtraretur Pauli, quam petri mens, vt exemplum vtiliſſimum haberemus tam libertatis in Paulo, quam patientiæ, & humilitatis in Petro rectè quidem, ſed ad pietatem erga vtrumq; oſtendendam.*

r *Lib.1. de Rom Pontif. cap.28. in fine.*

24 Attamen ſi verior eſſet illorum Doctorum opinio, quam declaratam, & probabilẽ expoſui dicendo alium fuiſſe Cepham non Petrum Apoſtolorum Principem, ſed Diſcipulum iam Epiſcopum, & qui Epiſtolas ſcripſit, quæ Martialis nomine circumferuntur, ſed cognomine Cephæ. Seruus Dei, & Apoſtolus Ieſu Chriſti martialis Cephas omnibus fratribus, &c. Proculdubio vtrumque Apoſtolum defenſum haberemus Paulum eo, quod verè reprehenderit. Et Petrum, eo quod non peccauerit, ſed alius Cephas, & quidem Petrum peccaſſe maximè in eſu, ò quam durum videtur, cum de illius riguroſa abſtinentia ſupra diximus, quod lupinis ad extinguendam famem vtebatur, & non ſolũ vt habuimus ex Bellarm. ferè ſemper ieiunauit, quod ex Nazianz. deſumptum videtur oratione de amore pauperum, ſed quam fuerit parca in epulis menſa, quam vacua apparatus extiterit D. Ambroſius oſtendit dicens. ſ *Pranſuro Petro. deſunt coquorum apparatus deſunt obſequia famulorum, ſed quod eſt melius miniſteria diuina non deſunt, & vtiliori commutatione Sancto viro, quod deeſt in terra abundat in Cælis, vt reficiatur enim Petrus nõ cellarium ſollicitè reſeratur. Sed Cælum ipſum protinus apertum legimus Sanctum Eliam coruis miniſtrantibus paſtum. Quanto melius Petrus cui non paruam eſcam terra auis porrigit, ſed integrum conuiuium multitudo Angelica ſubminiſtrat. Tanta igitur eius abſtinentia fuit, vt terrena faſtidiens obſonia cæleſtes epulas, & Angelorum obſequia mereretur.* Hæc ille. Nec mirum quandoquidem tam magna eſt abſtinentiæ, & parcitatis dignitas, inter Deum, & hominem quandam videatur æqualitatem conſtituere, ſicuti lib. de ieiunijs aduerſus Pſichicos dicebat olim Tertullianus. *Tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem, parem re vera pari.* Si ergo Petrus tam abſtinens fuit, ſi quotidie ieiunabat, quomodo reprehendi poterat à D. Paulo, eo quod carnes porcinas comediſſet, dicat hoc qui voluerit, mihi quidem vtrumque Apoſtolum defendere, eo quo diximus modo cum probabilius videatur.

ſ *Ser. 68.*

Quibus habitis patet ſolutio principalis argumenti: Nam ſi reprehenſum non fuiſſe Petrum Apoſtolum, ſed alium Cepham exprobatis conſtauerit; non eſt cur dicamus Petrũ Apoſtolum comediſſe carnem ſuinam: tanto magis, quia non veriſimile videtur cum eo tempore, & poſtea per aliquot temporis inteſtitium. Petrus, & omnes Apoſtoli legalia verè ſeruaſſent vt Sanctus Thomas cum auctoritate Auguſt. refert: ergo Petrus adhuc

huc ſeruans legalia, non poterat carnibus ſuinis veſci, hoc enim erat à lege prohibitum, vt habetur leuitici cap. 11.

Cephas cur à Paulo reprehēditur. Reſtat igitur nō Petrū, ſed Cepham, non Apoſtolum, ſed Diſcipulus reprehenſum fuiſſe à Paulo, & dato, quod iſta reprehenſio fuerit ex ſumptione cibi cum alijs gentibus, non eſt omninò credenduui fuiſſe ex eſu carnium, & errorem præfatum commiſiſſe quia carnes ſuinas à lege prohibitas comedetat. Nam probare nos contendimus nedum Apoſtolos, ſed omnes Chriſti Diſcipulos eſum carnium vitaſſe, & ſic, nec Cephas in illa ſimulatione carne veſcebatur potuit enim ipſe ſimulationem per multas alias vias machinari, ſcilicet per legalia, & cæremonialia, perque plura piſcium genera interdicta erant, vt patet leuitici, vbi legitur. *1 Cap. 11.* 1 *Quidquid enim pinnulas, & ſquammas non habet, eorum, quæ in aquis mouentur, & viuunt abominalite vobis execrandumque erit carnes eorum non comedetis, & morticinia vitabitis.* Cum ergo iſta genera piſcium eſſent menſis Iudæorum interdicta, non autem menſis gentilium vetita, ipſe Cephas cum gentilibus comedendo, ex huiuſmodi ſcilicet piſcibus prohibitis edebat; aduenientibus autem Iudæis ſimulabat ſe ex eis non comedere, quod facere non debebat (abrogata enim erant à Chriſto Domino legalia, & cæremonialia) & tenebatur abſque Iudæorum metu publicè fidem profiteri, & tanquam mortua præcepta, quæ Iudæi circa huiuſmodi eſum ſeruabant habere, ne gentiles cogeret ad iudaizandum. Hac ratione fuit à Paulo reprehenſus, & non quia carnes ſuinas comederat.

CAPVT VI.

Apologeticæ Reſponſiones ſequuntur, quibus aliqua argumenta ſoluuntur, & Apoſtolorum abſtinentia oſtenditur.

25 SI charitas alicuius fidelis Chriſti erga conſeruos ſuos frigeſceret, erga illum et à debita charitate recedere nequimus, illumque potius; eodem amore proſequi debemus, quo proſequeretur ſi nūquam erga nos frigidus, ſed ſemper calidus extitiſſet. Memores verborum Chriſti diligite, & benefacite, &c. Et Sanctus Cyprianus ad id nos etiam inſtruere videtur dicens. *Etſi in Eccleſia videntur eſſe zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas veſtra, vt quoniam zizania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus. Nobis tantummodo laborandum eſt, vt frumentum eſſe poſſimus, vt cū caperit frumentum Dominicis horreis condi, fructuum pro opere noſtro, & labore capiamus.* Quibus ad intentum adaptatis non æqua lance pugnare noſtros religioſos docet, & de pietate recedere. Quidquid ergo dicāt in abſtinētia, viuere, ac vota Deo promiſſa reddere, vt digni Deo dante efficiantur fructibus patientiæ, & bonorū operū, optimū eſt. Sed quia religioni etiam inſeruire tenemur aduerſus quā ille Religioſus (de quo in præcedenti tractatu diximus) parum noſtri amator iudicium ferre videtur. Non abs re iudicauerint lectores, ſi incepta Apologetica reſpōſa proſequar, ea enim huc transferenda curaui, quia ad Apoſtolos ſpectare videntur. Proponam igitur primo vtraq; lingua, vt ſupra illius Cenſuram, deinde noſtrā ad illam dirigemus reſponſa, vt ſuo quiſque libito diſcernat veritatem, &c.

Incipit cenſor propria lingua.

EN la plana 321. dice el autor. Non faltan ingenios tam poco cuerdos, que ſeden à penſar con ignorancia en leer à quella permiſſion de el Santo Euangelio: Comed de todo quanto os dietn, que à ſer como ellos pienſan precepto de Chriſto N. S. ni los Sanctos Fundadores de Religiones pudieran vedar el ſuſtento de las carnes ni nueſtra madre la yglefia confirmara inſtitutos y reglas, que formalmente ſe opposi eran al Santo Euangelio. *Hæc refert, & pergit poſtea.* No ſe à quien hiere el autor, y ſin ſaberlo me hace laſtima, verſe maltratar con palabras, que à mi ver nò las dixera, San Franciſco de Paula Ingenios tam poco cuerdos por tropezar con ignorantia: yen la coluna 3. contra los ignorantes ſi bien Catholicos.

Latinè.

FOlio 321. *Auctor dicit. Non deſunt ingenia, ita parum ſapientia, quæ ignoranter arbitrentur legendo permiſſionem illam Sācti Euangelij* (Comedite, quæ apponuntur vobis) *eſſe Chriſti Domini præceptum. Quod ſi ita, vt arbitrantur, eſſet; nec Sancti Religionum Fundatores prohibere poſſent carnium eſum, nec noſtra Sancta*

Mater Eccleſia ea inſtituta,& regulas confirmaret; quæ formaliter ſe opponerent Sancto Euangelio (ſequitur Cenſor) Quem auctor vulnerat neſcio: Et cum neſciam mærore afficior; cum videam illum (ignotum ſcilicet) iniurioſis affici verbis, quæ ineo videri nõ diceret S. Franciſcus de Paula; Ingenia, quæ parum ſapiunt, quia labuntur ignoranter; & in Columna 3.contra ignorantes, licet Catholicos.

Reſponſio.

26 VVlneratum neſciebas (no ſe à quien hiere el autor) ei que compatiebaris, grande beneficium,iſtius tuæ pietatis, vtique inſcius eram; ſemperque fuiſſem; niſi eam, quam habes, & non aliam, nec meliorẽ manifeſtaſſes nunc. Sed cur mi Cenſor ſi tã pius es, erga Sanctum non magis placidè tegeris? erga ignotos, quos ignorantes Chronicorum auctor appellat;tua ſplendet pietas, & erga Patriarcham noſtrum Franciſcum de Paula noua videris (parcas quæſo) peioraq; conuitia afferre. Quæ neſcis carpis, & quæ ſcis aut ſcire teneberis non debito honore tractas. Sciſcitari à te lubet, Verba auctoris, quibus afficit, & lædit, quos ignoras ſunt mala, & inhoneſta, an bona,& honeſta? Reſpondebis proculdubio, ſunt inhoneſta, & diſconuenientia; nam alias neminem auctor verborum ictu,vel voce vulneraret, eumque falſo criminareris. Quomodo ergo ſuſpicaris ſimilia à Sancto proferrri potuiſſe? (no las digera San Franciſco de Paula) qui charitatis radios per orbem in dies diffundit;qui degens in terris ſplendor erat virtutum, omneſq; inſtruebat in ſpiritu lenitatis, imitare obſecro eum (amantiſſime Pater) & ſic nemini dabis vllam offenſionem.

Sciasigitur eos auctorem apellaſſe Ignorantes, qui noſtram religionem quadrageſimali voto ornatam ab inſtitutione, & vita Apoſtolica ſegregant. Vnde non rationabiliter dedignaris: quandoquidem præter hæreticos, qui abſtinentiam à carnibus vilipendunt,ſunt alij, & alij, qui vel parum in ſcripturis verſati neſciunt omnes religiones dici Apoſtolicas, cum primi Religioſi fuerint Apoſtoli, vel fortè malo affectu è gremio Religionum Apoſtolicarum noſtram expelliſſent, nulla præhabita ratione, vel tandem, & probabilius non æmulantes chariſmata meliora, vituperant ea, quæ maioris ſunt ſuper erogationis, dicentes: Apoſtolos comediſſe de omnibus iuxta præceptum. *Manducate, &c.* Et illã Religionem tantum eſſe Apoſtolicam, quæ abſque delectu ciborum, etiam carnibus veſcitur; illam verò non eſſe Apoſtolicam,quæ abſtinendo à carnibus præceptum a Domino Apoſtolis traditum non obſeruat, quod quã falſum ſit in ſequentibus apparebit.

Cenſor propria lingua.

27 CAietano hombre fue, que no le tienen por hombre, groſſero poco cuerdo ignorante y con todo eſſo eſplicando el cap. 10. de San Lucas en à quellas palabras, *Nolite portare ſacculum* (dice) *optimè explicat Lucas præcepta ſequẽtia*, Y entre ellos eſta à quella ſententia. *In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt*. Sobrelo, que dice Caietano. *Præcipit Diſcipulos non diuidi quoad hoſpitium, ſed ſicuti bini ſunt ita, bini hoſpitentur* Y ſobre à quellas palabras, *Edẽtes,& bibentes,&c.* (dice) *vult cæleſtis magiſter, vt comedant,& bibant,quæ à Dominis domus offeruntur per quod vetat inquirere hoc, vel illud, ſed contenti ſint ijs, quæ illis offeruntur.* En que da ad entender Caietano, que todo eſto, fue precepto.

Latinè.

C*Aetanus homo eſt,quam omnes habent, non inſipientem, non rudem non ignorantem, & tamen cum explicat cap.* 10: *Lucæ ſuper illa verba*; nolite portare ſacculum (*ait*) optimè explicat Lucas præcepta ſequentia, *& inter illa reperitur illa ſententia*: in eadem autem domo, &c. *quam explicans Caetanus ait* præcipit diſcipulos *&c.Et ſuper illa verba* edentes, & bibentes *&c. ait.* Vult cæleſtis magiſter *&c. Vbi ſignificat Caetanus totum hoc eſſe præceptum.*

Reſponſio.

TRia tangit Cenſura iſta, quæ omnia probabilitate indigent. Primum nempe, quod ly manducate quæ apponuntur vobis, & ly edentes, &c. Fuerit ſermo factus Apoſtolis. Secundum quod fuerit præceptum. Tertiũ eſt, quod edere de carnibus appoſitis præcepiſſet Dominus Saluator noſter de quibus omni-

Digitized by Google

omnibus ſingillatim agendum eſt.

Diſcipuli Domini bini ambularunt. Quantum ad primum non eſt omninò certum, quod ly *Manducate* fuerit dictum Apoſtolis, niſi reductiuè: Nam primò, & principaliter fuit dictum Diſcipulis, quos tunc Lucæ cap. 10. alloquebatur Dominus: dixi reductiuè, eo quia à Sacris Doctoribus applicatur illa verba etiam Apoſtolis, ſed verè ſolùm diſcipulis conuenire oſtendit, primo, quia quãdo Chriſtus impoſuit Apoſtolicum nomen illis duodecim Lucæ 6. Vocauit Diſcipulos ſuos, & ex illis elegit duodecim, quos Apoſtolos nominauit, alios autem Diſcipulos tantum appellauit Lucæ 10. *Poſt hæc deſignauit, & alios ſeptuaginta duos Diſcipulos, & miſit illos binos ante faciem ſuam.* Et in miſſione vtrorũq; Ordinum Apoſtolorum ſcilicet, & Diſcipulorum adeſt aliquã differentia; nam Diſcipuli miſſi fuerunt bini, & bini; Apoſtoli verò ſoli; ergo ſicut præceptum factum Diſcipulis, vt bini ambularent, & bini hoſpitarentur, nõ extenditur ad Apoſtolos, ita neque extendi debet ad eoſdem ly *Comedite, quæ aponuntur*, &c. Iſta enim verba fuerunt conſecutiua ad præcedentia.

Apoſtoli ſoli non bini.

Quod autem Apoſtoli non bini, ſed ſoli ambularint, clarum eſt: Siquidem diuiſo orbe in duodecim partes ſorte proceſſerunt ad loca accipienda, & ſoli ad prædicandum profecti ſunt, ita vt nullus ex duodecim prædicaret, vbi alius prædicabat dempto Paulo, qui ſe ſegregatum Apoſtolum vocat in Euangelium vna cum Barnaba; quos elegit Spiritus Sanctus dicens. *Segregate mihi Paulum, & Barnabam in miniſterium ad quod aſſumpſi eos* prædicare poterant; vbicunq; alij prædicabant, Et ita concurrerunt Petrus, & Paulus in Italia, & hoc, quia alij erant Apoſtoli abſolutè Paulus autem vocatur Apoſtolus gentium ideſt omnium gentium, & non Iudæorum tantum: nam facta diuiſione Apoſtolorum, etiam in Iudæa prædicabat Paulus, itaque iſti duo vbique prædicare poterant, quia non erant abſolutè Apoſtoli, noluit autem Spiritus Sanctus, quod communicarent cũ alijs in miniſterio, ſed quod ſeparati erant ab illo Collegio, & miniſtero, & eos ſegregauit, ita docet Abulenſis in Matt. cap. 10. q. 25. (1. Th. 2.)

Ly manducate, &c. non intelligi de Apoſtolis ſuadetur. Quibus poſitis argumentari licebit iuxta ſuperiùs poſita, Apoſtoli non bini, ſed ſoli ad prædicandum profecti ſunt, ſed in cap. 10. citato Lucæ primum, & principale præceptũ fuit, vt bini ambularent, & bini hoſpitarentur, ergo imponens Dominus illud præceptũ, non Apoſtolis, ſed Diſcipulis loquebatur, alias Apoſtoli contra præceptum ſoli ambularent; quod minimè credendum eſt, ergo nõ de Apoſtolis intelligi debet ly, *Manducate, quæ apponuntur vobis*, Nam non eſt maior ratio de primo, ſecundo, & tertio, &c. cum regiſtrata ſint in ſerie verborum eiuſdem capituli, & in eodem Sermone Domini.

Secundò principaliter oſtendit non fuiſſe dictũ Apoſtolis ly *manducate*, &c. Quia mittens Dominus Apoſtolos ad prædicandum dixit illis. b *Dignus eſt operarius cibo ſuo*, Et hoc, quia miſerat illos ſine pera, & ſacculo, & neceſſarijs, & ne ipſi putarent ſe ex hoc petituros, non habentes vnde ſibi prouiderent; dixit, *Dignus eſt operarius. &c.* Quaſi dicat non putetis, quod aliquid vobis deerit, quia officium prædicationis veſtræ miniſtrabit vobis omnia neceſſaria, quia digni eſtis recipere hoc; ſic dicit Aug. ſatis ergo oſtendit, cur hęc eos poſſidere, aut ferre noluerit, non quod neceſſaria non ſint ſuſtentationi huius vitæ, ſed quia ſic eos mittebat, vt hæc eis demonſtraret deberi ab illis, quibus Euangelium annunciarent, tanquam ſtipendia militantibus, & explicans Abulen. in Matth. c Quid erat, quod licebat Apoſtolis recipere ne in hoc exciderent, ſub illis verbis. *Dignus eſt, &c.* ideſt (ait) *nihil niſi cibum recipiat, & ea, quæ nomine cibi intelliguntur; ſcilicet victus, & veſtitus, & hoſpitium, quia iſta ſunt neceſſaria ad vitam, initium,* d *vitæ hominis panis, & aqua, & veſtimentum, & domus pretegens turpitudinem*. Aliud autem recipere non debebant. Si ergo particulariter Apoſtolis neceſſaria ad victum conceſſit Dominus illis verbis. *Dignus eſt, &c.* Veriſimile videtur non fuiſſe eos alloquutus Dominus cum dixit, *manducate, &c.* ſed ſolum Diſcipulos, cum quibus tunc ſermonem faciebat.

b *Mat.* 10. — c *Cap.* 10. *q.* 64. — d *Eccl.* 29.

Ly manducate, &c. fortaſſe fuit diſpenſatio facta Diſcipulis. Quare autem tam ampla facultas comedendi de omnibus data fuerit potius Diſcipulis, quam Apoſtolis? Si vera eſſet contrariorum opinio quod ſcilicet ly *Manducate*, ſe extendat etiã ad carnes edendas, veriſimiliter reſpondere poſſem fuiſſe quandam diſpenſationem cadẽtem ſub aliquo ſtatuto, vel conſuetudine Diſcipulis ſolummodo factam, tanquam infirmioribus in ſchola Chriſti. Quod autem fuerit diſpenſatio ex eo patet, quia ſi licitum erat illis carnem comedere, & in ſchola Chriſti erat eſus carnium in vſu, ad quid illa facultas. *Manducate, quæ, &c.* Si iam abſque eo, quod ita diceret Chriſtus, carnibus veſcerentur, illiſq; tanquam licitis ſemper vterentur? Quod fuerit hoc dictum fruſtra non eſt dicendum; ergo vel de vilioribus cibis loquebatur præcipiens eis, ne lautiora peterent, vel diſpenſauit cum illis, quibus veſci carnibus aliqua ratione non licebat. Vnde non incredibile erit (his firmiter ſtantibus) quod vt diſcipuli, qui vitæ abſtinentiſſimæ Chriſti, & Apoſtolorum imitatores erant, ne deficientibus alijs cibis, dubitarent, an poſſent in tali neceſſitate vti carnibus contra eorum vſum, prębuit forſitan Chriſtus (mittens eos binos ad prædicandum) licentiam manducandi de omnibus, qua, an vſi ſint, ignoramus.

Difficiliter cognoſcitur differentia inter conſiliũ & præceptum. Probat ſecũdo loco noſter Cenſor ly *Manducate* fuiſſe præceptum, ſed falſum eſt. Et primo probatur ratione. Inter præceptum, & conſilium, licet magna ſit ſimilitudo, cum vtrumque ſit quoddam legis præſcriptum, in quo non facilè detegitur diuerſitas, quoniam in lege non nunquam verbum præcarium, vt rogo, inuenitur vſurpatum præceptiuè vt 11. q. 3. cap. Rogo quod Gloſſa id etiam ibidem annotat, & non nunquam verbum præceptiuum, vt mando vſurpatur præcario, vt in

Digitized by Google

cap. mandaſtis 2. qu. 4. vbi id quoque Gloſa annotat; quomodo verò conſtare debeat vide apud Syluestrum, Reginaldum, e qui ait, quādo datur lex per verba imperatiua dicam, faciant, &c. non poſſe ex eorum ſignificandi vi cognoſci, an ea ſit præceptiua, obligetuè ad peccatum, quoniam talia verba poſſunt in ſua ſignificatione, tam à conſulente, quam à præcipiente vſurpari, ſic cum dicitur. f *Vouete, & reddite*, &c. Illud eſſe conſilij, & hæc præcepti ex vi ſignificandi vocum, nullatenus cognoſci patet; quod, vt pateat inquirendum eſt de legislatoris voluntate imponendi, vel non imponendi obligationem.

e Lib. 16. q. 3. cap. 1.

f Pſ. 75.

Lex an ſit præceptiua quomodo cognoſcitur.

De qua voluntate (ad intentum reuertentes) quia in ly *Manducate*, vel in ly *Edentes* conſtare non poteſt recurrendum eſt ad materiā, quæ cum præceptiua non ſit, lex quoque præceptiua non eſſe indicabitur, quia verba legis debent ad materiam ipſius accommodari argum. citat. cap. rogo iuncta eiuſdem gloſa. Quod materia non ſit præceptiua patet, quia non eſt de neceſſarijs, vel ad iuſtitiam, vel ad charitatem, vel ad diuinam reuerentiam pertinens: Non ad iuſtitiam, quia per abſtinentiam ista potius omnia ſeruari poſſunt, niſi talis ſit, & tanta, vt euidentia ſaltem morali ſe abſtinentes exponerent periculo moriendi, vt puta ſi per multos dies vitam tranſigere abſque vllo corporis alimento conarentur. Non ad charitatem; eam enim, in qua noſtra perfectio conſiſtit ex conſenſu Sanctorum omnium efficacius, & facilius per abſtinentiā à carnibus adipiſcimur. Non ad reuerentiā, quam experientia conſtat perfectiſſimam habuiſſe omnes Sanctos Eremitas, primoſq; illos Chriſticolas, & David *Humiliaui in ieiunio animam meam*. Nullo igitur modo dici poteſt, ly *Manducate præceptum*.

Verba legis ad materiam applicantur quā do voluntate non conſtat.

Ly manducate non preceptum edendi.

Si verò ly edentes referatur ad edendum in ea domo, quam primo ingreſſi ſunt, & non ad tranſeundum de domo, in domum, lautiora in cibum quærentes; præceptum eſſe fateor; nam contra iuſtitiam fortaſſe, & contra charitatem, & contra reuerentiam euenire poſſet, & ſcandalo, atq; onere hoſpitibus eſſent. Sed quia in Apoſtolis hoc non eſt præſumendum, & tantummodo verſamur in qualitate comedendorum, num videlicet tenerentur ad carnes ſub præcepto comedendas, eaſque appoſitas. Si aliquando non comederent, peccarent? Dicendum videtur negatiuè, quia contenti pane verbi gratia, & aqua, alia mortificationis gratia relinquentes non peccarēt, ſed mererentur; niſi (quod abſit) præſumeret aliquis aſſerere fuiſſe Apoſtolos opinioni eorum, qui dixerunt abſtinentiam Dei amore factam, nihil accreſcere meriti, fuit igitur Conſilium, vt ne quærerent lautiores cibos, ſed viles comederent.

Quod etiam alia ratione probatur: nam poſito caſu, quod Hoſpites in aliqua domo apponerent panem, & olera, & carnes, & eo die ieiunare ipſi decreuerant, ablato Sponſo ieiunaturi erant, vt dixit Chriſtus. Percontor ieiunando, à carnibus abſtinendo, ſoloque pane contenti peccarent ne contra præceptum, an non: ſi affirmatiuè reſpondeas ergo (dicam) abſtinentia pro vitæ mortificatione, & corporis maceratione peccatum eſt, quod nedū pias aures offenderet, ſed error eſſet in fide, & abſtinētia Chriſto odibilis videretur, quod falſiſſimum eſt, ſi autem negatiuè dixeris ergo ſequitur non fuiſſe vniuerſale præceptū, ſed tantum facultas ſuperaddita propter aliquod ſtatutum, vel obſeruantiam, ſi vt ſupra diximus ſe extenderet ad omnia comedenda; quod mihi improbabile viſum eſt.

Item non minoris ponderis, & conſiderationis fuit illud. *Omne, quod mouetur, & viuit*, &c. Ac illud, *quæ apponuntur*. Ergo: ſi hoc eſt præceptum etiam illud, ſed illud non eſt, alias male faceret Eccleſia prohibēdo carnes ſtatutis diebus quadrageſimæ, &c. & peccarent omnes non veſcentes carnibus, quæ omnia abſurda abeſſe debēt ab ore fidelium, ergo neque hoc.

Mox valeat, & facetè argumentari. *Si manducate*, eſſet præceptum: Quæſo dicas mihi ſi apponeretur integer bos v. g. vel decem oues, aut mille perdices, & darentur duobus Apoſtolis, vel Diſcipulis tenerentur fortè ſub pœna peccati grauis (quod committere iudicat Abulenſis, ſi ex carnibus non comederent,) nam pro parte affirmatiua adeſt præceptum præcipiens comedi quæ apponuntur, non hoc, vel illud, ſed omnia, non de quibus, ſed quæ; Sed ſi poſſibili foret omnia illa in cibum ſumere, & ſumerent, peccarent contra temperantiam ergo, &c. Reſpondebis fortaſſe ly, *Manducate*, intelligi de quantitate cibi, quæ ſpectat ad Apoſtolicam ſobrietatem, & non amplius, quod veriſſimum eſt: ſed hoc eſſet planè iuxta libitum limitare facultatem per ly (quæ) datam ad qualitatem vniuerſaliter, & non ad quantitatem: dicendum igitur veriſimilius, ly, *Manducate, quæ*, &c. Intelligi pro qualitate, & quantitate, pro qualitate ciborum congruentium vitæ eorum, & pro quantitate, vt ſi parum oblatum fuiſſet, ſufficeret, vili, paruoque cibo contenti eſſent, prout dicemus Hic addendum, quod appoſitis v.g. oleribus, pane, & carne, & piſcibus, &c. Si præceptum eſſet ly, *Manducate quæ*, &c. de omnibus appoſitis comedere tenerentur, ita vt ſi cæpam, vel alia olera, aut piſces non comederent grauiter peccarent, quod ridiculum videtur, vel ſi non peccarent etiam poſſent abſque peccato carnes relinquere, eaſque non comedere nam non eſt maior ratio de vna, quam de alia.

Rurſus non fuiſſe præceptum ly manducate auctoritate D. Aug. probatur, f vbi exponēs illa verba D. Pauli. g *Nunquid nō habemus licentiam manducandi, & bibendi &c.* (dicit) *eſſe illam poteſtatem, quam dedit Chriſtus ſuis Apoſtolis dicens Mat. euntes prædicate, quia appropinquauit regnum Cælorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, Dæmonia eijcite, gratis accepiſtis, gratis datè, nolite poſſidère aurum, neque argentum, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Ecce vbi conſtituit Dominus* (ait Auguſ.) *quod idem Apoſto-*

f In lib. de opere monac c. 3.

g 1. Cor. 9.

Ly manducate nō eſſe preceptum ex Auguſtino probatur.

Digitized by Google

Apoſtolus commemorat, ad hoc enim dixit illa omnia, ne portarent, vt vbi opus eſſent ab eis acciperent, quibus annunciabant Regnum Dei (Et ſubiungit) *Aequis autem duodecim ſolis Apoſtolis fuiſſe hoc permiſſum;* Vide etiam quod Lucas narrat, *poſt hæc inquit deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos &c. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua. Hic apparet* (*ſequitur Auguſ.*)*non eſſe illa iuſſa, ſed permiſſa, vt quiſquis vti vellet eo vteretur, quod ſibi liceret ex Domini conſtitutione. Si quis autem vti nollet, non contra iuſſum faceret, ſed de ſuo iure cedens miſericordioſius, & laborioſius conuerſaretur in Euangelio; In quo & debitam mercedem nollet accipere, alioquin contra iuſſum Domini fecit Paulus, qui poſteaquàm oſtendit ipſi licere ſtatim ſubiecit. Sed tamen ego non ſum vſus hac poteſtate.* Hæc ille, quid clarius expectas ne credas quæſo fuiſſe præceptum, ſed ſimplicem tantummodo facultatem accipiendi victum neceſſarium, deinde corroborat intentum ex facto Apoſtoli, qui licet haberet poteſtatem capiendi ex Euangelio pro vitæ ſuſtentatione, non ea eſt vſus, ſed operans manibus victum quæ ritabat, vt ex alibi

h 2. Theſſal. cap. 3.

h adducit ibi Aug. dicens. *Neque panem ab aliquo gratis manducauimus, ſed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Non quia non habuerimus poteſtatem, ſed vt nos formam daremus vobis, qua nos imitaremini. Omnia inquit toleramus, ne quod impedimentũ daremus Euangelio Chriſti.* Et redit rurſus, *modiſque omnibus etiam, atque etiam commendat, quid ſibi liceat, & tamen non faciat, neſcitis inquit, quoniam, qui in tẽplo operantur, quæ de tẽplo ſunt edũt? qui altario deſeruiũt, altario cõpertiũtur, ſic, & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium nunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum ſũ vſus: Quid hoc apertius? Quidne clarius? Vereor ne, cum dixero, volens id exponere obſcurum reddam, quod per ſe lucet. & clamat, qui enim hæc verba non intelligũt, aut ſe non intelligere fingunt, mea multo minus intelligunt, vel ſe intelligere profitentur, niſi forte propterea citò intelligant noſtra, quia conceditur eis intellecta deridere de Apoſtoli autem Verbis non ita conceditur: propterea vbi aliter ea ſecundum ſuam ſententiam interpretari non poſſunt etiam clara, & manifeſta, obſcura, & incerta eſſe reſpondent, quia & praua, & peruerſa dicere non audent.* Hæc Aug.

Ratio, quare ita loquitur Auguſtinus eſt, quia criminabantur al qui Diuum Paulũ, eo, quod ſpirituale opus faciebat, vt viueret. Quod eſſet cibum ex Euangelio ſumere. Vnde proteſtatur Apoſtolus, dicens, quod, & ſi poſſet ex Euangelio viuere iuxta Domini facultatem præhabitam, noluit tamen vti libertate conceſſa, ſed quæ neceſſaria victui ſuo erant miniſtrabant propriæ manus: non ergo erat ly. *manducate* &c. præceptum. Nam ſi præceptum fuiſſet non reliquiſſet vti poteſtate abſq; culpa, cum poſſet illa libertate vti, qua cæteri Apoſtoli vtebantur. Et vſum non eſſe teſtatur dicens. i *Cum poſſemus vobis oneri eſſe, ſicut, & Chriſti Apoſtoli.* Secũdum quod Dominus dicit, *Dignus eſt operarius mercede ſua*, Et paulò poſt, *Si autem* (inquit) *diſpenſatio mihi credita eſt*, Vt ſcilicet ex diſpenſatione mea, quia Chriſtum, quia veritatem prædico, quamuis ex occaſione, quamuis mea quærens, quamuis terreni emolumenti neceſſitate compulſus, alij proficiant, ego autem mercedem glorioſam illam ſempiternam non habeam. Quæ ergo inquit mihi erit? Interrogans dixit propterea ſuſpendenda eſt pronunciatio, donec reſpondeat, quod vt facilius intelligatur, tanquam nos eum interrogemus; Quæ ergo tibi merces eſt ò Apoſtole, quando mercedem iſtam terrenam, etiam bonis Euangeliſtis debitam, n:n propter hoc Euangelizantibus, ſed tamen conſequentem, & oblatam ex Domini ordinatione ſumentibus tu nõ accipis? Quę ergo tibi merces erit. Vide, quid reſpondeat, vt Euangelizans inquit, ſine ſumptu, ponam Euangelium, ideſt, vt non ſit credentibus ſumptuoſum Euangelium, ne putent ad hoc ſibi euangelizari, vt id Euangeliſtæ, quaſi vendere videantur, & tamen redit etiam, atque etiam, vt oſtendat, quid ſibi iure Dominico liceat, & tamen non faciat, vt non abutar inquit poteſtate mea in Euangelio, hæc omnia ex Auguſtino deſumpſi, vt videas mi Cenſor, non ſcienter, ſed potius ignoranter loqui illos, qui dicunt ly *Manducate* eſſe præceptum, & lege totum cap. 9. 1. ad Cor. nam ſemper idemet reperies, vt habes ex citato libro Auguſtini.

i 1. Theſſal. 2.

Sed fortaſſe dices ſi Paulus, ne impedimentum daret Euangelio, non eſt vſus illa facultate; ergo cæteri Apoſtoli, qui illa vſi ſunt aliquod impedimentum dederunt Euangelio, & conſequenter peccarunt vtentes poteſtate à Domino recepta in accipiendis ab ijs, quibus annunciabant Euangelium neceſſarijs pro victu, & non operantes, vt victum, acquirerẽt proprijs manibus. Reſpondet Auguſtinus dicens. *Hanc quæſtionem breuiter ſoluerem, ſi dicerem quia, & iuſtè dicerem credendum eſſe Apoſtolo, ipſe enim ſciebat, cur in Eccleſijs gentium non oporteat putari, ſeu portari Venale Euangelium non culpans Coapoſtolos ſuos, Sed diſtinguens miniſterium ſuum, qui ita inter ſe diſtribuerant, procul dubio admonente Spiritu Sancto Euangelizandi Prouincias, vt Paulus, & Barnabas ad gentes irent, illi autẽ in circunciſionem, &c.*

Tertium caput principale valde improbabile videtur, & nullo modo veriſimile, quod ſcilicet datum ſit præceptum de carnibus comedendis propter rationes poſitas, ad delicias enim comparendas non arbitror dari præceptum, & daretur, ſi comeſtio carnis caderet ſub pręcepto: Legitima verborum illorum explicatio eſt. *Manducate*, &c. *Edentes*, &c. Si dare voluerint, atq; valuerint. Et hoc Chriſtus dixit non præcipiendo, ſed permittendo, ſeu concedendo, nec de quocunque cibo, & potu neceſſe eſt hoc exponi, cum interdum virtuoſius ſit quibuſdam abſtinere à vino, & carnibus. Vnde, quod edentes, & bibentes,

Manducate non intelligitur de carnibus comedendis.

quæ

Digitized by Google

quæ apud illos ſunt, non ſit iuſſio, vt omnia talia aſſumantur, ſed exhortatio potius, vt ſufficiant appoſita, nec quærantur ſuperflua, vt volucres Cæli, piſces maris, & beſtiæ terræ ita Cartuſianus, & Ierme, Did. Stella, & alij.

Mox qui ſeriem verborum doctiſſimi Caetani limato iudicio conſideraverit ly *Manducate* eum de carnibus comedendis minimè intellexiſſe conſpiciet. Voluit quidem Caietanus fuiſſe præceptum, ly *Manete*, vt bini hoſpitarentur, ne vt etiam Titelmanus in Matt. cap. 10. dixit: *Futili, aut leui cauſa mutarent hoſpicium, ne inſtabilitatis notarentur, aut tanquam vagabundi haberentur diſcurrentes de domo in domum, cum ſcandalo eorum, qui priores eos exceperant, ſi ad alios præter rationem tranſirent, ne etiam ſuſpicio de illis oriretur quod delicatiora quærerent, non contenti iis, quæ primus hoſpes liberaliter obtulerat pro ſua facultate, quæ omnia Euangelicum Prædicatorem non decēt; mutare igitur domicilium, niſi cogente aliqua neceſſitate, vel ſuadente charitate, &c. Non licebat. Fuit etiam præceptum ly poſſidere aurum*, &c. Super quibus verbis idem Titelm. dixit. *Si iuxta præceptum meum omnia vos abiicere, & contemnere viderint homines, neque, niſi ſimpliciter victui neceſſaria admittere* (Nota ly ſimpliciter, quo eius carnium excluditur) *Non poterit, non maximum fructum operari veſtra prædicatio, nam de victui neceſſarijs, nemo ſanæ mentis, vel particulam rationis habens offendi poterit, ſi ea accipiatis ab ijs, quibus prædicatis, quandoquidē nemo, tam vilis eſt operarius, etiamſi viliſſimum, & minimum quid operis faciat, qui nō mereatur ſuo opere victum neceſſarium, ſi totum ſe operi impenderit.*

Itaque Caetanus dicens, *Optimè explicat præcepta ſequentia*, intelligit de *Manete*, &c. de *Nolite* &c. & de alijs nonnullis, non tamen de *edentes* &c. quod voluit fuiſſe tantum facultatem, vt ipſemet docuit, quando expoſuit illud Pauli, *Nunquid non habemus poteſtatem manducandi, & bibendi* (dicens) *Paulum ſe eſſe Apoſtolum declarauit*, Declarat modo ſe habere poteſtatem, quam habent alij Apoſtoli, ſcilicet viuendi ex Euangelio hanc ſignant per poteſtatem manducandi, & bibendi, quoniam hanc dederat Dominus Apoſtolis ſub his actionibus dicendo *Edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt*, Et Paulus ſpecialiter huius poteſtatis meminit; *Tum, quia hinc inferet ſe eſſe liberum*, &c. Vide ergo, quomodo Caietanus non vult fuiſſe præceptum ly *Edentes*, ſed poteſtatem accipiendi, &c. Fruſtra ergo adducitur.

Ly mādu-cate de vilibus, & paucis comedendis exponitur.

Sed dato, quod ſub ly manducate intelligat aliquod præceptū, & ly vult cæleſtis Magiſter, pro præcepto valet, vt contenti ſint iis, quæ illis offeruntur; ſubintellige quamuis vilia, & modica ſint, & ne lautiora quærerent iuxta doctrinam præceptoris ſui D. Thomæ, qui exponens ly manducate in ſua cathena aurea cum auctoritate Theofili dixit: *Quamuis ſint vilia, & modica, ea tamen comedite nolite vobis petere lautos cibos, & carneas dapes: hæc enim Chriſti Diſcipulos non decent*. Et quidem ſi non contenti ſufficientibus ad vitam lautiora peterent, peccarent; non ſi ex oblatis, aliqua mortificationis, & abſtinētiæ cauſa relinquerent, contenti ſolum ijs, quæ ad vitam ſuſtentandam ſatis erant.

Et certè veriſimilius videtur non fuiſſe Chriſtū locutum in illa facultate de carnibus comedendis, ſed ſolum de neceſſarijs ad victum recipiendis ab ijs, quibus annunciabant Euangelium, ne dubitarent de alimento, non habentes vnde emerent. Nam ad ſubeundum martyrium mittens illis verbis. *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos*: Et ad paupertatis anguſtias eos deſtinans: *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta*: Ad ciborum penuriam etiam direxit; quæ enim congruentia eſt, ad ſuaues carnium ſapores dirigere, quos ad martyrij æquulæum, paupertatiſque duritiem mittit? Flocci faciūt certe, qui nobis opponuntur, veram intelligentiam verborum dum dicunt, quod Chriſtus, quos ad martyrium, & paupertatem diſpoſuit, pariter in eodem contextu ad carneas dapes, quæ inter omnes epulas, ſuauiores, & delectabiliores, principatum obtinent, induxerit. Et laude digni ſunt procul dubio Thomas, Thophilus, Theofilatus, & alij ſacri Euangelij interpetres, qui hunc ſermonem ad viles, & modicos cibos extendunt; Et ita Euangelij ſenſum vniformiorem prouidi cuſtodiunt, & nam vt aduerſarij (quos forte verbo ignorantiæ vulnerauit Croniſta) qui vltima à primis diuellunt, ferculaque carnea horribili martyrio connectunt.

Doctiſſimus Abulenſis licet videatur noſtræ huic expoſitæ doctrinæ aduerſari; tamen vt arbitror, non abſolutè loquitur de carnibus comedendis virtute illius facultatis, quàm præceptum ipſe vocat, ſed vult non licere illis diſtinguere cibos (ſubintellige tanquam malos) quia omnis creatura Dei bona eſt & nihil reijciendum &c. Ideſt prout reijciebant hæretici, de quibus ſupra contra quos loquebatur Apoſtolus, nec aliud ex illa auctoritate colligitur, alias plura abſurda ſequerentur, ſi nō liceret pro carnis maceratione cibos diſtinguere.

Et quando dicit teneri Apoſtolos ſub pæna peccati ad comedendum, quidquid apponeretur, eis etiam ſi res venenoſæ apponerentur, verum eſt de tempore extremæ neceſſitatis de quo ipſe loquitur in Gen. q. 246. dicens quod ſi non comederent ex carnibus appoſitis nihil haberent pro alimento, nec emere poterant non habentes pecuniam: Neceſſe erat ergo, quod aut nihil, aut res venenoſas comederent, dummodo non malo animo apponerentur eis; ſed quia ipſi vtebantur ſimilibus cibis, & putabant eos eſſe bonos, non enim poterant eis nocere, quia ſanctificarentur per verbum Dei, & orationem. Idem dicerem ſi Apoſtoli conſtituti in tali neceſſitate idolotyta, dummodo non fieret in contemptum fidei, de illis commedere poſſent: ſecus ſi fieret in contemptum; mori potius tenerentur quam de illis ſumere: Nota dixi poſſent, non tene-

Digitized by Google

tenerentur, & melius facerent, & ſecurius ſi non comederẽt: rationabilis enim cauſa foret exire de priori domo, & ad aliam ire ad quærendos congruentes cibos.

Act. 15. Illud autem, quod Abulenſis dicit, teneri Apoſtolos ad comedendum de Idolothytis, etiam ſi diceretur eis; iſtę carnes fuerunt ſacrificatæ Idolis; durum eſt: non enim video congruentem cauſam, qua poſſem huic doctrinæ aſſentiri; ſuppoſito Apoſtolorum præcepto, & Generali decreto de abſtinendo ab immolatis, ſanguine, & ſuffocato; vt legitur act. 15. vbi Petrus cum alijs Patribus Concilij ſcribit gentibus ad fidem conuerſis: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil vltra vobis imponere oneris, niſi hec neceſſaria; vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum à ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione.* Mediante ergo tali decreto omnia illa ad comedendum erant abſolutè illicita. Sic docet Chryſoſt. Tertull. Orig. quos refert Card. Bellar. tom. 1. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 16. vbi adducit quandam quæſtionem agitatam à Sancto Auguſtino in epiſt. 154. ad publicolam, an ſcilicet viator victus famis neceſſitate, ſi nihil vſpiam inuenit niſi cibum in Idelio poſitũ vbi nullus alius eſt hominũ; potiùs mori debeat fame, quam cibum illum ſumere? Reſpondet: *Aut certũ eſt eſſe Idolotytum, aut certum non eſſe, aut ignoratur: Si ergo certum eſt eſſe, melius chriſtiana virtute reſpuitur: Si autem vel non eſſe ſcitur, vel ignoratur, ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo in vſum neceſſitatis aſſumitur.* Iudicauit ergo his verbis D. Auguſt. melius eſſe ab immolatis abſtinere, quam illis in cibum vti; cuius rei nulla ratio eſſe poſſe videtur niſi auctoritas præcepti Apoſtolici. Et ſimile eſt quod ſcribit B. Leo epiſt. 79. ad Nicetam cap. 5. vbi dicit agendam eſſe pænitentiam ab ijs, qui immolata Idolis ſcienter comederũt, ſiue id fecerint terrore minarum victi, ſiue famis neceſſitate coacti. Si ergo non obſtante neceſſitate Auguſt. dicit, melius eſſe non veſci immolatis, & S. Leo dicit; quod ſi comederẽt peccarent; pænitentia enim præſupponit culpam quomodo erit veriſimile teneri Apoſtolos ad comedendum in neceſſitate de immolatis, etiam ſi diceretur eis, hæc ſunt idolothyta; Si chriſtiana virtus docet eſſe reſpuenda, vt inuiolatum ſeruetur Apoſtolorum præceptum, & vniuerſale decretum? Equidem neſcio; de alijs carnibus non ſub decreto prohibitis aſſererem probabiliter poſita extrema neceſſitate teneri ad comedendum, vt euitetur mortis periculum euidens, dummodo ex aliquibus circunſtantijs non vitietur actus: ſed de hac materia redibit ſermo in alio ex ſequẽtib. tract. Habes igitur (mi Cenſor) ly comedite, ſeu edentes, &c. non eſſe præceptum, neque ex ſententia Caietani, quem adducis; & quomodo intelligi debeat explicauimus, nunc ad vlteriora.

Chryſoſt. Tertull. Orig.

Queſtio agitata ab Aug.

Cenſor ſubiungit propria lingua.

Hiſpanicè Y Quando ſea anſi ni los Fundadores Santos delas religiones, que prohibieroñ à ſus Religioſos comer carne, ni la Yglesia Santa, que confirmò eſta regla, y conſtitution ſe oppuſieron al Sãtó Euãgelio, ni hizieron coſa alguna contra al precepto di Chriſto noſtro Signore porque, ni à quel precepto ſe puſo à los religioſos, ni ellos ſon Apoſtoles cõ los quales habla lo que Chriſto ordenò. Sea pues lo que el autor quiſiere, Caietano dice, *Vult cæleſtis Magiſter, &c.* Y ſi las conſequentias de el autor valen algo, la abſtinentia de la carne, y la vida quareſmal, ſerà contra la voluntad de Chriſto: Dios me libre de dezir tal, pues ni Caiet. que dixo lo referido le paſsaria por penſamiẽto tal coſa, por las racones dichas.

Latinè.

Latinè. E*T quando ita ſit, nec Sancti Fundatores Religionum, qui ſuis Religioſis eſum carnium prohibuerunt, nec Eccleſia Sancta, quæ hanc regulam, & conſtitutionem confirmauit ſe Sancto Euangelio oppoſuerunt; nec aliquid contra Chriſti Domini preceptum fecerunt; cum nec illud preceptum fuit Religioſis impoſitum: nec Religioſi sũt Apoſtoli, quibus loquitur id, quod Chriſtus ordinauit. Sit ergo quidquid auctor velit; Caietanus ait, Vult Cæleſtis magiſter, &c. & auctoris conſequentiæ ſi aliquid valent; abſtinentia carnis, & quadrageſimalis vita, erit contra Chriſti voluntatem: Caueat, liberetque Deus me, ne hoc dicam: Cum nec Caietanus, qui relata dixit, tale quid imaginauerit, rationibus iam dictis.*

Reſponſio.

IAm ita non eſt, & ſic ruit totum ædificium, vt ex dictis ſuperiori quæſtione patet: Fundatores ergo Religionum, nil fecerunt cõtra voluntatem Chriſti, ſed eius documenta tradiderunt quanto conformius vitę ſuæ potuerũt, & ita ſe habuere veriſimiliter iudicamus, quando ad Chriſti exemplum, & imitationẽ abſtinentiam à carnibus, vel perpetuò, vel ad tempus à ſuis religioſis fore ſeruandam decreuerunt. Dixi conformius, quia, vt explicauimus non fuit datum præceptum de carnibus comedendis, cum non dari credamus ad delicias comparandas; ſed vt contenti eſſent vilioribus appoſitis, atque hoc voluit Cæleſtis magiſter: Et quanto magis Religioſi Dei amore delicias, & ſuauitates carnium ſpernunt, vilioraque quærunt, & comedunt, tanto magis Cæleſti magiſtro placebunt, & ad ſuam voluntatem ſe conformabunt, & illud manducate, ita explicatum; melius obſeruant.

Mox licet Religioſi non ſint Apoſtoli, ad eos tamen facta eſt illa facultas; vt ſcilicet viuãt de Euangelio, & de altario, cui inſeruiunt; hæc voluit Chriſtus vt docere videtur Aug. ſupra; ideo imitari quærũt Apoſtolos in omnibus, & per omnia, ſed quantum cuiq; poſſibile fiet, nec omnes Religiones eodem modo, ſed magis, & minus iuxta inſtitutoris leges. Quare Euangelio non contradicunt, nec talia vnquam imaginatus eſt Caietanus; vt bene dicis: fauet enim noſtræ doctrinæ.

Verum diſplicet, quia ipſe mi Cenſor talia imaginatus es, tandem gaudeo, quia imaginata non aſſeris, & vt falſa reijcis, bene te quidem geris, ne incidas in ſcyllam cupiens vitare Carybdim. Quibus perpenſis ſi tuam conſequentiam retorquere vellem, liceret inferre non eſſe contra voluntatem Chriſti noſtrã abſtinentiam à carnibus. Sed forte Religioſorum ſuauitates, & delectamenta; quod tamen, quoad eſum temporaneum, nec admitto, nec aſſero, nec omni ex parte, & abſolutè, nego: Sed noſtram Religionem quadrageſimali voto ornatam aliquibus video inhęrere conſilijs, quibus aliæ nonnullæ non inhęrent; cum ad ſalutem ſimpliciter acquirendã, neceſſaria non ſint. Licet maius exinde meritum conſequantur, qui maiora conſilia amplectuntur.

Tandem Cenſor ait propria lingua.

Hiſpanicè

VEngamos aora al punto: ſuppõgamos, que no es precepto ſino conſejo, y licencia, que Chriſto dio à ſos Apoſtoles, quando les dixo, *edentes, & bibentes*, &c. Pregunto ſiquierron los Apoſtolos eſte conſeio de Chriſto, ò nò; imagino, que dira el autor, que le ſiquieron, porque no es veriſimil, que los Apoſtoles dejaſſen de hazer lo que Chriſto les accõſejo; como medio muy proportionato, para no canſar, ni enfadar à los que predicaban el Euangelio: y por lo menos no ſe puede negar, que fue licito a los Apoſtoles comer lo que ſus hueſpedes les dieſſen, ſin caer por ello en culpa alcuna. Luego no ſiguen eſta vita Apoſtolica los que no pueden comer carne ſin caer por ello en culpa mortal, ſi nò es en caſo de enfermedad: luego no ſon ignorantes ò poco cuerdos los que dicen no ſer vida apoſtolica la que ſe hace en verdadera abſtinencia de carnes, pues à eſtos les è prohibido, y es peccato mortal, lo que a los Apoſtoles le fue licito y cõcedido ſin caer en culpa mortal, ò venial.

Latinè.

Latinè.

N*Vnc ad punctum veniamus. Supponentes non præceptum, ſed conſilium, & licentiam quam dedit Chriſtus Apoſtolis cum eis dixit edentes, & bibentes, &c. Percontor, hoc Chriſti conſilium ſunt ne ſecuti Apoſtoli, an non? Cogito auctorem dicturum, eos illud ſecutos fuiſſe: Quoniam veriſimile non videtur Apoſtolos, quod Chriſtus eis conſuluit, non feciſſe, tanquam medium proportionatum magis ad non defatigandos moleſtiaque afficiendos eos, quibus Euangelium annunciabant. Et ſaltem negari non poteſt licitum fuiſſe Apoſtolis veſci ijs, quæ ab hoſpitibus eorum apponebantur abſq; vlla culpa. Ergo hanc Apoſtolicam vitam non ſequuntur, qui carnem comedere nequeunt abſq; mortali culpa (dempta infirmitatis cauſa;) Igitur*

nec

Digitized by Google

nec ignorantes, nec parum ſapientes ſunt, qui dicunt eam non eſſe vitam apoſtolicam, quæ in vera carnium abſtinentia ſit; cum his prohibitum ſit, & eſt mortale peccatum, quod licitum fuit Apoſtolis, eiſque conceſſum abſque vlla culpa mortali, vel veniali.

Reſponſio.

PArturient montes naſcetur ridiculus mus. Veniſti tandem quid inde? non conſideras, quia falſum ſupponis; cũ nec fuerit præceptum, nec conſilium: Medici eſt conſulere in caſu infirmitatis, an carnes ſint comedendæ, nec ne? Chriſtus autem tunc non ſe habuit, vt medicus temporalis, ſic neq; conſuluit, neque præcepit Apoſtolis, vt carnibus veſcerentur. Neque fuit licentia niſi fatearis antea carnes fuiſſe illis aliquo ſtatuto vel cõſuetudine prohibitas in ſchola Chriſti, quã conſuetudinem, vt ſupra diximus diſpenſauit cum Diſcipulis, tanquam infirmioribus, vt poſſent ad tolerandum onus prædicationis, de omnibus comedere, qua licentia, an vſi fuerint nos ignorare diximus, & potius ad negatiuam paſtem tendimus. Nihilominus probabilius eſt dicere, quod fuit præceptum conſilium, & licentiam: præceptum vt ne lautiora quærentes, priorem domum relinquerent. Conſilium, vt contenti ſint appoſitis, quamuis vilibus mortificationis gratia: licentia, vt libenter ſumerent alimenta ab ijs, quibus prædicabant, tanquam mercede digni. Ad interrogationem, non malè imaginatus es, auctorem reſponſurum affirmatiuè; nimirum Apoſtolos fuiſſe ſecutos illud Chriſti conſilium; de hoc enim dubitare non licet. Verum fallitur imaginatio tua, ſi arbitraris conſuluiſſe Chriſtum de veſcendis carnibus, & Apoſtolos illud conſilium ſequentes, carnem comediſſe. Ridiculum enim eſſe iudicauimus hortari nos à Chriſto ad delicias ſequerdas.

Nec obſtat, quod ſequitur: eſum carnium ſcilicet eſſe medium proportionatum, ne moleſti eſſent Apoſtoli hoſpitãtibus, quia falſum eſt, ex Hieronymo diximus: *Olerum enim* (dixit ipſe) *& pomorum, & leguminum facilior apparatus eſt, & arte impendijſque cocorum non indigens, & ſine cura ſuſtentans humanum corpus.* Ergo dum dicis quod carnibus veſcentes Apoſtoli erant minus graues hoſpitãtibus, friuola inuentio eſt, & contra doctrinam D. Hieronymi. Et quidem carnes, non ſine maiori ſollicitudine, & ſuperflua cura, & diſtractione pararentur, vel procurarẽtur. Rurſus dicis non poſſe ſaltem negari fuiſſe licitum Apoſtolis de omnibus comedere abſq; culpa; Sed falleris, quia probabilius eſt peccare ſi de immolatis comederent, vt in ſuperiori cenſura diximus; de alijs vero carnibus incertum eſt. Prima ergo conſequentia, quam elicis falſiſſima eſt: cum quia falsò ſupponis conſilium dari de eſu carnium: tùm etiam, quia ſi conſequentia valeret, non ſequereris tu Apoſtolicã vitam, cum aliquo ſaltem tempore ſub pœna peccati mortalis, nequeas carnibus vti. Aduertas quæſo, ne inferre cogaris; votum nihil addere meriti, cũ nos, hac de cauſa, à vita Apoſtolica excludis, nempe quia abſque mortali peccato nequimus (excepto infirmitatis tempore) carnibus veſci; quaſi votum imperfectiores nos reddat alijs, qui ex conſilio imitantur Apoſtolos in abſtinentia. Mitius erga nos te gerere vellem: Et quia ſcis, vt credo, quot bona cauſet votum, & quantum valeat apud Deum quadrageſimale inſtitutum, non immoror ad probandum, an tibi licitum ſit, nos à vita Apoſtolica excludere, ob eam rẽ, quia vouemus abſtinentiam à carnibus, quampluries oſtendimus Apoſtolos ex Chriſti conſilio & exemplo ſeruaſſe.

29 De voto vero nihil certitudinis habemus, nec aliquid ſcriptum reperi apud Sãctos Patres: loquendo de voto quadrageſimali, nam vouiſſe obedientiam, paupertatem, & caſtitatem legitur quam ſæpiſſime. Nihilominus non incredibile mihi videtur vouiſſe Apoſtolos abſtinentiam à carnibus, quam de conſilio ſeruaſſe pluſquam probabile eſt, vt ex ſuperioribus patet; quod aſſero propter ſequentes coniecturas, prout etiam dicemus tract. 8. Prima quia cum votum ſit per ſe appetibile, & ad perfectionem vitæ expediens melius erat abſtinentiam, quam ſeruabant vouere, quam non vouere; quod abſtinentia ipſa poſſit voueri, non indiget probatione; quod Apoſtoli meliori via, qua potuerunt ſint adepti perfectionem vitæ, apud me probabiliſſimum eſt. Secunda, quia actus ex voto factus cæteris paribus eſt magis meritorius, quam factus abſque voto, ne dum præmij accidentalis, ſed etiam eſſentialis, vt docuit Suarez ex D. Thom. Caiet. &c. Ergo Apoſtolos, quia plus merebantur promittendo abſtinentiam, quam illam abſque promiſſione ſeruare; arbitror promiſiſſe. Aliæ ſunt etiam coniecturæ, quas ſuo libito quiſque extrahere poterit in materia de voto apud Suarez, & in Tract. de Monachis apud Card. Bellar. qui diffusè diſputat quantum proſint vota: maiorem certitudinem, ſeù probabilitatem, Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ſapientum Iudicio relinquo. *Vota quãtũ proſint.*

Vltima tandem conſeqentia, qualis ſit, videant alij, ſi ſunt ignorantes, vel ne, qui noſtram religionem propter quadrageſimale votum à vita Apoſtolica ſecludunt, & diuellunt, à qua non ſecluduntur aliæ, quæ carnem comedũt; pioque Lectori remitto; qui inueniet proculdubio, quod ſi ignoranter non loquuntur, peius erit, namque parum pij erga nos ſe gerunt, eorumque malam volũtatem oſtendũt, qua inferunt noſtrum viuere non eſſe Apoſtolicum, aliorum inſtar, propter iy manducare &c. Et quare (o bone Deus) nos perturbant, niſi quia vitium, vt natura compertum eſt odit, & accuſat virtutem, libido ca-

minatia Aug. ſempè, & Hieron. dicāt & primò, quod D. Hier. Petrū à culpa liberat, Paulum non omninò abſurdum exiſtimans Petrū Eccleſiæ primatem, Spiritus Sancti organū, & verbi diuini linguam adeò defeciſſe, vt cogeret homines iudaizare. Sed videamus ſecundo quod de Auguſt. referat Didacus, Cea o in ſua Archiologia, Ex ijs quę hactenus diſſeruimus in promptu erat conijcere D. Paulū non fictè, & ſimulatè, vt credit D. Hieronymus, ſed verè, & ex animo, vt melius decreuit Auguſt. ad Petri obiurgationem ob Iudaicorum rituum obſeruantiam prodijſſe. Verū hoc idem prout inſtituti noſtri ratio, & Pauli dignitas exigit, breuiter oſtendamus, & cū Auguſt. p firmiter comprobemus. Igitur ait ibi ille Pater Sanctiſſimus niſi illa reprehenſio vera fuit, ſed ſimulata, fateamur neceſſe eſt D. Paulum in duplex mēdacium incidiſſe, alterum in rebus, quod propriè ſimulationis dicendum erit mendacium alterum in verbis, cum videlicet ad Galat. ſcribens dixerit ſe Petrum reprehēdiſſe, quia reprehenſibilis erat: quod ſi reprehenſio ficta fuit ſacri Scriptoris munere functus, falſa enarraſſe quod quis audeat effutire? Item inferius: *cum vidiſſem quod non rectè ambularet ad veritatem Euangelij, dixi Cepha coram omnibus. Si tu cum Iudaus ſis gentiliter viuis, nō iudaicè, quomodo cogis gentes Iudaizare.* Si ergo iuxta D. Hieronymi placitum fas erat Petro illis vti cæremonijs, & ritus cuſtodire, quin culpæ redderetur obnoxius, & Pauli obiurgationi ſubiaceret. Siquidem attenta gregis vtilitate rituum obſeruantiam ſimulare poterat, vt Hieronymus fatetur. Inde palā deducitur mendaciter à Paulo dictum Petrū fuiſſe reprehenſibilem, nec ad Euangelij veritatem rectè ambulaſſe. Quod Doctoris gentium auctoritatem, & ſanctimoniam quantum dedeceat, cæcus, & amens ſit, qui non videat præſertim cum Paulus fuerit hiſtoricus, nec parum ſacræ hiſtorię veritatem, & integritatem tam ſiniſtra exiſtimatio detereret.

o Lib. 1. cap. 1. §. 4.
p Epiſt. 9. & 19.

Quapropter D. Auguſt. q minus abſonum arbitratur in Petro culpam admittere, quam mendacij notam inurere D. Paulo: Verba ipſius interrogantis more prolata hæc ſunt. *Satius eſt credere* Apoſtolum Paulum aliquid non verè ſcripſiſſe, quod Apoſtolum Petrum non rectè aliquid egiſſe? Quis hoc crederet? Nemo ſanè: Ecce quam firmiter credit, aut Petrum aliqualem culpam admiſiſſe, ob quā iuſtè fuerit à Paulo reprehenſus, vel Paulum fuiſſe mendacem, dum reprehenſibilem dixit Petrum, nec ad veritatem Euangelij rectè ambulantem. Immenſum pelagus difficile natandum. Nam ferè omnes Sancti Patres, alij Scyllam alij Carybdim tenentes, vel Paulum, vel Petrum defendunt. Non me latet Scholaſticos totis viribus conare vtrumque Apoſtolum defendere, vt etiam Soſa propter ſupra citatos id probare ſtudet in ſuo tractatu contra duos tractatus ſine auctore. Iſti omnes volunt habuiſſe Paulum quandam reuelationem de ritibus Iudæorum totaliter abolendis, quam reuelationem iuſto Dei iudicio non habuit Petrus, ſic Bellarm. 3. controu. r dicens. *Credibile autem eſt diuinā prouidentiam id egiſſe, vt in eo negotio magis illuſtraretur Pauli, quam Petri mens, vt exemplum vtiliſſimum haberemus tam libertatis in Paulo, quam patientiæ, & humilitatis in Petro rectè quidem, ſed ad pietatem erga vtrumq; oſtendendam.*

q Epiſt. 19. col. 2.
r Lib. 1. de Rom Pontif. cap. 28. in fine.

24 Attamen ſi verior eſſet illorum Doctorum opinio, quam declaratam, & probabilē expoſui dicendo alium fuiſſe Cepham non Petrum Apoſtolorum Principem, ſed Diſcipulum iam Epiſcopum, & qui Epiſtolas ſcripſit, quæ Martialis nomine circumferuntur, ſed cognomine Cephæ. Seruus Dei, & Apoſtolus Ieſu Chriſti martialis Cephas omnibus fratribus, &c. Proculdubio vtrumque Apoſtolum defenſum haberemus Paulum eo, quod verè reprehenderit. Et Petrum, eo quod non peccauerit, ſed alius Cephas, & quidem Petrum peccaſſe maximè in eſu, ò quam durum videtur, cum de illius rigoroſa abſtinentia ſupra diximus, quod lupinis ad extinguendam famem vtebatur, & non ſolū vt habuimus ex Bellarm. ferè ſemper ieiunauit, quod ex Nazianz. deſumptum videtur oratione de amore pauperum, ſed quam fuerit parca in epulis menſa, quam vacua apparatus extiterit D. Ambroſius oſtendit dicens. ſ *Pranſuro Petro, deſunt coquorum apparatus deſunt obſequia famulorum, ſed quod eſt melius miniſteria diuina non deſunt, & vtiliori commutatione Sancto viro, quod deeſt in terra abundat in Cælis, vt reficiatur enim Petrus nō cellarium ſollicitè referatur. Sed Cælum ipſum protinus apertum legimus Sanctum Eliam coruis miniſtrantibus paſtum. Quanto melius Petrus cui non paruam eſcam terra aut porrigit, ſed integrum conuiuium multitudo Angelica ſubminiſtrat. Tanta igitur eius abſtinentia fuit, vt terrena faſtidiens obſonia celeſtes epulas, & Angelorum obſequia mereatur.* Hæc ille. Nec mirum quandoquidem tam magna eſt abſtinentiæ, & parcitatis dignitas inter Deum, & hominem quandam videatur æqualitatem conſtituere, ſicuti lib. de ieiunijs aduerſus Pſichicos dicebat olim Tertullianus. *Tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem, parem re vera pari.* Si ergo Petrus tam abſtinens fuit, ſi quotidie ieiunabat, quomodo reprehendi poterat à D. Paulo, eo quod carnes porcinas comediſſet, dicat hoc qui voluerit, mihi quidem vtrumque Apoſtolum defendere, eo quo diximus modo cum probabilius videatur.

ſ Ser. 68.

Quibus habitis patet ſolutio principalis argumenti: Nam ſi reprehenſum non fuiſſe Petrum Apoſtolum, ſed alium Cepham exprobatis conſtauerit; non eſt cur dicamus Petrū Apoſtolum comediſſe carnem ſuinam: tanto magis, quia non veriſimile videtur cum eo tempore, & poſtea per aliquot temporis inteſtitium. Petrus, & omnes Apoſtoli legalia verè ſeruaſſent vt Sanctus Thomas cum auctoritate Auguſt. refert: ergo Petrus adhuc

Digitized by Google

huc ſeruans legalia,non poterat carnibus ſuinis veſci, hoc enim erat à lege prohibitum,vt habetur leuitici cap. 11.

Cephas cur à Paulo reprehēditur.

Reſtat igitur nō Petrū,ſed Cepham,non Apoſtolum, ſed Diſcipulus reprehenſum fuiſſe à Paulo, & dato, quod iſta reprehenſio fuerit ex ſumptione cibi cum alijs gentibus, non eſt omninò credendum fuiſſe ex eſu carnium, & errorem præfatum commiſiſſe quia carnes ſuinas à lege prohibitas comederat. Nam probare nos contendimus nedum Apoſtolos, ſed omnes Chriſti Diſcipulos eſum carnium vitaſſe, & ſic, nec Cephas in illa ſimulatione carne veſcebatur potuit enim ipſe ſimulationem per multas alias vias machinari, ſcilicet per legalia, & cæremonialia, perque plura piſcium genera interdicta erant, vt patet leuitici, vbi legitur. t *Quidquid enim pinnulas, & ſquammas non habet, eorum, quæ in aquis mouentur, & viuunt abominabile vobis execrandumque erit carnes eorum non comedetis, & morticinia vitabitis*. Cum ergo iſta genera piſcium eſſent menſis Iudæorum interdicta,non autem menſis gentilium vetita, ipſe Cephas cum gentilibus comedendo, ex huiuſmodi ſcilicet piſcibus prohibitis edebat; aduenientibus autem Iudæis ſimulabat ſe ex eis non comedere, quod facere non debebat (abrogata enim erant à Chriſto Domino legalia,& cæremonialia) & tenebatur abſque Iudæorum metu publicè fidem profiteri, & tanquam mortua præcepta, quæ Iudæi circa huiuſmodi eſum ſeruabant habere, ne gentiles cogeret ad iudaizandum. Hac ratione fuit à Paulo reprehenſus, & non quia carnes ſuinas comederat.

t *Cap. 11.*

CAPVT VI.

Apologeticæ Reſponſiones ſequuntur, quibus aliqua argumenta ſoluuntur, & Apoſtolorum abſtinentia oſtenditur.

25 SI charitas alicuius fidelis Chriſti erga conſeruos ſuos frigeſceret, erga illum et à debita charitate recedere nequimus, illumque potius; eodem amore proſequi debemus, quo proſequeretur ſi nūquam erga nos frigidus, ſed ſemper calidus extitiſſet. Memores verborum Chriſti diligite, & benefacite, &c. Et Sanctus Cyprianus ad id nos etiam inſtruere videtur dicens. *Etſi in Eccleſia videntur eſſe zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas veſtra, vt quoniam ʒiʒania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus. Nobis tantummodo laborandum eſt, vt frumentum eſſe poſſimus, vt cū cœperit frumentum Dominicis horreis condi, fructuum pro opere noſtro, & labore capiamus.* Quibus ad intentum adaptatis non æqua lance pugnare noſtros religioſos docet,& de pietate recedere. Quidquid ergo dicāt in abſtinētia, viuere, ac vota Deo promiſſa reddere,vt digni Deo dante efficiantur fructibus pœnitentiæ,& bonorū operū,optimū eſt. Sed quia religioni etiam inſeruire tenemur aduerſus quā ille Religioſus (de quo in præcedenti tractatu diximus) parum noſtri amator iudicium ferre videtur. Non abs re iudicauerint lectores,ſi incepta Apologetica reſpōſa proſequar, ea enim huc transferenda curaui, quia ad Apoſtolos ſpectare videntur. Proponam igitur primo vtraq; lingua, vt ſupra illius Cenſuram, deinde noſtrā ad illam dirigemus reſponſa, vt ſuo quiſque libito diſcernat veritatem, &c.

Incipit cenſor propria lingua.

EN la plana 321. dice el autor. Non faltan ingenios tam poco cuerdos, que ſeden à penſar con ignorancia en leer à quella permiſſion de el Santo Euangelio: Comed de todo quanto os diern, que à ſer como ellos pienſan precepto de Chriſto N. S. ni los Santos Fundadores de Religiones pudieran vedar el ſuſtento de las carnes ni nueſtra madre la yglesia confirmara inſtitutos y reglas, que formalmente ſe oppoſi eran al Santo Euangelio. *Hæc refert, & pergit poſtea.* No ſe à quien hiere el autor, y ſin laberlo me hace laſtima, verle maltratar con palabras,que à mi ver nò las dixera, San Franciſco de Paula Ingenios tam poco cuerdos por tropezar con ignorantia: yen la coluna 3. contra los ignorantes ſi bien Catholicos.

Latinè.

F*olio 321. Auctor dicit. Non deſunt ingenia, ita parum ſapientia, quæ ignoranter arbitrentur legendo permiſſionem illam Sācti Euangelij* (Comedite, quæ apponuntur vobis) *eſſe Chriſti Domini præceptum. Quod ſi ita, vt arbitrantur, eſſet; nec Sancti Religionum Fundatores prohibere poſſent carnium eſum, nec noſtra Sancta*

Digitized by Google

Mater Eccleſia ea inſtituta,& regulas confirmaret; quæ formaliter ſe opponerent Sancto Euangelio (ſequitur Cenſor) Quem auctor vulnerat neſcio: Et cum neſciam mærore afficior; cum videam illum (ignotum ſcilicet) iniurioſis affici verbis, quæ meo videri nõ diceret S. Franciſcus de Paula; Ingenia, quæ parum ſapiunt, quia labuntur ignoranter; & in Columna 3. contra ignorantes, licet Catholicos.

Reſponſio.

26 VVlneratum neſciebas (no ſe à quien hiere el autor) ei que compatiebaris, grande beneficium iſtius tuæ pietatis, vtique inſcius eram; ſemperque fuiſſem; niſi eam, quam habes, & non aliam, nec meliorẽ manifeſtaſſes nunc. Sed cur mi Cenſor ſi tã pius es, erga Sanctum non magis placidè tegeris? erga ignotos, quos ignorantes Chronicorum auctor appellat; tua ſplendet pietas, & erga Patriarcham noſtrum Franciſcum de Paula noua videris (parcas quæſo) peioraq; conuitia afferre. Quæ neſcis carpis, & quæ ſcis aut ſcire teneberis non debito honore tractas. Sciſcitari à te lubet, Verba auctoris, quibus afficit, & lædit, quos ignoras ſunt mala, & inhoneſta, an bona,& honeſta? Reſpondebis proculdubio, ſunt inhoneſta, & diſconuenientia; nam alias neminem auctor verborum ictu, vel voce vulneraret, eumque falſo criminareris. Quomodo ergo ſuſpicaris ſimilia à Sancto proferrri potuiſſe? (nolas digera San Franciſco de Paula) qui charitatis radios per orbem in dies diffundit; qui degens in terris ſplendor erat virtutum, omneſq; inſtruebat in ſpiritu lenitatis, imitare obſecro eum (amantiſſime Pater) & ſic nemini dabis vllam offenſionem.

Sciasigitur eos auctorem apellaſſe Ignorantes, qui noſtram religionem quadrageſimali voto ornatam ab inſtitutione, & vita Apoſtolica ſegregant. Vnde non rationabiliter dedignaris: quandoquidem præter hæreticos, qui abſtinentiam à carnibus vilipendunt, ſunt alij, & alij, qui vel parum in ſcripturis verſati neſciunt omnes religiones dici Apoſtolicas, cum primi Religioſi fuerint Apoſtoli, vel fortè malo affectu è gremio Religionum Apoſtolicarum noſtram expelſũt, nulla præhabita ratione, vel tandem, & probabilius non æmulantes charíſmata meliora, vituperant ea, quæ maioris ſunt ſuper erogationis, dicentes: Apoſtolos comediſſe de omnibus iuxta præceptum. *Manducate, &c.* Et illã Religionem tantum eſſe Apoſtolicam, quæ abſque delectu ciborum, etiam carnibus veſcitur; illam verò non eſſe Apoſtolicam, quæ abſtinendo à carnibus præceptum à Domino Apoſtolis traditum non obſeruat, quod quã falſum ſit in ſequentibus apparebit.

Cenſor propria lingua.

27 CAietano hombre fue, que no le tienen por hombre, groſſero poco cuerdo ignorante y con todo eſſo eſplicando el cap. 10. de San Lucas en à quellas palabras, *Nolite portare ſacculum* (dice) *optimè explicat Lucas præcepta ſequẽtia*, Y entre ellos eſta à quella ſententia. *In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt.* Sobrelo, que dice Caietano. *Pręcipit Diſcipulos non diuidi quoad hoſpitium, ſed ſicuti bini eunt ita, bini hoſpitentur* Y ſobre à quellas palabras, *Edẽtes, & bibentes, &c.* (dice) *vult cęleſtis magiſter, vt comedant, & bibant, quæ à Dominis domus offeruntur per quod vetat inquirere hoc, vel illud, ſed contenti ſint ÿs, quæ illis offeruntur.* En que da ad entender Caietano, que todo eſto, fue precepto.

Latinè.

C*Aetanus homo eſt, quam omnes habent, non inſipientem, non rudem non ignorantem, & tamen cum explicat cap.* 10: *Lucæ ſuper illa verba;* nolite portare ſacculum (*ait*) optimè explicat Lucas præcepta ſequentia, *& inter illa reperitur illa ſententia*: in eadem autem domo, &c. *quam explicans Caetanus ait* pręcipit diſcipulos *&c. Et ſuper illa verba* edentes, & bibentes *&c. ait.* Vult cæleſtis magiſter *&c. Vbi ſignificat Caetanus totum hoc eſſe præceptum.*

Reſponſio.

TRia tangit Cenſura iſta, quæ omnia probabilitate ind gent. Primum nempe, quod ly manducare quæ apponuntur vobis, & ly edentes, &c. Fuerit ſermo factus Apoſtolis. Secundum quod fuerit præceptum. Tertiũ eſt, quod edere de carnibus appoſitis præcepiſſet Dominus Saluator noſter de quibus omni-

Digitized by Google

omnibus ſingillatim agendum eſt.

Diſcipuli Domini bini ambularunt.

Quantum ad primum non eſt omninò certum, quod ly *Manducate* fuerit dictum Apoſtolis, niſi reductiuè: Nam primò, & principaliter fuit dictum Diſcipulis, quos tunc Lucæ cap. 10. alloquebatur Dominus: dixi reductiuè, eo quia à Sacris Doctoribus applicātur illa verba etiam Apoſtolis, ſed verè ſolùm diſcipulis conuenire oſtendit, primo, quia quādo Chriſtus impoſuit Apoſtolicum nomen illis duodecim Lucæ 6. Vocauit Diſcipulos ſuos, & ex illis elegit duodecim, quos Apoſtolos nominauit, alios autem Diſcipulos tantum appellauit Lucæ 10. *Poſt hæc deſignauit, & alios ſeptuaginta duos Diſcipulos, & miſit illos binos ante faciem ſuam.* Et in miſſione vtroruq; Ordinum Apoſtolorum ſcilicet, & Diſcipulorum adeſt aliquà differentia; nam Diſcipuli miſſi fuerunt bini, & bini; Apoſtoli verò ſoli; ergo ſicut præceptum factum Diſcipulis, vt bini ambularent, & bini hoſpitarentur, nō extenditur ad Apoſtolos, ita neque extendi debet ad eoſdem ly *Comedite, quæ aponuntur,* &c. Iſta enim verba fuerunt conſecutiua ad præcedentia.

Apoſtoli ſoli non bini.

Quod autem Apoſtoli non bini, ſed ſoli ambularint, clarum eſt: Siquidem diuiſo orbe in duodecim partes ſorte proceſſerunt ad loca accipienda, & ſoli ad prædicandum profecti ſunt, ita vt nullus ex duodecim prædicaret, vbi alius prædicabat dempto Paulo, qui ſe ſegregatum Apoſtolum vocat in Euangelium vna cum Barnaba; quos elegit Spiritus Sanctus dicens. *Segregate mihi Paulum, & Barnabam in miniſterium ad quod aſſumpſi eos* prædicare poterant, vbicunq; alij prædicabant, Et ita concurrerunt Petrus, & Paulus in Italia, & hoc, quia alij erant Apoſtoli abſolutè Paulus autem vocatur Apoſtolus gentium ideſt omnium gentium, & non Iudæorum tantum: nam facta diuiſione Apoſtolorum, etiam in Iudæa prædicabat Paulus, itaque iſti duo vbique prædicare poterant, quia non erant abſolutè Apoſtoli, noluit autem Spiritus Sanctus, quod communicarent cū alijs in miniſterio, ſed quod ſeparati erant ab illo Collegio, & miniſtero, & eos ſegregauit, ita docet Abulenſis in Matt. cap. 10. q. 25.

1. Th. 2.

Ly manducate, &c. non intelligi de Apoſtolis ſuadetur.

Quibus poſitis argumentari licet iuxta ſuperiùs poſita, Apoſtoli non bini, ſed ſoli ad prædicandum profecti ſunt, ſed in cap. 10. citato Lucæ primum, & principale præceptū fuit, vt bini ambularent, & bini hoſpitarentur, ergo imponens Dominus illud præceptū, non Apoſtolis, ſed Diſcipulis loquebatur, alias Apoſtoli contra præceptum ſoli ambularent; quod minimè credendum eſt, ergo nō de Apoſtolis intelligi debet ly, *Manducate, quæ apponuntur vobis,* Nam non eſt maior ratio de primo, ſecundo, & tertio, &c. cum regiſtrata ſint in ſerie verborum eiuſdem capituli, & in eodem Sermone Domini.

Secundò principaliter oſtendit non fuiſſe dictū Apoſtolis ly *manducate,* &c. Quia mittens Dominus Apoſtolos ad prædicandum dixit illis. b *Dignus eſt operarius cibo ſuo,* Et hoc, quia miſerat illos ſine pera, & ſacculo, & neceſſarijs, & ne ipſi putarent ſe ex hoc perituros, non habentes vnde ſibi prouiderent; dixit, *Dignus eſt operarius, &c.* Quaſi dicat non putetis, quod aliquid vobis deerit, quia officium prædicationis veſtræ miniſtrabit vobis omnia neceſſaria, quia digni eſtis recipere hoc; ſic dicit Aug. ſatis ergo oſtendit, cur hęc eos poſſidere, aut ferre noluerit, non quod neceſſaria non ſint ſuſtentationi huius vitæ, ſed quia ſic eos mittebat, vt hæc eis demonſtraret deberi ab illis, quibus Euangelium annunciarent, tanquam ſtipendia militantibus, & explicans Abulen. in Matth. c Quid erat, quod licebat Apoſtolis recipere ne in hoc exciderent, ſub illis verbis. *Dignus eſt, &c.* ideſt (ait) *nihil niſi cibum recipiat, & ea, quæ nomine cibi intelliguntur; ſcilicet victus, & veſtitus, & hoſpitium, quia iſta ſunt neceſſaria ad vitam, initium,* d *vitæ hominis panis, & aqua, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.* Aliud autem recipere non debebant. Si ergo particulariter Apoſtolis neceſſaria ad victum conceſſit Dominus illis verbis. *Dignus eſt, &c.* Veriſimile videtur non fuiſſe eos alloquutus Dominus cum dixit, *manducate, &c.* ſed ſolum Diſcipulos, cum quibus tunc ſermonem faciebat.

b Mat. 10.

c Cap. 10. q. 64.

d Eccl. 29.

Ly manducate, &c. fortaſſe fuit diſpenſatio facta Diſcipulis.

Quare autem tam ampla facultas comedendi de omnibus data fuerit potius Diſcipulis, quam Apoſtolis? Si vera eſſet contrariorum opinio quod ſcilicet ly *Manducate,* ſe extendat etiā ad carnes edendas, veriſimiliter reſpondere poſſem fuiſſe quandam diſpenſationem cadētem ſub aliquo ſtatuto, vel conſuetudine Diſcipulis ſolummodo factam, tanquam infirmioribus in ſchola Chriſti. Quod autem fuerit diſpenſatio ex eo patet, quia ſi licitum erat illis carnem comedere, & in ſchola Chriſti erat eſus carnium in vſu, ad quid illa facultas. *Manducate, quæ, &c.* Si iam abſque eo, quod ita diceret Chriſtus, carnibus veſcerentur, illiſq; tanquam licitis ſemper vterentur? Quod fuerit hoc dictum fruſtra non eſt dicendum; ergo vel de viliotibus cibis loquebatur præcipiens eis, ne lautiora peterent, vel diſpenſauit cum illis, quibus veſci carnibus aliqua ratione non licebat. Vnde non incredibile erit (his firmiter ſtantibus) quod vt diſcipuli, qui vitæ abſtinentiſſimæ Chriſti, & Apoſtolorum imitatores erant, ne deficientibus alijs cibis, dubitarent, an poſſent in tali neceſſitate vti carnibus contra eorum vſum, præbuit forſitan Chriſtus (mittens eos binos ad prædicandum) licentiam manducandi de omnibus, qua, an vſi ſint, ignoramus.

Difficiliter cognoſcitur differentia inter conſiliū & præceptum.

Probat ſecūdo loco noſter Cenſor ly *Manducate* fuiſſe præceptum, ſed falſum eſt. Et primo probatur ratione. Inter præceptum, & conſilium, licet magna ſit ſimilitudo, cum vtrumque ſit quoddam legis præſcriptum, in quo non facilè detegitur diuerſitas, quoniam in lege non nunquam verbum præcarium, vt rogo, inuenitur vſurpatum præceptiuè vt 11. q. 3. cap. Rogo quod Gloſſa id etiam ibidem annotat, & non nunquam verbum præceptiuum, vt mando vſurpatur præcario, vt in

Digitized by Google

cap. mandaſtis 2. qu. 4. vbi id quoque Gloſa annotat; quomodo verò conſtare debeat vide apud Syluestrum, Reginaldum, e qui ait, quãdo datur lex per verba imperatiua dicant, faciant, &c. non poſſe ex eorum ſignificandi vi cognoſci, an ea ſit præceptiua, obligetuè ad peccatum, quoniam talia verba poſſunt in ſua ſignificatione, tam à conſulente, quam à præcipiente vſurpari, ſic cum dicitur. f *Vouete, & reddite*, &c. Illud eſſe conſilij, & hoc præcepti ex vi ſignificandi vocum, nullatenus cognoſci patet; quod, vt pateat inquirendum eſt de legiſlatoris voluntate imponendi, vel non imponendi obligationem.

e Lib. 16. q. 3. cap. 1.

f Pſ. 75.

Lex an ſit præceptiua quomodo cognoſcitur.

De qua voluntate (ad intentum reuertentes) quia in ly *Manducate*, vel in ly *Edentes* conſtare non poteſt recurrendum eſt ad materiã, quæ cum præceptiua non ſit, lex quoque præceptiua non eſſe indicabitur, quia verba legis debent ad materiam ipſius accommodari argum. citat. cap. rogo iuncta eiuſdem gloſa. Quod materia non ſit præceptiua patet, quia non eſt de neceſſarijs, vel ad iuſtitiam, vel ad charitatem, vel ad diuinam reuerentiam pertinens: Non ad iuſtitiam, quia per abſtinentiam iura potius omnia ſeruari poſſunt, niſi talis ſit, & tanta, vt euidentia ſaltem morali ſe abſtinentes exponerent periculo moriendi, vt puta ſi per multos dies vitam tranſigere abſque vllo corporis alimento conarentur. Non ad charitatem; eam enim, in qua noſtra perfectio conſiſtit ex conſenſu Sanctorum omnium efficacius, & facilius per abſtinentiã à carnibus adipiſcimur. Non ad reuerentiã, quam experientia conſtat perfectiſſimam habuiſſe omnes Sanctos Eremitas, primoſq; illos Chriſticolas, & Dauid *Humiliaui in ieiunio animam meam*. Nullo igitur modo dici poteſt, ly *Manducate præceptum*.

Verba legis ad materiam applicantur quãdo voluntate non conſtat.

Ly manducate non præceptum edendi.

Si verò ly edentes referatur ad edendum in ea domo, quam primo ingreſſi ſunt, & non ad tranſeundum de domo, in domum, lautiora in cibum quærentes; præceptum eſſe fateor; nam contra iuſtitiam fortaſſe, & contra charitatem, & contra reuerentiam euenire poſſet, & ſcandalo, atq; onere hoſpitibus eſſent. Sed quia in Apoſtolis hoc non eſt præſumendum, & tantummodo verſamur in qualitate comedendorum, num videlicet tenerentur ad carnes ſub præcepto comedendas, eaſque appoſitas. Si aliquando non comederent, peccarent? Dicendum videtur negatiuè, quia contenti pane verbi gratia, & aqua, alia mortificationis gratia relinquentes non peccarẽt, ſed mererentur, niſi (quod abſit) præſumeret aliquis aſſerere fuiſſe Apoſtolos opinioni eorum, qui dixerunt abſtinentiam Dei amore factam, nihil accreſcere meriti, fuit igitur Conſilium, vt ne quærerent lautiores cibos, ſed viles comederent.

Quod etiam alia ratione probatur: nam poſito caſu, quod Hoſpites in aliqua domo apponerent panem, & olera, & carnes, & eo die ieiunare ipſi decreuerant, ablato Sponſo ieiunaturi erant, vt dixit Chriſtus. Percontor ieiunando, à carnibus abſtinendo, ſoloque pane contenti peccarent ne contra præceptum an non? ſi affirmatiuè reſpondeas ergo (dicam) abſtinentia pro vitæ mortificatione, & corporis maceratione peccatum eſt, quod nedũ pias aures offenderet, ſed error eſſet in fide, & abſtinẽtia Chriſto odibilis videretur, quod falſiſſimum eſt, ſi autem negatiuè dixeris ergo ſequitur non fuiſſe vnum tale præceptũ, ſed tantum facultas ſuperaddita propter aliquod ſtatutum, vel obſeruantiam, ſi vt ſupra diximus ſe extenderet ad omnia comedenda; quod mihi improbabile viſum eſt.

Item non minoris ponderis, & conſiderationis fuit illud. *Omne, quod mouetur, & viuit*, &c. Ac illud, *quæ apponuntur*. Ergo: ſi hoc eſt præceptum etiam illud, ſed illud non eſt, alias male faceret Eccleſia prohibẽdo carnes ſtatutis diebus quadrageſimæ, &c. & peccarent omnes non veſcentes carnibus, quæ omnia abſurda abeſſe debẽt ab ore fidelium, ergo neque hoc.

Mox valeat, & facetè argumentari. *Si manducate*, eſſet præceptum: Quæſo dicas mihi ſi apponeretur integer bos v. g. vel decem oues, aut mille perdices, & darentur duobus Apoſtolis, vel Diſcipulis tenerentur fortè ſub pœna peccati grauis (quod comitrote iudicat Abulenſis, ſi ex carnibus non comederent,) nam pro parte affirmatiua adeſt præceptum præcipiens comedi quæ apponuntur, non hoc, vel illud, ſed omnia, non de quibus, ſed quæ; Sed ſi poſſibili foret omnia illa in cibum ſumere, & ſumerent, peccarent contra temperantiam ergo, &c. Reſpondebis fortaſſe ly, *Manducate*, intelligi de quantitate cibi, quæ ſpectat ad Apoſtolicam ſobrietatem, & non amplius, quod veriſſimum eſt: ſed hoc eſſet planè iuxta libitum limitare facultatem per ly (quæ) datam ad qualitatem vniuerſaliter, & non ad quantitatem: dicendum igitur veriſimilius, ly, *Manducate, quæ*, &c. Intelligi pro qualitate, & quantitate, pro qualitate ciborum congruentium vitæ eorum, & pro quantitate, vt ſi parum oblatum fuiſſet, ſufficeret, vili, paruoque cibo contenti eſſent, prout dicemus. Hic addendum, quod appoſitis v. g. oleribus, pane, & carne, & piſcibus, &c. Si præceptum eſſet ly, *Manducate quæ*, &c. de omnibus appoſitis comedere tenerentur, ita vt ſi cæpam, vel alia olera, aut piſces non comederent grauiter peccarent, quod ridiculum videtur, vel ſi non peccarent etiam poſſent abſque peccato carnes relinquere, eaſque non comedere nam non eſt maior ratio de vna, quam de alia.

Rurſus non fuiſſe præceptum ly manducate auctoritate D. Aug. probatur, f vbi exponẽs illa verba D. Pauli. g *Nunquid nõ habemus licentiam manducandi, & bibendi &c.* (dicit) *eſſe illam poteſtatem, quam dedit Chriſtus ſuis Apoſtolis dicens Mat. euntes prædicate, quia appropinquauit regnum Cælorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, Dæmonia eijcite, gratis accepiſtis, gratis datè, nolite poſſidère aurum, neque argentum, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Ecce vbi conſtituit Dominus* (ait Auguſ.) *quod idem* Apoſto-

f In lib. de opere monac. c. 3.

g 1. Cor. 9.

Ly manducate nõ eſſe præceptum ex Auguſtino probatur.

Apoſtolus commemorat, ad hoc enim dixit illa omnia, ne portarent, vt vbi opus eſſent ab eis acciperent, quibus annunciabant Regnum Dei (Et ſubiungit) *Nequis autem duodecim ſolis Apoſtolis fuiſſe hoc permiſſum;* Vide etiam quod Lucas narrat, *poſt hæc inquit deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos &c. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua. Hic apparet* (*ſequitur Auguſ.*)*non eſſe illa iuſſa, ſed permiſſa, vt quiſquis vti vellet eo vteretur, quod ſibi liceret ex Domini conſtitutione. Si quis autem vti nollet, non contra iuſſum faceret, ſed de ſuo iure cedens miſericordioſius, & laborioſius conuerſaretur in Euangelio; In quo, & debitam mercedem nollet accipere, alioquin contra iuſſum Domini fecit Paulus, qui poſteaquàm oſtendit ipſi licere ſtatim ſubiecit. Sed tamen ego non ſum vſus hac poteſtate.* Hæc ille, quid clarius expectas ne credas quæſo fuiſſe præceptum, ſed ſimplicem tantummodo facultatem accipiendi victum neceſſarium, deinde corroborat intentum ex facto Apoſtoli, qui licet haberet poteſtatem capiendi ex Euangelio pro vitæ ſuſtentatione, non ea eſt vſus, ſed operans manibus victum quæritabat, vt ex alibi

h 2.*Theſſal.cap.*3.

h adducit ibi Aug. dicens. *Neque panem ab aliquo gratis manducauimus, ſed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Non quia non habuerimus poteſtatem, ſed vt nos formam daremus vobis, qua nos imitaremini. Omnia inquit toleramus, ne quod impedimentũ daremus Euangelio Chriſti.* Et redit rurſus, *modiſque omnibus etiam, atque etiam commendat, quid ſibi liceat, & tamen non faciat, neſcitis inquit, quoniam, qui in tẽplo operantur, quæ de tẽplo ſunt edũt? qui altario deſeruiũt, altario cõpertiũtur, ſic, & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium nunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum ſũ vſus: Quid hoc apertius? Quidne clarius? Vereor ne, cum dixero, volens id exponere obſcurum reddam, quod per ſe lucet. & clamat, qui enim hæc verba non intelligũt, aut ſe non intelligere fingunt, mea multo minus intelligunt, vel ſe intelligere profitentur, niſi forte propterea citò intelligant noſtra, quia conceditur eis intellecta deridere de Apoſtoli autem Verbis non ita conceditur: propterea vbi aliter ea ſecundum ſuam ſententiam interpretari non poſſunt etiam clara, & manifeſta, obſcura, & incerta eſſe reſpondent, quia, & praua, & peruerſa dicere non audent.* Hæc Aug.

Ratio, quare ita loquitur Auguſtinus eſt, quia criminabantur aliqui Diuum Paulũ, eo, quod ſpirituale opus faciebat, vt viueret. Quod eſſet cibum ex Euangelio ſumere. Vnde proteſtatur Apoſtolus, dicens, quod, & ſi poſſet ex Euangelio viuere iuxta Domini facultatem præhabitam, noluit tamen vti libertate conceſſa, ſed quæ neceſſaria victui ſuo erant miniſtrabant propriæ manus: non ergo erat ly. *manducate* &c. præceptum. Nam ſi præceptum fuiſſet non reliquiſſet vti poteſtate abſq; culpa, cum poſſet illa libertate vti, qua cæteri Apoſtoli vtebantur. Et vſum non eſſe teſtatur dicens. i *Cum poſſemus vobis oneri eſſe, ſicut, & Chriſti Apoſtoli.* Secũdum quod Dominus dicit, *Dignus eſt operarius mercede ſua,* Et paulò poſt, *Si autem* (inquit) *diſpenſatio mihi credita eſt*, Vt ſcilicet ex diſpenſatione mea, quia Chriſtum, quia veritatem prædico, quamuis ex occaſione, quamuis mea quærens, quamuis terreni emolumenti neceſſitate compulſus, alij proficiant, ego autem mercedem glorioſam illam ſempiternam non habeam. Quæ ergo inquit mihi erit? Interrogans dixit propterea ſuſpendenda eſt pronunciatio, donec reſpondeat, quod vt facilius intelligatur, tanquam nos eum interrogemus; Quæ ergo tibi merces eſt ò Apoſtole, quando mercedem iſtam terrenam, etiam bonis Euangeliſtis debitam, non propter hoc Euangelizantibus, ſed tamen conſequentem, & oblatam ex Domini ordinatione ſumentibus tu nõ accipis? Quę ergo tibi merces erit. Vide, quid reſpondeat, vt Euangelizans inquit, ſine ſumptu, ponam Euangelium, ideſt, vt non ſit credentibus ſumptuoſum Euangelium, ne putent ad hoc ſibi euangelizari, vt id Euangeliſtæ, quaſi vendere videantur, & tamen redit etiam, atque etiam, vt oſtendat, quid ſibi iure Dominico liceat, & tamen non faciat, vt non abutar inquit poteſtate mea in Euangelio, hæc omnia ex Auguſtino deſumpſi, vt videas mi Cenſor, non ſcienter, ſed potius ignoranter loqui illos, qui dicunt ly *Manducate* eſſe præceptum, & lege totum cap. *9.* 1. ad Cor. nam ſemper idemet reperies, vt habes ex citato libro Auguſtini.

i 1. *Theſſal.* 2.

Sed fortaſſe dices ſi Paulus, ne impedimentum daret Euangelio, non eſt vſus illa facultate; ergo cæteri Apoſtoli, qui illa vſi ſunt aliquod impedimentum dederunt Euangelio, & conſequenter peccarunt vtentes poteſtate à Domino recepta in accipiendis ab ijs, quibus annunciabant Euangelium neceſſarijs pro victu, & non operantes, vt victum, acquirerẽt proprijs manibus. Reſpondet Auguſtinus dicens. *Hanc quæſtionem breuiter ſoluerem, ſi dicerem quia, & iuſtè dicerem credendum eſſe Apoſtolo, ipſe enim ſciebat, cur in Eccleſijs gentium non oporteat putari, ſeu portari Venale Euangelium non culpans Coapoſtolos ſuos, Sed diſtinguens miniſterium ſuum, qui ita inter ſe diſtribuerant, procul dubio admonente Spiritu Sancto Euangelizandi Prouincias, vt Paulus, & Barnabas ad gentes irent, illi autẽ in circunciſionem, &c.*

Tertium caput principale valde improbabile videtur, & nullo modo veriſimile, quod ſcilicet datum ſit præceptum de carnibus comedendis propter rationes poſitas, ad delicias enim comparendas non arbitror dari præceptum, & daretur, ſi comeſtio carnis caderet ſub pręcepto: Legitima verborum illorum explicatio eſt. *Manducate*, &c. *Edentes*, &c. Si dare voluerint, atq; valuerint. Et hoc Chriſtus dixit non præcipiendo, ſed permittendo, ſeu concedendo, nec de quocunque cibo, & potu neceſſe eſt hoc exponi, cum interdum virtuoſius ſit quibuſdam abſtinere à vino, & carnibus. Vnde, quod edentes, & bibentes,

Manducate non intelligitur de carnibus comedendis.

quæ

quæ apud illos ſunt, non ſit iuſſio, vt omnia talia aſſumantur, ſed exhortatio potius, vt ſufficiant appoſita, nec quærantur ſuperflua, vt volucres Cæli, piſces maris, & beſtiæ terræ ita Cartuſianus, & Ierme, Did. Stella, & alij.

Mox qui ſeriem verborum doctiſſimi Caetani limato iudicio conſideraueri ly *Manducate* eum de carnibus comedendis minimè intellexiſſe conſpiciet. Voluit quidem Caietanus fuiſſe præceptum, ly *Manete*, vt bini hoſpitarentur, ne vt etiam Titelmanus in Matt. cap. 10. dixit: *Futili, aut leui cauſa mutarent hoſpitium, ne inſtabilitatis notarentur, aut tanquam vagabundi haberentur diſcurrentes de domo in domum, cum ſcandalo eorum, qui priores eos exceperant, ſi ad alios præter rationem tranſirent, ne etiam ſuſpicio de illis oriretur quod delicatiora quærerent, non contenti ijs, quæ primus hoſpes liberaliter obtulerat pro ſua facultate, quæ omnia Euangelicum Prædicatorem non decet; mutare igitur domicilium, niſi cogente aliqua neceſſitate, vel ſuadente charitate, &c. Non licebat. Fuit etiam præceptum ly poſſidere aurum*, &c. Super quibus verbis idem Titelm. dixit. *Si iuxta præceptum meum omnia vos abijcere, & contemnere viderint homines, neque, niſi ſimpliciter victui neceſſaria admittere* (Nota ly ſimpliciter, quo eius carnium excluditur) *Non poterit, non maximum fructum operari veſtra prædicatio, nam de victui neceſſarijs, nemo ſanæ mentis, vel particulam rationis habens offendi poterit, ſi ea accipiatis ab ijs, quibus prædicatis, quandoquidē nemo, tam vilis eſt operarius, etiamſi viliſſimum, & minimum quid operis faciat, qui nō mereatur ſuo opere victum neceſſarium, ſi totum ſe operi impenderit.*

Itaque Caetanus dicens, *Optimè explicat præcepta ſequentia*, intelligit de *Manete*, &c. de *Nolite* &c. & de alijs nonnullis, non tamen de *edentes* &c. quod voluit fuiſſe tantum facultatem, vt ipſemet docuit, quando expoſuit illud Pauli, *Nunquid non habemus poteſtatem manducandi, & bibendi* (dicens) *Paulum ſe eſſe Apoſtolum declarauit*, Declarat modo ſe habere poteſtatem, quam habent alij Apoſtoli, ſcilicet viuendi ex Euangelio hanc ſignant per poteſtatem manducandi, & bibendi, quoniam hanc dederat Dominus Apoſtolis ſub his actionibus dicendo *Edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt*, Et Paulus ſpecialiter huius poteſtatis meminit; *Tum, quia hinc inferet ſe eſſe liberum*, &c. Vide ergo, quomodo Caietanus non vult fuiſſe præceptum ly *Edentes*, ſed poteſtatem accipiendi, &c. Fruſtra ergo adducitur.

Ly mādu-cate de vilibus, & paucis comedendis exponitur.

Sed dato, quod ſub ly manducate intelligat aliquod præceptū, & ly vult cæleſtis Magiſter, pro præcepto valet, vt contenti ſint ijs, quæ illis offeruntur; ſubintellige quamuis vilia, & modica ſint, & ne lautiora quærerent iuxta doctrinam præceptoris ſui D. Thomæ, qui exponens ly manducate in ſua cathena aurea cum auctoritate Theofili dixit: *Quamuis ſint vilia, & modica, ea tamen comedite nolite vobis petere lautos cibos, & carneas dapes: hac enim Chriſti Diſcipulos non decent.* Et quidem ſi non contenti ſufficientibus ad vitam lautiora peterent, peccarent; non ſi ex oblatis, aliqua mortificationis, & abſtinētiæ cauſa relinquerent, contenti ſolum ijs, quæ ad vitam ſuſtentandam ſatis erant.

Et certè veriſimilius videtur non fuiſſe Chriſtū locutum in illa facultate de carnibus comedendis, ſed ſolum de neceſſarijs ad victum recipiendis ab ijs, quibus annunciabant Euangelium, ne dubitarent de alimento, non habentes vnde emerent. Nam ad ſubeundum martyrium mittens illis verbis. *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos*: Et ad paupertatis anguſtias eos deſtinans: *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta*: Ad ciborum penuriam etiam direxit; quæ enim congruentia eſt, ad ſuaues carnium ſapores dirigere, quos ad martyrij æquulæum, paupertatiſque duritiem mittit? Flocci faciūt certe, qui nobis opponuntur, veram intelligentiam verborum dum dicunt, quod Chriſtus, quos ad martyrium, & paupertatem diſpoſuit, pariter in eodem contextu ad carneas dapes, quæ inter omnes epulas, ſuauiores, & delectabiliores, principatum obtinent, induxerit. Et laude digni ſunt procul dubio Thomas, Thophilus, Theofilatus, & alij ſacri Euangelij interpetres, qui hunc ſermonem ad viles, & modicos cibos extendunt: Et ita Euangelij ſenſum vniformiorem prouidi cuſtodiunt, & nam vt aduerſarij (quos forte verbo ignorantiæ vulnerauit Croniſta) qui vltima à primis diuellunt, ferculaque carnea horribili martyrio connectunt.

Doctiſſimus Abulenſis licet videatur noſtræ huic expoſitæ doctrinæ aduerſari; tamen vt arbitror, non abſolutè loquitur de carnibus comedendis virtute illius facultatis, quàm præceptum ipſe vocat, ſed vult non licere illis diſtinguere cibos (ſubintellige tanquam malos) quia omnis creatura Dei bona eſt & nihil reijciendum &c. Ideſt prout reijciebant hæretici, de quibus ſupra contra quos loquebatur Apoſtolus, nec aliud ex illa auctoritate colligitur, alias plura abſurda ſequerentur, ſi nō liceret pro carnis maceratione cibos diſtinguere.

Et quando dicit teneri Apoſtolos ſub pœna peccati ad comedendum, quidquid apponeretur, eis etiam ſi res venenoſæ apponerentur, verum eſt de tempore extremæ neceſſitatis de quo ipſe loquitur in Gen. q. 246. dicens quod ſi non comederent ex carnibus appoſitis nihil haberent pro alimento, nec emere poterant non habentes pecuniam: Neceſſe erat ergo, quod aut nihil, aut res venenoſas comederent, dummodo non malo animo apponerentur eis; ſed quia ipſi vtebantur ſimilibus cibis, & putabant eos eſſe bonos, non enim poterant eis nocere, quia ſanctificarentur per verbum Dei, & orationem. Idem dicerem ſi Apoſtoli conſtituti in tali neceſſitate idolotyta, dummodo non fieret in contemptum fidei, de illis commedere poſſent: ſecus ſi fieret in contemptum; mori potius tenerentur quam de illis ſumere: Nota dixi poſſent, non

tene-

Digitized by Google

tenerentur, & melius facerent, & ſecurius ſi non comederé : rationabilis enim cauſa foret exire de priori domo, & ad aliam ire ad quærendos congruentes cibos.

Illud autem, quod Abulenſis dicit, teneri Apoſtolos ad comedendum de Idolothytis, etiam ſi diceretur eis; iſtę carnes fuerunt ſacrificatæ Idolis; durum eſt: non enim video congruentem cauſam, qua poſſem huic doctrinæ aſſentiri; ſuppoſito Apoſtolorum præcepto, & Generali decreto de abſtinendo ab immolatis, ſanguine, & ſuffocato; vt legitur act. 15. vbi Petrus cum alijs Patribus Concilij ſcribit gentibus ad fidem conuerſis: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil vltra vobis imponere oneris, niſi hæc neceſſaria; vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum à ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione.* Mediante ergo tali decreto omnia illa ad comedendum erant abſolutè illicita. Sic docet Chryſoſt. Tertull. Orig. quos refert Card. Bellar. tom. 1. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 16. vbi adducit quandam quæſtionem agitatam à Sancto Auguſtino in epiſt. 154. ad publicolam, an ſcilicet viator victus famis neceſſitate, ſi nihil vſpiam inueniat niſi cibum in Idelio poſitū vbi nullus alius eſt hominū; potiùs mori debeat fame, quam cibum illum ſumere? Reſpondet: *Aut certū eſt eſſe Idolotytum, aut certum non eſſe, aut ignoratur: Si ergo certum eſt eſſe, melius chriſtiana virtute reſpuitur: Si autem vel non eſſe ſcitur, vel ignoratur, ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo in vſum neceſſitatis aſſumitur.* Iudicauit ergo his verbis D. Auguſt. melius eſſe ab immolatis abſtinere, quam illis in cibum vti; cuius rei nulla ratio eſſe poſſe videtur niſi auctoritas præcepti Apoſtolici. Et ſimile eſt quod ſcribit B. Leo epiſt. 79. ad Nicetam cap. 5. vbi dicit agendam eſſe pœnitentiam ab ijs, qui immolata Idolis ſcienter comederūt, ſiue id fecerint terrore minarum victi, ſiue famis neceſſitate coacti. Si ergo non obſtante neceſſitate Auguſt. dicit, melius eſſe non veſci immolatis, & S. Leo dicit; quod ſi comederét peccarent; pænitentia enim præſupponit culpam quomodo erit veriſimile teneri Apoſtolos ad comedendum in neceſſitate de immolatis, etiam ſi diceretur eis, hæc ſunt idolothyta; Si chriſtiana virtus docet eſſe reſpuenda, vt inuiolatum ſeruetur Apoſtolorum præceptum, & vniuerſale decretum? Equidem neſcio; de alijs carnibus non ſub decreto prohibitis aſſererem probabiliter poſita extrema neceſſitate teneri ad comedendum, vt euitetur mortis periculum euidens, dummodo ex aliquibus circunſtantijs non vitietur actus: ſed de hac materia redibit ſermo in alio ex ſequētib. tract. Habes igitur (mi Cenſor) ly comedite, ſeu edentes, &c. non eſſe præceptum, neque ex ſententia Caietani, quem adducis; & quomodo intelligi debeat explicauimus, nunc ad vlteriora.

Act. 15.

Chryſoſt. Tertull. Orig.

Quæſtio agitata ab Aug.

Cenſor ſubiungit propria lingua.

Hiſpanicè

Y Quando ſea anſi ni los Fundadores Santos delas religiones, que prohibieron à ſus Religioſos comer carne, ni la Yglesia Santa, que confirmò eſta regla, y conſtitution ſe oppuſieron al Sãto Euãgelio, ni hizieron coſa alguna contra al precepto di Chriſto noſtro Signore porque, ni à quel precepto ſe puſo à los religioſos, ni ellos ſon Apoſtoles cō los quales habla lo que Chriſto ordenò. Sea pues lo que el autor quiſiere, Caietano dice, *Vult cæleſtis Magiſter, &c.* Y ſi las conſequentias de el autor valen algo, la abſtinentia de la carne, y la vida quareſmal, ſerà contra la voluntad de Chriſto: Dios me libre de dezir tal, pues ni Caiet. que dixo lo referido le paſsaria por penſamiēto tal coſa, por las racones dichas.

Latinè.

Latinè.

E*T quando ita ſit, nec Sancti Fundatores Religionum, qui ſuis Religioſis eſum carnium prohibuerunt, nec Eccleſia Sancta, quæ hanc regulam, & conſtitutionem confirmauit ſe Sancto Euangelio oppoſuerunt; nec aliquid contra Chriſti Domini præceptum fecerunt; cum nec illud præceptum fuit Religioſis impoſitum: nec Religioſi ſūt Apoſtoli, quibus loquitur id, quod Chriſtus ordinauit. Sit ergo quidquid auctor velit; Caietanus ait, Vult Cæleſtis magiſter, &c. & auctoris conſequentiæ ſi aliquid valent; abſtinentia carnis, & quadrageſimalis vita, erit contra Chriſti voluntatem: Caueat, liberetque Deus me, ne hoc dicam: Cum nec Caietanus, qui relata dixit, tale quid imaginauerit, rationibus iam dictis.*

P. E-

Digitized by Google

Reſponſio.

IAm ita non eſt, & ſic ruit totum ædificium, vt ex dictis ſuperiori quæſtione patet: Fundatores ergo Religionum, nil fecerunt cõtra voluntatem Chriſti, ſed eius documenta tradiderunt quanto conformius vitę ſuæ potuerũt, & ita ſe habuere veriſimiliter iudicamus, quando ad Chriſti exemplum, & imitationẽ abſtinentiam à carnibus, vel perpetuò, vel ad tempus à ſuis religioſis fore ſeruandam decreuerunt. Dixi conformius, quia, vt explicauimus non fuit datum præceptum de carnibus comedendis, cum non dari credamus ad delicias comparandas; ſed vt contenti eſſent vilioribus appoſitis, atque hoc voluit Cæleſtis magiſter: Et quanto magis Religioſi Dei amore delicias, & ſuauitates carnium ſpernunt, vilioraque quærunt, & comedunt, tanto magis Cæleſti magiſtro placebunt, & ad ſuam voluntatem ſe conformabunt, & illud manducate, ita explicatum; melius obſeruant.

Mox licet Religioſi non ſint Apoſtoli, ad eos tamen facta eſt illa facultas; vt ſcilicet viuãt de Euangelio, & de altario, cui inſeruiunt; hæc voluit Chriſtus vt docere videtur Aug. ſupra; ideo imitari quærũt Apoſtolos in omnibus, & per omnia, ſed quantum cuiq; poſſibile fiet, nec omnes Religiones eodem modo, ſed magis, & minus iuxta inſtitutoris leges. Quare Euangelio non contradicunt, nec talia vnquam imaginatus eſt Caietanus; vt bene dicis: fauet enim noſtræ doctrinæ.

Verum diſplicet, quia ipſe mi Cenſor talia imaginatus es, tandem gaudeo, quia imaginata non aſſeris, & vt falſa reijcis, bene te quidem geris, ne incidas in ſcyllam cupiens vitare Carybdim. Quibus perpenſis ſi tuam conſequentiam retorquere vellem, liceret inferre non eſſe contra voluntatem Chriſti noſtrã abſtinentiam à carnibus. Sed forte Religioſorum ſuauitates, & delectamenta; quod tamen, quoad eſum temporaneum, nec admitto, nec aſſero, nec omni ex parte, & abſolutè, nego: Sed noſtram Religionem quadrageſimali voto ornatam aliquibus video inhęrere conſilijs, quibus aliæ nonnullæ non inhęrent; cum ad ſalutem ſimpliciter acquirendã, neceſſaria non ſint. Licet maius exinde meritum conſequantur, qui maiora conſilia amplectuntur.

Tandem Cenſor ait propria lingua.

Hiſpanicè VEngamos aora al punto: ſuppõgamos, que no es precepto ſino conſejo, y licencia, que Chriſto dio à ſos Apoſtoles, quando les dixo, *edentes, & bibentes*, &c. Pregunto ſiquierron los Apoſtolos eſte conſejo de Chriſto, ò nò; imagino, que dira el autor, que le ſiquieron, porque no es veriſimil, que los Apoſtoles dejaſſen de hazer lo que Chriſto les accõſejo; como medio muy proportionato, para no canſar, ni enfadar à los que predicaban el Euangelio: y por lo menos no ſe puede negar, que fue licito a los Apoſtoles comer lo que ſus hueſpedes les dieſſen, ſin caer por ello en culpa alcuna. Luego no ſiguen eſta vita Apoſtolica los que no pueden comer carne ſin caer por ello en culpa mortal, ſi nò es en caſo de enfermedad: luego no ſon ignorantes ò poco cuerdos los que dicen no ſer vida apoſtolica la que ſe hace en verdadera abſtinencia de carnes, pues à eſtos les è prohibido, y es peccato mortal, lo que a los Apoſtoles le fue licito y cõcedido ſin caer en culpa mortal, ò venial.

Latinè.

Latinè. N*Vnc ad punctum veniamus. Supponentes non præceptum, ſed conſilium, & licentiam quam dedit Chriſtus Apoſtolis cum eis dixit edentes, & bibentes, &c. Percontor, hoc Chriſti conſilium ſunt neſecuti Apoſtoli, an non? Cogito auctorem dicturum, eos illud ſecutos fuiſſe: Quoniam veriſimile non videtur Apoſtolos, quod Chriſtus eis conſuluit, non feciſſe, tanquam medium proportionatum magis ad non defatigandos moleſtiaque afficiendos eos, quibus Euangelium annunciabant. Et ſaltem negari non poteſt licitum fuiſſe Apoſtolis veſci ijs, quæ ab hoſpitibus eorum apponebantur abſq; vlla culpa. Ergo hanc Apoſtolicam vitam non ſequuntur, qui carnem comedere nequeunt abſq; mortali culpa (dempta infirmitatis cauſa;) Igitur*

nec

Digitized by Google

nec ignorantes, nec parum ſapientes ſunt, qui dicunt eam non eſſe vitam apoſtolicam, quæ in vera carnium abſtinentia fit; cum his prohibitum ſit, & eſt mortale peccatum, quod licitum fuit Apoſtolis, eiſque conceſſum abſque vlla culpa mortali, vel veniali.

Reſponſio.

PArturient montes naſcetur ridiculus mus. Veniſti tandem quid inde? non conſideras, quia falſum ſupponis; cū nec fuerit præceptum, nec conſilium: Medici eſt conſulere in caſu infirmitatis, an carnes ſint comedendæ, nec ne? Chriſtus autem tunc non ſe habuit, vt medicus temporalis, ſic neq; conſuluit, neque præcepit Apoſtolis, vt carnibus veſcerentur. Neque fuit licentia niſi fatearis antea carnes fuiſſe illis aliquo ſtatuto vel cōſuetudine prohibitas in ſchola Chriſti, quā conſuetudinem, vt ſupra diximus diſpenſauit cum Diſcipulis, tanquam infirmioribus, vt poſſent ad tolerandum onus prædicationis, de omnibus comedere, qua licentia, an vſi fuerint nos ignorare diximus, & potius ad negatiuam partem tendimus. Nihilominus probabilius eſt dicere, quod fuit præceptum conſilium, & licentiam: præceptum vt ne lautiora quærentes, priorem domum relinquerent. Conſilium, vt contenti ſint appoſitis, quamuis vilibus mortificationis gratia: licentia, vt libenter ſumerent alimenta ab ijs, quibus prædicabant, tanquam mercede digni. Ad interrogationem, non malè imaginatus es, auctorem reſponſurum affirmatiuè; nimirum Apoſtolos fuiſſe ſecutos illud Chriſti conſilium; de hoc enim dubitare non licet. Verum fallitur imaginatio tua, ſi arbitraris conſuluiſſe Chriſtum de veſcendis carnibus, & Apoſtolos illud conſilium ſequentes, carnem comediſſe. Ridiculum enim eſſe iudicauimus hortari nos à Chriſto ad delicias ſequendas.

Nec obſtat, quod ſequitur: eſum carnium ſcilicet eſſe medium proportionatum, ne moleſti eſſent Apoſtoli hoſpitātibus, quia falſum eſt, ex Hieronymo diximus: *Olerum enim* (dixit ipſe) *& pomorum, & leguminum facilior apparatus eſt, & arte impendijſque cocorum non indigens, & ſine cura ſuſtentans humanum corpus*. Ergo dum dicis quod carnibus veſcentes Apoſtoli erant minus graues hoſpitātibus, friuola inuentio eſt, & contra doctrinam D. Hieronymi. Et quidem carnes, non ſine maiori ſollicitudine, & ſuperflua cura, & diſtractione pararentur, vel procurarētur. Rurſus dicis non poſſe ſaltem negari fuiſſe licitum Apoſtolis de omnibus comedere abſq; culpa; Sed falleris, quia probabilius eſt peccare ſi de immolatis comederent, vt in ſuperiori cenſura diximus; de alijs vero carnibus incertum eſt. Prima ergo conſequentia, quam elicis falſiſſima eſt, cum quia falsò ſupponis conſilium dari de eſū carnium: tùm etiam, quia ſi conſequentia valeret, non ſequereris tu Apoſtolicā vitam, cum aliquo ſaltem tempore ſub pæna peccati mortalis, nequeas carnibus vti. Aduertas quæſo, ne inferre cogaris; votum nihil addere meriti, cū nos, hac de cauſa, à vita Apoſtolica excludis, nempe quia abſque mortali peccato nequimus (excepto infirmitatis tempore) carnibus veſci; quaſi votum imperfectiores nos reddat alijs, qui ex conſilio imitantur Apoſtolos in abſtinentia. Mitius erga nos te gerere vellem: Et quia ſcis, vt credo, quot bona cauſet votum, & quantum valeat apud Deum quadrageſimale inſtitutum, non immoror ad probandum, an tibi licitum ſit, nos à vita Apoſtolica excludere, ob eam rē, quia vouemus abſtinentiam à carnibus, quampluries oſtendimus Apoſtolos ex Chriſti conſilio & exemplo ſeruaſſe.

29 De voto vero nihil certitudinis habemus, nec aliquid ſcriptum reperi apud Sāctos Patres: loquendo de voto quadrageſimali, nam vouiſſe obedientiam, paupertatem, & caſtitatem legitur quam ſæpiſſime. Nihilominus non incredibile mihi videtur vouiſſe Apoſtolos abſtinentiam à carnibus, quam de conſilio ſeruaſſe pluſquam probabile eſt, vt ex ſuperioribus patet; quod aſſero propter ſequentes coniecturas, prout etiam dicemus tract. 8. Prima quia cum votum ſit per ſe appetibile, & ad perfectionem vitæ expediens melius erat abſtinentiam, quam ſeruabant vouere, quam non vouere; quod abſtinentia ipſa poſſit voueri, non indiget probatione; quod Apoſtoli meliori via, qua potuerunt ſint adepti perfectionem vitæ, apud me probabiliſſimum eſt. Secunda, quia actus ex voto factus cæteris paribus eſt magis meritorius, quam factus abſque voto, ne dum præmij accidentalis, ſed etiam eſſentialis, vt docuit Suarez ex D. Thom. Caiet. &c. Ergo Apoſtolos, quia plus merebantur promittendo abſtinentiam, quam illam abſque promiſſione ſeruare; arbitror promiſiſſe. Aliæ ſunt etiam coniecturæ, quas ſuo libito quiſque extrahere poterit in materia de voto apud Suarez, & in Tract. de Monachis apud Card. Bellar. qui diffuſè diſputat quantum proſint vota: maiorem certitudinem, ſeu probabilitatem, Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ſapientum Iudicio relinquo. *Vota quātū proſint.*

Vltima tandem conſeqentia, qualis ſit, videant alij, ſi ſunt ignorantes, vel ne, qui noſtram religionem propter quadrageſimale votum à vita Apoſtolica ſecludunt, & diuellunt, à qua non ſecluduntur aliæ, quæ carnem comedūt; pioque Lectori remitto; qui inueniet proculdubio, quod ſi ignoranter non loquuntur, peius erit, namque parum pij erga nos ſe gerunt, eorumque malam volūtatem oſtendūt, qua inferunt noſtrum viuere non eſſe Apoſtolicum, aliorum inſtar, propter iy manducare &c. Et quare (o bone Deus) nos perturbant, niſi quia vitium, vt natura compertum eſt odit, & accuſat virtutem, libido ca-

ſtitatem; gula abſtinentiam; libidinoſus caſtum; guloſus abſtinentem: Quo circa nil inſuetum, ſi illud, quod ſolēt cōſilium capiunt: Circumueniamus ergo iuſtum, & abſtinentem; quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris, factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum; grauis eſt etiam nobis ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris, tanquam ab immunditijs, &c. Hoc ego ne dicam, te dicere arbitror, Sat agenti: quem etiam remitto ad legendum D. Greg. Niſ. in vita S. Greg. Taumaturgi, vbi inter alia, dixit: moleſtum ſpectaculum æqualibus erat adoleſcens ſuper ætatem ſobrietate, temperantiaque ornatus, & quæ ſequuntur ad lōgum ibi. *Greg.*

Mi Cenſor ne fias obſecro alter ex illis; vt videris aſſentiendo; & ſi huc vſque eorum opinioni adhæſiſti (quod forte non erit, ſed diſputandi gratia relata effingis) non te dedecebit mutare ſententiam; & faciliter poteris per ſequentia, quibus oſtenditur apertè, quod ſi aliæ Religiones Apoſtolicæ dicuntur, & vitam Apoſtolicam ſequuntur potiori iure noſtra religio Apoſtolica dicenda erit.

Philo in libello de vita contemplatiua ſupplicum, vt referunt Euſebius lib. 7. Eccleſ. hiſt. Driedo lib. 4. de varijs dogmat. & lib. Apocr. Pyghius ſupra citatus cap. 3. & alij, &c. Deſcribit formam viuendi, & inſtitutum illorum, qui dicebantur Terapeutæ (de quibus redibit ſermo trac. 8. à diuino cultu cui ſe deuouerant, & mancipauerant: & primò renunciabant cunctis facultatibus ſuis ſegregati à populo rebus diuinis incumbebāt in continentia perpetua. De victu verò affirmat neminem eorum vinum nec guſtu quidem contingere, ſed nec quemlibet carnem, tantum autem aquam eſſe eis potum, & panem cum ſale, vel hyſſopo cibum. Hæc ille Hæbreorum doctiſſimus, illis ipſis temporibus Apoſtolorum experientia loquens: nam ſub Claudio Romam veniſſe, & Petrum prædicantem vidiſſe, eiuſque colloquijs adhæſiſſe, memoriæ proditum eſt. Iudæus quidem ait Pyghius, & qui Chriſto (quod equidem conſtet) nomen non dederat, tamen Apoſtolicorum virorum, & inſtituti ſanctiſſimæ vitę eorum admirator, in laudem eorumdem, quaſi in ſuam gentem, redūdante hac gloria, eloquentiæ ſuæ monumētis illud ipſum commendauit poſteris. *Euſebius. Driedo. Terapeutæ qui dicebā tur.*

30 Vnde infert Euſebius ex eo, quod primi illi religioſi, nec carnem comedebant, nec vinum bibebant, fuiſſe ipſis Apoſtolorum temporibus abſtinentias ciborum, ſicut dedicationes Virginum, conſecrationes oratoriorum, renunciationes rerum temporalium per abdicationem proprietatis, &c. Quæ omnia intelligit, & intellexiſſe Philonem dicit ab Euangelicis, & Apoſtolicis viris: fuiſſe autē hos Terapeutas Apoſtolorum diſcipulos Dionyſius B. Pauli diſcipulus docet; qui ritum, & formam profeſſionis monaſticæ qualis ab Apoſtolis inſtitutus, tunc obſeruabatur deſcribit cap. 6. hierarchiæ Eccleſ. vbi inter alia dicit: Inde diuini duces noſtri, appellationibus eos ſacris dignati ſunt partim Terapeutas, &c. Quamobrem eos dictos viros Apoſtolicos reperies apud omnes Doctores, qui aliquam eorum mentionem faciunt; ita Hieronymus cum citatis alijs, &c. *Dionyſius.*

Nunc ad intentum: Apoſtolos omnes idem per orbem feciſſe, ac fecit Beatus Marcus, à Petro Sancto miſſus in Ægyptum apud Alexādriam ſanctam illam apoſtolicorum virorum plantationem cōmuniter Dei cultui, ac ſeruitijs prorſus deditorum; dubitandum minimè eſt. Ab illis ſucceſſiuè continuò, ſed non paris ſanctitatis venit ad nos: omneſque Religiones deſcendere ab Apoſtolis, clarum eſt; ergo omnes Apoſtolicæ dici poſſunt, & Religioſi viri apoſtolici, cum prima Religiorum inſtitutio fuerit ab Apoſtolis. *Religiones omnes dicuntur Apoſtolicæ.*

Nec obſtat Religionum diuerſitas, cum in eſſentialibus conueniant. Mox quanto aliquid ſuo approximatur principio tāto efficacius, & perfectius participat de bonitate principij: ſed inter omnes Religiones noſtra Minimorum, nunc, proximior eſt ſuo principio, ideſt formæ viuendi inſtitutæ ab Apoſtolis: ergo perfectiùs participat de bonitate illius. Maior eſt certa cæteris, minor probatur; Vltra tria conſilia paupertatis obedientiæ, & caſtitatis, quibus dediti erant viri illi apoſtolici, & in quibus omnes Religiones conueniunt, erat abſtinentia à carnibus, ſed aliæ Religiones (dixi, & dico nunc, quia olim ferè omnes abſtinebant, vt trac. 11. dicemus) præter noſtram, & Carthuſienſium non obſeruāt continuam abſtinentiam à carnibus; ergo non ſunt ita proximiores ſuo principio, ſicut noſtra, & Carthuſienſium. Sed inter bona, quæ participantur à principio illo, eſt nomen Apoſtolicum; ergo ſi aliæ Religiones apoſtolicæ dicuntur, noſtra potiori iure Apoſtolica dicenda erit: Non enim credibile eſt, quod Religio noſtra deperdat, & digna non ſit nomine apoſtolico, eo quod abſtinentiam à carnibus ſeruatam à viris Apoſtolicis, obſeruet. *Religio noſtra cur potiori iure dicatur Apoſtolica.*

Adde in confirmationem id, quod plerique Doctores, quos citat Ioannes de Morales in ſuo Epitome tom. 4. §. 4. dicunt, & præcipuè Thomas Vualdenſis de Sacram. tit. cap. 84. quod ſcilicet; Antonius magnus Eremita, & Propheta ad Eremum Ægypti Apoſtolicā regulam ſibi, & ſuis tulit, non ſuam. Ergo ſi Religio D. Antonij, quę omni rigore abſtinebat, & nunquam carnem, vel lacticinia comedebat erat Apoſtolica, & non Antoniana; quis dicere audebit noſtram Religionem, quæ abſtinent à carnibus ouis lacticinijs, &c. non eſſe apoſtolicam? Iudicet, qui legit, præcipuè cum Sanctiſſimus Franciſcus de Paula non ſuarum inſtitutor, ſed priſcorum Sanctorum Patrum inſtitutionum innouator dicatur, vt habuimus in fine præcedentis tract. & habebimus tract. 11. *Morales. Th. Vuald.*

Amice Cenſor vincat quæſo apud te veritas, & ne relinquas ſuſpicionem, quaſi talia, aut cogiten-

gitentur, aut ſcribantur falsò à noſtris: ex dictis dijudicare poteris, ſed æquius erit nobis habere fidem; qui coniecturas vel demōſtrationes, aut probabilitates fideliter adduximus; quam illis, qui calumniantur. Et hac ſupplicatione terminatam Apologiæ defenſionem exopto, rogans, vt parcas mihi, ſi quid parum, ſi quid nimium dixiſſe iudicaueris: certus ſis non malo animo, ſed meam defendendo Religionem, diſputationis gratia totum id feciſſe credas.

CAPVT VII.

Duo alia argumenta ſoluuntur.

*Act.*10.11.12.13.14.14. ARgumentantur nonnulli auctoritate Scripturæ ex illo ſcilicet act. cap. 10. vbi Petrus, *Vidit Cælum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum initijs ſubmitti de Cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ & volatilia Cæli. Et facta eſt vox ad eum: ſurge Petre, occide, & manduca; ait autem Petrus: Abſit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum. Et vox iterum ſecundo ad eum; quod Deus purificauit tu commune, ne dixeris.* Ergo Petrus carnem comedere recuſans, mandato Domini manducauit.

Reſpondetur, quod huiuſmodi intelligentia minimè poteſt conuenire textui, à ſerieque verborum mirum in modum diſſidet, nulloque modo de eſu carnium intelligi poteſt, ſed per vocem Petro præcipitur, vt de cūctis hominibus tam hebræis, quam gentilibus ad Baptiſmum, & fidem recipiat, & omnia verba tam præfati capituli, quam præcedentis, & ſequentis non loquuntur de alio, quam recipi debere ad fidem tam hebræos, quam gentiles; & ipſemet Petrus hoc idem explicare videtur verſu vigeſimo octauo.

*Ver.*28. *Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo (inquit) coniungi, aut accedere ad alienigenā: ſed mihi oſtendit Deus, neminem communem, aut immundum dicere hominem.* Alludit ad verba ſuperius relata, *Quod Deus purificauit tu commune ne dixeris:* De hominibus igitur loquitur ad fidem recipiendis, non de carnibus comedendis &c.

Diuus Hieronymus iuxta noſtram ſententiam hunc locum interpetratur; dicens, *De ſcripturis exempla proponam, in actibus Apoſtolorum facta eſt vox ad Petrum, dicens; Petre occide, & manduca, id eſt omnia animalia quadrupedum, & ſerpentium terræ. Quo dicto oſtenditur nullum hominem ſecundum naturam eſſe pollutum, ſed æqualiter omnes ad Chriſti Euangelium prouocari. Luit itaq; Petrus Cæſaream, & ingreſſus ad Cornelium operiens os ſuum dixit in veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptator Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.* Pluraque alia habentur ex Hieronymo oſtendentia, quod illa vox nullo modo præcipiebat Petro, vt manducaret ſerpentes, & quadrupedes terræ, ſed intelligebat, vt Petrus non ſolum Iudæos, ſed ex omnium gentium genere ad fidē reciperet: de qua re videte Hieron. epiſt. ad Auguſt. cap. [illegible] & ſciatis, quod hoc non fuit fortuito dictum ab ipſo, ſed ſerio, &c.

Idem Hieronymus ad Fauſtinum Monachum de vita monaſtica ait: *Iam tectum, atque Solarium cum Petro Apoſtolo deſcendiſti, qui eſuriens in Iudæis Cornelij ſaturatur fide, & famem incredulitatis eorum gentium conuerſatione reſtinguit, atque in vaſe Euangeliorum quadrangulo, quod de Cælo deſcendit ad terram docet Petrus, & diſcit omnes homines poſſe ſaluari. Rurſumq; quod videtur in ſpecie, & candidiſſimi linteaminis in ſuperbia transfertur, & credentium turbas de terris ad Cælū rapit, vt pollicitatio Domini compleatur; Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Hæc ille; nihil ergo ad carnium eſum ſpectat hæc vox, occide, & manduca.

32 Tandem quid Auguſ. de illa voce ſenſerit, audiamus ſuper pſ. 30. inquit, *Verè mirabilis egeſtas, & fames, quandoq; eos, quos Domino lucrantur, quodam modo manducat Eccleſia, qui manducat in corpus ſuum traijcit, quidquid enim manducamus in corpus noſtrū traijcimus: hoc agit Eccleſia per Sanctos eſurit, quos lucrari vult, & quos lucrata fuerit aliquādo manducat; cuius perſonam gerebat Petrus, quando ei de Cælo ſubmiſſus eſt diſcus plenus omnibus animalibus quadrupedibus, reptilibus, & volatilibus, quibus generibus omnes ſignificantur; præfigurabat Dominus Eccleſiā, quod omnes gentes erat ipſa transuoratura, & in corpus ſuum conuerſura; & ait Petro macta, & manduca; ò Eccleſia, hoc eſt Petre, quia ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: macta, & manduca, prius macta, & ſic manduca, occide quod ſunt, & fac quod es.*

Item Pſal. 3. & 1: *Petrus Apoſtolus dubitans dare Sacramentum euangelicum gētibus circuncifis; imo non dubitat, ſed omnino dandum eſſe non putans, quodam die eſuriens, cum prandere vellet, aſcendit, vt oraret, hoc in actibus Apoſtolorum omnibus bene legentibus, notum eſt: illo igitur orante facta eſt illi mentis alienatio, quam græc. eſtaſim vocant, tunc vidit vas quoddam veluti linteum, quatuor lineis ſubmitti de Cælo, vbi erant animalia omnis generis beſtia; & ſonuit ei vox Petre macta, & manduca;* Et paulo poſt ipſe Aug. ſubdit. *Omnes mactat, & manducat Petrus, quia Petrus petrà, petra Eccleſia: quid eſt mactare, & manducare? id eſt occidere in eis, quod erant, & in ſua viſcera aſſumere. Diſſuaſiſti pagano ſacrilegia, occidiſti, quod erat, dato ſacramento Chriſti incorporaſti Eccleſiæ, manducaſti.* Et alijs in locis ſuper pſalmos Auguſ. per eundem ſenſum exponit ly macta, & manduca: non ergo de eſu carnium intelligitur.

Imò ſi corticem litteræ inſpiciamus videbimus D. Petrum abſtinuiſſe ſemper à carnibus, quando quidem ad vocem de Cælo, *Occide, & manduca;* Reſpondit, *Abſit Domine quia nunquam manducaui commune immundum.*

Percontor per immundum quid intellexit? Serpentes, & cætera animalia lege prohibita, forte, prima fronte immunda, dixit, & de illis nunquam comediſſe, clamauit: ſed per ly commune, quid intellexit? nil aliud arbitror, niſi ea animalia quadrupedia, vel volatilia, quæ communi vſu ad cibum præparantur, Cur ergo nunquam de ijs comediſſe teſtatur? niſi quia carnium eſu, nunquam fuit vſus; alias non verum dixiſſet; quando clamauit, *Nunquam manducaui commune*, Videndo animalia mactanda, & ex mandato manducanda; ergo hoc dixit quia abſtinebat à carnibus.

Secundum argumentum, Papa eſt Apoſtolus, ſed Papa carnibus veſcitur; ergo Apoſtoli carne veſcebantur.

Duodecim excellentiæ Apoſtolor. Reſpondetur, quod aliud eſt eſſe Apoſtolum, & aliud eſſe Papam. Vnde notandum, quod ſicut duodecim numerantur Apoſtoli, ita eiſdem duodecim excellentiæ applicantur: taſque numerat Peretius in cap. 1. ad Rom. diſt. 2. nu. 9. quas ſummatim collectas referam. Prima igitur eſt, quod ab ipſo Chriſto poteſtatem acceperunt prædicandi Euangelium per vniuerſum orbem, regendi, fundandique Eccleſias, ſic Matt. & Marcl vltimo, & Pſ. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorũ.* Quod Paulus Ro. 10. ad Apoſt. refert. Secũda, quod cum Chriſto familiariſſimè conuerſati ſunt, quod ne multis quidem Regibus, & Prophetis conceſſum fuit, Matt. 15. Tertia habuerunt claues regni Cælorum, Matt. 18. Quarta habuerunt poteſtatem diſcernendi canonicas ſcripturas; quin, & nouas condendi. Quinta, Symbolum Fidei compoſuerunt. Sexta, excellentem habuere poteſtatem faciendi miracula, adeò, vt vel ipſa vmbra Petri ægrotos ſanarit. Septima fuit illis donum linguarum, 1. ad Cor. 14. & act. 2. Octaua eſt quod futuri ſunt præcipua quadam ratione iudices hominum; Nona habuerunt poteſtatem dandi hominibus Spiritum Sanctum viſibili ſpecie per impoſitionem manuũ act. 8. Decima in his, quæ Eccleſiæ tradebant, vel credenda, vel agenda; nec ipſi falli poterant, nec fallere alios. Vndecima poſt acceptum Spiritum Sanctum die Pentecoſtes confirmati ſunt in gratia: quod patet ex illis verbis Ioannis 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.* Vt rectè huc illud Pſalm. 74. accommodari poſſit; *Ego confirmaui columnas eius:* Vltima eſt, quod in gratia Dei, & in ſcientia rerum diuinarum, & myſteriorum fidei, cæteris præſtantiores fuere, quicunque ante eos, vel poſt fuerunt. Hinc dicuntur primitias ſpiritus accepiſſe. Rom. 8. Merito igitur ob has excellentias differunt Apoſtoli à Pontifice, cui omnes, & ſingulæ vllo modo accommodari poſſunt; licet earum aliquæ accommodentur.

Pſ. 18. *1. Cor. 14.* *Io. 14.* *Papa non eſt Apoſtolus.*

Confirmatur reſponſio ex doctiſſimo Caietano qui de auctoritate Papæ diſputans, dixit quod, *Multum intereſt eſſe Apoſtolum, & eſſe Papam:* De qua re diffuſius diſcutiens, tandem ait, quod viuente Ioanne Apoſtolo Linus, & Clemens vterque fuit Papa, neuter tamen Apoſtolus ex hac ratione, quod Apoſtolis, & non Papæ ius condendi libros Sacræ Scripturæ conceſſum eſt, dicente illis Domino, quod Spiritus Sãctus doceret eos omnia, & omnem veritatem: Vnde Auguſt. de conſenſu Euangeliſtarum, ait; Lucas, & Marcus ſcripſerunt illo tempore, quo in carne viuentibus Apoſtolis probari meruerunt. Ideò præualuiſſet ſententia Ioannis Apoſtoli ſententiæ Clementis Papæ in doctrina fidei, & morum; ſicut modo præualet Euangelium Ioannis ſententiæ cuiuſcunque Papæ, ac totius Eccleſiæ. Hæc Caietanus: Ecce igitur quod Papa non eſt Apoſtolus; ideò nõ ſequitur ex qualitate ciborum vnius, eſus alterius.

Finis Tractatus.

TRA-

TRACTATVS SEPTIMVS.

ANTIQVITAS CRVCIS, OSTENDIT etiam Crucis abſtinentiæ antiquitatem, eo, quod olim à principio mundi vſque ad vniuerſale diluuium homines carnibus non veſcebantur.

CAPVT I.

De Crucis antiquitate.

Antiquitas Crucis Christi.

1 ANtiquitas Crucis ex ipſo Mundi exordio ſumenda eſt, eamque contra Crucis inimicos pulchrè deſcripſit Prudẽtius: Peristeph. hymno 10. de Romano Martyre dicens.

Crux iſta Chriſti, quam nouellam dicitis,
Naſcente mundo, factus, vt primum eſt homo
Expreſſa ſignis, expedita eſt literis.
Aduentus eius mille per miracula
Pronunciatus ore vatum conſono:
Reges, Prophetæ, Iudices, & Principes
Virtute; bellis, cultibus ſacris ſtylo,
Non deſtiterunt pingere hanc formam Crucis,
Crux prænotata, Crux adumbrata eſt prius;
Crucem vetuſta combiberunt ſæcula.

Summus olim Architectus Deus, vt oſtenderet Sanctam Crucem ab omnibus eſſe ferendam ita vniuerſum in effigiem Crucis efformauit vt nulla fuerit creatura non hoc cęleſti ſigno ſignata. Etenim Mundus ipſe cum in quatuor partes, ſeù angulos diuidatur figuram Crucis exprimit; quæ quatuor etiam angulos continet vnde a Gregorius Niſſenus explicans verba Diui Pauli ad Epheſ. b *Huius rei gratia flecto genua, &c. vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo ſublimitas, & profundum. &c.* (ait) *Solius Pauli eſt Crucis myſterium explanare, &c. Partes illius ſingulas proprijs nominibus appellauit. Eam enim, quæ à medio deorſum vergit, profundum vocat; quæ autem ſurſum, ſublimitatem; latitudinem verò, & longitudinem illas, quæ vtrinque tranſuerſa protenduntur; vt quæ hinc a medio producitur, latitudo; quæ autem illinc lõgitudo nominetur,* Aliter autem D. Auguſt. dimenſiones Crucis aſſignauit, cuius verba ſupra retulimus. Sed ſatis nobis ſit nunc, eam fuiſſe compactam quatuor angulis ad cuius inſtar fabricatus fuerat mundus.

a *Orat. 1. in Chriſti reſur.*
b *Ca. 3, 18.*

Vlterius hoc idem explicans Niſſenus vbi ſupra ex citato Pauli loco, & alio Dauidis, inquit: *Cælum ſuſcipe, & partes infimas animo complectere, extremoſque, ac ſummos orbis terminos cogitatione comprehende; atque conſidera, quænam potentia tanquam vniuerſitatis vinculum hæc omnia deuinciat, atque contineat. Videbiſque ſponte ſua Crucis figuram exprimi à ſuperis ad infra, ab extremis ad extrema protenſam, atque deſcriptam. Hanc figuram magnus etiam Dauid de ſe loquens expreſſit; Quo ibo (inquit pſal. 38.) a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in Cælum (hoc eſt ſublimitas Crucis) tu illic es: ſi deſcendero in infernum (hoc eſt profundum) ades; Si ſumpſero pennas meas diluculo ideſt ad ortum Solis (hæc eſt latitudo) & habitauero in extremis maris, ſic enim occaſum appellat (hæc eſt longitudo) Cernis quomodo Crucis figuram deſcribat. Tu es, inquit, qui per omnia commeas, qui cuncta deuincis, qui in te ipſo comprehendis vniuerſa. Tu ſupra es, tu es infra: in hac extrema parte manus eſt dextera tua; in hac, ſiniſtra. Ob id magnus item Apoſtolus cum omnia fide, & cognitione repleta fuerint, fore dicit, vt is, qui ſuper omnia eſt in nomine Ieſu Chriſti adoretur a cæleſtibus, & a terreſtribus, & ab inferis. Quibus verbis per Crucis figurã diuidit Chriſti Crucifixi adorationem: Cæleſtis enim Regio partem ſublimiorem, terreſtris ambas medias, inferna profundam continet. &c.* Hæc Niſſenus; Qui non modo dimenſiones mundi Crucis myſterio accommodat; ſed etiam cum quadam ſimilitudine ad immenſitatem, Crucis virtutem, & Crucifixi Domini adorandam diuinitatem demonſtrat.

Crucis figura eſt mundus.

Inſuper per illas Pauli dimenſiones communiter ferè Patres latini quatuor mundi partes Orientem ſcilicet, Occidentem, Auſtrum, & Septentrionem ſignificari dicunt. Vnde Maximus Taurinenſis (homil. 2. de Cruce, quæ eſt Ambroſ. ſer. 56.) notat, ideò Crucis figura orbem eſſe diſpoſitum: *Nam cum quatuor partibus hoc eſt Oriente, & Occidente & Meridiano, & Septentrione diſtinguitur, quatuor quaſi Crucis angulis continetur.* Item Ioannes Chiphilinus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſuper citata verba Pauli ait: *Non*

Fru-

Digitized by Google

fruſtra Paulus figuram Crucis quatuor prominentys à media commiſſura diſtinctam deſignat, vt eius, quem illa ſignificat prouidentiā, atque potentiam per omnia commeantem inſinuet, & cæt. Suſpice ergo in Cælum, & ſubiectam ei profunditatem conſidera, intende animum ad obliqua, & extrema huius vniuerſi, & cogita quænis hæc contineat; quæ mundi ſit coniunctio; ac videbis menti tuæ Crucifixi figuram vltrò imprimi, ab excelſis ad profundiſſima, atque ad extremos fines obliquè pertinentem. Et Baſilius: d *Crucis* (inquit) *partes quadrifariam diſpertiuntur, & vnaquæque ſuo annutu totidem ſimul ſpectat mundi partes, vt hac ſignificatione omnes mundi partitiones per eas S. Crucis partes ad ſalutem diſpenſentur.* Hæc ille.

d *In cap. 11. Iſa.*

His ſimilia, & non pauca congerunt Patrum teſtimonia Scriptores: Vnde clarè colligimus ad Crucis effigiem formatum vniuerſum, ita vt non ſolum in vniuerſa hac, & communi rerum machina mirabilis Crucis imago reluxerit, ſed etiam ſingulas vniuerſi creaturas Cruciformes conditas ab ipſo mundi exordio appareat. Quod quidem eleganter Alex. Monachus, quem citat Gretſerus e explicuit dicens: *Quoniam propoſiti noſtri eſt Crucis memoriā facere, operæ pretium exiſtimauimus, ſi oſtenderimus ſalutiferæ Crucis gloriam etiam diu ante; atque adeo ab ipſo orbis principio in vniuerſa hac rerum machina ſemper reluxiſſe. Ac videte, an non ita res ſe habeat: licet enim cuius apertiſſimè, atque euidentiſſimè videre omnes conditas res, tam, quæ oculis conſpici, quam quæ ijs comprehendi nequeunt, à Deo in Crucis formam eſſe factas. Faciens enim longitudinem, latitudinem, & altitudinem, & profunditatem; clarè Crucis typum, non ſinè myſterio deſcripſit: in his enim quatuor, cuncta conſiſtunt. Atque hoc ipſum eſſe exiſtimo, quod ſapientiſſimus ait Paulus: Huius Dei gratia flecto genua mea ad patrem, &c. Quin & quæcunque in toto hoc vniuerſo præſtantiora exiſtunt præ cæteris, in Crucis ſpeciem non ſine euidenti quadam ſapientia omnium auctor ille creauit, &c.* In omnibus denique rebus Sanctæ Crucis imago relucet etiam in cæleſtibus Nam idem Alex. Monachus Græcus expendens viſionem Iſaiæ: f *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium, &c. Seraphim ſtabant, &c. duabus alis velabat facies ſuas, duabus autem pedes, & duabus volabant*: ait: *Vbi myſticè per ſupernas illas poteſtates maieſtas viuifica Crucis oſtenditur.*

e *Tom. 2. de Cruce.*

f *Cap. 6. 1.*

3 Item de homine (loquens idem Alexander) qui microcoſmus dicitur, ideſt mundus paruus ſimilitudinem maioris habere dicit atque Cruciformem eſſe oſtendit his verbis: *Homo etiam in formam Crucis formatus eſt: quiſque enim erectus ſtans, & manus extendens Crucis formam hoc geſtu ſine vlla dubitatione effingit.*

Et fortè hoc exprimi voluit creator Deus cum ante formationem hominis, qui vt ait Ambroſ. g *Rectè nouiſſimus creatus eſt, quaſi totius forma operis, qui* (vt ait Theodoretus) h *in ſe irrationalem, atque rationalem, viſibilem, atque inuiſibilem, mortalem, atque immortalem rerum creatarum naturam complectatur, ac veluti ſumma quædam omnium dici poſſet.* i Dixit: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Extant de hac imagine, & ſimilitudine ferè ſexaginta Iudæorum placita; ſed ex noſtratibus etiam refert Rangolius noſter tredecim opiniones. Etenim mirum videtur, Deum in alijs operibus iuſſiſſe omnia producere iuxta genus ſuum: *Producat terra herbam virentem*, &c. Cum verò per ſe ipſum hominē creare ſtatueret; *faciamus* ergo dixit, quod ad Trinitatem oſtēdendam Patres multi referunt: nimirum in verbo *faciamus*, pluralitatem perſonarum in reliquis vnitatem ſingularem Deitatis: Alloquitur enim æternus Pater Filium, & Spiritum S. eiuſdem naturæ, ac potentiæ coæquales. Sic ſubtiliter inter alios Rabanus Maurus explicuit; k dicens: *In eo quod ſequitur ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, vna, & æqualis ſubſtantia eiuſdem Sanctæ Trinitatis indicatur, quomodo enim eſſet vna imago, & ſimilitudo, ſi minor Patre Filius, ſi minor eſſet Filio Spiritus Sanctus, ſi non conſubſtantialis eiuſdem poteſtatis eſſet gloria Trinitatis.*

g *Ep. 38.*

h *In 99. in Geneſ.*

i *Cap. 1.*

k *Lib. 1. in Gen. cap. 7.*

Deum autem loqui cum Angelis dicendo: Faciamus &c. Merum eſt delitamentum Iudæorum; non enim Deus vna cum Angelis ſuam imaginem, & ſimilitudinem vocat, nec Angelorum miniſterio in creatione eguit, aut vſus fuit, nec ex eorum ſubſtantia hominem efformare volebat, ne ei inuiderent: nec ab Angelis, aut à terra conſilium petijt, & iuuamen cum Deus nōn ſit terreni Regis inſtar, qui vel ob metum, vel ignorantiam, vel impotentiam cum ſuis aulicis de rebus agendis deliberet. Ipſe enim eſt omnipotens, & ſapientiſſimus, & aliorum conſilio, aut prudentia non eget. Legitur namque in prouerbijs: l *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium in conſpectu Domini.* Et paulo ante dixerat: *Meum eſt conſilium, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo*: Et Iob. m *Apud ipſum eſt ſapientia, & fortitudo, & ipſe habet conſilium, & intelligentiam.* Et de Angelis, ait: n *Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem.* Et alibi o dicit: *Ecce inter Sanctos eius, nemo immutabilis, & Cæli non ſunt mundi in conſpectu eius.* Rurſus de terra, ait Iſaias: *Nunquid dicet lutum figulo ſuo quid facis? & opus tuum abſque manibus eſt? Væ qui dicit patri, quid generas, & mulieri, quid parturis?* Errat ergo Philo cum alijs Hebræis id aſſerens, p & verum fateamur nos cum Concilio Sirmienſi, apud Hilarium q quod dixit anathema ijs, qui hunc locum explicant de Angelis: non ergo Angelorum, vel terræ conſilio indiguit Deus in creatione hominis.

l *Cap. 21.*

m *Cap. 12. 13.*

n *Ca. 4. 18.*

o *Cap. 15. 15.*

Iſ. ca. 45. 9.

p *Lib. de opiſ. 6. dier.*

q *Lib. de Synod.*

4 Nec diſplicet mihi Origenis, & aliorum ſententia, qui de imagine loquentes dicunt: hominem factum fuiſſe ad imaginem, & ſimilitudinem Filij Dei, *Qui eſt Patris imago*

inuiſi-

Digitized by Google

inuiſibilis, ad Coloſſ. *Et figura ſubſtantiæ Patris*: Ad Hebræos 1. Quia ſolus filius vi generationis ſuæ, Patris imago dicitur. Vnde & Romanorum 8. *Electi prædeſtinati ſunt conformes fieri imaginis filij Dei*. Vt Chriſtus ſit prototypus ad quem omnes iuſti collimare debeant. Huic opinioni libenter ſubſcribo, ſicut ſubſcribere non veretur Merſenus non ſolum ratione, quam ipſe aſſignat in explicatione textus, ſed etiam, quia ad præſens noſtrum inſtitutum valde proficit, cum exinde ſequatur cruciformem fuiſſe formatũ hominem.

Ad quod probandum adnotamus ex Lippomano, & alijs ab æterno Deum conſtituiſſe, vt Verbum naturam humanam aſſumeret in vnitatem perſonæ ad cuius imaginem homo factus fuerit. Vnde ex Hebræo legimus: *Faciamus hominem in imagine noſtra ad ſimilitudinem noſtram*. Ex qua lectione aliqui Rabbini id, quod legitur poſtea in verſu 27. *Creauit itaque Deus hominem in imagine ſua*, explicant *humana*, vt notum ſit, quod ſubſtantialis imago Dei Patris, eſt Chriſtus Dominus, propterea primò dixit; *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*; Deinde quod *Deus creauit hominem ad imaginem Dei*: Voluit enim ſignificare, quod Pater æternus creauit illum ad imaginem filij ſui, qui eſt etiam Deus, ita Origen. r *Non dixit quia Deus fecit hominem ad imaginem ſuam, ſed ad imaginem Dei fecit illum, quæ eſt ergo alia imago Dei ad cuius imaginis ſimilitudinem factus eſt homo? Niſi Saluator noſter, qui eſt primogenitus omnis creaturæ, de quo ſcriptũ eſt, quia ſit ſplendor æterni luminis, & figura expreſſa ſubſtantiæ Dei, ad huius ergo imaginis ſimilitudinem factus eſt* Homo ergo non imago, ſed imago imaginis eſt. Quod pulchre docuit Marius Vittorinus dicens. ſ *Deus dicit iſta Faciamus cooperatori dixit, neceſſario Chriſto. & ſecundum imaginem dixit, ergo homo non imago Dei ſed ſecundum imaginem Dei, ſolus ergo Ieſus imago Dei, homo autem in imaginem hoc eſt imago imaginis*, Ecce quàm eleganter deſcribat Vittorinus hominem eſſe Chriſti imaginem.

Chriſtus Dei imago homo Chriſti.

r *Hom. 1. in Gen.*

ſ *Lib 1. cont. Ariũ tom. 4. BB. PP.*

5 Sed quænam iſta imago (non aliam eſſe arbitror niſi Chriſti Crucifixi, aut crucifigẽdi ad cuius inſtar formatus eſt homo. Hoc autem eſſe verum dupl ci coniectura probabo. Prima erit, quia in textu Hebræo ſtat verbum *Tſelem*, ſeu vt alij ſcribunt Tſadic: Zelem ſonat, vt ex Theſauro linguæ ſanctæ Pagnini colligitur, non ſolum ſignificat imaginem, ſed etiam vmbram, vult enim Oleaſter illud Mem finale eſſe aduentitium, ſicq; remanere Tſel, quod vmbram denotat; ideoq; ipſe legit: *Faciamus hominem in vmbra noſtra*. Ita vt hominem dicamus in imagine, hoc eſt in vmbra formatum. Hæc autem vmbra Chriſti Crux mihi videtur. Vnde illud Canticorum: t *Sub vmbra illius, quem deſiderauer am ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*. Dictum fuiſſe a Sponſa Eccleſia, vt oſtenderet eius iuſtificationem, & deſponſationem ſuam cum Deo, & perſiſtens, in eadem

t *Cap. 2. 3.*

mali metaphora, quam cæperat ſubiunxit: *Sub vmbra illius ſedi*; quia iuſtificationem, cæteraque munera, quæ illam comitantur, ſe conſecutam eſſe per Ieſu Chriſti paſſionẽ fatetur. Et reuera ex Chriſti paſſionem & ex Crucis arbore iuſtificatio noſtra proceſſit ſicut mala, & poma prouenire conſpicimus ex arbore mali, ita qui iuſtificatur, quaſi pomũ ex Crucis ligno decerpit. Ergo ſi hæc vmbra eſt Crux Chriſti, & ad vmbram eſt formatus Adam, non eſt abs re dicere, eſſe Adã ad figuram Crucis factum.

Secunda coniectura erit, eo, quod in textu Hebræo adſunt iſta verba, *Chi bezelem Elohim ba ſa, eth ha Adam*: Quæ nos legimus in vulgata, *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*. Alij autem, *Creauit itaque Deus hominem in imagine ſua*, Quia propoſitio, *Beth*, ante *Zelem* valet pro in, cumque *Zelem* quod ſequitur, etiam Crucem deſignet, nam Hebræi aliud verbum quo Crucem appellent non habent præter *Zelem* (vt probat Raphael Aquilinus factus iam ex Hæbræo Chriſtianus. u Ergo dicere poſſumus hominem formatũ ad vmbram, ſeù imaginem, tantum valere, quantum ſi diceret ad Crucem, quæ nomine *Zelem* ſignificatur. Et ideo Bapt. tractatu de conſuetudine hebraicæ ſectæ apud Chriſtophorum de Sancto Antonio in lib. Triumph. Chriſti tit. 2. probat. t. ly *Faciamus hominem*, &c. Ex Hebræo inquit legi poſſe: *Faciamus hominem ad Crucem noſtram*, ideſt, ait ipſe, *ad Crucem noſtrã*, ſeù *ad imaginem Crucifix endi*, vt eſſet homo Cruciformis, & figura Crucifixi.

u *Tract. 2. de Cruce.*

6 Voluit enim Deus ſub myſterio verbi *Zelem*, quo vſus eſt in creatione hominis oſtendere quantum ſibi fore gratum homines fieri cruciformes, vt inde ferendo Crucem eſſent filij ſui conformes: & hac forſitan ratione cruciformi facto Adamo portare iuſſit Crucem ſcilicet abſtinẽtiæ, dicens de ligno ſcientiæ boni, & mali, ne comedas; quaſi ei diceret, abſtine, ſeù fer abſtinẽtiæ Crucem, alias morieris. Ecce quam antiqua ſit abſtinentiæ Crux. Sed quoniam diſputantibus nobis de carnibus abſtinentia, eiuſque antiquã obſeruantiam probare nitentibus; Accidit ridiculum putaſſe quoſdam, id, quod in breui illa diſputatione diximus: nimirum primæuę ætatis homines ab Adamo vſq; ad diluuium à carnibus abſtinuiſſe: Viſum eſt iuxta Sanctorum Patrum, & Doctorum doctrinam, id efficacius probare, & contrariorum ſententias reijcere, prout per ſequentia capita facere intendimus; vt qui ſciunt bonum eſſe omnem creaturam, ſi cum gratiarum actione ſumatur, ſi à carnibus abſtineant, vt corpus ieiunio maceratum ſpiritus miniſterio aptum reddant; multo proximius accedant ad ſinceritatem illam, bonamque valetudinẽ, atque conſtantem ſibi animi tranquillitatem; qua pollebant illi, qui in prima mundi ætate dumtaxat arborum fructibus herbarumq; frugibus alebantur. Erit igitur.

Adã Crucem abſtinentiæ portauit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Proponuntur ſententiæ aduerſariorum exiſtimantium ante diluuium homines carnibus vſos eſſe in eſum.

7 QVoniam ad eneruandam noſtræ huius abſtinentiæ antiquitatem varia Doctorum placita circa eſum carnium animalium ratione carentium, paſſim in libris repetiuntur; examinandum accuratè duximus; num fas fuerit hominibus ante diluuium carnibus veſci; an verò eis inhibitum extiterit? Quare prima opinio erit aſſerentium nunquam fuiſſe à Deo prohibitum carnium eſum, & conſequenter licitum fuiſſe hominibus illis veſci; & ante diluuium earum eſum vſitatũ fuiſſe, tribuitur à nonnullis hæc ſententia B. Iuſtino quæſt. 119. vbi hæc ſcribit. *Beatus Paulus Patrum Pater, & Religionis magiſter ait: Quis vitem conſerit, quin de fructu eius comedat? Quis gregem paſcit, quin de lacte eius edat? nimirum nullus. Non igitur Abel gregem paſcens, gregis lacte non veſcebatur: Neque Cain terram colens fructus eius non comedebat. Præterea ſi inutiles erant Caino fructus terræ: qua de cauſa deterioribus honorabat Deum, melioribus ſeipſum ante Deum honorans, quaſi antepoſuit Abel vtilitati ſuæ Deũ, non dubium eſt, quin ſolitus ſit vtilitatem ex labore ſuo percipere.* Hæc Iuſtinus.

Carnium eſum ante diluuiũ licitum qui ſenſerint. S. Iuſtinus.

Tribuitur etiam Caietano ſuper cap. 4. Gen. exponenti illa verba. *Fuit Abel paſtor ouium, Cain autem agricola:* Vbi apertè ſententiam hanc ipſe approbat, ſequentibus verbis. *Coniectura eſt adeò fuiſſe multiplicatos homines, vt opus eſſet grege ouium; nulla enim ſcriptura teſtatur homines ante diluuium poſtquam eiecti ſunt de paradiſo Solis terræ fructibus vixiſſe. Beroſius namque refert: ante diluuium et iam humanas carnes comediſſe. Et paſtorale officium Abelis teſtatur gregem ouium humanis vſibus ſeruiſſe non ſolum præbendo lanas, & agnos, ſed lac, & caſeum. Nec obſtat diuinã ſcripturam differre indulgentiam veſcẽdi carnibus, poſt diluuium, quoniam non indulgentia, ſed neceſſitatis explicatio fuit illa. Ante peccatum enim explicata eſt materia neceſſaria humani cibi in vegetabilibus, poſt peccatũ autem in animalibus: vnde ibi dicitur animalia data eſſe homini poſt diluuium ſicut ante data fuerant ei olera virentia. Cum quibus ſtat quod medio tempore, ſcilicet poſt peccatum, & ante diluuium homines naturali iure vſi fuerint veſcendi carnibus animalium, & ob id Abel fuit paſtor ouium*, &c. Idemq; repetit, & confirmat in exordio 9. cap. vbi, & illud ait. *Poſt diluuium promulgaſſe Deum eſum carnium non quantum ad vſum quaſi prius non fuiſſet in vſu, ſed quantum ad neceſſitatem, quia poſt diluuium cæpit eſus carnium eſſe homini neceſſarius, & quia tunc primum neceſſitas veſcendi carnibus promulgabatur, propterea tunc etiam declaratus eſt naturalis modus veſcendi carnibus non cum ſanguine, id eſt non veſcendi crudis carnibus.* Hanc ſententiam amplectitur Sotus lib. 1. de iuſt. & iure q. 1. artic. 1. Franciſcus à Victoria in relect. de temperantia. Molina de iuſt. & iure tom. 4. tract. 3. diſp. 4.

Carnem naturali iure comedebãt ante diluuiũ, poſt neceſſario.

Sotus, Victoria, Molina.

8 Secunda ſententia eſt illa, quam proponit, & ſequitur ſuper cap. 9. Geneſ. q. 1. Pererius, duas amplectens propoſitiones: quarum altera priori ſententiæ fauet, & cum ſuis auctoribus conuenit, nimirum fuiſſe hominibus licitum eſum carnium ante diluuium: & cum altera docet non fuiſſe in vſu apud probos, & pios viros ex laudata illa ſtirpe Seth generatos, quos Moyſes filios Dei appellauit. In ſtatu verò innocentiæ fatetur in diſputatione ſuper cap. 1. 29. eſum carnium non fuiſſe in vſu imò prohibitum, ſed hoc dicendum ſequebatur poſt peccatum, nam vſque ad cap. 9. non videtur reuocatum præceptum de comedendis herbis, & fructibus, &c.

Pererius.

Ante diluuium probi & pij viri carnem nõ comedebãt

In hac opinione adducit Peter. pro ſe Chriſoſt. hom. 27. in Geneſ. Theodoret. q. 55. in Gen. Videtur etiam D. Thom. in hanc ſententiam fuiſſe illi propenſior in Commen. ſuis ſuper illa verba ad Rom. cap. 14. *Qui autem infirmus eſt olus manducet,* & explicatius id ipſum tradere conatur Peter. ex p. 2. q. 102. a. 6. ad 7. Sed meo videri non eſt cur doctiſſimus ille vir omni doctrinarum genere eruditiſſimus pro ſe ſeu ad roborandam hanc, quam ipſe ſequitur ſententiam adducat præfatorum doctorum verba, quibus fortè potiùs contrariũ ſuadetur vt latius in argumentorum ſolutionibus apparebit: Neutri enim ſuarum propoſitionum fauent. Non diſplicet hæc ſententia Lorino in pſal. 77. verſu 26. ſed velut probabilem hanc, non aliam amplectitur, verum ſuper cap. 1. Leuitici verſ. 2. potius fauere videtur ſequenti opinioni dicens carnium eſum ante diluuium, ſi non prohibitus certè per rarus erat. Sed nullum fuiſſe, ratio, quam adducit fortaſſe, oſtendit. Idemmet ferè ſequitur Suarez de opere ſex dierum lib. 5. cap. 7. & alij quos Suarez adducit ad corroborandũ ſuum dictum.

Lorinus. Suarez.

Tertia opinio (quam veriorem, & conformiorem Scripturæ Sacræ iudico) defendit nunquam fuiſſe licitũ hominibus ante diluuium exiſtentibus carnium eſum, ſed ſolũ fructuũ arborum, & plantarum, & conſequenter illarum vſum apud illos non fuiſſe permiſſum, ſeù conceſſum, ſed potius prohibitum. Doctores hanc noſtram ſententiam defendentes ſunt quaſi innumerabiles, & præcipuè Sanctus Hieronym. aduerſus Iouin. cap. 10. D. Baſil. in examer. diuini opificij hom. 11. Abulen. q. 34. in cap. 1. Gen. & q. 2. in cap. 9. Liranus Theodoretus q. 55. Rupert. Abbas, Riccardus de S. Vict. Dionyſ. Carthuſ. quos Lippom. refert in cap. 9. Gen. & Chryſoſt. ibidem hom. 27. in Dan. ca. 14. Petrus Dam. in exod. cap. 16. Angelicus Doctor D. Tho. in cap. 14. ad Rom. & p. 7. loco citato, ac nouiter eam amplexi ſunt. Franciſcus Labata in ſuo apara-

Hieron. Baſilius. Abulenſis. Lira. Theodoret. Rupertus. Riccard. Dion. Car. Lippom. Chryſoſt. D. Dam.

para-

Digitized by Google

Hieron. Baſilius. Abulenſis. Lira. Teodoretus Rupertus Riccardus. Dion. Car. Lippom. Chryſoſt. P. Damia. D. Thom. F. Labata Fernādius Nouatian. Honcala Genebrardus.

paratu concionat. propoſit. 2. de abſtinentia. Benedictus Fernandius in Gen. cap. 9. ſec. 1. num. 5. qui Nouatianum eiuſdem etiam opinionis refert Epiſtola de iudicandis cibis: quorum omnium Sanctorum Patrum, & Doctorum dicta infra cap. 4. referemus. Sunt etiam eiuſdem opinionis alij quam plures; quos breuitatis cauſa omittimus, vt Honcala in Gen. cap. 9. Genebrar. in Conographia folio 8. Adæ ſæculo Ioannes de la Haie in ſuo arb. vitæ ad Gen. cap. 4. v. 2.

CAPVT III.

Hæc noſtra tertia ſententia, qua negamus fuiſſe eſum carnium conceſſum hominibus ante diluuium auctoritate Scripturæ, & ratione probatur.

Non fuiſſe licitum ex ſcriptura probatur. Gen. 1. 29. 30.

HOmini, quem de limo conditor vniuerſi creauerat, aſſignare voluit in principio ſæculi cibum naturæ ſuæ conuenientem pro illo ſtatu, & ſic Geneſ. 1. eum alloquens, quid eſurus erat, expreſſit ſequentibus verbis. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omniq; volucri Cœli: & vniuerſis quæ mouentur in terra. & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum.* Quibus verbis carnem hominibus denegaſſe apparet, nam hoc tantum, & non plura dedit illis cæteriſq; animantibus in cibum, & conſequenter ſtante hac conceſſione illicitum erat eis aliud quidpiam comedere, & ſi de aliquo alio comediſſent ea præter, quæ in textu expreſsè habentur, punirentur à Deo, veluti diuini mandati tranſgreſſores.

Cibus homini ante diluuium aſſignatus.

Quod autem ex hac conceſſione inferatur fuiſſe illicitum de alijs comedere, patet; nam vt optimè Abulenſis ait: Si iſta ciborum oſtenſio à Deo facta, alios quoſcunq; non limitaſſet cibos, ſuperflua eſſet: eo quia ſi iſta erant conceſſa, vt conceſſerat etiam ea, quæ non exprimebantur ad nihil proderat fieri iſtam expreſſionem, cum, & ea non facta comeſturi eſſent homines de his, quæ exprimuntur. Sed dicere, quod aliqua expreſſio facta à Deo ſit ſuperflua eſt abſurdum; ergo iſta conceſſio taliter limitauit cibos: quod licitum fuit hominibus tunc de ijs, & non de alijs comedere.

Et confirmatur, quia cum Deus cauſam huius ciborum conceſſionis dedit: ſufficientiam cibi neceſſarij humano victui oſtendit in illis conſiſtere. Dixit enim in præcitatis verbis: *Vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri Cœli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeat ad veſcendum.* Itaque dedit ad veſcendum; vt haberent quid comedere: quod ſatis ipſis eſſet, nec ad eorum victum cibis alijs vti, præter eos expreſſos cognouit oportere; ſed conſtituto ciborum termino nil aliud manducare decreuit.

Carnium eſus poſt diluuium datus.

Idem ex illo Gen. cap. 9. efficacius ſuadetur: Deus enim poſtquam miſericordia motus finem impoſuit aquis, quibus fuit naufragus orbis: Clauſis fontibus abyſſi, & cataractis Cæli vniuerſale illud immitteribus diluuium; egreſſiſq; de Arca Noe cum filijs ſuis dixit. *Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* Carnem igitur comedere ante huiuſmodi præſtitam facultatem minimè licitum erat: nam ſi illam comedere erat licitum, vel in vſu; ad quid huiuſmodi expreſſa licentia? fruſtra, quia, quæ licita erant in principio, ſemper licita eſſe intelligebātur, quouſq; prohiberentur. Sed Deus nihil facit fruſtra, & expreſſe carnium eſum conceſſit: ergo ante conceſſionem neque erat in vſu, neq; erat licitus illarum eſus.

Gen. 9.

Et Confirmatur; Nam dicendo: *Quaſi olera virentia tradidi vobis.* Voluit maiorem illis conferre credulitatem, & dubietatem ab eis amouere: potuiſſent enim ſuſpenſos animos habere circa talem facultatem illis collatam, qui tanto tempore ſolis arborum, fructibus, & herbis terræ vixere; & ideo abſtulit dubium dicendo; quemadmodum in exordio Mundi tradidi vobis in cibum omnia, quæ terra naſcuntur: ita nunc quia pleniore, valentioreq; cibatu indigetis, victui veſtro deſtino, & aſſigno omnia animalia. Quod ſi prius illis veſcebantur homines, addi non oportebat iſta ad tollendum dubium.

Si verò rationem ſcire deſideras, quare homines poſt diluuium non eodem cibo vſi ſint, ſed alio, & illo fortiori? breuiter me expediam dicendo, quod terra deterior facta eſt poſt aquarum diluuium, & ob id alimentum ex herbis, & arboribus alendi homines inefficax futurum erat ad eas vires præſtandas, quæ neceſſariæ erant ad fodendas terras, cæteraq; dura opera exercenda. Cur autem deterior facta ſit terra, ſi quæras? ſcias id contigiſſe propter exiguitatem virtutis ipſius; quod prouenit, tum ex diuturnitate culturę, nam quanto diutius terra colitur, & ſeminatur tanto infæcundior fit; quoniā exhauriuntur vires eius. Niſi ſinatur terra quieſcere paulisper, vt poſtea abundantiores fructus ferat. Tum ex ipſomet diluuio quando aquis fuit nimis operta terra, & ab raſa fuit tota ſuperficies, delentibus eam aquis in qua erat tota bona virtus primaria germinatiua data à Deo in conditione, & recepta à Cælo per continuam influentiam, & cæpit eſſe ſuperficies alia cruſta de nouo in qua erat minor virtus; ideò nata inde erant valde minoris nutrimenti.

Carnes cur conceſſæ poſt diluuium?

Quæ duæ præfatæ cauſæ licet probabiles ſint, & veræ, & mihi verior, & probabilior ſecunda videatur. Neutri tamen inherere firmiter potero Non primę, nam ante diluuium immediatè non erat multo vetuſtior terra, aut magis exauſta, per agricolturam, quàm

Prima cauſa infirma.

Digitized by Google

ſequenti anno poſt diluuium, cum medio tempore nullus eam coluiſſet, & tamen ſtatim poſt diluuium fuit valde magna in rebus mutatio, quia nati ante diluuium longo tempore viuebant; nati autem poſt diluuium pauco tempore vixerunt; vt patet in textu. Illa igitur diminutio, quæ facta fuit poſt diluuium, non peruenit ex vetuſtate terræ, aut diuturna exercitatione culturæ: ſed ex damno illato per aquas diluuij: Nam ſi ipſa terræ exercitatio fuiſſet cauſa abbreuiationis virtutis terræ, hoc eſſet in partibus illis, in quibus tunc homines habitabant; non enim diuiſi erant homines per terras tunc, ſicut modo, ſed habitabant quaſi ſimul omnes, quouſque facta fuit diſperſio in partibus Aſiæ, vt Abulenſis ait; Ergo in Aphrica ſcilicet, & Europa non erat diminutio virtutis, quia non erat exercitata terra, & per conſequens eius fructus ſufficerent ad nutrimentum: ideò non videtur firma prior cauſa.

Secundam vero quatenus quærimus rationem naturalem, ſeu cauſam à priori, eo modo, quo inueniri poteſt, fateor eſſe veriorem alijs, quam plurimis, quæ adduci poſſent. Nam propter deteriorationem factam per diluuium fructus arborum, & herba erant iam minoris nutrimenti, & inefficacis ad robur corporis ferendum, ideò carnes conceſſit, quæ maioris nutrimenti ſunt, & magis robur conferre poſſunt.

Eſus carnium quare poſt diluuium cõceſſus.

11 Melius ergo, & verius mihi dicendum videtur, quod cauſa vera, & efficax quare Deus conceſſit carnes poſt diluuium; fuit, quia Deus prænouit, nequaquam homines ab inconceſſis temperaturos, ſed potius non tantum comedendi, quia, & idola conficiendi, & idololatrandi, ex animalibus occaſionem ſumerent mortales, & hæc eadem cauſa eſt illa, quam tradit Theodoretus q. 55. in Gen. dicens: *Præuidens Deus in tantum homines lapſuros dementiam, vt animalia pro Dijs veneraturi eſſent, permiſſit illorum eſum, quo impietatem illorum cohiberet; ſumma enim eſt inſania adorare, quod comeditur: propterea quoque animalium quædam haberi voluit immunda, alia munda, vt immunda eo ipſo quod immunda ſunt adorare perhorreſcerent: Munda vero, quæ & ad eſum hominis, & ad ſacrificia mactarentur pro Dijs colere erubeſcerent*. D. Thom. etiam 1.2.q.102. art. 6. ad 2. quærens quare Deus populo ſuo multa in genere terræ animalium prohibuit, non autem in genere naſcentium; præmiſſis alijs rationibus ſubiungit. *Vel etiam, quia animalia immolabantur idolis, non autem terra naſcentia. Sic quoque videtur quod ad euitandas idolatrias Deus forſitam carnes conceſſit.* Ecce igitur verior conceſſionis cauſa, quare fuit hominibus data facultas comedẽdarum carnium poſt diluuium, ante quod minimè oportuit. Ideò ſolis terræ fructibus vixere homines, iuxta cibum eis à Domino aſſignatum, prout probauimus ex Scriptura, & ex dictis Sanctorum Patrum, aliorumq; doctorum, qui propter hanc eandem rationem, & alias carnes poſt diluuium conceſſas, dicunt prout patet ſequenti capite.

Theodoretus.

D. Thom.

CAPVT IV.

Varia Doctorum, & Sanctorum Patrum placita afferuntur, quibus docent, quod ante diluuium carnes non comedebantur.

NOn deſunt Sancti Patres, plerique alij Doctores, qui noſtræ fauent opinioni, & verbis expreſſis docent ante diluuium homines non eſſe carnibus vſos: eos Doctores, & Patres in præſenti capite adducere viſum eſt, non ſolum, vt cuius fuerint opinionis appareat, ſed etiam, vt ex eorum doctrina rationes conceſſionis, quas aſſignant, oſtendãtur. Et primò ſe offert Chryſoſtomus qui hom. 27. in Gen. ait, *Poſt diluuium homines edendi carnes initium feciſſe*.

Chryſoſt.

Theodoretus q. 55. in Gen. cum poſuiſſet hanc quæſtionem, cur Deus poſt diluuium de carnibus edendis legem tulerit? ad eam ſic ipſe reſpondet. *Mox vbi creauerit hominem Deus dedit ei terræ fructus, poſt diluuium autem pretioſorem cibum ei conceſſit. Iubens Noe occidere, & comedere animalia cuiuſcunque generis*, &c. Si ergo ante diluuium cibus carnium non erat conceſſus, cur dicunt eas tunc homines comediſſe.

Theodoret.

Angelicus Doctor D. Thom. in commentarijs in epiſt. ad Rom. cap. 14. ſuper illa verba, *Qui autem infirmus eſt olus manducet*, Affirmat vſus carnium cæpiſſe poſt diluuium, ſed explicatius idipſum tradit p.2.q.102. artic.6. ad 2. *Eſus* (inquit) *plantarum & aliarum terra naſcentium fuit apud homines etiam ante diluuium: ſed eſus carnium videtur eſſe poſt diluuium introductus dicitur enim Gen. 8. quaſi olera virentia dedi vobis omnem carnẽ. Et hoc ideò quia eſus terra naſcentium magis pertinet ad quamdam ſimplicitatem vitæ: eſus autem carnium ad quaſdam delicias & curioſitatem viuendi. Sponte enim terra herbam germinat, vel cum modico ſtudio huiuſmodi terra naſcentia in magna copia procurantur. Oportet autem cum magno ſtudio animalia nutrire, vel etiam capere, & ideò volens Dominus populum ſuum reducere ad ſimpliciorem victum multa in genere terra animalium eis prohibuit, non autem in genere naſcentium.*

D. Thom. Rom. 14.

Eſus olerũ & c. facilior apparatus.

D. Hieron. cap. 10. contra Iouinianum aſſerentem, quod eſus carnium licitus eſt, quia Deus poſt diluuium Patriarchę Noe comendendarum carnium licentiam dedit, quæ ante diluuium conceſſa non fuit. *Sciat Iouinianus* (*inquit Hieron.*) *quomodo repudium iuxta eloquium Saluatoris ab initio non dabatur propter duritiem verò cordis noſtri per Moyſen humano generi conceſſum eſt; Sic & eſum carnium vſque ad diluuium ignotum fuiſſe, poſt diluuium verò, quaſi in Eremo murmuran-*

Hieron.

Ante diluuium eſus carniũ ignotus.

ranti populo conuriıces: ita, & dentibus noſtris neruos, & vinolentias carnis ingeſtas. Hæc ille.

Baſilius.

13 Quod igitur ignotum eſt, non eſt in vſu. Carnium eſus erat ignotus ante diluuium; ergo tunc homines non vtebantur illis, alias non eſſet eſus illarum ignotus.

Diuus item Baſilius in exameron diuini opificij hom. 11. ſuper illa verba, *Ecce dedi vobis lignum quod habet fructum in ſemetipſo erit vobis in cibum. Nihil (ait) neglectum aut perſunctoriè prætercurrat Eccleſia, quando nihil horum non legitimum eſt: non dixit dedi vobis pecora, reptilia, quadrupedia; neque enim in eum vſum hæc creauit (inquit) verum primaria illa legiſlatio eſum indulſit fructuum. Neque enim dum paradiſi domicilio veſcebamur indigni: hic proinde myſterij quiddam occultioris deliteſcit. Nobis enim in communi cũ feris volucribus cæli, denique cum vniuerſis terræ beſtijs collatus eſt fructuum eſus: gramen quoque, quum interim paucas ferarum liceat videns ali fructibus: Nam quo tandem fructu ſe paſci panthera ſuſtineat? Quis fructus cedat Leoni in cibum? Attamen feræ iſtæ tantiſper, dum iugum legis naturæ paſſæ ſunt: vitã tolerabant eſitatione fructuum. Homo autem ſimul eſt præſtitutum ſibi traducendæ vitæ prætergreſſus eſt canonem & limitem præfinitum tranſcendit; quumque mox à diluuio prænoſſet dominus, homines nequaquam ſibi ab incõceſſis temperaturos, indulſit quouis veſci, omnia hæc, ait, quaſi olera virentia comedite, per hãc nobis indultam conceſſionem, & animalia quæq; parili libertate donata ſunt, quidvis impune edendi. Ex eo iam tunc, ac deinceps crudis leo veſcitur. Vultur hianti raſtro interneſtiuum cadauer affectat.* Hæc Baſilius plura ſequentia. Docet igitur non tantum homines verum & animalia omnia, quæ nunc carniuora dicuntur, carnes ante diluuium non comediſſe; ſed omnia terræ fructibus vixiſſe.

Animalia nunc carniuora dictæ, ſicut homines ãte diluuiũ carnes vitabant.

Iſidorus. Carnes animaliũ conceſſæ poſt diluuium ne eorum animæ rationalis iudicarentur.

Diuus Iſidorus quem citat Antonius Honcala in Geneſ. cap. 9. ſuper eadem verba, *Omne quod mouetur, &c. Eſus carnium (ait) conceſſus eſt poſt diluuium propter infecunditatem terræ & hominis fragilitatem a principio autem non fuit ſic.* Et paulo inferius. *Adamus, & illud ante diluuium mortales herbis non carnibus vectitaſſe, quoniam parcebatur animantibus ob quandam dignitatem, qua illa & plantis, & herbis præſtant, proximeque ad hominem accedunt extimandi vi, qua humanam quodammodo rationem imitantur cum à formis ſenſibus perceptis alias eliciunt, quæ ab illis perceptæ non ſunt: id quod facit ouis, cum primum lupum perſpexerit, eum ſibi hoſtem æſtimat. At reſarta cum Deo poſt diluuium hominis gratia in cibum ei illa ceſſere, ne putarentur habere animam ratione præditam, quamuis motus quoſdam humanæ rationi adſimiles interdum exerceant; vt hinc fixum immotumq; in humanis pectoribus perpetuò maneret, non eſſe eundem hominum, iumentorumque exitum, quia quorum animalium carnes humano eſui deſtinatæ ſunt, eorum animæ ſuis corporibus eſſe iungendæ, nullatenus creduntur: ac perinde cum primum a ſuis corporibus ſeparentur tota pereunt, at humanas animas corporibus exutas, haud talis ſequitur interitus, &c.* Hæc ille.

Hect. Pin. Prohibuit Deus ante diluuium carnium eſus.

Ad alios quoq; Doctores deuenientes ſe offert primo; Hector Pintus in Daniel cap. 14. vbi hæc ſcribit. *Fuit etiam alterum ieiunium cum ciborum delectu & diſcrimine à Deo conſtitutum. nimirum carnium abſtinentia, nam cap 1. in Gen. dixit Deus. ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, et vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & Geneſ. 3. comedes herbas terræ in ſudore vultus tui & veſceris pane tuo. Quibus verbis liquet fuiſſe tunc carnes prohibitas vſque ad Noë poſt diluuium terrarum. cui dixit Deus cap. 9 omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia, ac ſi diceret permitto vobis deinceps vti carnibus animalium, ſicut ante eluuionem oleribus virentibus. iam non herbas tantum do vobis, ſed animalia.* Hæc ille.

Labata.

Franciſcus Labata in ſuo apparatu concionatorum prop. 2. de abſtinent. *Ipſo naſcentis mundi primordio (ait) cum amœniſſimum illum deliciarum hortum condidiſſet Deus, cumque varijs arborum generibus conſeuiſſet, ad alendos primos illos humani generis parentes eorũque poſteros primum fructum arborum ad veſcendum, & ad bibendum aquam aſſignauit; deinde illis è Paradiſi ſedibus expulſis conceſſum eſt, non alia re, niſi pomis alere, & frugibus, & frigidam bibere. Carnium verò, & vini vſus ad diluuij vſque tempora dilatus eſt; ideſt poſt duo millia, & ducentos quadraginta duos annos, quam mundus conditus erat. Vnde ſi tot ſeculis harum rerum vſu carere potuit humanum genus, ſi nunc alicui earum abſtinentia nimis difficilis videatur, gulæ non rationi fauet.*

Carnium eſus nõ fuit in vſu per ãnos 2242.

Fernand.

Benedictus Fernandius in Gen. cap. 9. ſer. 1. n. 5. *Nunc autem poſt diluuium (dicit) debilitata vi telluris ad plantarum fecunditatem; atque hominum ipſa natura valde infirma nimirum vigore illo ſuo primæuoque vigore, per diluuiũ imminuto, volens omnipotens Deus hominum vitæ, & ſaluti conſulere; liberè conceſſit carniũ edendarum vſum; non aliter atque olerum &* paulo inferius ſubiungit: *triplex quidem conſiderari poteſt hominum ſtatus, triplexque alimentorum genus: nimirum in ſtatu innocentiæ in quo veſcebantur homines arborum pomis; manu ſcilicet, & corpore animoque erant ſurrecti ex alta arborum penu cibum captabant: deinde in ſtatu peccati vbi animo deiecti ſunt in ignominiam abiectiſſimam culpæ, facti ſimiles iumentis in terram vultu proiectis conſequenter, ad excolendam terram laborando, & ſudando damnati panem ſibi conquirebãs, & quia etiam tunc vires abundabant, ſatis humanæ vitæ videbantur poma, frugeſque alendæ. At in tertio ſtatu poſt diluuium vbi labor excolendi terram ſæpius humanis ſudoribus renitentem maior acceſſit, roborandi humani cor-*

Pro triplici ſtatu triplex alimẽtorum genus.

Digitized by Google

corporis viribus attributus eſt robuſtior carniũ cibus. Hæc ille.

Nouatianus, à Fernandio ſupra citato relatus, cuius epiſtolas inter opera Tertulliani legimus epiſt. de iudic. cibis ait. *Cibus primis hominibus ſolus arborum fuit fetus, & fructus nam à pomis vſum, poſtea ad fruges contulit culpa, conditionem conſcientiæ ipſo ſitu corporis approbante; nam & innocētia accerpturos alimenta ex arboribus adhuc ſibi bene cōſcios homines ad ſuperna ſubrexit, & commiſſum delictum ad conquirenda frumenta homines terra ſoloque deiecit: poſtea etiam vſus carnis acceſſit diuina gratia humanis neceſſitatibus competentia ciborum genera. prorſus opportunis tēporibus porrigente; quia inferius ſubdit non tam paradiſus cuſtodiendus, ſed mundus totus fuerat excolēdus, robuſtior cibus carnis offertur; vt ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur, gratia, & diſpenſatione diuina, ne aut minus robuſtior redderetur cibus, quo referti ad opera marceſcerent, aut amplius tenertor, quo pro modo virium oppreſſi ferre non poſſent*, Hæc ille. Quid igitur clarius Sanctorum, & præfatorum Doctorum doctrina, qua noſtram opinionē, & explicant, & defendunt; illi enim tres hominum ſtatus aſſignant, in quorum primo præſtita fuit illi facultas de omni ligno Paradiſi comedere, præter vetitum: In altero lapſus hominis conſideratur, quo tempore cū de ſudore vultus comedere (talem culpa offerente pœnam) ad herbas & terræ fructus ſe extendit poteſtas. Demum in tertio carnes illis conceſſis rationibus, iam pluries aſſignatis.

Poſſem, & alios quaſi innumerabiles Doctores afferre, ſed ne tedio Lectores afficiam, illos relinquo, videndo vbi, & quomodo voluerint, cum vel idem omnino aſſerant, vel parum in aſſignandis rationibus diſtent, videte Lippom. in Gen. cap. 1. Petrum Damianum in ex. cap. 16. &c.

CAPVT V.

Ex Poetis, & Philoſophis fatentibus in principio mundi carnium eſum non fuiſſe in vſu, noſtra ſententia comprobatur.

16 PRo ſuper abundanti probatione, varia Philoſophorum, & Poetarum dicta in medium afferre iucūdum, & vtile fore exiſtimauimus, quandoquidem ex carnium abſtinentia quam nos amplectimur, & antiquitus ſeruatam fuiſſe fatemur: renouatam fuiſſe beatam illam primæ ætatis ſimplicitatem, ipſi canunt; in qua homines fructibus arborum & herbis, & aqua contenti viuebant.
Boetius. Vnde Boetius lib. 7. de con. metro. 5. ait.

Fælix nimirum prior ætas
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu
Facile. quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande
Somnos dabat herba ſalubres
Potum, quoque lubricus amnis
Vmbras altiſſima pinus.
Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos
Sed ſæuior ignibus Ethnæ
Feruens amor ardet habendi.

Hæc illæ.

Sunt & Ethnicorum ſapientes alij hanc carniũ abſtinentiam in primæua mundi ætate quam illi nominarunt ſeculum aureum ſub adoratæ, vel ſcriptoris Moyſis lectione: licet fama, & traditione antiqua, Chaldæorum præſertim atque ægyptiorum, quibus inſtituta iudæorum propter diutinam cum illis conuerſationem, non fuere ignota; continentiam igitur illius temporis ab eſu carnium expteſſit. Ouidius lib. 15. Metam. his verſib. paulò poſt initium. *Ouidius.*

Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi,
Congeſtoque auidum pingueſcere corpore corpus;
Alteriuſque animantem animantis viuere letho
At vetus illa ætas. cui fecimus aurea nomen
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc, & aues tutæ mouere per aera pennas
Et lepus impauidus medijs errauit in agris
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo
Cuncta ſine inſidijs nullamque timentia fraudem
Plenaque pacis erant:

Pithagoras Calaber quoque qui fuit valde abſtinens, volens homines ab eſu carnium abſtrahere, & illos ſimiles ſimili facere; hæc dicebat, quæ per Ouidium Metamor. 15. lib. regiſtrata habentur. *Pithagoras*

Parcite mortales dapibus temerare nefādis
Corpora ſunt fruges ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo tumidaq; in vitibus vua
Sunt herbæ dulces; ſunt quæ miteſcere flamma
Molirique queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur nec mella thimi redolentia flore
Prodiga diuitias alimentaque mitia tellus
Suggerit, atque epulas ſine cæde, & ſanguine præbet
Carne feræ ſedant ieiunia, nec tamen omnes
Quippe equus, & pecudes, armentaque gramina paſcunt.

Inſuper Ouidius Metam. lib. 1. ſuam quoq; protulit ſententiam circa eſum hominum, quem fuiſſe ſine carnibus ſequentibus verbis oſtendit. *Ouidius.*

Contentique cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fetus, montanaque fraga legebant
Cornaque & in duris hærentia mora rubetis
Et quæ deſiderant patula Iouis arbore glandes.

Hæc Poetarum ſcripta, & ſi non habeant omnimo-

nimodam certitudinem tamen aliquid valent ad apparentiam, & modo probabili auxiliantur maximè inhærendo Scripturæ, & Sanctorum Patrum dictis ſupra relatis cum quibus coniuncta ipſa quoq; iuuant ad facti probabilitatem, non per ſe quia more poetico loquentes de ætatibus ſęculi non pauca referũt, Scripturæ Sacræ diſſona; vt quod in prima ætate homines, non coluerint terram, & tamen in Scriptura conſtat Cain primogenitũ Adæ fuiſſe virum agricolam, & quamplura alia quæ Abulen. refert.

Verum Iſidorus etymol. 16. qui benè nouit ſeculi ætates ſecundum ſcripturam dicit quod prima arbor de cuius fructu homines comederunt & cibari conſueuerunt fuit, Ilex quæ glandes gignit, & ratio eſſe poſſet, quia glandes, & caſtaneæ ſunt ſolidi nutrimenti multũ conuenientes cum pane; alij autem fructus ſunt teneriores. Vnde ait Ilex ab electione dicta eſt, hanc enim primum homines in cibos aſſumpſiſſe aſſerunt, & ſubiungit ad hoc auctoritatem Ouidij.

Mortales primo ructare gutture glandem.

Nihilominus dicẽdum videtur etiam Iſidorum loquutum fuiſſe iuxta poetam, cuius dictum allegat, nam, quod fructum Ilicis primum ſibi homines ad victum elegerint non eſt certum; nec Poetæ hoc ſcire poſſunt; & ideò id, quod dicit Iſidorus, quod homines antequã eſſet vſus frumenti manducabant de glandibus more poetico fecit: Poetæ enim aſſerunt quod Ceres inuenerit ſemina terræ tradiditque homini doctrinam colẽdi terram ad habendum ſegetes quod fuit per alumnũ ſuum Triptolemum vt refert Ouidius lib. 5. Metam. & ante tempus illud dicunt quod veſcebantur homines fructibus arborum ſpecialiter glandibus Ilicis ſed inuento à Cerere vſu ſeminum ceſſauit vſus glãdium ſic dicit Virgil. lib. 1. Georg.

Glandem comederũt ante diluuium primo.

Liber & alma Ceres veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

Ideſt commutauit glandes in fruges quę habent ariſtas; cum igitur loquatur Iſidorus iuxta Poetas nõ eſt ei alia fides vel auctoritas danda, quam Poetis, quos conſtat neſciuiſſe primam ætatem ſacræ Scripturæ, vt Abul. narrat. Maiorem certò fidem adhibendam fore exiſtimo Zaccharię benedicto in vita Sancti Brunonis heroico carmine deſcripta, qui fuiſſe antiquitus ſeruatam carnium abſtinẽtiam his verſibus fatetur.

Zacch. bened.

Antiquos memore homines acheloia quãdo
Flumina nec merſos dederant ſub turbine montes
Quia prolixa viros ſine carnibus aura ſouebat
Diſcite ſyluicolas patres agreſtibus herbis
Vixiſſe incolumes, & cruda tethyos unda:
Et traxiſſe magis longæua in ſęcula vitam
Difficile Ætherio Regi nihil eſſe videmus
Nuque, quod ipſe ſua nequeat virtute putrare.

Et ſi poetico ſtylo Zaccharias præfatus, tamen catholico ore canit, & corde fatetur, miris fore laudibus extollẽdam carnium abſtinentiam, quam quidem ipſe amplexus, nobis omnibus ſuadet, antiquorum hominum exemplo, qui ante diluuium vixere; nec alijs cibis niſi herbis, & terræ fructibus. Sed iam tempus eſt, vt ad contrariorum argumenta ſoluenda deueniamus.

CAPVT VI.

Argumenta prioris ſententiæ aſſerentis ante diluuium homines carnes comediſſe proponuntur, & ſoluuntur.

19 PRimum argumẽtum colligitur ex verbis Soti loco vbi ſupra allegato, vbi arbitratur ſtatim poſt peccatum Adami, vitiatamque naturam hominis eſum carnis fuiſſe cibum naturaliter conuenientem homini, ob idque fuiſſe licitum, & vſitatum; & argumentatur hoc modo, ſi eſus carnium non erat in vſu apud homines, id accidiſſe neceſſe eſt, aut quia erat prohibitus, aut quia eſu carnium tunc temporis non erat vtilis homini, aut quia vis carnium nutriendi hominem non fuit eo tempore cognito, aut quia propter abundantiam, & præſtantiam alimenti, quod plantę ſuppeditabant homini, eſus carnium ſuperuacuus eſſet, minimequæ neceſſarius; ſed nihil horum valet ad fidem aſtruendam ei opinioni; ergo.

Ex Soto. Primum argumentum.

Probat intentum ſuum; nam, nulla (air) lege prohibitum legimus eſum carnium: non quidem naturali, vt patet; nec poſitiua, talis enim nuſquam reperitur in ſacris literis, nec probabilis cauſa eſſe potuit, cur eo tempore cibus ex carnibus non eſſet conueniens & vtilis homini, cum ex Philoſophorum medicorum doctrina, ac experientia conſtet meliorem eſſe ad alendum, & roborandum hominem cibum, ex carnibus; quam ex plantis: illud porro maxime fit credibile, toto eo tẽpore, quod præceſſit diluuium vim carnium ad alendum hominem accommodatiſſimam, nec ſpeculando fuiſſe homini cognitam, nec experiendo compertam. Quod autem id temporis plantæ ſufficiens homini præberent alimentum, nec opus eſſet carnibus, id non probat, eis non fuiſſe vſos homines, quam multis enim nunc veſcimur, non tamquam neceſſarijs; ſed quia melius, delicatius, & iucundius alimentum habeant; neque enim homines contenti ſunt neceſſarijs, vel ad vitam, vel ad veſtitum, ſed alia multa curioſe, cupideque conſectantur, ſi meliora eſſe putent. His accedit, omnia animalia eſſe facta propter vſum hominis, ſunt autem multa, quæ præter eſum neſcias, cui poſſint eſſe vſui hominibus, vt piſces, perdices, & complures Auium: hæc Sotus prout refert Pererius, loco ſupra citato.

20 Vt tandem vis huius argumenti faciliter, & diſtincte eneruetur ſumere oportet omnes eius particulas, & ad ſingulas ſingillatim reſpondere. Quarum prima erit illa, qua probat *Reſponſio.*

corporis viribus attributus eſt robuſtior carniũ cibus. Hæc ille.

Nouatianus, à Fernandio ſupra citato relatus, cuius epiſtolas inter opera Tertuiliani legimus epiſt. de iudic. cibis ait. *Cibus primis hominibus ſolus arborum fuit fœtus, & fructus nam à pomis vſum, poſtea ad fruges contulit culpa, conditionem conſcientia ipſo ſitu corporis approbante; nam & innocẽtia decerpturos alimenta ex arboribus adhuc ſibi bene cõſcios homines ad ſuperna ſubrexit, & commiſſum delictum ad conquirenda frumenta homines terra ſoloque deiecit: poſtea etiam vſus carnis acceſſit diuina gratia humanis neceſſitatibus competentia ciborum genera, prorſus opportunis tẽporibus porrigente; quia inferius ſubdit non tam paradiſus cuſtodiendus, ſed mundus totus fuerat excolẽdus, robuſtior cibus carnis offertur; vt ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur, gratia, & diſpenſatione diuina, ne aut minus robuſtior redderetur cibus, quo referti ad opera marceſcerent, aut amplius tenerior, quo pro modo virium oppreſſi ferre non poſſent*, Hæc ille. Quid igitur clarius Sanctorum, & præfatorum Doctorum doctrina, qua noſtram opinionẽ, & explicant, & defendunt; illi enim tres hominum ſtatus aſſignant, in quorum primo præſtita fuit illi facultas de omni ligno Paradiſi comedere, præter vetitum: In altero lapſus hominis conſideratur, quo tempore cũ de ſudore vultus comedere (talem culpa offerente pœnam) ad herbas & terræ fructus ſe extendit poteſtas. Demum in tertio carnes illis conceſſis rationibus, iam pluries aſſignatis.

Poſſem, & alios quaſi innumerabiles Doctores afferre, ſed ne tedio Lectores afficiam, illos relinquo, videndo vbi, & quomodo voluerint, cum vel idem omnino aſſerant, vel parum in aſſignandis rationibus diſtent, videte Lippom. in Gen. cap. 1. Petrum Damianum in ex. cap. 16. &c.

CAPVT V.

Ex Poetis, & Philoſophis fatentibus in principio mundi carnium eſum non fuiſſe in vſu, noſtra ſententia comprobatur.

16 PRo ſuper abundanti probatione, varia Philoſophorum, & Poetarum dicta in medium afferre iucũdum, & vtile fore exiſtimauimus, quandoquidem ex carnium abſtinentia quam nos amplectimur, & antiquitus ſeruatam fuiſſe fatemur: renouatam fuiſſe beatam illam primæ ætatis ſimplicitatem, ipſi canunt; in qua homines fructibus arborum & herbis, & aqua contenti viuebant.

Boetius. Vnde Boetius lib. 7. de con. metro. 5. ait.

Fœlix nimirum prior ætas
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu
Facile, quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande
Somnos dabat herba ſalubres
Potum, quoque lubricus amnis
Vmbras altiſſima pinus.
Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos
Sed ſæuior ignibus Ethnæ
Feruens amor ardet habendi.

Hæc ille.

Sunt & Ethnicorum ſapientes alij hanc carniũ abſtinentiam in primæua mundi ætate quam illi nominarunt ſeculum aureum ſub adoratæ, vel ſcriptoris Moyſis lectione: licet fama, & traditione antiqua, Chaldæorum præſertim atque ægyptiorum, quibus inſtituta iudæorum propter diutinam cum illis conuerſationem, non fuere ignota; continentiam igitur illius temporis ab eſu carnium expreſſit. Ouidius lib. 15. Metam. his verſib. paulò poſt initium. Ouidius.

Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi.
Congeſtoque auidum pingueſcere corpore corpus;
Alteriuſque animantem animantis viuere letho
At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc, & aues tuta mouere per aera pennas
Et lepus impauidus medijs errauit in agris
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo
Cuncta ſine inſidijs nullamque timentia fraudem
Plenaque pacis erant:

Pithagoras Calaber quoque qui fuit valde abſtinens, volens homines ab eſu carnium abſtrahere, & illos ſimiles ſimili faceret; hæc dicebat, quæ per Ouidium Metamor. 15. lib. regiſtrata habentur. Pithagoras

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora ſunt fruges ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo tumidæq; in vitibus vuæ
Sunt herbæ dulces; ſunt quæ miteſcere flamma
Molliriq; queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur nec mella thimi redolentia flore
Prodiga diuitias alimentaque mitia tellus
Suggerit, atque epulas ſine cæde, & ſanguine præbet
Carne feræ ſedant ieiunia, nec tamen omnes
Quippe equus, & pecudes, armentaque gramina paſcunt.

Inſuper Ouidius Metam. lib. 1. ſuam quoq; protulit ſententiam circa eſum hominum, quem fuiſſe ſine carnibus ſequentibus verbis oſtendit. Puidius.

Contentique cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant
Cornaque & in duris hærentia mora rubetis
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.

Hæc Poetarum ſcripta, & ſi non habeant omnimo-

…nimodam certitudinem tamen aliquid valent ad apparentiam, & modo probabili auxiliantur maximè inhærendo Scripturæ, & Sanctorum Patrum dictis ſupra relatis cum quibus coniuncta ipſa quoq; iuuant ad facti probabilitatem, non per ſe quia more poetico loquentes de ętatibus ſęculi non pauca referũt, Scripturæ Sacræ diſſona; vt quod in prima ætate homines, non coluerint terram, & tamen in Scriptura conſtat Cain primogenitũ Adæ fuiſſe virum agricolam, & quamplura alia quæ Abulen. refert.

Verum Iſidorus etymol. 16. qui benè nouit ſeculi ætates ſecundum ſcripturam dicit quod prima arbor de cuius fructu homines comederunt & cibari conſueuerunt fuit, Ilex quæ glandes gignit, & ratio eſſe poſſet, quia glandes, & caſtaneæ ſunt ſolidi nutrimenti multũ conuenientes cum pane; alij autem fructus ſunt teneriores. Vnde ait Ilex ab electione dicta eſt, hanc enim primum homines in cibos aſſumpſiſſe aſſerunt, & ſubiungit ad hoc auctoritatem Ouidij.

Mortales primo ructare gutture glandem.

Nihilominus dicẽdum videtur etiam Iſidorum loquutum fuiſſe iuxta poetam, cuius dictum allegat, nam, quod fructum Ilicis primum ſibi homines ad victum elegerint non eſt certum; nec Poetæ hoc ſcire poſſunt; & ideò id, quod dicit Iſidorus, quod homines antequã eſſet vſus frumenti manducabant de glandibus more poetico fecit: Poetæ enim aſſerunt quod Ceres inuenerit ſemina terræ tradiditque homini doctrinam colẽdi terram ad habendum ſegetes quod fuit per alumnũ ſuum Triptolemum vt refert Ouidius lib. 5. Metam. & ante tempus illud dicunt quod veſcebantur homines fructibus arborum ſpecialiter glandibus Ilicis ſed inuento à Cerere vſu ſeminum ceſſauit vſus glãdium ſic dicit Virgil. lib. 1. Georg.

Glandem comederũt ante diluuium primo.

Liber & alma Ceres veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

Ideſt commutauit glandes in fruges quę habent ariſtas; cum igitur loquatur Iſidorus iuxta Poetas nõ eſt ei alia fides vel auctoritas danda, quam Poetis, quos conſtat neſciuiſſe primam ætatem ſacræ Scripturæ, vt Abul. narrat. Maiorem certò fidem adhibendam fore exiſtimo Zacharię benedicto in vita Sancti Brunonis heroico carmine deſcripta, qui fuiſſe antiquitus ſeruatam carnium abſtinẽtiam his verſibus fatetur.

Zacch. bened.

Antiquos memore homines acheloia quãdo
Flumina nec merſos dederant ſub turbine montes
Quia prolixa viros ſine carnibus aura ſouebat
Diſcite ſyluicolas patres agreſtibus herbis
Vixiſſe incolumes, & cruda tethyos vnda:
Et traxiſſe magis longæua in ſecula vitam
Difficile Atherio Regi nihil eſſe videmus
Nuque, quod ipſe ſua nequeat virtute putrare.

Et ſi poetico ſtylo Zacharias præfatus, tamen catholico ore canit, & corde fatetur, miris fore laudibus extollẽdam carnium abſtinentiam, quam quidem ipſe amplexus, nobis omnibus ſuadet, antiquorum hominum exemplo, qui ante diluuium vixere; nec alijs cibis niſi herbis, & terræ fructibus. Sed iam tempus eſt, vt ad contrariorum argumenta ſoluenda deueniamus.

CAPVT VI.

Argumenta prioris ſententiæ aſſerentis ante diluuium homines carnes comediſſe proponuntur, & ſoluuntur.

19 PRimum argumẽtum colligitur ex verbis Soti loco vbi ſupra allegato, vbi arbitratur ſtatim poſt peccatum Adami, vitiatamque naturam hominis eſum carnis fuiſſe cibum naturaliter conuenientem homini, ob idque fuiſſe licitum, & vſitatum; & argumentatur hoc modo, ſi eſus carnium non erat in vſu apud homines, id accidiſſe neceſſe eſt, aut quia erat prohibitus, aut quia eſu carnium tunc temporis non erat vtilis homini, aut quia vis carnium nutriendi hominem non fuit eo tempore cognito, aut quia propter abundantiam, & præſtantiam alimenti, quod plantę ſuppeditabant homini, eſus carnium ſuperuacuus eſſet, minimeque neceſſarius; ſed nihil horum valet ad fidem aſtruendam ei opinioni; ergo.

Ex Soto. Primum argumentum.

Probat intentum ſuum; nam, nulla (ait) lege prohibitum legimus eſum carnium: non quidem naturali, vt patet; nec poſitiua, talis enim nuſquam reperitur in ſacris literis, nec probabilis cauſa eſſe potuit, cur eo tempore cibus ex carnibus non eſſet conueniens & vtilis homini, cum ex Philoſophorum medicorum doctrina, ac experientia conſtet meliorem eſſe ad alendum, & roborandum hominem cibum, ex carnibus; quam ex plantis: illud porro maxime fit credibile, toto eo tẽpore, quod præceſſit diluuium vim carnium ad alendum hominem accommodatiſſimam, nec ſpeculando fuiſſe homini cognitam, nec experiendo compertam. Quod autem id temporis plantæ ſufficiens homini præberent alimentum, nec opus eſſet carnibus, id non probat, eis non fuiſſe vſos homines, quam multis enim nunc veſcimur, non tamquam neceſſarijs; ſed quia melius, delicatius, & iucundius alimentum habeant: neque enim homines contenti ſunt neceſſarijs, vel ad vitam, vel ad veſtitum, ſed alia multa curioſe, cupideque conſectantur, ſi meliora eſſe putent. His accedit, omnia animalia eſſe facta propter vſum hominis, ſunt autem multa, quæ præter eſum neſcias, cui poſſint eſſe vſui hominibus, vt piſces, perdices, & complures Auium: hæc Sotus prout refert Pererius, loco ſupra citato.

20 Vt tandem vis huius argumenti faciliter, & diſtincte eneruetur ſumere oportet omnes eius particulas, & ad ſingulas ſingillatim reſpondere. Quarum prima erit illa, quæ probat

Reſponſio.

Digitized by Google

bat non eſſe prohibitum eſum carnium, cum nulla lege, nec poſitiua, nec naturalis talis prohibitio facta reperiatur. Cui obiectioni fit ſatis ex ijs, quæ diximus ſupra cap. 2. & 3. probando noſtram ſententiam, ibi enim diximus fuiſſe prohibitum, idq; ad ſufficientiam in ſacris literis oſtenditur; licet non expreſſe legatur, quemadmodum de ligno ſcientiæ boni, & mali, tamen implicite ſaltem ex conceſſis cibis deducitur cęterorum prohibitio. Altiſſimus vniuerſalis Dominus omnium rerum creatarum cum creauerit hominem, & viderit illum indigentem cibo ad vitæ ſubſtentationem, ſe habuit veluti pater familias, qui ſeruis, aut filijs ſuis, non de omnibus indifferenter comedendi facultatem præbuit; ſed de hoc pane, tali vino, illo caſeo, &c. nulla tamen mentione facta de alijs cibis, fortaſſe meliotibus, vel vilioribus, dicens, tantum, ex hoc, aut illo comedite. Poſt quæ videndo ſeruos aut filios vltra licentiam de alijs comediſſe; eos ſeuere reprehēdit; exclamans; non ne hoc conceſſi vobis? cur ad alia, non conceſſa manum extendiſtis? punitque; & verè digni erant punitione. Nam non expreſſe prohibuiſſet illa; ex conceſſis quæ limitauit Dominus vtrorumque: implicite cetera nō expreſſa in cōceſſione, prohibita poſitiue cenſebantur. Sic pariter limitando miſericors Deus, duo tantum in eſcam fructus ſcilicet arborum, & herbas vetuit ſaltem implicite omne aliud, quod poterat ſumi in eſcam: *Ecce* (dixit) *dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, & ſint vobis in eſcam Gen. 1. & ca. 3. ſubiunxit comedes herbas terræ in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Quibus verbis liquet fuiſſe tunc carnes prohibitas vſq; ad diluuium, ſeu vſque ad expreſſam conceſſionem factam Noè Gen. c. 9. *Omne quod mouetur, & viuit ſit vobis in cibum, &c.* hoc de lege poſitiua.

Lege poſitiua eſum carnium prohibitum fuiſſe.

Gen. 3.

Dixit etiam non lege naturali, vt patet tāquam ſi eſſet principium per ſe notum, quod meo videri obſcurum eſt. Nam fortaſſe etiam lege naturali prohibitæ tunc carnes apparuerunt, hac ratione quia lex naturalis eſt vis quædam, quam habet natura ad diſcernendum inter operationes ſibi conuenientes, & diſcōuenientes. Quam appellamus rationem naturalem, & eſt ipſa lex naturalis, quæ humanæ voluntati præcipit, vel prohibet, quid agendum, vel prohibendum eſt ex naturali iure, vt ferme omnes Theologi cum D. Thoma in 1. 2. q. 94. art. 1. & 2. fatentur, tunc ſupponendum, quod ratio naturalis velit conſiderare, & perpendere an liceat vti cibis non conceſſis, & ex vna parte ſciat obediendum eſſe diuinis vocibus, & ex alia tantum ſibi eſſe poſsibilia, quæ à Deo ſunt permiſſa, & voce expreſſa nilque permiſſum ſit ex carnibus, venit in iudicium, & dicit aliqua quidem cauſa motus Deus, hos cibos expreſsit, & non alios; cauſa autem illa mouens diuinam voluntatem non videtur, neque credēdum eſt fuiſſe in detrimentum, & nocumentum hominis inuenta; ſed ſolum in beneficium, & ſolamen ipſius, & Deus quærens id, quod melius hominibus, illiſque tunc congruentius erat, non carnes in cibū dedit, ſed herbas & fructus terræ. Ergo ſtantibus his dictabat naturalis ratio, hoc, quod melius eſt, amplectamur, tanquam nobis conueniens; illud autem fugiamus, non conceſſum forte, quia non vtile, vel nobis in tali ſtatu diſconueniens, & tanquam diſconueniens erat naturali lege prohibitum, ſicque non patet contrarium.

Lex naturalis quæ dicatur.

Eſus carnium prohibitus et à lege naturali.

Secunda particula argumenti eſt illa, qua probat eſum carnium eſſe vtilem homini, & meliorem ad alendum, & roborandum ipſum. Quod dictum tranſeat: nam multa ſunt nobis vtiliora, & accommodatiſſima, & tanquam talia ab omnibus cognita; minimè tamen optata; eaque nullo modo regulariter appetimus; ſed potius ſtante prohibitione aufugimus ſic pariter, quamuis carnes meliores, vtiliores, & ſuauiores appareant poſt conceſſionem factam Noè, idque experti ſint ex vſu illarum, tamen quia ante conceſsionem non erant in vſu, vtilitatem & ſuauitatem illarum non cognoſcebant, ideoq; non appetebant; ſed ſtante prohibitione, iam explicata, carnes tanquam diſconuenientes, & malas, ſaltem moraliter ſibi abijciebant, eaſq; non appetebant, ſicut præſentibus temporibus homines equorum carnes, leonum, murium, & tot reptilium, &c. non appetunt, non aliqua prohibitione, ſed quia non vtiles, vel non ſuaues, vel ſibi diſconuenientes eſſe cognoſcunt: vel ſi vtiles, ſuaues, & perfectæ præfatorum animalium carnes ſunt, reſpuuntur ab hominibus, quia eorum vtilitatem, & ſuauitatem experientia non didicerunt; ſic ante diluuium homines à quibus pari prætio omnia animalia habebātur; etiam ſi nulla lege eſſent eorum carnes prohibitæ, eas euitabant, illiſque carnibus, quibus nunc homines veſcuntur, non vtebantur: ſicut abſtinent nunc homines ab illis animalibus, quorum carnes non ſunt in vſu per aliquod ſcilicet dictamen rationis prohibens illarum eſum, quamuis lege poſitiua nō prohibeātur.

Carnium vtilitates, & ſuauitates experientia cognitas ignorabat ante diluuium.

22 Verum ſecurius dicam, quia carnes prohibitæ erant, quaſcunque vtilitates, & ſuauitates earum ſpreuerunt, & ad ſpernendas ſufficiens fuit prohibitio, ſi cognitæ aliquo modo erant: alias percontor, quare die veneris, vigiliarum, & quadrageſimali tempore carnes non comeduntur, ſi tam dulces, ſuaues, & vtiles eas eſſe putant; Reſpondebit forte aliquis, quia præceptum Eccleſiaſticum obſtat, ergo vtilitas, & ſuauitas, &c. nil tali die, & tempore proſunt: pari modo reſpondemus nos, quod ſtante prohibitione diuina ſupra aſſignata in prima ętate, homines carnibus non vtebantur; & quamuis ſuauitatem, & dulcedinem carnium cognitam à Soto, ſpeculatiuè agnouiſſent, quod voluntarie dicitur; nihil tamen de eis, alijſq; vtilitatibus curabāt; datis rationibus Per hæc quoq; reſponſum remanet tertiæ, & quartæ particulis.

Stante prohibitione quaſque vtilitates ſpernebāt.

Vlti-

Digitized by Google

Vltima demum argumenti particula ſumpta ex illis verbis, His accedit, &c. probare intendit neceſſarium eſſe quorumdam animalium eſum eo, quia nullum alium vſum præter eſum habere videntur: & etiam quia facta ſunt ad vſum hominum; ſuper quæ dominium habent iuxta illud. *Dominamini piſcibus maris volatilibus Cœli, & beſtijs terræ.* Cui obiectioni Reſpondetur dicendo; quod falſum eſt animalia illa quęcunque ſint nullum alium vſum habere præter eſum: nam primò, & principaliter ob quam plures alias cauſas animalia creata fuere, & prætermiſſis his; quas experientia docet, & præ oculis quotidie habemus, vt puta ęquitate, &c. dicimus eſſe creata ad medicinam, pro humani corporis ſalute conſeruanda, ac etiam ad patefaciendam ſummam conditoris magnificentiam, & ad vniuerſi pulchritudinem, ſic partim reſpondidit Diuus Hieronymus cap. 4. contra Iouinianum. Eſui carnium patracinantem, & interrogantem. *Cur porcus creatus ſi a carnibus eſt abſtinendum.* Ita reſpondet, *prout veneraremur conditorem noſtrum qui in vſus hominum cuncta creauit, & quomodo bos ad arandum, equus ad ſedēdum, canes ad ſeruandum, capra ad lac, oues ad lanicia candita ſunt: ita ſues, & ceruos, & capras, & lepores, &c. ſed illa non ſtatim ad comedendum creata eſſe, ſed in alios vſus hominum; ſi enim omne quod mouetur, & viuit ad veſcendum factum eſt, & preparatum gulæ, reſpondeant mihi, cur elefanti, cur leones, vrſi, leopardi, cur vipera, ſcorpij, culices, pulicesq; cur vultur, aquila coruus accipiter, &c. condita ſint? quis noſtrum leonem, quis viperam, quis ciconiam, quis reptantes in lictoribus vermiculos vnquam comederit? ſicut hæc igitur proprios vſus habent, ita & poſſumus dicere, & ceteras beſtias non ad eſum ſed ad medicinam creatas.* Denique poſt pauca concludit. *Igitur cum mihi dixeris cur porcus creatus eſt, ſtatim tibi reſpondebo puerorum more certantium: cur vipera, cur ſcorpij? nec Deum ſuperfluorum iudicabis artificem, quia plurima, & beſtia, & volucres ſunt, quas tuæ fauces recuſant.* Ecce quam falſum ſit aliqua animalia nullum alium vſum præter eſum habere, ex ſententia enim D. Hieronymi non fuerunt animalia ad eſum condita, ſed ad alios fines. De quibus plura infra dicemus.

Gen. 1. 28.

Porcus cæteraq; animalia non fuerunt ad eſum condita.

Hieron.

2. Argum. ex Caiet.

Secundum argumentum; ſumitur ex doctrina Caietani qui vult, eo quod Abel fuit paſtor ouium ipſum, alioſque carnem comediſſe: ſed pace tanti viri, ex cura gregis non bene infertur comeſtio carnis; fuit enim paſtor, & alebat oues Abel propter lanam, & pelles tanquam res admodum neceſſarias. Cum enim Deus expulit Adam, & Euam de Paradiſo, fecit eis tunicas pelliceas ſignificans eis talibus indigere pro ſe ſuiſque poſteris, quando foris eſſent, quemadmodum ex veſtibus pelliceis, vel ex lana cōfectis ſemper vſi ſunt, pro quibus habendis erant gregum paſtores, licet earum carnibus non veſcerētur, ad eundem modum de Lamec dicitur, quod fuit venator, & venationem optabat, non tantum recreationis cauſa, verum, vt ſuper cap. 1. diſt. 35. propter pelles, & non propter carnes: docuit gloſſa. Auctoritas Diui Pauli, *Quis paſcit gregē, et de lacte eius non manducat*; Intelligitur de ſtatu preſenti in quo omnia licita ſunt, licet ergo Abel paſtor fuerit, lac non comedit, ſi enim comediſſet non ex ſolis fructibus terræ vixiſſet, ſed vltra conceſſionem; & eſt paritas rationis, nam etiam Adamo non peccante, futuri erant gregum paſtores abſque vllo labore, & moleſtia, ſed ſumma delectatione, & nihilominus ouium lac non comederent; ergo ratio paſtoris non inducit obligationem ad comedendum lac.

Sed inſurgit Caietanus contra ſolutionem maioremque vim addere cupiens argumento; ita argumentatur, niſi agni fuiſſent hominibus ad eſum, nulla fuiſſet laus Abel eo quod primogenitos pingues elegiſſet ad diuinum ſacrificium; quid prodeſt (ait) pingues, vel macilentos ſacrificare ſi non propter eſum carnium, ſed propter ſolum pellium vſum gregem paſcebat. Hanc eandem rationem achilleam veluti maximi facit Cornel. à Lapide in Gen. cap. 9. v. 3.

Sacrificiū Abelis cur acceptum.

Reſpondetur ſacrificium Abelis fuiſſe quidem gratum, & acceptum Deo, non modo, quia pinguiores offerebat primogenitos, ſed etiam quia recta intentione, & optima deuotione offerebat, & hoc eſt, quod potius reſpicit Deus, quam munus oblatum, prout cap. 4. Gen. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius:* Ad Abel propter ſe ipſum, & ad munera eius propter Abel, qui obtulerat: ſatiſque, & apertè conſtat in ſacro textu Ex. cap. 25. vbi ſic legitur. *Loquere filijs Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert vltroneus accipietis eas. Hæc ſunt autē quę accipere debetis aurum, argentum, & æs, hyacintum, & purpuram coccumque bis tinctum biſſum piloſque caprarum.* Admitti recipique promiſit in antiquo illo tabernaculo (ò res mirabilis) inter tot tantaque prætioſa dona res parui momenti, & viliſſimos caprarum pilos nō deſpexit. Quæ obſecro comparatio eſt hæc aurum, argentum, piloſque caprarum: quis coequabit pilos caprarum auro? Sola voluntas, & intentio offerentis. Vnde optimè Rupertus; *Ergo vt primitiæ ſint, quę offeruntur, non oblationum quantitas, ſed offerentium bona efficit voluntas. Multum enim ab auro, & argento pili caprarum in pretio, & extimatione differunt, & tamen ſub eodem primitiarum vocabulo poſiti ſunt.* hæc ille. Et Greg. Nazian. Dei benignitatem extollēs oratione ad Iulianum 1. 9. in ordine 3. fol. 43. ait: *nihil earum rerum quæ Deo offeruntur, tam paruum eſt quamuis etiam minimi momenti ſit & ſi longe illius dignitate inferius, quod nō omnino accipiat, atq; comprobet. Accepit duo minuta viduæ, & publicani humilitatem, etiam caprarum pilos (viliſſimam rem) & ſubiungit atque illud pulcherrimum, & humaniſſimum cenſendum eſt, quod Deus munificentiam, non oblata res pretio & dignitate, ſed offerentis affectu & facultate metitur.* Hæc ille Nazian. Sic igitur fuit

Gen. 4.

Ex. ca. 25.

Ruper.

Nazian.

iuſtus

iuſtus Abel, cuius voluntati, deuotioni, ac piæ oblationi præcipuè reſpexerat Deus, & non tantum rei oblatæ, niſi propter ipſum Abel, recta intentione offerentem.

Inſuper quoque laudandus erat, eo quod pinguiores, melioreſque offerebat, quamuis eis non vteretur ad veſcendum, & ratio eſt, quia non tantum quis delectatur ex vtilitate animalium, ſed etiam ex poſſeſſione illorum, licet vllam recipiat vtilitatem ex illis. Veluti ſi Princeps aliquis plures equos haberet, quorum aliqui pinguiores alijs eſſent, nonne magis laudaretur ſi ſuo Regi non macilentum, ſed pinguiorem offerret? Maximè quidem. Nunc percontor, vtebatur equis ad comedendum? Non: cur ergo laudandus? quia nedum equum obtulit, ſed illum equum, ex quo redundabat ei maiorem delectationem, naturali enim inclinatione delectatur homo in ſola poſſeſſione rerum, & quo magis meliora poſſedit, eo magis delectatur. E contra verò ſi offerat macilentum vituperandus potius eſt, nec laude dignus, nec Rex hilari vultu munus accipit. Vnde Moyſes quia Deus volebat, vt offerrentur ſibi meliores, & pinguiores; ſuaſit leuitis, quod de parte decimarum ſuarum afferrent ſummo Sacerdoti, id quod melius erat. Et num. 18. habentur

Num. 18. 29. hæc verba. *Omnia quæ offeretis ex decimis & in donaria Domini ſeparatis, optima, & electa erunt. Diceſque ad eos ſi præclara, & meliora quæque obtuleritis ex decimis reputabitur vobis, quaſi de area & torculari dederitis primitias.* Et volens altiſſimus Deus oſtendere, quod ſi contrarium fecerit reputaretur oblatio eorũ polluta & iratus ipſe eos occideret, ſubiunxit; *Et non peccabitis ſuper hoc egregia vobis & pinguia reſeruantes: ne polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.* Indignabatur enim Deus valde quando animalia offerebantur, & macilenta, & contemptibilia, vt cæſa, & clauda, quia videbatur in hoc contemni, cum talia non auderet, quis offerre principi terreno: ſic patet Ma-

Malach. 1. 6. 7. 8. lach. 1. *Ad vos ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis in quo deſpeximus nomen tuum, offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis in quo polluimus te? In eo quod dicitis menſa domini deſpecta eſt, ſi offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum, & languidum; nonne malum eſt? offer illud duci tuo ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam.* Quis igitur non ſummis extollet laudibus ſacrificium Abelis quamuis non carnibus vteretur ad eſum? Certe non ſolum offerendo id, quod melius erat in gregibus ſuis; ſumma erat laude dignus; & gratam inde reddebat Deo oblationem ſuam: ſed etiam quia obtulit deſiderium poſſidendi id, quod melius erat. Quemadmodum Apoſtoli laudantur non ſolum, quia reliquerunt, quod habebant, & ſi modicum, ſed amplius deſiderium habendi maiora, vt patet, & illis verbis. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Denique Abel maiorem vtilitatem habiturus erat de pinguioribus, quam de macilentis; nã ex illis pellem, & lanam recepturus erat, & ſic non tantum laudandus: quia obtulit ex his, in quorum poſſeſſione magis gaudebat; ſed etiam, quia obtulit, quod ſibi vtilius erat.

Notanda ſunt etiam verba Lorini in comment. *Lorin.* Leuitici loco ſupra citato quibus perrarum certe ſi non prohibitum ante diluuium eſum carnium dixit, loquens de holocauſti ratione, & hoſtia conſumptione per ignem. *Credi poteſt iam inde ab Abel apud pios vſurpatam, quoniam carnium eſus ante diluuium, ſi non prohibitus, certe perrarus erat. & ſacrificia tamen de mactis animalibus fiebant, quæ proinde dicto modo prorſus videntur concremata imò exiſtimatur ſignum, quo Deus declarauit placuiſſe ſibi Abelis ſacrificia, ignem fuiſſe de Cælo miſſum, qui ea deuorauit, &c.* Et ita ſentientes citat, ex quo ſequitur Abelem, qui pius erat non comediſſe carnem, & fuiſſe paſtorem, vt haberet præter alia ad mactandum in ſacrificijs, & carnes Deo oblatæ non comedebantur ab ipſo, ſed concremabantur ab igne de Cęlo miſſo, in ſignum beneuolentiæ.

25 Illud demũ quod aſſerit Caietanus Deum promulgaſſe eſum carnium poſt diluuium non quantum ad indulgentiam, & vſum, quaſi prius non fuiſſet in vſu, ſed quantum ad neceſſitatem, quam Deus illis ſuis verbis explicare voluit; quoniam eſus carnium poſt diluuium eſſe cæpit homini neceſſarius quodq; oſtendere conatur dicens, ante peccatum explicauit Deus cibum humanum in fructibus, & herbis, vt ipſe ait in vegetabilibus, poſt peccatum autem in animalibus. Vnde dicitur animalia data eſſe poſt diluuium; ſicut antea data fuerant ei olera virentia: ſed medio tempore ſcilicet poſt peccatum, & ante diluuium homines vti fuerunt naturali iure veſcendi carnibus animalium. Quibus verbis duo docet rationem, & fundamentum probabilitatis habentia ſolum in authoritate tanti viri, cui conſonum rationi iudicarem, fidem adhiberi, verumtamen diſputationis gratia contrarium colligimus, ex Scriptura: fuiſſe nimirum nouam indulgentiam, & non neceſſitatis explicationem, quia abſolute dixit Deus;

Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, ergo antea non erat: ly enim erit: denotat id, quod nunquam fuit; veluti ſi Summus Pontifex alloquens aliquẽ ex Eminẽtiſſimis dominis Cardinalibus iam ex ſtẽribus: & diceret: eris Cardinalis; eſſet ne bona loquutio? Minimè cum iam Cardinalis ſit; & loquitur tanquam ſi Cardinalis non eſſet. Sed ſi alloqueretur aliquem non Cardinalem dicendo, eris; ſignificat eum velle creare Cardinalem, vel virtute, & meritis illius motus prænuntiat forè habiturum, quod nunquam habuit; ipſumque futurum eſſe, quod nec eſt, nec vnquam fuit; ſic data paritate; ly erit in cibum; denotat, quod non erat tunc, nec vnquam fuit vſque ad illud conceſſionis inſtans, & ſuadit hoc amplius illud, *tradidi vobis*, ad quid hæc traditio, & conceſsio, niſi quia prius id eis conceſſum non erat, vt ſupra oſtendimus.

Ly erit in cibum denotat nunquam fuiſſe.

Quod

Digitized by Google

Quod autem ſubiungit fuiſſe ſcilicet neceſſitatis explicationem minimè valet: nam percontor, quæ neceſſitas fuit? Non vt ſimpliciter viuerent, neque, vt ſecundum quid; ergo nullo modo; non vt ſimpliciter: nam ſi hoc eſſet nunc præcipuè eſſent carnes neceſſariæ ad vitam ſubſtentandam, ſed non ſunt; quia alias nos Minimorum Ordinis, & Carthuſiani mortui eſſemus, qui tanto tempore ab illis abſtinuimus: imò tot Sancti Patres, qui abſtinentiſſimi fuere, vt infra largius dicemus, breuiori tempore vixiſſent, reſpectu comedentium carnes, quod contrarium potius experimur: non vt ſecundum quid; niſi dicas voluiſſe Deum peculiari conceſſione intendere ad neceſſitatem ſecundum quid, quia inſtrueret ad ſuauiter, & delitioſè viuendum (ad hoc deſeruiunt carnes vt ſupra diximus ex D.Thoma) quod non videtur veriſimile. Fuit prorſus neceſſitatis explicatio, ſi eo ſenſu neceſſitatem accipitis, quia talis conceſſio neceſſaria erat, non quia carnem comedebant, ſed quia carnem erant comeſturi, & ne peccatum cōmitterent idolatrando, vel ab inconceſſis non ſe temperādo iuxta ſuperiùs dicta, eis liberam facultatem præbuit, quod concedimus.

Quæ neceſſitas fuit cō cedēdi carnes ad eſū.

26 Secundum, quod docet dari medium tempus, quod fuit ante peccatum, & poſt diluuium, & in eo carnes comedebantur. Non eſt nimis conformè doctrinæ patrum, vt ſupra probauimus: diuerſi enim ſtatus hominis aſſignantur, & in vno quoq; miſericors Deus ei prouidit de cibo conuenienti, de quo in illis diuerſis temporibus, ita Abulenſis diſcurrit. Mox enim creato homine, & animantibus ſcribitur, quid eis dederit in cibum illis verbis cap. 1. Gen. *Ecce dedi vobis omnem herbam,* &c. Quando poſitus eſt in Paradiſo, vbi erat nouus ſtatus ponitur nouus cibus, & dicitur cap. 2. *ex omni ligno Paradiſi comede.* Quando verò excluſus eſt de Paradiſo quia tranſibat ad alium ſtatum de alio cibo loquutus eſt Deus, dicens; *Comedes herbas terræ,* cap. 3. & facto diluuio, quoniam incipiebat alius ſtatus Deus rationibus ſupra adductis motus, hominibus egreſsis de arca dixit; *Omniaque mouentur, & viuunt tradidi vobis in cibum.* Reſtat igitur; quod non fuit conceſſa caro poſt expulſionē à Paradiſo, ſed licuit eis tantum herbas terræ comedere, & panem in ſudore vultus propter peccatum commiſſum.

Diuerſi ſtatus diuerſi cibi. Gen. 1. 29.

CAPVT VII.

Poſterioris ſententiæ argumenta ſoluuntur.

SEcunda ſententia, quam ex Pererio propoſuimus in duo conſiſtit, alterum fuiſſe licitum hominibus ante diluuium comedere carnes; & ſecundum, quod apud quoſdam pios viros non fuit in vſu. Quæ duo pronunciata potius auctoritate, quam ratione probat, ſed meo videri allatæ auctoritates opinioni ſuæ diſſonant potius, vt verba illa Sanctorum, quos adducit apertè oſtendunt probat enim intentum, verbis D. Thomæ ſupra allatis cap. 3. & D. Chryſoſt. & Theodoreti ſed immerito adducūtur ait Suarez ad talem opinionem roborandam. Nam licet iſti Patres non dicant fuiſſe illo tempore illicitum ſeù prohibitum carnium eſum. Neque etiam dicunt fuiſſe licitum; ſed ſolum de facto aliquid dicunt. Sed illud aliquid quod dicunt de facto fauet potius noſtræ opinioni, quam contrariæ: hac ratione, ipſe dicit in ſua prima propoſitione, fuiſſe licitum veſci carnibus ante diluuium, quia D.Chryſ. dixit poſt diluuiū homines feciſſe initiū comedēdi illas: Theodoretus quod poſt diluuium fuit homini conceſſus eſus carnium: D. Thomas quod poſt diluuium cæpit, & fuit introductus: ergo ex dictis colligitur illicitum potius fuiſſe, quam licitum. Nam percontor, quare ante diluuium in facto non cæperat? dices fortaſſe; quia non erat introductus; ſi enim introductus fuiſſet, habuiſſet initium ante, quod non conſonat iſtorum Patrum doctrinæ. Item quare eſus carnium non fuit ante diluuium cæptus & introductus? Reſpondebis cum Theodoreto, quia non erat conceſſus, cum collata fuerit hominibus conceſsio poſt diluuium. Et Beda dixit, *Hic primo caro manducari imperatur*. Ideſt conceditur. (Explicat Suarez. nam Deus nunquam dedit poſitiuum præceptum comedendi carnes) quomodo ergo licitus dici potuerat ante conceſſionem? Ridiculum videtur. Ideò nos dicimus, quod ſi non cæperat ante aquarum diluuiem carnium eſus, neque erat introductus neque conceſſus, conſequenter erat aliqua cauſa illicitus.

Rectius colligitur ex verbis Patrum noſtra concluſio.

Sed contra hanc doctrinam obijciendo reſpondent aliqui Doctores, quod conceſsio ſpecialis Dei non erat neceſſaria, vt eſus carnium eſſet licitus, quia ex natura rei eſt licitus ſemper niſi à Deo interdictus oſtendatur; ſed nō inuenitur prohibitus; ergo conſequentia clara eſt, minor patet, & maior probatur, quia ſecluſa Dei prohibitione ſpeciali, & poſitiua; nullum apparet principium, ex quo vſus carnium fuerit aliquando malus etiam ſi non fuerit ſpecialiter à Deo conceſſus. Et patet; nam ex duobus principijs poſſet eſſe conceſſio: primum, quia contra iuſtitiam eſſet occidere animalia ratione dominij Dei, ſine cuius voluntate, animalia occidere eſſet alienam rem capere, vel deſtruere. Secundum, quia eſſet contra temperantiam, vel contra ſalutem, ſicut eſſet comedere carnes crudas. Neutrum autem iſtorum obſtat: ergo, non primum, quia homo ex vi rationis naturalis habet dominium, ſeù ex natura rei, & ſine ſpeciali donatione Dei habet dominium omnium animalium brutorum; niſi aliqua lege Dei prohibeatur; ergo non eſt contra iuſtitiā Deo debitam animalia bruta occidere: Antecedens probatur à priori à D. Thoma quia bruta animalia ſunt ex natura ſua ordinata ad vſum, & ideò illi etiam ſunt naturaliter

Specialem conceſſionē non requiri probat obiectio.

Digitized by Google

ſubiecta, &c. Et confirmatur, quia licitum eſt homini etiam recreationis cauſa occidere animalia; venationem enim eſſe licitam; dixit Ariſt. 1. polit. cap. 5. & cap. ergo licitum erat occidere, & conſequenter comedere.

Ariſt.

28 Nec obſtat ſecundũ, ſcilicet propter temperantiam, non erat illa ſpecialis cõceſſio neceſſaria, quia carnes animalium de ſe ſunt cõueniens cibus hominis, imo maximè naturalis, & aptus ad ſanitatem, & vires hominis conſeruandas, & reparandas; vnde dari ſolet ægrotis etiam, quando illis antea non veſcebantur: & confirmatur, quia aliter etiam nũc eſus carnium eſſet malus; quod enim ex natura rei eſt contra temperantiam, & ideo eſt malum ſemper eſt malum, quod falſum eſt; ergo ſecluſa ſpeciali cõceſſione Dei eius carnium à principio fuit licitus, ergo quod Deus res alias expreſsè in cibum conceſſerit, non obſtat quo minus etiam licitus ſit vſus rerum non expreſsè conceſſarum, quando alias ſine tali conceſſione animaliũ eius erat licitus. Et hæc vltima conſequentia probatur, quia conceſſio fructuum terræ in cibum facta; non ideò facta eſt, quia eſſet neceſſaria, vt liceret talis vſus, cum etiam herbæ, & arbores, &c. Sub dominio hominis ſint, ſua ptè natura; ergo non fuit neceſſaria conceſſio: ſed declaratio propter inſtructionem, vel ſimilẽ aliam cauſam; ergo inde colligi non poteſt alia ibi non expreſſa fuiſſe prohibita.

Et confirmatur quia licet Deus nihil de facultate comedendi ex fructibus, hominibus declararet, ipſi enim ſolo diſcurſu rationis ducti poſſent licitè de illis comedere; & pari ratione poſſet carnibus veſci: ergo quamuis Deus fructus terræ, & arborum ſpecialiter propoſuerit, quia illi tunc hominibus ſufficiebant. Nihil de carnibus ſpecialiter prohibuit: neq; ex eo, quod homo non indiguiſſet carnibus, ſequitur non fuiſſe vſurus illis, aut non potuiſſe ſine peccato illis veſci, multis enim rebus vtimur etiam ſine peccato quibus non indigemus.

Reſponſio ad obiectionem.

29 Pro ſolutione huius argumenti iam diximus fuiſſe prohibitũ carnium eſum, ex verbis Gen. 1. 2. 3. ſupra citatis quibus Deus hominibus conceſſit herbas terræ, & fructus arborum in cibum: nam tacẽdo de carnibus, illas excludere videtur. Accedit quod Gen. 9. ſpecialiter conceſſit hominibus carnes in cibũ dicẽs, *Omnè quod mouetur et viuit erit vobis in cibum*; Vbi in ſpeciali conceſſione ſignificat antea id non fuiſſe hominibus cõceſſum. Et magis explicatur cum additur, *Quaſi olera virentia dedi vobis omnia*. Ac ſi diceret Deus hactenus ſola olera virentia vobis conceſſeram, nunc animalia etiam in cibum præbeo. Si ergo vſque ad illud tempus non eſt data facultas hominibus edẽdi carnes; dicere debemus tempore præcedenti non fuiſſe licitum carnium eſum.

Dominiũ in animalia quare non obſtat vt eorum carnibus non veſcerentur homines.

Et ad probationem maioris, quia non requiri poſſet expreſſam conceſſionem ad hoc, vt eius dicatur licitus; Reſpondetur, & primo ad primũ principium ſe tenens ex parte dominij dicimus non currere argumentum ex occiſione animalium haberi illorum eſum, cum ad alios fines occidantur ſæpiùs: & licet iuxta doctrinam Suarij, homo non ſolum habeat ex natura ſua, & ex vi creationis capacitatem dominij; ſed poteſtatem phiſicam, & moralem (vt lib. 3. cap. 16. ſupra allegato loco ipſe explicat.) Inferiorum animalium cũ habeat naturalem induſtriam, & efficaciam ſubijciendi animalia, & ius etiam vtendi illis naturaliter conſequatur, & poſſit libere animalia occidere, & illis in quemcumque honeſtũ vſum vti nullo modo admittimus, poſſe ea in eſum interficere, ſeù aſſumere in cibum, quem iam non obſtante tali dominio limitauit Deus, & fas non erat alia in cibum quærere: quod ex duplici capite probari poteſt, primò quia, vt loco citato docet Suarez; maius nobilius, & perfectius dominium habuit Adam & habituri eſſent homines in ſtatu innocentiæ, quam poſt peccatum habuit, & habuerunt, & habituri ſunt ijdem; quia omnia animalia tunc per ſe ipſa obediuiſſent, ſicut quædam domeſtica nunc obediunt, ſed in ſtatu innocentiæ non eſſent vſuri carnibus in eſum, etiam ſi recreationis cauſa venationẽ petentes aliquod animal occiderent, & vellent dominium, & poteſtatem illis naturaliter inditam exercere: ergo neque poſt peccatum.

Dominiũ ſolum habituale in lapſo quoad aliqua animantia.

Secundo quia dominium ſiue ſit à natura inditũ ex vi creationis, ſiue ex peculiari dono Dei datum ad omnes vſus animalium præterquã ad facultatem ea comedendi ſe extenderé, debet, & poſſet homo ex tali dominio animalia occidere, ipſaque ad quoſcunq; voluerit vſus transferre, veluti dominus; quod ſi non haberet dominium facere non poteſt: comedere autem de illorum carnibus non valet, quia ideo Scriptura poſtquam dixit, *Dominamini*, &c. ſubiunxit, *Ecce dedi vobis omnem herbam* &c, Vt non putaret homo, eo quia data ei erat poteſtas, & dominium ſuper animalia; poſſe illis vti ad veſcendum, ad quod dubium tollendum preſcripſit cibum conſiſtentem in fructibus, & herbis. Vel dicẽdum quod quæſtio currit de homine lapſo, & eodem modo, quo homines poſt peccatum habuerunt dominium in tempore primæ ætatis; habent, & nunc in preſenti tempore; & ſicut modo nec ad eſum, nec ad omnẽ vſum animalibus nonnullis vti poſſunt, propter illorum ferocitatẽ, & difficultatem habendi, ac propter alias quaſdam cauſas notas, & nihilominus non eſt contra dominium, quod habent; ita & tunc non vti carnibus eorum, non fuit contra dominium, quod quidem ſanũ remanſit in homine lapſo quoad habitum, non vero quoad exercitium, ſaltem quoad omnia, quia quædam animalia ſunt, quæ neque manſueſcunt; neque vnquàm hominibus ſubijciuntur, & hoc eſt habere dominium quoad habitum, quia Dominus eſt; non tamen quoad actum ideſt in exercitio, quia non dominatur ſubijciens omnia animalia ſibi, &c.

30 Rurſus ſecundum principium corruit quia eſſet contra temperantiam tunc comedere carnes, & ideo earum eſus illicitus; nam in illo

illo ſtatu eſſent ſupeuacaneæ carnes, & non neceſſariæ cùm Deus ſignauerit iam herbas, & fructus in cibum, terræque naſcentia, & tanquam ſufficientia ad vitam illis conceſſerit,& per quæ ſatis poſſent corporis vires cõſeruare, & quod in dies deperditur de ſubſtãtia corporis, per continuã nutritionem reparare: ad nullum ergo effectum vel naturæ commodum vel rationi conſentaneum erat eſus carnium neceſſarius vſquequo per diluuium miris aquis aperta terra deterior facta remanſit, & inde quia futurum erat inefficax alimentum aliqua indigentia apparuit. Vltra igitur neceſſitatem appetens carnium eſum, delicijs ſtudet, non temperantiæ,nec rationi naturali, & per conſequens propter ſolas delitias, aut voluptatem eſum carnium appetere non eſſet rationi conſonum & conſequenter illicitus eſus. Ad confirmationem reſpondetur quod licet eſus carninm per ſe &, ex natura rei non ſit malus reſpectu hominis in ſua pura natura conſiderati: fuiſſet quidem inordinatus ante diluuium, quia tũc habebat homo alimenta ſufficientia proportionata, & conuenientia corpori temperato, vnde ſuperuacaneum eſſet,& inordinatum carnes in cibum quærere,quia nulla ratio,niſi gulæ vel voluptatis ad id mouere poterat, & comedentes carnes,ſi qui fuiſſent (an fuerint ignoramus, nec mihi credibile videtur,) Deus tamquam guloſos puniret; dixi incredibile, quia cum non eſſent experti talium ciborum delectationem, non poterant multum ad illius deſiderium, ſola intellectus cogitatione, excitari; & ad peccandum moueri. Quod peccarent: opinio aliquorum ex illis,qui carnium eſus fuiſſe in vſu ante diluuium, affirmat; præcipue Torniel. à Suario citatus, qui cum conceſſerit; homines carnes ante diluuium comediſſe (ſubiunxit) non tamen probas, ſed improbas, nec licite; ſed grauiter peccando, & etiam in iuſtis caſum extremæ neceſſitatis excipit, & veriſimile videtur; ex parte enim id concedere videtur Ruper.lib.4. in Gen.cap.30. dicens: *Et ſi ante hac abſque vlla Dei præcipientis authoritate hac homo in cibum præſumpſit,* (vtique carnes) *iam ex hoc nunc ante legem, & deinde per legem poteſtate accepa iure ſibi vendicat eadem in eſum;* Sed nec peccatum nec præſumptio diceretur ſi aliquo modo carnium eſus malus non fuiſſet; ergo dato, & non conceſſo,quod, & intellectu cognouerint, & guſtu experti ſint carnium delectationem,ex culpa, quam malus erat illarum eſus patet; per hæc ſit ſatis argumẽto, & quam neceſſaria fuerit expreſſa conceſſio carnium,apparet.

Carnes comedere fuiſſet præſumptio,& peccatum. Tornil.

31 Peretius autẽ non eadem via qua Torniel. incedit, ille enim nõ vocat improbos, & peccatores comedentes ſicut iſte; ſed conueniũt ambo in eo quod dicunt fuiſſe nimirum in vſu apud iuſtos, & pios viros,quod facit ille, vt doctrinæ D. Thom. & Chryſoſt. ſatisfaciat. Sed neſcio quomodo poſſint verificari prædictorum patrum verba cum ſua propoſitione. Si apud quoſdam pios viros non erat in vſu: ergo apud ceteros cõmuniter erat in vſu,ſi erat in vſu eſus,quomodo cœptus,quomodo introductus, quomodo initium habuit poſt diluuium? durum videtur, tot loquutiones vniuerſales ad quoſdam particulares viros limitare:& voluntariæ quidẽ dictum eſt. Præterea ad maiorem explicationem addit conceſſu carnium Deum ſoluiſſe bonos, & pios viros quaſi religione quadam, ne vt ante diluuium herbis, & fructibus arborum, vt ſufficienti alimento contenti ab eſu carnium quaſi ſuper vacuo refugerent. Sed incredibile mihi videtur, quod Deus voluerit vniuerſalem illam indulgentiam de edendis carnibus promulgare ad hoc tantum, vt boni viri, & pij religioſi (qui iuxta ſuam opinionem non præcepto, & prohibitione, ſed ſpontanea voluntate ſe à cibis illis temperabant.) Laute comederent, & non ſe à carnibus abſtinerent: Dum diſplicet hæc abſtinentia? Minime reſpondent omnes, & contrarium eſſet peſſimus errori cum ſit virtus de qua proculdubio canere poſſumus præconia illa, quæ ieiunio tribuit Petrus Gryſol. Serm. 8. *Vt ſcilicet ſit vitiorum mors, vita virtutum, pax corporis membrorum Decus. Ornamentum vitæ robur mentium, vigor animarum caſtitatis murus pudicitiæ propugnaculum, ciuitas ſanctitatis, ſcola veritatis, magiſterij magiſterium, diſciplinarum diſciplina, Eccleſiaſticæ viæ viaticum ſalutare, inuictus Chriſtianæ militiæ principatus, &c.* Non igitur Deo diſplicet ſi tot bona cauſat, totq; mala expellit; quare ergo pro abſtinentibus hanc dedit indulgentiam? Num peculiari aliquo præcepto abſtinentiam ſeruare tenebantur? Non quia in Scriptura non conſtat nec explicite, nec virtualiter, ſed ſolum ſi pij illi viri, quos abſtinentes cognouit abſtinebant,voluntarie abſtinebant; poterant ergo,& voluntariè abſtinentiam illam deſerere, & quod alijs licitum erat pro ſe ipſis accipere,abſque eo quod Deus peculiari lege illos ſolueret ab incæpto modo viuendi.

Abſtinẽtia vtilitates.

32 Verum dicit fuiſſe ad euitandum id, quod dicere poterant nimirum ſuperuacaneum eſſe cibum ex carnibus, cum ſufficiens ſit ex herbis, fruſtra? Nam etiam nunc fatemur ſuperuacaneum eſſe, hoc videlicet modo, ſi loquamur de cibo, qui ſatis eſt ad vitæ ſubſtentationem: ſi autem, (vt ipſe diſcurrit) intelligit non eſſe ſuperacaneum, quia eſt vtilior, ſuauior, & delectabilior, tranſeant. Nec mirum, nam interrogatus Iſeus Syrus quales cibos cognoſceret ſuauiores; reſpondit. *Iſta curare deſij*, Fuit digna reſponſio eccellentiſsimi illius viri,qui à ſuauioribus cibis abſtinuit, abſtinentiamue, & temperantiam peculiari ſtudio commendauit: de ſuauitate igitur loquendo credo expertioribus; vel dicam, vt Democritus dicere conſueuerat, quod, *Quemadmodum medicina non illa dicitur bona, quæ ſuauior, vel maior eſt; ſed quæ morbum curat, ita, & cibus non qui ſuauior pretioſior, & quantitate maior,melior eſt;ſed qui ſufficit ad vitam ſubſtentandam,& ſalutem conſeruandam.* Denique cum dicit: nec illud non palam eſt eos qui bonis carni-

Iſeus Syrus.

Democritus.

Digitized by Google

bus veſcuntur, valentiores, pinguiores, ſpecioſiores ad omnia vitæ munia habiliores eſſe quam qui plantis ſolis veſcuntur: ſed miror equidem talia, quæ pios illos, & religioſos viros, de quibus ſermonem facit, non deceat protuliſſe: non enim effici debebant pij illi religioſi, nec effici nunc debent, valentiores, qui ad bellum contra Turcas, ſeu ad aliquod ſingulare certamen, porro onerati procedere non tenebantur, nec tenentur; ſed tantum veluti Dauid contra Galiad aut exercitum eius pugnare, contra Diabolum humani generis hoſtē, & Angelos eius iuxta illud Apoſtoli. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & poteſtates tenebrarum harum*; Quippe qui abſtinentia, & ieiunio, & oratione potius quam carnibus veſcēdo eijciuntur. Nec ſunt pij religioſi aliquo duro operi dediti, quemadmodum foſſores, remoſque trahentes, quibus neceſſariæ poſſent eſſe carnes ad vires comparandas: Nec ſpecioſi effici curant, qui relicto ſeculo cælibem vitam ſectantur, aut profeſsi ſunt. Nec pinguiores qui non ſunt tanquam vituli in macello mactandi: rurſus ad vitæ munia habiliores eſſe ſubiungit quod ſi de vita corporali intelligeret verum eſſe poſſet: ſi vero de vita ſpirituali falſiſsimum, cum potius inhabiliores ad illam reddantur: quia igitur de viris ſpiritualibus loquitur impoſsibile videtur, quod pro illis tantum fuerit facta illa edendarum carnium ampla facultas.

Eſus carnium vitæ corporali fauet non ſpirituali.

CAPVT VIII.

Soluuntur alia argumenta.

PRimum argumentum erit, quia ex conceſſione poſitiua facta hominibus in principio creationis: *Ecce dedi vobis omnem herbam*, &c. vel, *ex omni ligno Paradiſi comede*, vel poſt peccatum, *herbas terræ comedes*, &c. Non recte infertur excluſiua, ſcilicet tantum ex herbis, vel fructibus arborum comede; tum quia illatio non eſt formalis, vt per ſe conſtat, nec ratione materiæ dici poteſt virtualis, quia potuit Deus ob aliquam rationem ſpecialem, illos cibos exprimere, etiam ſi alios non prohiberet; nempe, vt indicaret eas res, quæ, & facillime obtineri poſſent, & ad ſubſtentandam naturam eſſent ſufficientiſsimæ, etiam ſi aliæ non deeſſent neq; eſſent prohibitæ, tum maxime, quia ſicut Deus tunc cum de manducandis herbis, & terræ fructibus, protulit ſententiam: noluit illis verbis ſignificare, leones, lupos, accipitres, & ſimilia alia pauca animalia, quæ carnibus veſcuntur, non vſura carnibus, quaſi facturus eſſet miraculum, vt ſupra id, quod habet ipſorum natura; plantis ſubſtentarentur, ſeque continerentur ab inuadendis occidendiſq; alijs; ita neque hominibus intendit prohibere eſum carnium.

Reſpondet. Et ſi ſufficienter reſponſum ſit in ſuperioribus nouiter fatemur in verbis Dei allegatis, non contineri expreſſam prohibitionem eſus carnium, nihilominus ratione materiæ, ſuppoſita illius ſtatus terræ perfectione in producendis fructibus, inde colligi prohibitionem; vel virtualiter ex lege poſitiua Dei prouenientem, vel ex ipſa rectitudine rationis, vt ſupra diximus. Neque inde inferri illam prohibitionem etiam nunc manere, eo quod lex naturalis nunc duret, quia immutabilis eſt. Nam eſt hoc verum, ſuppoſita identitate materiæ, non vero facta in rebus ipſis varietate: Nam ipſa naturalis ratio aliud dictat agendum in vna occaſione; & aliud in alia: vt tempore neceſsitatis, vel abundantiæ ægritudinis, vel ſanitatis, vt perſe notum eſt; ideòque ſi ratio naturalis dictabat ante diluuium, non vti carnibus, facta poſt diluuium aliqua varietate dictatura erat illa eadem ratio, fore carnibus vtendum aliqua ducta ratione, fortaſſe vera, quamuis conceſſæ non erant, quod præuidens Deus, ne inconceſſis vterentur in cibum, comedendi expreſſam facultatem dedit.

Lex naturalis mutatur mutata materia.

Ad ſecūdam vero probationem in eadem obiectione additam faciliter reſpondemus dicendo; leonem, lupum, ceteraque carniuora animalia, ſic in preſenti dicta, nunquam ante diluuium carnem comediſſe, & conformius videtur ſcripturæ; nam ſicut homines; ita, & animalia quæcunque illa ſint in prima ætate talis vegetabilibus veſcebantur, vt docuit D. Baſil. ſupra citatus dicens. *Attamen feræ iſtæ tanti ſuper, dum iugum legis naturæ ſunt vitam tolerabant eſitatione fructuum*. Aliiſq; verbis inibi relatis id clare oſtendit: omnibus enim tam hominibus, quam animalibus cunctiſque animalibus terræ in quibus eſt anima viuens dictum fuit, vt herbas comederent, & pariter ſimul omnia habuerunt diuinum præceptum non quod leo, vel lupus capax ſit præcepti; ſed illis dicitur date Deus præceptum, quia licet non intelligant quid Deus iubeat, faciunt tamen, quod Deus vult, vel iubet: ſic patet Matth. 8. Marc. 4. Luc. 8. cum dicitur. *Tunc imperauit vento, & mari, & facta eſt tranquillitas magna*. Et ſequitur porro homines mirati ſunt dicentes, *qualis eſt hic quia venti, & mare obediunt ei*. A fortiori ergo animalia obedient quæ capacia ſunt alicuius cognitionis, licet ſibi à Deo imperatum non intelligant.

Carniuora non carne ſed herbis ſuſtētabātur ante diluuium.

D. Baſil.

Matth. 8. Marc. 4. Luc. 8.

Neque valet dicere Deum alias fore facturum miraculum: nam animalia tantum bina creata ſunt in ſingulis ſpeciebus, & vt ſubſtentarentur non currimus ad miraculum ad quod recurrendum eſſet, ſi naturaliter lupus v. g. carnes, & non herbas comederet; Nam ſequeretur, vel ipſum multo tempore caruiſſe cibo, vel conſumpſiſſe ouem priuſquam generare potuiſſet: hoc non quia iam conſeruata eſt ſpecies ouina, nec illud, niſi miraculoſe fieret: vel diuinam prouidentiam defuiſſe dicemus animalibus carniuoris; quod abſit. Item quando animalia omnia incluſa fuere in arca, in qua pluſquam per annum manſerunt abſque eſu carnium; tantumodo ſe ſubſtentabant herbis, & fructibus, ceteriſque cibis

Carniuora non ita, & naturali inſtinctu

Digitized by Google

carnem comedunt, vt non poſſint herbis ſubſtentari. Caiet.

cibis eiuſdem qualitatis, quos ſolum Deus iuſſit apponi, & non cibos carnium; non recurrimus ad miraculum, ita neque modo. Imò hinc Caiet. docet nullum eſſe animal, quod non poſſit herbis, aut fructibus veſci, & illis ſufficienter ſubſtentari; quod ſuadet argumento facto de Arca Noe, quia non eſt veriſimile introduxiſſe Noe in Arcam carnes, quibus animalia carniuora veſcerentur; ergo tunc ſolis fructibus, vel ſeminibus terræ omnia animalia fuere nutrita: idque etiam non diſplicet Suario. Dicendum itaque, quod ante diluuium non veſcebantur carnibus, quia alias fieret cõtra naturam ſi antequam multiplicarentur indiuidua cuiuſque ſpeciei, & in Arca carnem non comederint; ſi prius carne veſci ſolita erant; quod ſi non ex diuino miraculo fieret, magna foret difficultas, ad hoc, vt abſtinerẽt à cibo conſueto; ad quam tollendam debuit dari, quod animalia prius non veſcerentur carnibus, ſed aſſueti cibo, & paſtui herbarum, difficultatem non patiebantur in abſtinendo à carnibus, & in ſeruando pacem, inter ipſa in Arca; ſunt enim carniuora, cum alijs inimica, vt lupus, & agnus &c. quod ſi ab inuadendo, non ſe abſtinerẽt, plures deeſſent animalium ſpecies.

Hæc fecit Deus contra animalium naturam prohibendo carnes ideſt non mutauit eorum naturam, quaſi eis daret aliam naturam, vel eſſentiam, quia hoc eſſet facere, quod non eſſet animal id, quod prius erat: poteſt tamen Deus facere, quod non conueniat animali ſemper idem: ſed aliud, & aliud, & hoc dupliciter, vel per miraculum, vel ſecundum eandem naturam: de primò adeſt exemplum Dan. 3. in tribus pueris poſitis in camino ignis ardentis; & quamuis naturale eſſet igni comburere, & applicata fuere illi combuſtibilia, nihilominus ſuſpendit Deus miraculosè concurſum, & ignis amiſit vires. De ſecundo poteſt intelligi, quod conueniat alicui aliquod ſecundum naturam, vel facta mutatione in ipſo, vel in aliquo exteriori: efficietur tamen alterum ei naturale; ſicut complexio humana non eſt eadem ſemper: ſed alia in infantia, in qua infans alitur lacte; alia in adoleſcentia, vbi adoleſcens nutritur pane, & ita in prima ætate, facta mutatione aliqua, ſiue circa animalia, ſiue circa nutrimenta, efficeretur leoni, & alijs animalibus naturale non comedere carnes, ſicut nunc eſt naturale illas comedere.

Dan. 3.

Quotuplex natura immutari poteſt.

35 Verum horum duorum modorum dicendi eligamus ſecundum quem veriorem iudico, ex ea parte ſcilicet quod ſit facta mutatio non in animalibus, varijs rationibus ab Abul. allatis: ſed in aliquo exteriori; vt puta in cibis, qui natura ſua eſſent tunc tantæ virtutis ad nutriendum, & conſeruandum animalia, quantæ virtutis ſunt nunc carnes: & ideò non mutata naturali conditione animalium, naturaliter appeterent nunc herbas, & gauderent in illis, ſicut nunc in carnibus: qui dicendi modus veriſimilior videtur omnibus; nam in aliquibus regionibus cibi ſunt magis nutritiui, quam in alijs; plus roboris conferentes, quam alibi: & ipſe cum alijs expertus ſum, quod talis differentia reperitur inter cibos Hiſpaniæ, & Italiæ: nam panis, & vinum ſolum in Hiſpania plus fortitudinis habẽt, quam in Italia carnes, & piſces, & vinum data tamen, & preſuppoſita rerum paritate; Deniq; arbitror, quod omnes, & ſinguli experiũtur quotidie fructibus quorũdã regionum adiuuari tantum homines ad bonam firmitatem corporis, quantum carnibus aliarum regionum; ſic à fortiori pro tanta mutatione temporum, poterant eſſe, tunc in prima ætate, herbæ magis ad robur conferentes; quam nunc, quod euenire poterat, eſt integritate naturæ, quia conſtituta manebat tunc in viribus ſuis, & omnia terræ naſcẽtia erant magnæ efficaciæ in nutriendo, & preſtabant tũc melius nutrimentum herbæ, quam nunc carnes; quod beneficium ablatum fuit per diluuium in quo virtus illa perijt, & terræ naſcẽtia non fuerunt poſtea tantæ neque talis virtutis: cum autem vnaqueq; res ad id inclinetur, quod ſibi conueniens eſt eique confert adeſſe, & cõſeruat in illo, & tunc herbæ magis ad vitam facerẽt, quam nunc carnes, magis inclinabantur animalia, tunc ad herbas, quam nunc ad carnes, non igitur dicendum eſt contra apetitum naturalem, tunc animalia abſtinuiſſe à carnibus.

Alimentũ aliud alio robuſtius.

36 Secundum argumentum auctoritate D. Pauli 1. Thim. 4. vbi vt ait Molina, apertè innuit carnes in cibos hominum fuiſſe à Deo conditas, indeque ait licitum eſſe cum gratiarum actione, illas manducare contrariumque eſſe errorem futurum manichæorum. Reſpondidi ſupra ex Hieronymo reſpondẽte ad Iouinianum, & reſpondebimus largius infra, pro nunc ſufficiat ſcire, quod Paulus vult afferre differentiam legis nouæ à veteri, & dicit nullum eſſe cibum prohibitum, ex natura rei, optimeque potuiſſe aboleri legem veterem quæ aliqua ciborum genera omnino prohibebat: hæc libertas introducta eſt in Euangelio in quo nihil, quod creauit Deus reijciendum eſt, ſed indifferenter poſſunt homines ex omnibus animalibus comedere, cũ gratiarum actione, ſed non loquitur Apoſtolus de hominibus primæ ætatis, qui à carnibus abſtinebant, non quia vt manichæi, carnes tanquam malos abominabantur, & tanquam à diabolo creatas, ſed tanquam ſibi nõ conceſſas, & illicitas propter virtualem prohibitionem euitabant; vnde nullus error in illis ſequitur.

Secundum argumẽtũ. Differentia inter homines primæ ætatis, & Manich.

Tertiò arguitur ſi in conceſſione herbarum in cibum includitur prohibitio carnium, etiam in conceſſione carnium tali tempore facta includitur reuocatio prohibitionis prioribus temporibus factę: vel certè ſi in priori loco cõceſſio ad vnum genus limitata eſt excluſio alterius: inde conſequenter intelligitur prohibitionem illam duraſſe; quamdiù prior cõceſſio fructuum terræ, ad carnes animalium extenſa non eſt; ſed illa extenſio non eſt facta vſque ad tempus poſt diluuium; ergo vel vſque ad illud tempus prohibitio durauit, vel certè nunquam fuit. Argumentum hoc valet

Tertium argumentum.

Digitized by Google

iet contra illos, qui admittant carnium eſum poſt peccatum, & ante diluuium non tamen in ſtatu innocentiæ: Nos autem, quia negamus poſt peccatum vſque ad diluuium fuiſſe carnium eſum, ſolum ad antecedens ex paritate conceſſionum. Reſpondemus, & dicimus ex poſteriori conceſſione non ſequi reuocationem prioris; fuit enim eſus carnium additamentum ad prius conceſſa, & dilatauit facultatem, vt ad plura ſe extenderet homo propter rationes iam ſuperius traditas, quando prius conceſſit, cibum limitauit, quia erat dominus, & poterat ſuo libito determinare cibum iſtum, vel illum: quando autem conceſſionem dilatauit in carnibus, non reuocauit priorem, quia reuocatio debet fieri verbis expreſſis, alias ſemel vniuerſaliter conceſſa, ſemper conceſſa intelliguntur, & ad quid obſecro deſeruiret abſque pane, &c. carnium eſus, non valet igitur ſequela antecedentis.

Reuocatio legis requiritur expreſſa.



TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS OCTAVVS

QVOD SICVT VARIVS EST MODVS ferendi Chriſti Crucem, ſic à diluuio vſque ad præſens diuerſus fuit modus portandi Crucem abſtinentiæ.

CAPVT I.

Vtriuſque diuerſitas in communi oſtenditur.

MVndum totum fuiſſe ad Crucis imaginem efformatum, initio præcedentis tractatus demonſtrauimus. Hinc quoque arbitramur omnes ferè nationes ante Chriſti aduentum excellentiam Crucis aliquo modo agnouiſſe. Idque velint, nolint fatebãtur Iudæi in illo ſigno ſeu litera Thau, quæ frontibus gementium iuſſu Dei imprimenda erat: & de Cruce eam exponũt Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionem, & Cyprianus lib. 2. aduer. Quirinum cap. 22. Ruper. in Ezecch. lib. 1. cap. 32. & Hieronymus aliiq; multi. Et præcipuè Hieronymus in Ezechielem. cap. 14. dixit: *Antiquis Hebræorum literis, quibus vſque hodie vtuntur Sammaritani extrema Thau litera Crucis habet ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inſcriptione ſignatur.*

Thau Crucem ſignificat.

Pulchrum quidem exemplum de Iudæo etiam Crucis ſe ſigno ſignãte, in Crucem verò minimè credente refert Sanctus Gregorius Papa, quod per ſignum illud fuerit liber à dæmonibus, ſicque inquit. a *Quadam die Iudæus quidam ex Campania partibus Romam veniens, Appiæ carpebat iter, qui ad Fundanum cliuum perueniens, cum iam diem aduesperaſcere cerneret, & quo declinare poſſet minime reperiret, iuxta Apollinis templum fuit, ibique ſe ad manendum contulit. Qui ipſum loci illius ſacrilegium pertimeſcens; Quamuis fidem Chriſti minime haberet, ſigno tamen Crucis ſe munire curauit. Nocte autem media ipſo ſolitudinis pauore turbatus peruigil iacebat; & repente conſpiciens vidit malignorum ſpirituũ turbam, quaſi in obſequium cuiuſdam poteſtatis præire. eum verò, qui cæteris præerat in eiuſdem gremio loci conſediſſe, cæpit ſingulorum ſpirituum obſequentium ſibi cauſas, actuſque diſcutere, quatenus vnuſquiſque quantum nequitiæ geſſiſſet, inueniret.* (Et poſt pauca) *Cumque Iudæus qui aduenerat, hoc vigilans cerneret, ac magnæ formidinis anxietate palpitaret, ab eodem ſpiritu, qui cunctis illis obſequentibus præerat, iuſſum eſt, vt requirerẽt quiſnam eſſet ille, qui iacere in eodem templo præſumpſiſſet: quem maligni ſpiritus pergentes, & ſubtilius intuentes, Crucis myſterio ſignatum viderunt, mirantesque dixerunt: væ væ, vas e acuum, & ſignatum. Quibus hæc renunciantibus, cuncta illorum malignorum turba diſparuit,* &c. Ecce Iudæus ex notitia crucis, in quam licet non credebat, eo ſe ſignauit ſigno, & tutus inde fuit.

a Lib. 3. dial. cap. 7. Iudæus ſigno Crucis ſignatus liber à dæmonibus euadit.

Turcæ quoque etiam ſi Crucem non adorent, eam tamen nonnulli eorum, & fortaſſe omnes magnifaciunt. Vnde Nicephorus refert de aliquibus à peſte ſeruatis, quia Crucis ſigno, ſigno ſibi impræſſerant; licet in Crucifixum omnis ſalutis auctorem minimè crederẽt, & ait lib. 18. Eccl. hiſt. cap. 19. *Turcas quos Choſdores Conſtantinopolim miſerat ſtigmaticos liquato atramento cruces in frõtibus impreſſas Imperator (nempè Mauritius) habere videns interrogauit, quanam gratia, quæ non colerent circumferrent ſigna? Illi grauem ante plures annos in Perſide ex patria ſua peſtem coortam eſſe dixerunt, à qua cum multi mortales infecti interirent, Chriſtianos quoſdam, qui ibi fuere, hominibus, ſi hoc feciſſent, ſaluti ſuæ conſulturos eſſe, regionemq; totam à lue tali intactam, liberamque fore perſuaſiſſe: idque ita eſſe ab eis factum.* Alii dicunt, *Idque fuiſſe factum pro fame.* Sed vtrumque placet tanquã duplex miraculum. Et ſufficit, quod Turcæ ad famem, & peſtem expellendam Crucis ſigno vti curarent.

Turcæ ſigno Crucis à peſte liberati.

De Gentilibus multa adſunt teſtimonia indicantia ipſos Crucem agnouiſſe. Ideo ex Arabum ſententia referunt Marſilius Ficinus lib. 3. cap. 18. de vita cælitus comparanda, & Cælius Rhodiginus lib. 10. antiq. lect. cap. 8. tom. 1. aut lib. 6. in vetuſtiori editione, ait enim iſte: *Traditum eſt ab Arabibus Crucis figuram videri cæteras quotquot ſunt præſtare, quoniam ſuperficies prima Cruce deſcribitur, &c.* Et paulo poſt in partes orbe diuiſo, additur: *Sic verò diſpoſita radios, ita conijciunt in ſe inuicem vt Crucem inde conſtituant.* Et infra clarius de Ægyptiis ſubiungit: *Ego verò, quod de Crucis excellentia fuit apud Ægyptios ante*

Gentiles Crucem cognouerunt.

Chri-

Chriſti aduentum, non tam muneris ſtellarum teſtimonium fuiſſe arbitror, quã virtutis præſagium, quam à Chriſto accepturã fuerat. Mihi ſatis eſt apud Ægyptios fuiſſe Crucis indiciũ.

Verum tam Hebræi modo, quam Gentiles notitiam Crucis habent, & etiam Hæretici, qui Crucifixum credunt, ſed non in Crucifixum, Crucem apparenter agnoſcunt. Etenim duobus modis portatur: quidã enim in ſignũ religionis arctioris vitæ genus amplexati Crucem portant, vt oſtendant ſe ſpirituali, & ſpeciali quodam modo mancipatos eſſe in obſequium Crucifixi. Alij verò foris tantum, & non in corde Crucem geſtant; de quibus ſapidè dixit Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus tom. 3. BB. PP. lib. 3. de prouidẽtia Dei. *Nam & qui renunciare dimittis videntur, non ſic renunciant, vt penitus renunciaſſe videantur: Et qui putant ſe Crucẽ portare, ſic portant, vt plus habeant in Cruce dignitatis, quam in paſſione ſupplicij.*

Sic modo illi omnes, qui extra Eccleſiam ſunt, & etiam Hæretici, ſicut Crucem, vel agnoſcunt, vel portant apparenter non ex intimo cordis amore, ita Crucem abſtinentiæ ferunt eo modo quo ferre dicemus, & abſque merito; & ſicut facta gentium diuiſione, ac varietate conditionis, nationis, legum, & tandem voluntatis, varius fuit, & diuerſus modus cognoſcendi Crucem; ita varius, & diuerſus modus ferendi abſtinentiæ Crucem, & viuendi ratio. Alio cibo vtebantur Iudæi, alio Gentiles; alio, & alio poſt legis Euangelicæ promulgationem, qua nullum genus carnium prohibetur perpetuò, ſed ſub cõſilio abſtinentia earum relinquitur. Vixerunt Hæretici in varias claſſes diuiſi; propterea de illorum omnium abſtinentia, vel eſu carnium ſingillatim etiam dicemus in præſenti tractatu per ſequentia capita.

CAPVT II.

De abſtinentia Iudæorum.

Duplex abſtinentia Iudæorum.

1 FActa per orbem gentium diuiſione, & facultate edendarum carnium præmiſſa, nihil de earum delectu legimus vſque ad legem ſcriptam Iudæis traditam, in qua duplex ciborum abſtinentia illis præcepta reperitur, vna temporaria, altera perpetua, & de vtroque aliquid dicemus.

Prima temporaria. *Num. 6.*

Prima dicitur abſtinentia temporaria, qua certis diebus Iudæi ieiunabant vel à quibuſdam cibis ſe abſtinebãt, vt in paſchate abſtinebant fermento, in diebus quibus votum habent Nazareatus abſtinebant vino, aceto, vuis, nu. 6. dicitque Apoſtolus, de hac abſtinentia: alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem vnuſquiſque in ſuo ſenſu abũdet: Ideſt Iudæus in fide Chriſti adhuc infirmus vno die, ſecundum præſcriptum legis veteris, certis cibis abſtineat, alijs diebus non abſtineat: Gentilis verò iudicat omnem diem eſſe æqualem, & omni die indifferenter, quouis cibo veſcitur fructus libertate Euangelij vterque benefacit.

Philo.

Ieiunium quod obſeruabant, apud quoſdam, ita erat aſperum, vt non ſolum ieiunando, ſed ferè ſemper à carnibus abſtinebant, vt infra dicemus cũ auctoritate Philonis in vita Moyſi. Apud alios verò commmuniter ieiunando carnes non erant in vſu: imò ita, & cum tali vitæ auſteritate ieiunia complebant, & nedum à carnibus abſtinebant, verum, & licitis nonnullis cibis in ieiunio ſæpiùs non veſcebantur, & hoc docet D. Hieron. qui lib. 2. contra Iouinianum. Ita eorum ieiunium aſperum fuiſſe dixit, vt nunquam niſi poſtquam ſtellæ videbantur in Cœlo (ſuperſtitioſa quidem obſeruantia) ipſi comederent: & quamquam plurimas ex illis imaginario modo (vt dici ſolet) quando vigore famis in meridie præmebantur, viderent, nihil tamen in cibum ſumere audebant. Vnde colligitur Iudæos aſperiora pro obſeruantia ieiunij ſubſtuliſſe, quam nos Chriſti Fideles; illi ſemel in die, & tardiùs cænabant, quam nos toleratam ab Eccleſia cænulã ſumimus. Mox ita rigidè obſeruabant, vt inter gentiles in prouerbium habebatur *Iudæorum ieiunia*, ſic notat Baron. 1. tom. ann. anno Chriſti 35. cap. 132. iuxta quod faciunt verba prolata à Suetonio in oct. cap 76 extracta à quadã epiſtola Auguſti ad Tiberium. *Dum lectica ex regia domo redeo panis vnciam cum paucis acinis duracinæ comedi.* Et poſtea ait, *Ne Iudæus quidem mi Tiberi tam libenter ieiuniũ ſeruat, quam ego hodie ſeruaui.* Hæc erant Iudæorum ieiunia, & certè nulla proportione noſtris comparanda, vilioribus cænis vtentes, quam adueniente præcepto ieiunij vtuntur Chriſticolæ præſentibus temporibus, nec ſolum carnibus non veſcebantur, ſed licitos etiam cibos relinquebant, teſte Philone qui lib de vita contemplatiua hæc ſcripſit; *Menſa pura eſt à cruentis dapibus, pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, pro condimento hyſopus.* Ergò eorum cibus ſolum erat, panis cũ ſale, & pro lautioribus edulijs tantum hyſſopo vtebãtur, herba notiſſima quam eſſe dicunt ſiccã, & calidã; eſſe calidũ decoctioni auxillatur; eſſe autem ſiccum oſtendit maius lucrum facere hominem in eo, quod fiat ſiccus, & aridus, ac propriè amarus per abſtinentiam, quam pinguis, & corpulentus per ciborum ingluuiem; hæc de temporaria.

Ieiunium Iudæorum aſperius noſtro. Baron. Suetonius.

Secunda perpetua. *Leuit. c. 9.*

2 Perpetua poſt modum Iudæorum abſtinẽtia eſt, qua ſemper præceptũ illis fuit abſtinere ſuilla, leporina, & omni animali quod vngulam non diuidit, aut non ruminat; prout legitur Leuit. cap. 9. quare autem prohibuerit Deus ne iudæi veſcerẽtur quibuſdam animalibus, auibuſque; meum non eſt exponere, cauſaſque inuen re; apud expoſitores non paucas inuenies; ſufficiat nobis, quid ad mores corrigendos dixerit Euſeb. de prep. Euangel. lib. 8. cap. 13. & Eſtregel prol. ſup. deut. vbi ait. *Non ſimus tenaces iniuriarum, vt Cameli: non timidi vt lepores; non labefactemus doctrinam bene explicatam, ſicut cuniculi fundamenta ædium conuellunt: non volutemus nos porcorum ritu in cœno vita flagitioſiſ-*

Euſebius. Eſtregel.

Digitized by Google

tioſiſſimæ. Abhorreat etiam natura noſtra à crudelitate, quam tyrannica aues exerceat abſtructionis, qui deſerit oua, & pullos ſuos: non ſimus cuculi ingrati erga benemeritos, nõ vpupæ certa minantes nidum Eccleſiæ: non hyrũdines garrulæ, hoc eſt arguti ciues, ſine virtute. hæc ille, veluti ſi clariùs dixiſſet, non comedendæ ſunt iſtorum animaliũ carnes ne communicemus cum ipſis, in earum proprietatibus, ſed quiſque euitando illud animal ad comedendum euitet etiam id, quod moraliter ſignificat, fugiendo vitioſas proprietatés.

Cur Deus prohibuerit quædam animalia ad veſcendum.

§. 4. Gaudentius Brixienſis tractatu 5. de Manichęis optimè nos docuit, cur porcum prohibuerit eis Deus, dicẽs. *Præceperat Iudæis Deus ne porcum cæteraque illi ſimilia manducarẽt, & erat hoc duplici de cauſa, ſiue vt luxurioſus populus flammam carnalium vitiorum calidis carnibus non nutriret: prohibentur enim calorem nimium præſtare corporibus: ſiue vt porcorum more non viuerent. Nam Sues ſemper immundi ſunt, & de fonte vel de fluuio exeuntes, iterum voluuntur in cænũ; nec vnquam intuẽtur cælum, ſed prono ſemper ad terram capite, ventri deſeruiunt: & idcircò Dominus legionẽ dæmonum in gregem permiſit ire porcorum, ideſt in eorum gregem, qui tantum ventris ſunt animalia, qui nunquam cæleſtia intuuntur, ſed immunditijs ſemper deditu, & cæno ſunt obliti vitiorum. Salubriter ergò vel abſtinentiam gulæ, vel continentiam immundarum actionum imperauit: lex enim ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum, ſalutaria videntur: Mandata diuina ſunt; nã qui fecerit ea homo, viuet in illis.* Hæc ille. Similia habet Plut. lib 4. quæſt. conuiu. 5.

Alia ratio ex Gaudẽtio. Cur porcus prohibitus.

Gauden.

5. Itaque abſtinebant Iudæi carnibus ad tempus durante ieiunio, & abſtinebant etiam aliquibus animalibus, perpetuò, nedum propter ſignificationem, & cauſas à Doctoribus traditas, verum etiam quia Deo inperſcrutabili ſuo iudicio illa placuit prohibere, propter quam prohibitionem, quando nulla alia foret cauſa abſtinere carnibus tenebantur. Vnde Gaudent. ibidem perſuaſit hoc dicens; *Sed finge nihil nocietatis ineſſe ſuillis carnibus, nec vllum fomentum illecebris augere corporeis; quin etiam eſſe hodie; omnia munda mundis ſanctificata per verbum Dei, & orationẽ, præcipientis tamen Dei erat poteſtas, & auctoritas cogitanda, qui iſtud iuſſerat, tunc tẽporis obſeruari. Nemo enim imperantem dominum, aut ſine pœna ſui ſacrilegij diſcutit, aut impunè contemnit: nam neque in illa arbore ineſſe malũ potuit, quam inter cæteras arbores paradiſi bonus creator plantauerat, cuius fructus, ita erat ſpecioſus, ac dulcis, vt concupiſcentiam præſtaret oculis, gula conciliaret illecebram; ſcriptum eſt enim Gen. 2. & vidit mulier fructum ligni, quia gratus eſt ad aſpectũ, & dulcis ad eſcam, & accepit & manducauit & dedit viro ſuo. Sed ſi fortè dixeris non omne, quod gratum videtur & dulce, bonum quoq; eſſe, quia ſunt etiam aliqua mala, quæ grata videntur & dulcia. Cedo acquieſco, conſentio, mel enim diſtillat, vt ait ſcriptura prouerb. 16. A labijs mulieris meretricis quæ, ad tempus impigat fauces ſuas; nouiſſimum autem amarius felle inuenies, & acutius gladio vtraque parte acuto. Et certè malum nihil eſt vel in ſpecie, vel in ſexu mulieris, ſed eſt vtique malum in voluntate peccantis, & per intemperantiam concupiſcentiæ tranſgredientis à legitimo iure coniugij. Nam & vini natura cum bona ſit rectè tamen damnatur ebrietas; audi modo generalem de creatis omnibus diuinæ Scripturæ ſententiam; Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valdè. Tamen quia veritatis ratio poſtulabat, & ſeruilis humana conditio, legem Dei dominantis acceperat proprij arbitrij libertate præmiſſa; vnam Deus elegit arborem de omnibus lignis Paradiſi, non vtique malam, ſed in qua eſſet ſcientia boni, & mali videtur; in qua ſeruorum ſuorum obedientiam pertentaret, vt libertas arbitrij, vel immortalitatis præmium poſſideret obediens; vel contemnens exciperet mortis interminatę ſententiam. Manducauit homo, quia voluit; mandatum nõ cuſtodiuit, quia noluit; morte multatur, quia mandatum ſeruare potuit, & non ſtuduit, arbor quidem bona, & fructus boni; ſed præuaricatio mandati mala, & contemptus Dei malus; atq; ita malum non in fœtu arboris eſt, ſed in volũtate hominis tranſgreſſoris. Igitur ſi vnius arbuſculæ fructus contra Dei mandatum, temerè à protoplaſtis deguſtatus mortem generi acquiſiuit humano; potuit ex Macchabæis tunc ſub lege poſitis interitum parare mandati diuini tranſgreſſio, quibus nunc honorem, & gloriam præcepti eius cuſtodia comparauit.* Plura dicemus de delectu ciborum infra & qui maiora ſcire deſiderat de huiuſmodi cæremonialibus præceptis in lege veteri datis; legat Diuũ Thomam 1. 2. q. 102. & alios Scholaſticos.

Potiſſima ratio abſtinentia propter præceptum.

Gen. 2.

Prou. 16.

CAPVT III.

De Abſtinentia Gentilium.

CVm ſit abſtinentia à carnibus tam miræ virtutis eam reperimus fuiſſe ſemper in magno prætio habitam, ita vt Hieronymus lib. 2. contra Iouin. aſſerat, non tantum fideles Chriſti eam cuſtodiſſe, & credentes in eũ, ſed etiam idolorum cultores, quorũ quatuor teſtes contra Iouinianum adducit, dicens. Dicæarcus in libris antiquitatum, & Græciæ deſcriptione refert ſub Saturno, ideſt in aureo ſæculo cum omnia humus funderet; nullum comediſſe carnes; ſed vniuerſos vixiſſe frugibus, & pomis; quæ ſpontè terra gignebat, ac etiam Chæremon narrat de vita antiquorum Sacerdotum Ægypti; quod ipſi Sacerdotes Ægyptij ex eo tempore quo cæpiſſent diuino cultui deſeruire, omnibus mundi negotijs, curiſque poſt habitis, ſemper in templo fuerint, & rerum naturas, cauſaſque ac rationes ſyderum contemplati, à carnibus, & vino ſe ſemper abſtinuerunt; propter tenuitatem ſenſus, & vertiginem capitis, quam ex cibo patiebantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis, & potione naſcuntur; oleum tantum in oleribus nouerant,

Hieron.

Dicæarch.

Chæremon.

Abſtinẽtia Gentilium.

Xenophon. Theophra.

verùm, & ipſum parùm propter nauſeam, & aſperitatem guſtus leniendam, & mitigandam. Xenophon, & Theophraſtus idem ſimiliter referunt. Sub Ciro quoque Polenta, & Cardamo, & ſale, & pane, cibaria hominis viuebant, pane raro veſcebantur, ne ſtomachum onerarent; oua quoque, & lac pro carnibus euitabant, quorum alterum carnes liquidas, alterum ſanguinem eſſe dicebant, colore mutato. Bidui, triduique inædiam ſuſtinebant.

LantesCyraeneus. Aſclepiad. Cyprius. Eubulus. Bardeſanes Babilonius.

Præterea tempore quo Pigmaleon in Oriente regnabat ſcribũt Lantes Cyræneus, & Aſclepiades Cyprius eſum carnium illic non fuiſſe Ebulus quoque, qui hiſtoriam Mithræ multis voluminibus explicat, narrat tria Magorum genera, quorũ primi apud Perſas doctiſſimi & eloquẽtiſſimi exceptis farina, & olere nihil aliud dixit, in cibũ ſumebãt. Bardeſanes Babilonius in duo dogma apud Indos, Gymnoſophiſtas diuidit, quorum alterũ appellat Bragmanes, alterum Samaneos, qui tantæ continentiæ ſint, vt vel ſolis pomis arborum iuxta gangem fluuium, vel publico orizæ, vel farinæ alantur cibo.

Euripides. Volaterranus. Plutarchus. Xenocrates. Orpheus.

Euripides in creta, quamuis Cretenſes tales eſſent, quod vt Apoſtolus ait ipſorum proprius Propheta Euripides, vocat eos malas beſtias, ventres pigros; tamen Iouis Prophetas, non ſolum carnibus, ſed etiam coctis cibis abſtinuiſſe refert. Confirmat Volaterranus lib. 4. cap. 7. antrop: qui narrat ſolos ſacerdotes inter Indos nunquam carnem comediſſe, ſed illis perpetuò abſtinuiſſe. Et Iſidis Sacerdotes per Deum dies priuſquam initiarentur à vino, & carne abſtinebant. Et Plutarch. in lib. quem ſcripſit de Iſide, & Oſiride refert; quod Sacerdotes Heliopelim omninò ſe abſtinebant à quocunque victu, qui lætitiam inferret ſanguini, eique audaciam præbere valeret. Eratque appud illos infallibilis lex, nullo prætextu violanda, prohibent etiã in templo eorum Deo conſecrato, vbi, & ipſi habitare conſueuerant, minimam guttam vini conſeruari. Xenocrates Philoſophus de Triptolemi legibus apud Athenienſes, (qui, & ſi docti eſſent exiſtimabant tamen ſacrum agere Dijs non comedendo carnes, ita vt nemo illorum eas deguſtare auderet, etiam ad ſciendum cuius eſſent ſaporis) tria tantum præcepta in templo Cleuſinæ reſidere ſcribit, honorandos parentes, venerandos Deos, carnibus non veſcendum. Hinc, & Orpheus in carmine ſuo eſum carnium deteſtatur.

Celius Rodig. Perez.

Cælius Rodig. lib. 18. cap. 23. quem Perez in ſuo quadrag. fer. 4. dom. 3. habitatores prouinciæ Miſæ. Seu alio nomine Miſorum nil aliud præter lac, mel, & caſeum guſtare volebant, cæteraque omnia Dijs ſacrificanda relinquentes, vt maximum inde honorem ipſis exiberent. Et lib. 28. cap. 2. Antiq lect. idem Cælius refert. *Tria Triptolemi præcepta circunferri: Honorandos parentes, venerandos Deos, carnibus non veſcendum.* Et idem lib. 13. cap. 25. ait quod Epicurus ſummus voluptatis aſſertor, victu frugali, & modeſto contentus aqua, & polenta, aut pane hordeaceo victum quæſiuit, contraq; paupertatem inuictum animum geſſit: non quod voluptates auerſaretur, ſed quod intenui victu, ſe plùs voluptatis experiri aiebat. Cuius rei argumentum eſt quod oleribus, & pomis, ac vilibus cibis quibus vtendum cenſuit libros referſit. Huc idem Alexan. lib. 3. cap. 11. de eodem Epicuro vide Hierony. l. 4. 7. Iouin. quem etiam citat de Peirinis. Item ex Auguſt. refert, Pythagoricos religione quadam ductos, à carnibus ſemper abſtinuiſſe, & rationem talis abſtinentiæ reddẽtes, aſſerebãt ex eo quod animal quodlibet ſit compoſitum ex anima, & carne, poſſibile non videbatur eis, carnem comedi poſſe; quin, & anima comederetur. Et ſic brutorum animas comedendo, euaderent, & ipſi bruta fierentque (ò Stulti.) Illis ſimiles: inde non parùm ratione priui, bruta ſe oſtendebant; eademque via, qua periculum vitare conabantur, in illud incidebant, abſtinebant quoque à plurimus alijs cibis, quos refert Plutarch. lib. 4. ſimpoſ problem. 3. & 4 lib. 8. problem. 7. vtputa de fabis, ouis, & de aliquibus piſcibus, Methaphiſicis ducti rationibus, quę magis videbantur Chimericę, quam probabiles, & veridicæ; hæcque erat eorum inſania. Neque eorum abſtinentia auaritiæ tribuenda eſt, nam vt idem Plutarch. ait: Pythagoreos illos lautiſſima fercula ſibi proponi patiebantur. Ipſi interim ea à famulis abſumi conſpicientes frugaliſſimis contenti erant. *Plutar.*

Plato. Maximus Sitirus. Iulius Cæſar. Herodot. Philoſtratus.

His inſuper fauere videtur Plato lib. 34. de legibus his fermè verbis. *At vero, quod ad ſacrificia pertinet, homines ab hominibus ſacrificari apud multos videmus; contrarium etiam de alijs audimus, ſicuti quando nec bouillas quidem carnes guſtare audebamus; nec alia dijs immolabamus, ſed liba, & fructus melle comedentes, cæteraque huiuſmodi ſacrificia pura dijs offerebantur; carnibus autem abſtinebantur, nam veſci carnibus, & Deorum aras polluere ſanguine impium videbatur. Ita orphica quædam vita tunc vigebat inanimatis quippe omnibus veſcebantur, & ab animalibus omnibus abſtinebant*, hæc ille. De Macedonijs refert Maximus Sitirus, ita illos temperatos, & moderatos fuiſſe, & abſque delitijs vixiſſe in præparandis epulis, vt dum in eorum prouinciam ſe contuliſſet quidam excellentiſſimus coquus vocatus Michæus Siracuſanus, iam antea nedum receptus, ſed magna extimatione habitus, in omnibus Grę. ciæ regionibus, eum ipſi publica authoritate exiliauerunt, & eiecerunt cognoſcentes, quot damna afferrent in moribus ciuium ſuauitates epularum. Et verè quam plures ſcriptores mirabilia, & innumerabilia referunt digna quidem memoria de antiquorum gentilium abſtinentia, & delectu ciborum, vt quiſque prolibito videre poterit, nedum in citatis auctoribus ſed etiã in IulioCęſare in comen: Plutarch. lib. 8. Sympos. Herodot. lib. 2. cabalæ. Qui de Babilonijs loquens alijſque nationibus nil aliud in cibum ſumere conſueuiſſe ait præter piſces. Philoſtratus lib. 1. Polid. Virg. alijſque multi ex quibus Antipater

Tar-

Digitized by Google

Tarſenſis Stoycus lib. 4. ſuperſtitionis famam eſſe dicit apud nonnullos; quod Gatis Syrorum Regina, ita fuit obſoniorum ſtudioſa, vt per præconem fieri edictum iuſſerit, ne quis piſce ſine Gatide veſceretur, atq; idcirco ob inſcitiam Atergatidem à nonnullis fuiſſe vocatam, non autem quod à piſcibus abſtinuerit; Manaſeas idem narrat lib. 2. de Aſia, & addit moris eſſe cum Deam præcantur aureos piſces, vel argenteos deponere, ſacerdoteſque per totum diem veros piſces in menſa obſonia parentes deponere aſſatos, ac elixos: quos ipſi poſtea Deæ ſacerdotes comedunt. Cum Atergatis, vt auctor eſt Xanthus Lydus à Moſpo Lydo capta fuiſset cum piſce filio in Aſcalonis ſtagno immerſa fuit per iniuriam, & à piſcibus deuorata. Athen. lib. 8. cap. 6.

Oritę quos Arabis fluuius ab Indis diſterminat nullum alium cibum nouere quam piſcium, quos vnguibus diſſectos Sole torrent; atque ita panem ex his faciunt, vt refert Clitarcus, Plinius lib. 7. cap. 2. Apud Babilonyeos etiam tres ſunt familiæ, quæ nullo alio niſi piſcibus victitant, quos captos vbi areſecerunt ad ſolem, hæc faciunt, in pilam conijciunt, ac piſtillis pinſunt, deinde linteis conſeruant. Inde quiſquis vult conſpergit, offamque facit. Alius verò in modum panis torret. Herodotus lib. 1. & lib. 2 etiam dicit, quod ſunt ex Ægyptijs paluſtribus, qui ſolum piſcibus victitant, quos ibi cæperunt exenteratos ad ſolem deſiccatos exiccatiſque deinde veſcuntur. Ichthophagi piſcibus pro pane, & obſonio vtuntur. Neptuno Cereris loco victum illis ſubminiſtrante. Diodorus lib. 3. cap. 3. In Rhodo (ſcribit Ælianus lib. 1. de Var. Hiſt.) qui piſces in delicijs habent, eum populares, quaſi liberalem commendant, cui vero magis arridet carnium eſus ij agreſtes, & ventres calumniæ cauſa appellantur.

His ſimiles ſunt Scethlandicarum Inſularum vltra Orcades incolæ, piſces etiam areſactos, ac ſole induratos piſtillo contundunt, mox admiſta aqua in paſtillos componunt, atque ad focum torrent, qui illis panis eſt, ignem quoque ex oſſibus piſcium aridorum conſtruunt. Viuunt tamen, quam quibus voluptates omnes affluunt, fælicius, ſorteq; ſua magis contenti. Nullæ apud eos pro opibus contentiones, nulla diſſidia, aut rixæ quiſq; in hyemem ſibi, ac ſuis proſpicit, idq; piſcatu. Ambitiones, & bella procul inde exulant. Ita refert Hector Boethius in Scotia. Antiquiſſima igitur noſtra hæc à carnibus abſtinentia fuit, ingentique prætio etiam à gentilibus habita.

CAPVT IV.

De Abſtinentia hereticorum, & primo de Turcis.

6 QVoniam in tres claſſes Hęreticos diuiſos reperi, varia de carnium abſtinentia dogmata docentes, de illis ſingillatim agendum curaui: Et primò ſe offert Mahomat natione Arabs, Idolorum cultu impio cæcus Hæreſiarches tempore Heraclij Imperatoris exortus anno imperij eius ſeptimo, currente ſexcenteſima quinquageſima ſexta, Ann. Chriſti nati ſexcēteſimo decimo octauo, obtinuitque nefandus Profeta principatum annis d ccm, quibus expletis mortuus eſt, & ſepultus in inferno, qui namque Mahometus inter Hęreticos à Doctoribus antiquis annumeratus eſt, quia multa à Chriſtianis didicit, credíditque, ſed vt genio ſuo, & veneri indulgeret cū omnibus ferè hęreticis coincidit; Illud quoq; quod in principio per alios Diabolus non potuit perficere, hoc per Mahometum adimpleuit, & omne venenum Arrianorum, quod Diabolus ſparſim in alijs diſſeminauit in vnum Mahomet Euomuit, qui leges quam plurimas Turcis, Iſmaelitis, Saracenis, ſiue Agarenis, & ijs complicibus tulit; inter quas etiam de eſu carnium ſua dogmata reperiuntur; vtique ab ipſo Mahometo dicere exordiamur, & occaſionem, quam ſumpſit interdicendi carnes, vinum ſuffocatum ſanguinem animalium, ac reliqua multa non ignoremus, audiamus quo Diabolico ſpiritu ductu, & fallaci animo diuerſas de eſu carnium leges tulerit.

Mahom. principiū, amores, & vita Diaboli.

Mahometus ergo ille, vel Dæmone aſtutior tribus gentibus leges tulit incultis nēpe barbaris, dubijs Chriſtianis, & formidoloſis iudæis quibus omnibus, vt placerent quas feciſſet leges, hac arte vſus eſt, ſingulis talia Mandata tribuens, qualia apud illos, vel traditione, vel ſcripto, vel denique firmata conſuetudine, iam inde à ſæculo priore vigerent, quæque tunc firmiter conſtarent, quæ violare prætermittereuè, ſacrilegij ſcelus videretur.

Vt igitur intellexit eſum carnium apud pleraſq; orbis nationes fuiſſe interdictum, aut ſemper, aut ad tempus, vna, aut, altera via, prout partim ad notauimus, vt ſuis morem gereret, & legiſlatoris officio apprimè fungeretur delectum ſuorum ciborum ſingulis approbauit, palatoque eorum deſeruiens aliqua interdicere eſt auſus, quæ ſuum dementatum cerebrum confingere decuit, vt tollendi addendique poteſtate, quaſi talem decebat legiſlatorem, adauctus cenſeretur, de quibus pauca perſtringentes, Mahometanas tenebras, & leges ab eo latas in ſuo alchorano legant, vt ab obſcuro loco pernicioſa eius mendacia, & pedibus gentium offendicula, in lucem eruant, & tamquam per ridicula axiomata telis veritatis confodiant.

Quibus legem dedit, & qua aſtutia, vt ſeruaretur.

7 In primis in Alchorano Azota. 12. decretum eſt ſub his verbis. *Sunt autem vobis hac illicita, ſanguis. & morticinium animal quodlibet, nequaquam Dei nomine interemptum, & ſuffocatum, ac igne combuſtum vel ruina mortis deditum, & à lupo tactum, niſi quis illud interficerit.* Et paulò inferiùs; *quærentibus a te quæ res ſint licita ad comedendum dices, ſapida, & odorifera licita ſunt.* Et iterum ait. *Venatum tendens ſi canes ab eo docti ſunt,*

& beſtias ceperint ſuper eas Dei nomen inuocans, eas comedite cum timore Dei, cui ſubeſt omnium rerum numerus. Et ruſum; *licèt a Deo vobis datur licentia vt de dapibus hominum comedatis, illique de veſtris poſtquam comederitis eorum fœminas bonas, & timentes Deum, & in illum credentes, & nequaquam Amaſios habentes; poſtquam illis munera danda tribueritis; ducite in nomine Dei Quaſi velit ante matrimonia ſolemnia conuiuium preparare more patrio.*

Inſania Mahomet pro eſu carnium.

Sed in alio cap. Azora ſcilicet 16. ibid. priori hæc ſua dicta explicat: *Cũ oẽs* (inquit) *in Deũ credentes ſuiſq; preceptis obedientes licitè de rebus omnibus ſuper quas Dei nomen inuocatũ eſt comedere queant; ſed alias non comedentes, ne ſequantur, quos velle proprium trahit in errorem: de alijs verò illicitis cibis non comedant, niſi neceſſitate cogente:* Et paulò poſt in hac Azora ſubdit; *Secundùm quoſdam omnes beſtia Agri ad comedendum cuilibet agricolæ ſunt licitæ, ſecundum alios neque lateræ; ſed omnes beſtiæ ſunt comeſtibiles ſi ſuper illas nomen Dei inuocatum eſt.* Et poſt pauca: *Omnes fetus in vẽtre beſtiarum comeſtui licitos, ſi maſculi fuerint: illicitos verò ſi fœminei; ſi verò occiſi fuerint omnes comeſtionis ſunt participes. Iudæis verò ob ſuam malitiam omnia fecimus illicita vngulam continuam habentia, & vaccarum, & ouium pinguedines; niſi doſtis, vel carni, vel oſſi commiſtas; Quod licèt ipſi contradixerint Deus ſapientiſſimus atque pius eiſdem malitiam ſuam non ſubtraidet: Dicent tamen increduli aliquid ciborum ſibi, vel parentibus ſuis illicitum fuiſſe; ſi Deo ſolum placeret, quod prædeceſſores ſui obſeruarunt;* Quibus ait Mahometus, ſeu Mahomet, *hoc erit vobis conſtans preceptum, ne vlterius pro more veſtro rem incertam ſequamini Deus quidem quo volente omnes viam rectam ſequuntur veſtram controuerſiam diſcutiet;* hæc, *ſunt inſaniæ.* De eſu carnium quæ aperte leguntur in ſecta locis citat, vt refert Petrus Guerra de horea in 7. Chatecheſi pro aduenis ex ſecta Mahometana.

Petrus Guerra.

8 Videte adulatorem eximiũ prurientem auribus omnium, & à veritate omnes homines auertentem, vt in ſuam muſcipulam, & laqueum Diaboli, tot myriades gentium fabuloſus homo induceret; & ſi quadragesimam totaliter non abrogauit, ne omninò contrarius videretur abſtemijs eam tamen peruertit; quippè quam ex vno menſe vnaque hebdomada ſuis aſſectis componendam iuſſit, diem integrum abſq; vllo potu, & cibo agendo: conſpecta autẽ vel vna ſtella. Ecce comedunt Mahumetani, ac bibant quantum vnuſquiſque vult ad initium ferè illius horæ, quæ Solis ortum præcurrit, & quidem ex omni ciborum genere exceptis, vt diximus, carnibus ſuillis, ac ſuffocatis. Hæc de Turcis ſufficiant.

CAPVT V.

De Hæreticis abſtinentiam à Carnibus omninò negantibus.

Differẽtia ieiunij inter Turcas, & Caluiniſt.

9 EAndem propemodum, ac Turcæ obſeruãt ieiunij formam Caluiniani miniſtri, quum graue aliquod facinus aduerſus Eccleſiam Catholicam moliuntur: Dixi propemodum, eo, quod Turciſmus nonnullam quadrageſimæ ſpeciem retinet; Caluiniſmus ne nomen quidem; ille ieiunium habet crebriùs, hic rariùs. Turcæ ad noctem vſque ſuam inediam protrahunt; Caluiniani non eouſq; illi denique nonnullis ciborum generibus ſeſe abſtinent, hi nequaquã. Sed certorum ciborum abſtinentiam ab Eccleſia conſtitutam perpetuoq; vſitatam inſolentiſſimè conculcant, quamuis neſcire, aut non expediri nequeant, has carnis illecebras eſſe ſpiritui perniciosas.

Caluinus.

Iſte Caluinus laxauit ita carnibus habenas, vt præter innumerabilia ſuæ dementiæ documenta dicat, in lib. 4. de inſtitut. cap. 12. *Latæ ſunt impiæ leges, quæ conſcientias exitialibus vinculis ſtringunt. Interdictus eſt carnium eſus quaſi hominem contaminaret. Additæ ſunt ſacrilegæ opiniones, aliæ ſuper alias donec in profundum omnium errorum ventum eſt.*

Lutherus.

Lutherus quoque ſerm. de ſimulacris, & delectu ciborum ait. *Verum eſt nos liberos eſſe omninò eſca, ſiue carnibus, ſiue piſcibus, ouis, aut butyro veſci poſſe id, quod nemo inficias ibit; ſi quis te vi adigere vellet, vt Papa in ſuis conſtitutionibus fecit vt fer. 6. à carnium eſu tibi temperares, & piſces comederas, ſimilibus tempore ieiunij piſcibus, non ouis, aut butyro, & id genus alijs victitares hic nullo modo te à libertate in qua à Deo poſitus es, deturbari permittas: Sed contra potius vt talem male feras, facito, ſic ipſi in os oſtendendo dicas, ecce tu quia carnis eſum mihi interdicis, & ex libertate mea præceptum mihi facere conaris ob eam maximè rem, vt tibi doleat, iam veſcor carne.*

10\. Idem de doctrinis hominum vitandis, ait; *Liberum, & conceſſum eſt fidelibus, & ijs qui agnouerunt veritatem, veſci lacte, butyro caſeo, carne, quolibet die, ſiue Dominica, ſiue Veneris, ſiue in Quadrageſima, ſiue in Aduentu.*

§. 3. Melanthõ & Iouinianus.

Cum his etiam fuit Melanthon, & omnes ſecuti ſunt Iouinianum, qui ex Monaco Romano factus eſt, Epicurei miniſter anno 380. & inter pleroſque errores, quibus veri Caluiniſtarum ataui declararunt, non minoris ponderis eſt ille, *quo nullius* aiebat, *vtilitatis eſſe ieiunium aut abſtinentiam à certis cibis; omnes enim ad comedendum creauit Deus, & ſic quoſlibet cibos, omnibus omnique tempore licitè eſus permittebat abſque vllo delectu, ipſius Deus venter erat.*

Eraſmus Roterod.

Eraſmus itidem Heterodamus Epiſtola præpoſita paraphraſi primæ ad Corinth. ait. *Mihi purioris Chriſtianiſmus videtur, magiſque con-*

Tenta-

ſentaneum Euangelicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ, ſi nullum certum cibi genus præſcribatur; ſed admoneantur omnes, vt quiſque pro corporis habitu veſcatur, quæ maximè conducunt bonæ valetudini, non ad luxum, ſed ad ſobrietatem, cum gratiarum actione, & ſtudio bonæ mentis.

Et in paraphraſi cap. 8. prioris ad Corint. *Approbo quod dicis, eſca non commendat nos Deo, cum enim Deus vniuerſa creauerit ad vſus humanos, neque quicquam à nobis exigat præter vitæ pietatem, quid illius refert, piſcium, an quadrupedum, an volatilium carnibus veſcamur? nihil enim pietati quicquam, vel addit, vel admittit horum delectus; Superſtitioſum facere poteſt, pium nequaquam. Chriſtus nullum horum diſcrimen docuit: proindè temeritas eſt, ſi quis homunculus conetur quenquam huiuſmodi conſtitutionibus onerare, pro ſuo quiſque corporis affectu veſcatur, quibus velit, modo ſobriè parceque ſuper omnibus gratias agens Deo.*

Epiſtola ad Epiſcopum Baſilienſem, ait. *Paulatim irrepuit conſuetudo, quæ diem Veneris piſciculentum nobis reddidit; deinde vbi hoc ſucceſſit adiuncta eſt & Sabbati dies: Nunc etiā Mercurij, periclitatur ob idque genus obſeruatiunculos videmus homines affligi, & denique mori ſibi Chriſtianos videri cum ſint Iudæi.*

Gnoſtici.

11 Gnoſtici quoque, ſub quorum nomine intelliguntur Barbariani Aratioſici, Phibioniti, Strcraticæ, Zaccheani, Coddiani, Barbeliti, Naaſiani, ex limoſij Simonianorum, Hicolaitarum, Menandrianorum, Saturnianorum, Baſilialianorum, Carpocratianorum, & Valentinianorum gurgitibus à dæmone exalati inter alias inſanias illam legimus, qua abhorrebant à ieiunio, neque ignorat quiſpiā quam crebris, quam varijs dicterijs miniſtri, non in ieiunia tantum Eccleſiaſtica, ſed in ſextæ etiam feriæ, Sabbatique à carnibus abſtinentiam inuehi ſoleant atque adeò vniuersè in omnia auſteritatis præſidia, quibus ſpiritus aduerſus carnem muniendus eſt, vt cum carne tandem ſaluus fiat.

Inter deniq; VVicleffitarum articulos ab VVicleff authore erroneos conſcriptos, quos condemnatos legimus in Concil. Conſtantienſi ſeſſ. 8. & 45. ſub Martino V. vbi iubentur oſſa eius exumari, & ab Eccleſia proijci. 56. reperitur, *quo nullum eſſe meritum in ieiunio nullum in abſtinentia certis cibis docere nitebatur;* At infra illum errorem confutabimus ſatis. Quamplures demum alij apud Scriptores reperiuntur dæmonis ſequaces, qui carnium abſtinentiam ab Eccleſia, ne dum commendatam, ſed ad tempus præceptam odio habentes, licere quibuslibet vſi cibis, quocunque tempore, vt facere Meſſaliani, Vigilantiani, Æriani, VValdenſes, Armeni, Beguardi, &c. Quorum memoria in perditione eſt.

CAPVT VI.

De Hæreticis qui omninò à Carnibus abſtinebant.

Heretici qui à carnibus abſtinebant.

12 POſtremò illi hæretici reperiuntur qui ex Diametro contra Superioris cap. allatos pugnant, & omni conatu docent, abſtinendum eſſe à carnibus alijſque quibuſdam cibis quouis tempore; non vt Eccleſia præcipit ad tempus conſulitur ſemper, ſed ſtultis, & diabolicis rationibus ducti, de quibus loquens Auguſt. contra Adamantum cap. 14. *Hos* (inquit) *qui non propterea temperant à cibis talibus, vt aut concupiſcentiam ſuam, refrænent, aut infirmitati alterius parcant; ſed quia ipſas carnes immundas putant, & earum creatorem Deum eſſe negant.*

Tucianus auctor Encratitarū. Epiphan.

Et in primis, vt ad illorum dogmata ſpecialiter, & ſingillatim deueniamus ſciendum eſt quod Encratita quorum Auctor fuit Taſianus Sancti Iuſtini Diſcipulus, vt Euſebius lib. 4. Hiſt: Eccleſiaſt. cap. 28. & Epiph. lib. 2. to. 1. referunt quod, *tam piſcium quam terreſtrium animalium carnes vitabant, neque vinum bibebant, illoque etiam in ſacris peragendis non vtebantur.* Iræneus quoque lib. 1. c. 30. docet inde eſſe dictos Encratiras id eſt continentes. *A Saturnino* (inquit ille,) *& Marcione exorti, qui vocantur continentes, abſtinentiam à nuptijs annuntiauerunt fruſtrantes antiquam plaſmationem Dei, & oblique accuſantes eum qui maſculum, & fœminam ad generationem hominum fecit, & eorum quæ vocantur apud eos animalia abſtinentiam induxerunt ingrati exiſtentes ei qui omnia fecit Deo.*

Iraneus.

Martian. Tertull.

De Marcione qui aſſerebat non poſſe ſaluari qui carnem comedebat refert Tertull. contra Marc. & Marcionitas reprehendit, *eo quod piſces venerabantur, quaſi in ſe aliquid ſanctitatis continentes, & eos in cibum ſumebat, quaſi viaticum quoddam, quo rectè tramite ad Cœlum inter agebant.* Et Epiphanius hæreſ. 42. hæc habet: *docet, hic,* (Marcion) *animatis non veſci pronuncians reos eſſe iudicij eos, qui carnem edunt velut qui animas edant.*

Epiphan.

Saturnin.

De Saturnino eiuſque aſſeclis Iræneus lib. 1. ca. 22. ita ait, *nubere, & generare à Sathana dicunt eſſe, multi autem ex his qui ſunt à Saturnino. Et ab animalibus abſtinent, perfecta huiuſmodi continentia ſeducentes multos.*

Manichæi dicunt comedentes animalia in ea conuerti.

13 De Manichæis teſtis eſt Epiphanius hæreſ. 66. eos de abſtinentia ab animatis eadem docere cum Marcione, edentem inquit carnes, Manichæus animam edere dicit, & eſſe ipſum reum, vt, & ipſe tale quid fiat ſi taurum edat, vt taurus fiat. Si porcum edat, vt porcus fiat, & ſic de reliquis; quapropter ab animatis abſtinent iſti; & ſi quis inquit Manichæus vxorem duxerit etiam ipſe poſt diſceſſum ex hac vita in aliud corpus tranſit, & fit mulier, quo etiam ipſe nubat: dicit quoque Deum malum feciſſe corpus, Deum verò bonum feciſſe animas.

Ex

pere capiat: & in diuite, alia quidem præcepit, alia verò permiſit libero animi arbitrio; Non enim dixit vēde, quæ habes, ſed ſi vis perfectus eſſe vende, hæc ille. Quæ ſufficiant pro nunc relata contra nouantes illos qui Ventri indulgentes Epicuream potiùs ſectam elegerunt: ſepè enim in his tractatibus fabulis ab iiſdem inuentis reſpondebimus, cauſamque, & cauſas noſtræ abſtinentiæ in medium adferemus.

Auguſtin.

Vt autem ad hæreticos alteriùs ſectæ hæreticæ abſtinentes deueniamus audiendi ſunt nonnulli Patres ex quorum dictis facillimè falſa eorum dogmata refutantur, & primò Auguſt. contra Adimantum ſcribens cap. 14. *Hos* (inquit) *propriè deſignat qui non propterea temperant à cibis talibus, (carneis ſcilicet ex ſupra poſitis,) vt aut concupiſcentiam ſuam refrenent, aut infirmitati alterius parcant, ſed quia ipſas carnes immundas putant, & earum creatorem Deum eſſe negant. Nos autem teneamus Apoſtolicam diſciplinam dicentem, quod omnia ſunt munda mundis, ſeruata moderatione Euangelica, vt non grauentur corda noſtra cruditate, & vinolentia.* Et de moribus Eccleſiæ ipſemet Auguſt. ait: *non reiiciendis generibus ciborum tamquam pollutis, ſed concupiſcentia prædomanda, ac fratrum dilectioni retinendæ omnis eorum inuigilabat induſtria, nec in ipſis rebus quibus veſcerentur, ſed in animo vim eſſe quandam perſuaſum habebant, quæ ad eum valeret maculandum.* Quibus verbis docet Auguſt. quod alia fuit cauſa cur abſtinerent Iudæi, alia cur Chriſtiani, Alia cur Hæretici, Manichæi, Taciani, & quicunque tandem alij: Iudæi ſignificandi gratia, Chriſtiani domandi corporis cauſa; hæretici quod ipſam creaturam bonam negarent, & immundam dicerent, à maloque Deo creatam.

Diuerſitas abſtinentiæ inter Chriſtianos, & Hæreticos.

Leo Papa.

17 Leo Papa Serm. 4. de quadrag, ait: *Vtilis quidem eſt, quæ parco aſſueta victu deliciarum cohibet appetitum, ſed væ illorum dogmati (Manichæorum ſcilicet) apud quos etiam ieiunando peccatur, damnant enim creaturarum naturam in creatoris iniuriam, & contaminari edentes aſſerunt iis, quorum non Deum, ſed Diabolum conditorem eſſe definiunt, cum prorſus nulla ſit ſubſtantia mala, nec ipſius mali ſit vlla natura, omnia enim bona bonus auctor inſtituit, & vnus eſt vniuerſarum rerum Creator, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt: Ex quibus quidquid hominis ad cibum, potumque conceſſum eſt ſanctum, & mundum eſt in ſui generis qualitate: quod ſi immoderata auiditate ſumatur nimietas edaces, & bibaces dedecorat, non cibi neque poculi natura contaminat; omnia enim ſicut Apoſtolus ait munda ſunt mundis: coinquinatis enim, & infidelibus nihil eſt mundum; ſed coinquinata ſunt eorum mens, & conſcientia. Vos autem dilectiſſimi Catholicæ Matris Sancta generatio, quos in ſchola veritatis Spiritus Sanctus erudiuit; libertatem veſtram congrua ratione moderamini; ſcientes, quoniam bonum eſt, & a licitis abſtinere, & cum caſtigatius viuendum eſt, ita diſcernere cibos, vt vſus eorum ſe moueatur non natura damnetur. Nulla ita vos contagionis huius aſpergat impietas qui ſua maximè obſeruantia polluuntur, ſeruientes creaturæ potius quam creatori; & luminaribus Cœli ſtultam abſtinentiam deuouentes quos nemo ambigat eſſe Manichæos, qui in honorem ſolis, & lunæ die Dominico, & ſecunda feria deprehenſi fuerint ieiunare. Vno enim peruerſitatis ſuæ opere, bis impii, bis profani ſunt, qui ieiunium ſuum, & ad ſyderum cultum, & ad reſurrectionis Chriſti inſtituere contemptum,* hæc ille. Quibus verbis perſpicuè duplicem errorem Manichæorum damnat, & abſtinentiam ob corporis caſtigationem, tanquam omnibus vtilem grauitate commendat.

Manichæi abſtinebant in honorem Solis, & Lunæ.

Tertull.

18 Tertullianus de ieiunijs cap. 15. *Reprobat* (ait) *Apoſtolus, illos qui iubebant cibos abſtinere, ſed de prouidentia Spiritus Sancti prædamnas, iam hæreticos perpetuam abſtinentiam precepturos, ad deſtruenda, & deſpicienda opera creatoris: quales inueniam apud Marcionem, apud Tacianum, apud Iouem hodiernum, de Pythagora hæreticum: nō apud Paracletum. Quantula eſt enim apud nos interdictio ciborum duas in anno hebdommadas Xeraphogiarum, nec totas, exceptis ſcilicet Sabbatis, & Dominicis offerimus Deo abſtinentes ab eis, quæ non reiicimus, ſed differimus. At quin ad Rom. ſcribens, vos nunc compungit retractores huius officij: ne propter pabulum inquit ſolueritis opus Dei. Quod opus? de quo ait bonum eſt carnem non edere, & vinum non potare.*

Bernard.

Contra eoſdem hæreticos eorumque ſeguaces, & ſectatores diſputat Bernardus Sanctus hom. 66. in Cant. & grauiter eos inſectatur dicens. *Abſtinent hi à cibis quos creauit Deus ad percipiendum cum gratiarum actione. Hinc quoque hæreticos ſe probantes non ſanè quia abſtinent, ſed quia hæreticè abſtinent. Nam, & ego interdum abſtineo, ſed abſtinentia mea ſatisfactio eſt pro peccatis, non ſuperſtitio pro impietate. Num Redarguimus Paulum, quod caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit? Abſtineo à vino quia in vino luxuria eſt, aut ſi infirmus ſum modico vtor, iuxta conſilium Pauli: Abſtineo à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, ſimul, & carnis nutriant vitia. Hæreticus aliter: nempè horret lac, & quidquid ex eo conficitur; poſtremò omne quod ex coitu procreatur, Rectè, & Chriſtiane, ſi non idcircò, quod ex coitu, ſed ne ad coitum prouocent. Cæterùm quid ſibi vult, quod, ita generaliter omne quod ex coitu generatur, vitatur? Suſpicionem generat mihi abſtinentia iſta ciborum, tam ſignanter expreſſa. Verumtamē ſi de regula Medicorum hæc proferi nobis, non reprehendimus curam carnis, quam nemo vnquam odio habuit, ſi tamē non nimia fuerit. Si de diſciplina abſtinentium, idest ſpiritualium medicorum ſchola, etiam virtutem approbamus, qua carnem domas, frenas libidinem. At ſi de inſania Manichæi præſcribis beneficentiæ Dei, vt quod ille creauit, & donauit ad percipiendum cum gratiarum actione; tu non modò ingratus; Sed, &*

Diuerſus abſtinentiæ finis inter ſicas abſtinentes.

cenſor

cenſor temerarius immundum decernas , & tanquam à malo abſtineas: non planè abſtinentiam collaudabo, ſed execrabor malitiam, & blaſphemiam; te magis immundum dixerim, qui immundū quid putas. Omnia munda mundis, ait ille rerū optimus exiſtimator, quia nihil immundum niſi ei, qui immundum quid putat. Immundis autem infidelibus nihil eſt mundum , ſed polluta eſt earum mens conſcientia, vt qui reſpuitis cibos quos Deus creauit iudicantes immundos, & indignos quos traijciatis in corpora veſtra. Hæc ille.

19 Inde igitur apparet quot fuerint carnium abſtinentium obſeruantes, nedum ex Chriſti fidelibus, ſed gentibus, qui cupiebāt Deorum cultui ſereno animo, tranquilloquè ſpiritu aſſiſtere, vel ad veritatem naturalium rerum efficaciori ſpeculatione indagandam , vt alij abſtinebant. Inter autem Hæreticos, & Chriſtianos quæ diſparitas reperiatur quiſq; à præalligatis Sanctorum dictis audiuit; nam ſicut bonus finis abſoluit Catholicos , ita malus condemnat Manichæos. De qua re videatur Auguſtin. qui tom. 1. de Manichæorum moribus diffuſiſſimè diſputat de conuenientia, & dicordantia Manichæorum , & Apoſtolorum, vtriq; & omni tempore ab eſu carnium amouebant: ſed inter eos differentia pariebat finis diuerſus, vt iam dictum eſt.

CAPVT VII.

Laudabilis abſtinentia qualis ſit.

Non omnibus data eſt eadem abſtinentię menſura, & idem modus, vt rectè Marulus lib. 4. cap. 1. & lib. 3. cap. 10. Non omnes inediam per multos dies pati poſsūt, nec omnibus eadem quantitas panis ſufficit , vni ſat erit dimidium , non autem alteri; comedere ergò poterit quantum ſibi ſufficiens cognouerit, non ad ſenſus extinguendos. Memores quod guloſitatis vitio ſubuerſi Adam, & Eua, mandatum Dei contempſerunt, & de Paradiſo eiecti ſunt. Noe pudenda nudauit; Loth inceſtum commiſit. Eſau primogenituræ ius vendidit. Populus Iſraeliticus in deſerto perijt. Heli Sacerdotis filij hoſtili gladio cæſi ſunt: Sodomę quoq; euerſio (vt ait Scriptura) *Superbia, & ſaturitas panis fuit*. Ideò Dominus in Euangelio: *Attendite* (inquit) *vobis nè fortè grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniet in vos repentina dies illa. Et væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* *Abſtinētia ſit moderata.*

Concludamus igitur, quod mediocritate opus erit, vt abſtinētia ſit laudabilis, vt ſc. nec parū, nec nimium abſtineamus, quia vtrumq; odibile eſt. Quod exemplis probabo.

Et primò, quod non nimium abſtinendum ſit patet; quia ſi aliquis nimium abſtineret , ſe ipſum incautè perderet, quocunq; fine id facere fingat. Sunt enim diuerſi homines, qui diuerſimmodè abſtinent à cibis neceſſarijs: Auari homines ſumptum fugiendo abſtinent. Et abſtinent deſperati homines, qui ſemetipſos fame examinant: Abſtinent denique illi, qui immoderato ieiunio domant quidem corporis luxuriam, ſimul tamen harmoniam illius deſtruunt. In quibus non tam pietatis ſtudium , quam cum Diuo Antonio Abbate diſcretionem quis deſideret; Vt religioſo animo ieiunium amplecti pium ſit: Attamen vltra quam ferre poſſit , illud amplecti, imprudentiam arguit, & propterea ad nimiam abſtinentiam referri debet. *Abſtinētia nimia offēdit.*

Pro qua re ſit exemplum, quod Ioannes Abbas fratrum in Eremo Scythię ficus miſerat cuidam fratri decumbenti in cella, quæ ab Eccleſia non octodecim millia paſſuum aberat per duos pueros. Hi cum à recta via declinaſſent, in eremi vaſtitatibus hinc inde errantes decūbentis caſam reperire nequiuerunt. Tandem itineris erroribus defatigati, & exhauſti animam potiùs exhalare, quam ficubus veſci maluerunt. Itaque ficubus integris ipſi paulò pòſt mortui reperti ſunt. Caſſian. lib. 5. Gaſtri margiæ c. 40. Caluppanes Monachus in Meletenſi monaſterio in finibus Auerni ieiunijs ita ſe macerabat , vt operas ab Aabate impoſitas propter imbecillitatem perficere nequiret, eius rei cauſa in eremum abijt. Greg. Turon. in vitis patrum cap. 11. Item Battheus Monachus in Cæleſyria tam frequēter ieiunauit, vt ex eius dentib. vermiculi ſcaturirent. Sozomenus lib. 6. cap. 34.

Apud Syluanum Abbatem in Scythiotico cœnobio quidam hoſpitatus cū Monachos manibus laborantes vidiſſet, eam ſollicitudinem quaſi rem ſuperfluam cauillatus Mariam (inquit) optimam partem elegit , ſedens ſecùs pedes Domini, & audiens verbum illius, poſt hæc cum hora cœnæ ex induſtria ipſum non vocaſſent, vbi cœnatum eſt, miranti, & quærenti. Cur ita ſe prætermiſiſſent? Abbas reſpondit ratos fuiſſe, ipſi, qui ſe totum ſpiritalem profitetur , cibo, potuque minimè opus eſſe. Scias igitur Mariam etiam Marthæ miniſterio indigere. Sabellius lib. 2. cap. 9. & Marulus lib. 3. cap. 9.

Et in eodem loco idem Marulus refert , quod Ioanni Abbati in Scythiotica eremo ætatem agenti incidit in animum, vt diuinæ contemplationi abſque aliqua corporis operatione, cibique cura iam quaſi Angelus Dei vacaret. Itaque cellam deſerens per vaſtam ſolitudinem euagari cœpit. Sed die tamen ſeptimo fame vrgente redijt. Et cum cellæ fores occluſas offendiſſet, cōtubernalem ſuum, quē ibi reliquerat, vt ſibi aperiret inuocauit , ſe Ioannem eſſe conteſtans. At ille nequaquam (inquit) nam Ioannes in Angelum mutatus eſt, nec cibo illi opus eſt: nec cum hominibus commorari neceſſarium. Tali exprobatione taxatum, dimiſit; paſſus enim nocte ſub dio ante ianuam iacere. Manè verò conceſſo aditu, cum longa inedia laſſum refeciſſet, fraterna charitate monuit, ſe hominem eſſe meminiſſet cibo egentem, vt ſufficere poſſit actioni ſpirituali: proindè laborem Monachis cōmunem, ne detractaret.

Ex

Digitized by Google

Ex his exemplis clarè ſequitur verum eſſe, quod diximus, nimirũ abſtinentiam nimiã non eſſe laude, ſed potiùs reprehẽſione dignã, & multò magis, ſi tam parua foret abſtinentia, vt potiùs modicè abſtinens ventri videatur, & non Deo ſeruire, vt faciunt Guloſi, & qui propter nimium eſum voracitatis damna incurrunt. De quibus omnibus nonnulla etiam afferam exempla.

Et in primis Syrios habemus, qui (vt ait Athenæus lib.5.c.9.) ob vbertatem regionis, ſemper potationibus indulgent, gymnaſijs velut balneis vtentes, prætioſioque oleo peruncti, & vnguentis, in ludis literarijs (ſic enim cõmunium conuiuiorum loca nominant) quaſi in domibus verſantes, bonam diei partem abſumunt, ventri inſeruientes viniſque, & epulis diditi. Et idem lib.10.cap.14. Ariæos (ait) ſingulis diebus ebrios fieri, conuentuſque facere, & intemperanter ſe habere, ad cibum & potum.

Claudius Cæſar (vt ſcribit Suetonius) conuiuijs plùs nimio ded tus, vini, cibique appetentiſſimus vſq; adeò, vt ſæpè ſtomachũ vomitu cogeretur, exonerare. Conuiuia agitauit, & ampla, & aſſidua, ac ferè patentiſſimis locis, vt plerumq; ſexcenteni ſimul diſcumberent. Conuiuatus, & ſuperemiſſarium Fucini Lacus, ac pęnè ſũmerſus cũ emiſſa impetu aqua redũdaſſet. Adhibebat omni cœnæ, & liberos ſuos cum pueris, puelliſq; nobilibus, qui more vetere ad fulcra lectorũ ſedentes veſcerentur.

Vitellius Imperator ad omnem natus licentiam quum diei, ac noctis, plurimum voracitati impenderet, mox vt nouis epulis locum vacue faceret vomitu redundans, ac per moleſtum onus leuabat; quod ſcribit Dioniſ. Hinc Vibius Criſpus cum per morbũ cænis Principis non interfuiſſet: Perieram (inquit) ni morbo fuiſſem grauiter conflictatus. Cœlius lib. 13. cap. 25. Aſtydamas Mileſius ab Aribarzane Perſa ad cænam forte vocatus, cum veniſſet pollicitus eſt, ſe, quæ omnibus parata eſſent ſolum eſſe eſurum; quod fecit, (vt ex Theodoro affert Athen.lib.10. cap. 1.) Itaq; ſolus ea comedit, quæ nouem viris in cænam fuerant parata.

Sunt etiam quam plurimi homines heluones, voraces, aut mandones, edones, & comedones dicti, vt Theſſali apud Athen. & Eraſmũ. Hercules apud Suidam, Scylla, & Carybdis apud Natal. Comit. Mythol. lib. 8. cap. 12. Boethi, apud Plutarchum. Aleman poeta, apud Ælianum, & alij quos omnes ſi numerare vellem deeſſet quidem tempus. Sufficiat afferre Ariſtotelem Philoſophum, quem gulonem fuiſſe ſcribit Timæus Tauromenites, apud Athen.lib. 8.cap.6.& cap. 8. recenſet ex Epicuri Epiſtola, paterna Ariſtotelem abliguriſſe bona, preſſumque inopia militaſſe, Mox pharma copæum egiſſe, hoc idem, & lib. 5. habet variar. hiſtor. Item gulæ veteres Architecti apud Romanos inſtituerunt, vt bos aut camelus totus apponeretur, differtus intus varijs animantium generibus. Hinc, & porcus Troianus venit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum eſt, quod ita varias animantium ſpecies vtero tegeret. Quemadmodum Durius equus texit armatos viros. Macrob. lib. Saturnal. 3.

Contra ſimiles gulones multa dicunt ſcriptores, & præcipuè, vt aduertant, eos de facili in voracitatis damna incurrere, & vita quandoque, aut libertate priuati. Vnde optimè dixit Horatius.

Libertate caret Dominũ vehet improbus atq;
Seruiet in æternum, qui paruo neſciet vti.

Sed melius Amos Propheta cap.6.num. 6. & 7. grauibus minis eos afficit, dicens: Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, &c. Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper cõtritione Ioſeph. Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium, & auferetur factio. *Laſciuientium*, Ecce quomodo in ſeruitutem ducendos dicit diuites, & primos populi edentes, & bibentes opulenter. Sed miror equidem quod propter vini potati onem in phialis aureis, quæ quidem diuitibus prohibita non ſunt, ſed licita illis, aut principibus, dum iuſtam non excedant potatores menſuram, tot mala ill is euentura prædicat. Nec quia id facerent vnguento delibuti, cum fuerint antiquis temporibus permiſſa vnctio conuiuantibus, qui dum capite detecto aderant, vnguentum ſuper caput verſabatur propterea ex Hebræo per ly vnguento delibuti; legimus: vnguentum capitis. Sic Sanctius vertit verba illa Hebræa, Reſith Semanim, & fuit in more apud Romanos, vt teſtatur Cicero in Piſonem de Gabino: Erãt cõpti capilli, & madẽtes cincinnorũ fimbriæ. Et Ouidius l.5. Faſt. Pingueſcat nimio madido mihi crinis amomo, & Tibullus: iam dudum Myrio madefactus tempora nardo. Quod in Sacro Textu videmus vnguentum, & caput ſimul coniungi, vt in Eccleſ.cap. 9. Oleum ſuper caput tuum non deficiat. Et Pſal. 22. Impingoaſti in oleo caput meum. Nec nouum quid efficit Magdalena cum in Domo Phariſæi Chriſtum vngeret: nam ſi inſueta res eſſet, non iuſte lamentatus fuiſſet Chriſtus aduerſus Phariſæum dicens: oleum caput meum non vnxiſti. Erat abſque dubio licita vnctio capitis, ex quo ad inferiores partes deſcẽdebat vnguentum, Vnde Dauid Pſ.133. dixit: Sicut vnguẽtũ in capite quod deſcendit in barbã, barbam Aaron. Et Iuuena lis ſaty. 2. Hirſuto ſpirant opobalſa macollo. Quod ergo mali faciebant illi, qui iuxta conſuetudinem comedebant, bibebant, & vngebantur, vt tã duro væ illos afficiat? fuit primò quia immoderate ijs vtebantur. Deinde quia non patiebantur ſuper contritionem Ioſeph. quod maius malum eſt; nam dum cæteri laboribus, & anguſtijs oppreſſi pro libertate acquirenda, ſeu conſeruanda præliabantur, illi immoderate delicijs vacabant. Sic ex ſententia Hieronymi, Cyrilli, & Theodoreti textum expendit Sanctius dicens: Quo tempore aut patiebantur, aut metuebant ab hoſtibus, quæ extrema cenſentur infortunia; ipſi epulabantur ſplendide, & genio, ac voluptati, *quam poterant aſſiduiſſime ſeruiebant.*

Mirum ergo non eſt, ſi à patria exulantes, victoriam, & dominium amittant; & ex victoribus victi remaneant; quia immodicis epulationibus, quæ vita, & imperio priuant, inſeruiebant. Expendant obſecro verba illa Iſaiæ cap. 21. num. 4. & 5. quibus prædicitur Babylonis deuaſtatio, ſuiq; Regis interfectio: Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum. Pone menſam, contemplare in ſpecula. Comedentes, & bibentes, ſurgite Principes, *arripite clypeum*. Ad contemplandum hoſtem in ſpecula, parare menſam, quod mirabile prodigium inter omnes nationes futurum eſſe deſcribit, vt dum epulantur armata manu ſe ab hoſtibus defendant. Verba quidem ſunt ſumma conſideratione digna; maximè cum dicat: Babylon dilecta mea. Hoc eſt, vt ex radice Hebræa affert Sanctius: Crepuſculum deſiderij mei, & pauoris mei. Sed ad noſtrum inſtitutum, illud tantum præ oculis habeamus, quod ſequitur, nimirum: pone menſam, &c. & vellem ſcire, qua de cauſa ponere menſam, & conuiuium parare præcipiat, cum hoſtes ad regnum inuadendum, & auferendum mittit, Conuiuium Balthaſaris ita ſplendidum, in quo tempore belli Principes omnes recepit conuiuas, importunum eſſe, quis dubitat? nam aut conuiuantium inaduertentia, aut lætitia, & voluptas cum muſica, hoſtium expectationi plurimum obſtat. Tunc enim, & ſpeculatorem vigilare, & militem armari, & in acie dirigenda ducem laborare fas eſt, cum de Regis, & Regni amiſſione agatur. Cur ergo ait, Pone menſam, contemplare in ſpecula. Comedentes, & bibentes ſurgite Principes arripite clypeum.

Videant de hac re varias expoſitorum ſententias, ſi miſerrimo Regi Baltaſſari, an ſuis principibus ad conuiuium vocatis loquatur, & ſi inter hos fuere Cyrus, & Darius, eoſq; alloquatur; & quis futurus fuerit ſpeculator, an qui vigilabat, ne hoſtes tempore conuiuij ſuperuenirent, an ipſe Baltaſſar, vt dum crapulæ incumbebat viſionem in pariete ſpecularetur? Quidquid fuerit, mihi ſat eſt dicere, exiſtimanti Baltaſſari Ieremiæ prophetiam non fuiſſe completam, ſed in vanũ iuiſſe, in qua de Regni, & Regis ruina agebatur, ponere menſá, & ſpeculari in ſpecula præcipit, quando ſuſtinet hoſtem. Vt ſciat, quod ſi poſſibile foret Prophetam falli, vnicum tantum conuiuium ſufficeret ad conuocandos hoſtes, vt regnum inuadant, deſtruantque.

Vlterius ſi opinionem eorum ſequamur, qui expendentes ly comedentes, & bibentes, ſurgite Principes arripite Clypeum, dicũt eoſdem Principes conuiuas, mortem intuliſſe Baltaſſari iam ebrio, & de inde certior factus Cyrus ad deuaſtandum regnum acceſſit: Eueniſſe arbitror Baltaſſari, quod Filolmo Gothorum Regi, qui crapulæ, & ebrietati ita deditiſſimus fuit; vt milites ſuos non ſolum commilitones, ſed combibones effecerit, cum eis in longam noctem potare ſolitus. Cumq; more ſolito noctem cum ſuis potando duceret, ab ipſis ebrietate ſuffuſis, in ingens dolium cereali liquore repletum; quod proexplenda bibacium gula in media aula collocatum fuerat, per ludibrium præcipitatus interijt, vt ait Ioannes magnus lib. 7. cap. 17. ſic Baltaſſari aduenire potuiſſe credendum puto, cum mors, & amiſſio regni reperiantur de facili in crapulis, & ebrietatibus. Vnde Elpenor Vliſſis ſocius apud Circem, vino largius hauſto, impos animi factus, ſcalarum lapſu exanimatus eſt. Ouid. lib. 14. Metam. & Philoſtrato hoc idem refert Martialis lib. 11. Et cum Celtæ, cum Arſæis bellum gererent cœnam ſumptuoſiſſimam pararunt in tentorijs, ac herbam quandam impoſuerunt venenatam. Caſtra deſerta cum Ariæi inuaſiſſent vino ſeſe ingurgitãtes miſere periere. Athen. lib. 10. cap. 14.

Paulus ſec. varia ciborum genera ſibi opponi volebat, & peiora ſemper quæque deguſtabat, clamabat interdum, niſi quæ expetebat ex ſententia appoſita fuiſſent. Bibaciſſimus quidem erat, ſed vina admodum parua, & diluta bibebat, Peponum eſu, cancrorum, paſtillorum, piſcium ſuccidiæ, admodum delectabatur. Quibus ex rebus ortam crediderim apopleſiam illam, qua è vita ſublatus eſt. Nam duos pepones, & quidem prægrandes comederat eo die, quo ſequenti nocte mortuus eſt. Sic Platina.

Quam è contra aduéniſſe pro certo habemus ex parco cibo potuq; moderato, talium conuiuia dominium conſeruant, & regna atq; victorias acquirunt, nec poſſunt, qui temperatè viuunt ad proditionem moueri. Epaminondas ille nobilis Thebanus ſingulari prudentia, & grauitate præditus ducis optimi, & militis fortiſſimi officio fungens Perſianis oratoribus ab eorum Rege Miſſis, vt magno auri pondere, quod illi obtulendum decreuerat, ſi forte illius ſplendore allucinatus in tenebras perditionis rueret: Reſpondit prudenter mirabili facto, eos ad conuiuium excepit, tenuem menſam parauit, vinum ferè corruptum præbuit; & prandio peracto miſſionem exponendi facultatem dedit. Qua audita, ſubridens dixit: Abite, & Domino veſtro prandia mea narrate, vt intelligat his me contentum non facile ad proditionem allici, *poſſe*. Digna quidem reſponſio tanti ducis; nam qui temperate viuit multa pericula fugit, & ſuum ius ſeruat ſemper.

Sed qui profundius veritatem iſtam percipere voluerit legat Textum Iudicum cap. 7. vbi habetur præceptum illud factum à Deo Gedeoni, vt pergeret contra Madiam, tunc quando ſolum trecentos viros ſecum habebat, & hi quia fortiter pugnarunt, poſtea præ laſſitudine, fugientes perſequi non poterant propter labores ex bello peracto aduerſus hoſtes. Iſti ex ferè triginta millibus erant iam viri probati ad aquas, quas manu ad os proijciente lambuerant: Et ait Dominus ad Gedeon. In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian, &c. Surge, & deſcende in caſtra, &c. Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes, &c. Cumq; veniſſet *Cap. 7. 11.*

Ge-

Gedeon narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo, & in hunc modum referebat, quod videat. Vidi ſomnium, & videbatur mihi; Quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madiani deſcendere. Cumq; perueniſſet ad tabernaculum percuſſit illud atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. Reſpondit is cui loquebatur: Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraelitæ, tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius. Cumque audiſſet Gedeon ſomnium, & interpetrationem eius, adorauit, &c.

Quis non miratur de hac re? quid ſimile habet panis hordeaceus cum fortitudine militum? Cur infert miles ille ex ſomnio Gedeonis victoriam? Et tanto magis quia vt ex ſacro textu patet, prima fuit iſta victoria, quam obtinuit non educto Gedeonis gladio, & hoſtes fugauit; qui mutua ſe cæde truncabant. Cur ergo pani hordeaceo tribuitur enſis fortitudo? Mirum non ſit, quia per panem hordeaceum parcus victus ſignificatur, qui & victoriam, & principatum prænunciabat, ſicut crapulæ, & ebrietates perditionem afferunt, & regni ruinam, vt per plura exempla probant ſcriptores, quos quiſque videre poteſt. Nobis ſat ſit per iam dicta oſtendiſſe ſufficienter damna voracitatis.

Finis huius Tract. Octaui.



TRACTATVS NONVS.

TAM LEVE EST ONVS FERENDI Crucem, vt licitum ſemper ſit ſtatutum ferendi abſtinentiæ Crucem.

CAPVT I.

Leue onus eſſe ferendi Crucem oſtenditur.

1 GRaue videtur onus ſequendi Chriſtum in cruce cum verè nedum leue, ſed leuiſſimum ſit amantibus non timidis, & formidoloſis, quapropter, qui illud portare timent è caſtris Chriſti, tanquam inepti milites eijciẽdi ſunt. Nõ minùs ac de ſuis Gedeon ille dũ populũ alloquẽs, dixit: Iudic.71.

Iudic.71.

Qui formidoloſus, ac timidus eſt, reuertatur. Quem textum exponẽs Origenes homil. 9. in Iud. ait: eſſe ſimilia verba illa, quæ ex Chriſto in Euangelio repetuntur. Matth. 10. *Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et Lucæ 14. *Et qui non renuntiat omnibus, quæ poſſidet, &c.* Et addit. *Non ne his verbis euidenter timidos, & formidoloſos è caſtris ſuis Chriſtus ſecernit; omnes igitur, qui militiã ſuam ſequi vultis; qui in caſtris ipſius eſſe deſideratis, procul à vobis timorem mentis, procul formidinem cordis expellite.* Qui ergo crucem tollunt, ſi eam amore, & non timore ferunt non grauem, ſed leuem eſſe conſpiciũt; & dum non timor, ſed amor agit aduerſus armatas hoſtiũ acies libenti currunt animo, & amore accenduntur, non timore retrahuntur. Vt Ouid. de impuro amore dixit, quod dè noſtro puriſſimo rectè vſurpare poſſumus; ait ille: lib. 2. De arte amandi.

Crux leue onus eſt amantibus.

Militiæ ſpecies amor eſt diſcedi te ſegnes
Non ſunt hæc timidis ſigna tuenda viris.

Cumque vt diximus, ſæpè noſtræ militiæ vexillum, & Chriſti Imperatoris labarum ſplendidiſſimum auro, gemmiſque refulgens ſit Sancta Crux, amoris eſt vexillum, non timoris, & Chriſtiana ſigna, non timidis, ſed amore ardentibus tuenda ſunt viris ſemper ignaui, ſegnetur, timidiq; è caſtris Imperatoris abigi ſolitis. Vnde apud Lucanum Cæſarem, lib. 1.

Diſcedite Caſtris.
Tradite noſtra viris ignaui Signa Quirites.

Sic Philo lib. de Fortitudine docuit, *ante omnia præmonendum ad bellum, non admittendas pauefactos & timidos, quia hi ab initio animi languore capiendi ſunt, & formidinem commilitionibus, alijs iniecturi, facilè enim ſerpit contagio.* Hoc idem confirmat Origenes vbi ſupra dicens: *Si quis eſt timidus, & formidoloſus corde diſcedat à caſtris ne exemplum timoris, & formidinis cæteris præbeat.*

Inepti ergò milites ſunt, qui abſtinentiæ crucem tanquam graue pondus recipiunt, aut ſubſtinent; quique timore, & formidine concuſſi credunt corpora veluti lagenas frangere; hoc crucis onere affecti, ſciãt ſocium hætere Chriſtum eumque ſequentes: quo cum illos duxerit, tanto duce, tam ſuaui ſocio, & comite familiari fruentes, exultare, & canere in quibuſcunque tribulationibus huius viæ, & in medijs abſtinentiæ crucibus debent. Vnde Bernard. ſerm. 31. in Cant. *Quaſi viator* (inquit) *itinerantibus ſeſe aſſocians iucundiſſimis confabulationibus ſuis à labore viæ omnem releuat comitatum; Facundus comes qui in ſermonum, & morum ſuauitate ſuorum, tanquam in quadam ſuaue olentia ſpirantium vnguentorum poſt ſe faciat currere vniuerſos.* Si ergò tanto comite crucem abſtinentiæ ferent, non eis ita graue, ſed leue, imò leuiſſimum onus videbitur, vt nedum baiulando ambulent, ſed etiam currant. Memores illius Eccleſiaſtici dicti, (21. 29.) *Sicut narratio fatui quaſi ſarcina in via, ita in labijs ſenſati inuenitur gratia;* Quod vt olim Publius dixit: *Comes facundus in via pro vehiculo eſt. E contra fatuus loquax pro ſarcina,* vt de ſimili viæ ſocio dixit Horat. lib. 1. ſerm. Satyr.

Demitto auriculas, vt iniquæ mentis aſellus
Cum grauius dorſo ſubijt onus, &c.

Noſter autem Dux, & Imperator Chriſtus tanquam Comes facundiſſimus, & ſuauiſſimus, de cuius labijs diffuſa eſt gratia, cura proprio ore ſecum tollendam crucem hortatur, non ſolum omnes oblectat alloquio, & comitatu, verum ſua gratia, noſtrum ſubleuat onus, & facit, vt eum ſingulari illius ſuauitate allecti, & ſuo nos moti exemplo iucundiſſimè ſequamur.

2 Itaque ſi aliquibus videatur durum, & graue onus, continuè veſci cibis quadragesima-

Digitized by Google

malibus: ponant obſecro in cruce Chriſti cibos,& eam leues,ac molles reperient; affligunt corpus,dicunt, & viribus corporalibus afficere credunt,quia amoris igne erga Chriſtum non ardent, coquant amore cibos, & corporis ſaluti prodeſſe non dubitabunt. Memores verborum Ezechielis cap. 43. dixerat enim Deus: *Et tu ſume ſartaginẽ ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter Ciuitatẽ,&c.* Sartago iſta eſt,in qua friguntur piſces, vt in ea olim Antiochus frixit Machabæos,vel eſt in qua piſces addantur ideoque fortè vertit Sirus *ſartaginem ferri ex ferro* vel vt Arabicus Antiochenus *patellam ferream*; vt oſtendat ciuitatem Hieruſalem & ſi fortiſſimam ferro ſimilem; forè tamen, vt ab ira Dei,quæ fortior eſt ferro,expugnãdam propter peccata populi ferro duriora (ait Rabi Dauid) & fuligine turpiora, qua Deum natura ſua mollem miſericordem, & mitem, durum, & ferreum efficiunt, atque decretum ferreum duræ punitionis,& vindictæ ab eo extorquent.

CruxChriſti eſt ſartago ferrea Ezechielis.

Sed iuſta noſtrum inſtitutum dico ſartaginem ſignificare crucem Domini,quam,ſi corpori noſtro imponamus, omnia ſuperpoſita, non dura, & grauia, ſed leuia, molliaque erunt. Nonne durum videbatur Iudæis Chriſti carnem comedere? Certum eſt,nam ex ſermone Chriſti dicentes. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, &c.* Ioan.lib. 18. Mirati ſunt, & dicebant: *Durus eſt hic ſermo,& quis poteſt eum audire* Sed vnde tanta durities? quia nondum confrixerat Chriſtus carnem ſuam in cruce, quæ eſt ſartago, in qua Chriſti frixura, animarumque ſalutis zelus,& ardor apparuit; ſed poſt crucem, & caro Chriſti ſuauiter comeditur, & durities abſuit. Hinc Heſichius in cap. 2. Leuit. ait: *Sartago fortis eſt,& ſuper poſita igni non conſumitur; ſuper poſitos autem cibos eſui reddit aptos. Crux quoque ſuper omnia fortis omnem creaturam crucifixo ſubegit; & carnem eius,quæ ante paſſionem eſui videbatur inepta aptam fecit. ſi enim non fuiſſet crucifixus ſacrificium corporis eius, non comederemus, quod modo in memoriam paſſionis illius facimus.*

Ergo ſi durum nunc videtur quadrageſimalem abſtinentiam indicere,ſi cibi noſtri cibi noxij, corpórique tuo inutiles videntur, eſt quia in igne amoris cibos illos coquere renuis; ſume ſartaginem crucis, pone eam in amoris igne, & experientia doctus videbis molles fieri cibos, quos duros nunc vocas, ſicut enim (inquit Gloſſ.in 2.Leuit.) *Sartago media eſt inter ignem,& cibum,ſic quodam modo crux inter impaſſibilem diuinitatem, & humanitatẽ, quæ paſſionis igne aſſata eſt, & vt in ſartagine dureſcunt mollia, dura molleſcunt. Sic in paſſione crucis lapidea corda mollita, fluxa, & mollia ſolidata.* Sancta igitur crux Minimorum ſuperpoſita iam à ſanctiſſimo Patriarcha igni ſuæ charitatis effecit,vt cibi quadrageſimales non duri,ſed ſuaues videantur, & leues corpori; adeò vt eius ſaluti proſint,non officiant.

3 Verũ quia nõ deſunt ex illis,qui contra nos, argumentis quamuis tortuoſis, & fermè ab hæreticis deſumptis, vt videre eſt, apud falſa eorum dogmata, vbi ferè omnia, quæ adducemus, reperiuntur: eneruare noſtram quadrageſimalem abſtinentiam conantur. Viſum eſt præſentem inſtituere tractatum aduerſus eos, qui licèt videantur idem ipſum aſſerere cum hæreticis, attamen non parua hæc inter vtrorumq; dicendi modum,reperitur differentia; quod hæretici abſolutè negant bonum eſſe abſtinere à carnibus, odioq; habent Pauli conſilium: Dixerat enim Apoſtolus. 1. Corint.8. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum nè fratrem meum ſcandalizem* Documentum toto Cœlo diſſitum à Prætentorum Reformatorum more, qui tam, & ſi probè ſciunt ſe per ſuam iſtam licentiam quidlibet edendi quolibet tempore, noua in dies, ſcandala parere Catholicis, nolunt tamen nè vno quidem hebdommadis die à carnibus abſtinere: niſi fortè exſaturati carnibus ad piſces recurrendum ſentiant, non pœnitentiæ quidem gratia vlliuſuè religioſi edomandæ carnis deſiderij; ſed tantum acetariorum inſtar ad titillandam orexim,vt ſuauiùs poſtea ipſis carnes ſapiant. Sub dolum ſtratagema impuri carnis, & carnalium hominum Principis, qui nullo temporis pũcto intermiſſo, noua clientibus commenta ſuggerit, ad extinguendum ſpiritus dominium, ſtabiliendumq; in rebus omnibus carnis principatum. At nę reſpondeamus ſtultis, ſecundum execratam eorum ſtultitiam cum ipſis contendere noluimus, & ſufficiat quod de ipſis ſupra tract. præced. retulimus.

1. Cor. 8.

Solum in præſenti tractatu illos alloquamur fideles, qui partim aduerſus nos pugnat, dum fatentur bonam, vtilemq; eſſe abſtinentiam, at non ſemper ſeruandam propter ſalutis periculum, & pro morte vitanda, in Euentu, quod ſuper emineat, ſed ſolum ad tempus iuxta Eccleſię morem; quodque & nos etiam de præcepto, illo ſtatuto tempore abſtinendum eſſe fatemur, de conſilio verò ſemper prout de vtroq; tr. 3. 2. p. declarauimus. Interea, vt diſtinctè procedamus, & licitum eſſe ſtatutum de carnium abſtinentia demonſtremus nullum damnum noſtram abſtinentiam inferre ſaluti, ſed ipſi potiùs maximam vtilitatem, ne dum ſpiritualem, verum etiam corporalem ex conſenſu ſcripturæ, & Sanctorum Patrum aliorumq; Doctorum aperiemus, & ipſorum argumẽtis ſatisfaciemus. Quos per Deum rogatos velim vti aures operiant ad ea, quæ ſcribit Clemens Alex. lib.7. Pedag. qui longum texit Sermonem de temperantia, & ſobrietate in Chriſtianorum victu obſeruanda,vbi inter alia dicit. *Quemadmodum autem non aduenit iuſtitia per auaritiam, & plura habendi cupiditatem, neq; temperantia per intemperantiam: ita nec victus Chriſtiani ratio lautitijs paratur, & delicijs e A' cibis enim titillantibus, & ad venerem incitantibus procul eſt menſa veritatis.* Hæc ille.

CAPVT II.

Licitum eſſe ſtatutum, de carnium abſtinentia, quia non officit religioſis, ſeu alijs quibuscũq; ad vitam ſuſtentandam; oſtenditur.

4 ADuertendum eſt, quod non defuerunt, vt in principio tractatus diximus, qui vel abſtinentiã parui pendentes, vel in odium Religionis iniuſtum, & illicitum fuiſſe ſtatutum dixerunt, hac moti ratione, & argumento, quia non videtur eſſe poſitum in poteſtate alicuius ſuperioris quacunq; fulgeat auctoritate, condere legem præceptis iuris naturalis cõtrariam, ac Lex de non veſcendis carnibus in neceſſitate extrema, aduerſatur per ſe præcepto iuris naturalis, quod eſt de vita propria retinenda. Non enim licet de ſtatione propter vitam conſeruandam conſulto Imperatore diſcedere ergò Lex Carthuſianorum, vtpote Iuris poſitiui humani tantum, non poteſt obligare in conſcientia.

Quod argumentum, vt ſoluatur fuſius immorari placuit in aperienda mente circa difficultatem propoſitam de Carthuſiano in extrema neceſſitate poſito; an illi liceat medicis id præcipientibus carnes edere, aut iuſcula ex illis condita ſumere? ad quod faciendum clariùs, & vt fas eſt diligentiùs ſequentia capita inſtituere decreuimus, vt omni ex parte conſtet eſum carnium nunquam eſſe ſimpliciter neceſſarium ex quo efficaciter patebit illicitum minimè eſſe ſtatutum de carnibus non veſcendis, quas non eſſe neceſſarias ad vitam ſuſtentãdam in præſenti probamus.

Si verba Clem. Alex. lib. 2. Pedag. cap. 1. conſideraremus, vti oportet non diù nobis immorandum foret pro veritate, quam docere cupimus, aperienda: Nimirum abſtinentiam à carnibus, nec ad vitam ſuſtentandam, nec ad ſalutem recuperandam eſſe neceſſariam; dixerat enim ille. *Alij quidem homines viuunt, vt comedant, quod certè etiam rationi expertibus euenit animantibus, quibus nihil aliud quam venter vita: Nobis autem Pædagogus* (Dominus ſcilicet) *præcepit comeſſe, vt viuamus; neque enim noſtrum munus eſt nutritio, neque inſtitutum, ſcopuſuè noſtra voluptas: Sed ea nutritio eſt. propter noſtram hic manſionem, quam ad incorruptionem ratio inſtituit: & ideo ſecernitur, ac ſeligitur alimentum.* Hæc ille. Comedendum igitur docet (iuxta commentatoris explicationem,) vt viuamus, non viuendum, vt comedamus, quod plurimi faciunt homines, eſt autem id proprium beſtiarum; Oportet autem ſimplicem eſſe cibum, & non nimis exquiſitum, vt qui paratus ſit ad viuendum, non ad delicias: Nutriri autem oportet, vt viuamus nempè, vt reficiatur, quod in dies deperit de noſtri corporis ſubſtantia. Propter noſtram hic manſionem reficimur. Hanc autem manſionem noſtram Dominus inſtituit ad incorruptionem, quam poſtquam hinc exceſſerimus, & reuixerimus mortale corpus noſtrum eſt induturum.

5 At licèt hæc dicta ſint omnibus Chriſti fidelibus, præcipuè tamen religioſis competere videntur: ipſi enim relicto ſæculo, ſpretiſque vanitatibus, & delicijs huius vitæ, aliam ærumnis, laboribus, vigilijs, & ieiunijs gaudio plenam inquirunt, tanquam hic permanentem ciuitatem non habentes futuram, eiſque profuturam anhelant: At quoniam vitam nisi victitando tranſire eis eſſet impoſſibile cum ſubſtantia corporea in dies depereat aliquo alimento, vt ſimpliciter, & non delicioſè viuant, vti debent, non autem tenentur viuere, vt in carneis dapibus, alijſque dulcioribus epulis delectentur. Porrò ſimplex alimentũ ad viuendum componi non debet ex carnibus, eas enim non eſſe religioſis ſimpliciter neceſſarias, nec pro vita ſuſtentanda, nec pro ſalute recuperanda, ſeu pro morte euitanda in hoc, & ſequentibus capitibus patebit. *Rèligioſorũ vita qualis victitando eſſe debet.*

In præſenti igitur capite præſuppoſita diſtinctione de neceſſitate ſimpliciter, & ſecundũ quid, abſolutè aſſerimus Religioſum, ſeu quemlibet alium hominem, non indigere eſu carnium pro vita ſuſtentanda.

Probatur primò ex ipſamet experientia, nam quiſque experitur ad vitam ſuſtentandam ſolummodo requiri ſimplex alimentum, & non nimis opipare, & curioſè paratum, vt quod aptum ſit ad viuendum, & non ad delicias, quas cupit guloſitas. Quale rurſus ſimplex ſit iſtud alimentum, ex doctrina, quam tradit Seneca Epiſt. 21. colligemus. *Venter enim* (ait ipſe) *præcepta non audit, poſcit, appellat, non eſt tamen moleſtus creditor, paruo dimittitur, ſi modo das illi quod debes, non quod potes.* Et verùm eſt, nam natura ad victum tantum requirit, quod ei ſufficit: Itaque ſicut aqua, quam terra poſcit ad efferendos fructus, non ea eſſe debet, qua eius virtus obruatur, qualis eſt nimia, ſed moderata, quæ vna terræ fœcunditatem, plantis verò hilaritatem afferat, ita eodemque modo cibos, quem noſtra petit natura non eſt is, quo vitalis calor opprimatur, ac repleatur ſtomachus, ſed modicus, ac temperatus, qui ſatis eſſe videatur ad alendum corpus, & ſuſtentandam vitam. *Cibus ſeu eſus carniũ non eſt neceſſarius ad vitam ſuſtentandã.* *Seneca.* *Alimentũ ſimplex quale.*

6 Quod ſi deniq; qualis eſſe debeat ſufficiens cibus ſcire deſideras, eum eſſe panẽ, & aquam dumtaxat pro certo habeas, quod ſi fidem nobis præſtare nolueris: Audi Senecam Epiſt. 78. Hoc ipſum patum, quo natura contenta eſt magis explicantem. *Aqua* (inquit) *& panis naturæ ſatisfaciunt:* Panem igitur, & aqua contenta eſt natura, tanquam eo, quod ſatis videtur ad victum, vt ſapiens ille ait naturæ lumine illuſtratus: Si verò id vnus ex Chriſtianis ſapientibus affirmaſſet, haud nimis pius, & religioſus habitus eſſet, aut certè quod ad illud idem affirmandum ductus eſſet ſuperiori aliqua ratione, cœleſtique conſilio, quod nimirum aqua, & panis naturæ ſufficiant: Quod cùm quis exequitur habetur qui- *Senecam.* *Natura ſufficit panis, & aqua*

quidem abſtinentiſſimus,& in vita ſeueriſſimus, atque adeò ſanctiſſimus: Nihilominus Philoſophus quidam natura duce,ac magiſtra aſſeuerat non plus ad vitam conſeruandam poſtulare naturam.Simplex ergò alimentum quo vti debent Religioſi vt viuant,non debet neceſſariò fieri ex carnibus; cum ex alijs puta herbis,& fructibus viuere poſſint, vel ex ſolo pane,qui naturæ ſufficit ad ſui conſeruationem,

Nicetas Choniates.

Confirmant noſtram ſententiam ſequentia verba quæ leguntur apud Nicetam Choniatem lib.4.annalium de Imperio Comneni; videlicet. *Cum autem Alexius dum opibus affluebat ſummus amator eſſet lautitiarum, & conuiuijs delectaretur, & carnibus,nec ieiuniorum diebus,vt feria quarta,& feria ſexta, nec alijs ſolemnibus ferijs abſtineret: tum crudis herbis, & pomis vexebatur, ieiunijs gaudebat, ac tandem piſcibus etiã diebus feſtis pro delicijs ſuauiſſimè veſcebatur. Quotiès verò veterum cupediarum,& curioſa illius popinæ recordabatur,condimenta nihil aliud eſſe dicebat, niſi ventris faſtidium,& appetitus irritamenta;naturam enim paucis contentam eſſe,& bonam corporis habitudinem quouis cibi genere conſeruari.* Experientia ergò edoctus Alexius fatetur carnem non eſſe ad vitam ſuſtentandã, neceſſariam; cum,& alijs (quibus noſtra Religio exempli gratia vtitur) nedum facillimè, verum etiam commodè queat natura ſuſtentari.

Ad Phil.6.

7 Ad cuius robur facit etiã quod dicit Cornel. à Lapide in Epiſt.ad Philip.cap.6.exponens illa diui Pauli verba: *Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe.* Ibi auctor oſtendit, quam paucis contenta ſit natura;Quoddamque adducit exemplum ſequentibus verbis. Id ſe re ipſa, & pari experientia didiciſſe ſolebat aſſerere Reuerendus Vendeuillius nuper Epiſcopus Tornacenſi vir Apoſtolici Zeli, qui cum conſiliarius adhuc ageret, captus ab hæreticis, & verſus Hollandiam ductus, cum in carcere, tenui, & aſpero victu victitare cogeretur, dureq; tractaretur, ſanus tamen vegetus, ac valens vixit, ac tandem carcere liberatus cum ad nos rediret, rogatus quid ſe in carcere habuiſſet: reſpondit ſe experientia didiciſſe,quod nunquam credidiſſet, niſi expertus naturam tam paucis contentam eſſe; imo valere, & vigere. *Didici* (inquit) *in carcere mihi eſſe ſufficiens & paucis vilibuſque eſſe cõtentus, qui tenerior, ac molliori vita aſſuetus putabam mihi impoſſibile, ita viuere: Itaque carcer mihi inſignis fuit ſcola, & beneficium pro quo ingentes Deo gratias ago*, hæc ille. Viles cibos, nulli dubium eſt, eos appellare quos tantum modo terra gignit,nam veriſimile non videtur Epiſcopo præfato carceribus detruſo illi Chriſtiani nominis hoſtes ad eſum dediſſe carnem; eam enim inter paucos, vileſque cibos non connumeraſſet.

Viles cibi, qui dicantur.

Idemque inſuper probatur ſecundo ex viuendi regula, quam Sancti Olim præſertim Monachi,& Anachoretæ Paleſtinæ, & Ægypti tenebant,qui cum innumerabiles eſſent eorum plerique tam ſenes, quam adoleſcentes herbis crudis veſcebantur, & aquam dumtaxat adhibebat ad potum, & ſi quid aliud præter ea ſumebant, id erat ſane nihilo pretioſius, aut delicatius:quam viuendi formam amplexi ſunt, inter propè infinitos,infraſcripti ſancti,quos numerare duximus ad maiorem veritatis notitiam.

Marci Abbatis abſtinentia diuturna.

8 Marcus Abbas (vt refert Sanctorum Patrum hiſtoria) cum eſſet ſolus in cella,& centum annos tranſcgiſſet,&dentes amiſiſſet ſecum pugnabat, & cum diabolo, & dicebat quid vis deinceps malè ſenenti, ecce iam,& vinum bibiſti, & oleum tetigiſti. Quid vis deinceps in canitie,ventri deſeruiens probro, & contumelia te ipſum afficiens? & diabolo dicens, recede à me diabole, conſenuiſti mecum in diſſentionibus,feciſti me bibere vinũ, & ſumere oleum, me reddens voluptarium. Adhuc ne tibi aliquid debeo? apud me nihil inuenis, quod velis dirigere. Recede à me deinceps inimice hominum. Ac veluti ſe reuocans, & irritans,ſecum loquebatur dicendo. *Ades dum ò nugator in canitie verator, & belluo in ſenectute. Quandiu ero tecum.*

B. Cãdidæ abſtinentia & pulchrũ dictum.

Beatam quoque Candidam narrat eadem hiſtoria fuiſſe mulierem egregiam laborantem, & molentem,& proprijs manibus facientem panem oblationis,ad vires corporis deprimẽdas: & dicentem. *Cum non ſufficiat ieiunium, hãc ei do ſociam laborioſam vigiliam,vt Eſau diſſoluam,eneruemque laſciuiam. Ea* (ſubdit) *ab ijs, quæ ſunt ſanguine prædita, & animata omninò abſtinuit,niſi quod ſumebat piſces, & oleum,idque ſolum in die feſto.* Omni autem alio tempore contenta erat Oxycrato,& pane arido. In hac vitæ aſperitate cum beata requie obdormijſſet hæc mulier inclita, nunc fruitur bonis æternis,quæ ſunt parata ijs, qui dilexerunt vitam,quæ ex virtute agitur.

Palemonis abſtinentia & aureum dictum.

9 Ibidem de quodam Monacho nomine Palemone, qui in quadam Thebaydæ ſolitudine,cum Pacomio item Monacho verſabatur, inter alias præclaras vtriuſque actiones, hoc illuſtre ſingularis abſtinentiæ exemplum refertur: Quod cum Paſchali quadam die Pacomio diceret Palemon eo die licere, atq; adeò conuenire plùs aliquanto cibi ſumere, quam ſolebant, ideoque coqueret ipſe olus, idque oleo, & ſale ad veſcendum conditet, vbi menſæ accubitum eſt, Palemon ſuſpenſus parumper ſtetit, ingemuit, & lachrymas fudit: *Et Dominus* (inquit) *meus crucifixus felle,& aceto potatus eſt, & ego oleum addam.* Pacomius autem hortabatur eum, vt ſumeret,&illam olei lautitiam non tam ſibi,quam feſti ſolemnitati concederet, ille tantum effecit,vt nihil aliud vterque eo ipſo die ſumeret, niſi ſolitum cibum, panem ſcilicet cum ſale, & aquam frigidam,vt conſideremus nobiſcũ ipſi, quanta viri illi ſanctiſſimi religione tenerentur cum ne Paſchali quidem die herbas quaſdam coctas, oleoque tantum conditas, ſumendas eſſe iudicarunt, diuque vixerunt vitamque ſine carnium eſu ſuſtentarunt.

Pacomii abſtinentia

Paulus quoque qui primus fuit ſolitudinis incola, hæc in eius vita ſcripſit Hieronymus.

Cibum

Digitized by Google

Pauli primi Eremitæ abſtinẽtia cum alijs.

Cibum, & veſtimentum ei palma ferebat à ſexto decimo ætatis ſuæ anno vſque ad ſexageſimum. palmæ fructibus vixit, deinde vſque ad centeſimum decimum tertium, quo terris relictis migrauit ad Cœlum dimidiatis panibus fragmentum quotidiè coruo deferente accepit, in aduentu Antonij integer allatus pro vtriſque qui cum comediſſent ad fontem accedentes prono ore manibus concauis aquam hauriendo ſitim expulerunt. quod ne cui impoſſibile videatur. Ieſum teſtor, & Sanctos Angelos eius in ea Eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidiſſe me Monachos. de quibus vnus (inquit Hieronymus) *triginta annos incluſus hordeaceo pane, & lutulenta aqua viuebat. Alter in ciſterna vetere, quinq; caricis in die ſuſtentabatur Cœnobitæ, vt ipſe ait, & hiſtoria tripartita teſtatur perpetuo ieiunabant, aquam bibentes, & ſolum panem, cum leguminibus, & oleribus manducantes; id, quod in Hiſtoria Eccleſiaſt. aſſerit Euſeb. Cæſar. lib. 2. cap. 17. & poſt illum Marul. lib. 3. exemplorum.*

Euſeb. Marulus.

D. Antonij abſtinentia D. Athan.

10 De Antonio, qui decus fuit, & ornamentum Eremitarum, ita in ipſius vita ſingularē eius abſtinentiam prædicat Diuus Athanas. *Inediæ & vigiliarum in tantum patiens erat, vt credulitatem viribus vinceret, pernoctabat in oratione, ſæpiſſimè edebat ſemel in die poſt ſolis occaſum nonnunquam biduo, triduoque ſic permanens: Quarta verò die reficiebatur, ſumebat verò panem, & ſalem, potuq; aqua per paruum de carnibus verò, & vino melius tacere puto, quam licerè quicquam quoniam neque apud plurimos Monachorum huiuſmodi eſca habebantur in vſu. Sic Antonio penetrabilia montium, & deſerti interiora captanti introeuntes fratres vix magnis precibus extorſerunt, vt oliuas, & legumen & oleum, quod poſt menſes aliquot miniſtrabant dignaretur accipere, & ſenili modicum laxare ætati.*

D. Hilar. abſtinentia

De Hilarione idem Hieronymus in eius vita ita ſcribit: *Erat autem tunc annorum quindecim, igitur ſacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens Ependytem, quem illi B. Antonius dederat, ſagum que ruſticum inter mare, & paludem vaſta, & terribili ſolitudine fruebatur. Quindecim tantum caricas poſt ſolis occaſum comedens à 21. anno, vſque ad 27. tribus annis dimidium lentis ſextarium madefactum aquæ frigidæ comedit, & alijs tribus panem aridum cum ſale, & aqua, ſed à vigeſimo ſeptimo vſque ad trigeſimum herbis agreſtibus, & virgultorum quorundam, radicibus crudis ſuſtentatus eſt; a trigeſimo primo, vſque ad trigeſimum quintum ſex vncias hordeaci panis, & coctum modicè olus, abſque oleo habuit in cibo: ſentiens autem caligare oculos ſuos & totum corpus puncta quadam ſcabredine contrahi ad ſuperiorem victum oleum adiecit, & vſque ad ſexageſimum vitæ ſuæ annũ hoc continentia cucurrit gradu, nihil extrinſecus, aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei guſtans, inde cum ſe videret corpore deſatigatum, & propinquam putaret imminere mortem a ſexageſimo quarto anno, vſque ad octuageſimum pane abſtinuit incredibili mentis feruore, vt eo tempore quaſi nouus accederet ad Domini ſeruitutem, quo cæteri remiſſius viuere ſolent, fiebant autem ei de farina, & comminuto olere ſorbiciuncula cibo, & potu vix quinque vncias appendentes, & ſic complens ordinem vitæ nunquam ante ſolis occaſum, neque in diebus feſtis, neque in grauiſſima valetudine ieiunium ſoluit; quod quam ſingulare abſtinentiæ exemplum ſit, nemo eſt qui non videat.*

11 Macharius cuius verba refert Socrates in lib. 4. hiſtoriæ Eccleſ. ca. 18. Hæc quæ ſequuntur de ſemetipſo protulit: *Bono animo eſto* (inquit) *ò fili viginti equidem iam annis continuis, nec panem, nec aquam, nec ſomnum capi ad ſatietatem, nam panem comedi pondere aquam menſuram bibi; parieti inclinatus paululum ſomni ſubripui.* Hæc ille. Neque verò hoc ſolum de memoratis ſanctis narratur, ſed de alijs verò multis, vt de Serapione apud Arſenum, de Ethbino in quadam Hyberniæ Sylua, de Abbate Stephano in monte Moreio, qui aqua, & pane vitam ſuſtentarunt: vt memoriæ proditum eſt à Palladio: Et de Abbate quoque Paſtumio, qui cum panem, & aquā ſolum adhiberet ad victum vtrumque menſura, & pondere ſibi præficiebat, idq; eo ipſe faciebat, quod ſibi ne panem quidē amicum, & aquam crederet atque confideret, vt traditur inuitis patrum.

Socrates. Macharij abſtinentia cum alijs.

Palladio.

Vlterius alij multi abſtemij fuere, quibus minimè nocuit abſtinentia, ſed profecit. In primis Hegeſander Delphus, Anchimolum, & Moſcum donec vixerunt, ſemper aquam bibiſſe teſtatur, atque cum ſolis ficubus veſcerentur, nihilominus corporibus fuiſſe robuſtis. Matris vir Athenienſis, donec vixit, vel nihil, vel certè parum, præter Mirthi fructum comedit, à vino, & ab alijs omnibus abſtinuit, præterquam ab aqua.

Nomina multorum quibus abſtinẽtia nõ nocuit.

Plinius Natural. Hiſt. lib. 7 ad extremos Indiæ fines ab Oriente circa Gangis fontem eſſe Aſtomorum gentem; (prodit) ſine ore toto hirtam corpore, quæ frondium veſtiatur lanugine, viuatque ſalite tantum, & odore, quem naribus trahant: Nullum illis cibum, nullum eſſe potum: tantum radicum, florumq; odores varios, Syluestrium malorum, quæ ſecum portant longiori itinere, ne deſit olfatus: grauiore paulò odore, haud difficulter exanimari. Horum etiam Strabo ex Oneſicrito mentionem facit lib. 15. Cæl. Rodig. lib. 14. cap. 21. antiq. lect.

Aſtomorũ gentes ſine ore, hac lita viuunt.

Olympiodorus Platonicus interpres Ariſtotelis ſcripſit teſtim. Ariſtotelis, qui rem vidit: fuiſſe hominem, qui donec vixit, neq; manducauit vnquam, neq; dormiuit. Cœterum in ſole manendo alimentum accepit. His in Phædone per ſimilia Plato conſcribit. Cœlius lib. 24. cap. 1. Antiq; lect. Memorabile, quod in recentiore obſeruatum hiſtoria eſt, fuiſſe quendam, qui biennio continuo nil prorſum, vel comederit, vel biberit. Probabiliora faciunt hæc, quod 7. de Animal. Alber. Mag. ſcriptum reliquit: fuiſſe fœminam Coloniæ in Germania ſub Federico II. quæ ſine cibo dies quandoq; viginti tranſmiſerit, ſæpè verò, & triginta. Virum quoq; malen-

Abſtemij qui lõgo tẽpore vixerunt.

coli-

colicum ſe vidiſſe teſtatur, qui ſine cibo ſeptem perſeuerauerit hebdomandas, alternis tantum diebus aquam exorbentem; deq; eis, qui ſine c bo quadrageſimam fecerint, nonnullos legimus, Auguſt.n.cum Caſulano reſcriberet affirmauit temporibus ſuis, quendam quadraginta diebus ſine cibo vixiſſe. Alium quoq; Petrarcha ponit Venetijs idem feciſſe,a multiſq; eius rei exptimentum fuiſſe factum. Fulgoſius lib.1.cap.2. Alium fuiſſe narrat Cardanus de rerum Variet. lib. 8. cap. 43.

12 Anno ſalutis 1460. Nicolaus Heluetius Vnderualdenſis poſt ſuſceptos ex coniuge quinque liberos, cum haud longe à pago ſolitariam ageret vitam, Peracto XV. anno ſine vllo potu, ac cibo deceſſit: veraq; inuenta fuerunt, quæ prædicabat futura: vitaq; prorſus auſtera fidem faciebat, nihil ab eo de cibi, & potus abſtinentia fingi. Et tamen Conſtantienſis Epiſcopus, in cuius diæceſi agebat, profectus ad eum ipſum locum, vbi Nicolaus erat, diligenter rem perquiſiuit, inuentaq; palam literis mandauit. Qui, vt ea de re certior fieret, ſub obedientiæ imperio recuſantem parum cibi ſumere coegit: ob quam rem grauiter ſtomachi dolore laborauit, id quod ipſe vereri ſe antea nouerat. Nec verò Epiſcopo illi tantum, verũ multis quoq; (ita ait Narrator fol.434.) cum his locuti qui viderunt ac Sermones vna ſeruerunt, rem extra ambiguum ponimus: preſertim quod de hac cibi abſtinentia diligentius quæſitum eſt, de quo ipſe parce loquebatur, remq; non miraculo, ſed naturæ tribuebat. Fulgent. lib. 1. cap. 6.

Athlantes Africę Populi nullo animante veſcũtur. Herodot. lib 4.

Orphica vita. Plato lib.6.de Legibus dixit, Orphicam vitam à luxu, ſanguinolentiſque dapibus puram eſſe. Huiuſmodi ſiquidem vitę rationem Orphęus inſtituiſſe videtur, vt non ſolum ſanguine pecudum non inquinarẽt aras Deorum, verum ne veſci quidem vllius animantis carnibus ſuſtinerẽt, ſed libis, ac frugibus melle conſparſis ſacra facerẽt, nec alijs ipſi veſcerẽtur. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thraces, quod Pythagoras tentauit apud Ionios, Numa apud Romanos, Eraſmus Eroteroſamus in adagijs.

Socratis fames. Diogenes Laert. lib. 2 1. narrat, quod Socrates ad famem, & ſitim tolerandam ſe exercuerat; poſt ſudorem enim è paleſtra collectum, cum alij potum vehementer appetunt, nunquam bibebat de primo cratere. Rogatus quamobrem id faceret? Ne conſueſcam inquit obſequi affectibus. Interdum enim licèt ſitias noxium eſt bibere: hic quum ratio ſuadet abſtinentiam, affectus hortatur, vt bibas, magis obtemperandum eſt rationi. Hæc ille.

Procopij abſtinentia. D. Procopius Breunouienſis Monachus in Bohemia, nihil in iuuenta ægriùs quam famem tolerabat. Ob quam rem præſide Breunouienſi aliquando in dignitate atque id agente vt abductum in agrum, ieiunare propter cibi inopiam vſque ad horam præſtituram cogeret: Procopius famelicus conſpecta arbore corno, conqueri de hyeme cępit, per quam corna eſui matura nulla reperiret. Induit ſubitò ad ſuſpiria eius arbor, & folia, & fructus, conuertitque rei nouitate in ſe omnium oculos: ſed & Procopium mirabantur, tam auidè in oblatos fructus inuadentem. Atque ab eo tempore indulgentiùs in continuandis ieiunijs eſt habitus ſed proceſſu ætatis abſtinẽtiam deinceps ſic voluit, vt exemplo alijs eſſet. Ioan. Dubrauius lib. 7.

Perſarum ſcholarium ietaculum. Perſarum pueri ad magiſtrum euntes adferunt domo panes quidem in cibos, naſturtium verò pro obſonio: itemque fictile poculum, vt ſi quis ſitiat, è flumine poſſit haurire. Quod ſi quis eos vel edere iniucunde, vel iniucunde bibere putat, is recordetur, quã dulce ſit eſurienti maza, vel pane veſci, quamque ſcienti ſuaue, aquam haurire. Ephebi eodem victus genere vtuntur per Xenophon. lib. 1. Pædiæ

Ephoborũ victus. Athenienſes vbi in Prytaneo Caſtori, & Polluci prandium parent caſeum phyſtam mazæ genus, oliuas maturas, & porros in menſis opponunt, virtutis antiquę memoriam reuocantes. Solon placentam comedentibus in Prytaneo dari iuſſit, atque per feſtos dies panem his opponi, quippe quod Homerum imitaretur. Is enim vbi optimates ad Agamemnonem congregat: miſcebatur autem farinæ inquit Athen. lib 4. & 3.

13 *Auguſt. Cæſaris abſtinentia, & temperãtia* Auguſtus Cæſar (vt ſcribit Suetonius) cibi minimi) erat, atque vulgari ferè. Secundarium panem, & piſciculos minutos, & caſeũ bubulum manu preſſum, & ficus virides, biferas maximè appetebat, veſcebaturque, & ante cœnam quocunque tempore, & ioco, quo ſtomachus deſideraſſet. Verba ipſius ex Epoſtolis ſunt. *Nos in eſſendo panem, & palmulas guſtauimus.* Et iterum: *dum lectica ex Begia domum redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi:* Et rurſus, *ne Iudæus quidem mi Tiberi tam diligenter Sabbatis ieiunium ſeruat, quam ego hodie ſeruaui; qui in balneo demum poſt horam primã noctis duas bucceas manducaui prius, quam vngi inciperem.* Ex hac obſeruantia nonnunquam, vel ante initum, vel poſt dimiſsum conuiuium, ſolus cœnitabat, cum pleno conuiuio nihil tangeret. Vini natura parciſsimus erat: non ampliùs ter bibere eum ſolitum ſuper cęnã in caſtris apud Mutinam, Cornelius nepos tradit. Poſtea quoties largiſsimè inuitaret ſenos ſextãtes nõ exceſsit, aut ſi exceſſiſſet reijciebat. Proportione ſumebat perfuſũ aqua frigida panem, aut cucumeris fruſtrum, vel lactucæ thyrſum, aut recens acidumue pomum ſucci vinoſioris. Hæc erat Imperatoris temperantia.

Regis Indorum abſtinentia. Phraotem Indorum Regem de victus ratione interrogauit Apollonius. *At is, ego* (inquit) *vini tantum haurio, quantum ſoli prolibo: captis in venatione veſcuntur cæteri, mihi exerceri ſatis eſt: alimenta mihi ſunt ex oleribus, & palmarum cerebro, ac fructibus.* Sic Philoſtratus, lib. 2.

Volaterranus alia per multa exempla abſtinentium adducit eorum, qui non ſolum carne, & lacticinijs abſtinuerunt; ſed aliquando

Vu etiam

Digitized by Google

Aliquorũ monachorum abſtinentia presbyterorum.

etiam pane, aut coctis herbis. De quorum numero, vt ſcribit lib. 21. Fuit Maxentius Pictauienſis Abbas, qui pane hordeaceo, & aqua victitauit. Arido in loco cum monachi ſiti laborarent, terram virga percutiens fontem ſcaturire fecit: vt ſcias elementa ei ſeruire, qui gulæ, & ventri dominatur. Item Hoſpitius iis, qui Longobardorum in Italiam aduentum longè ante prædixit, pane, & pomis veſcebatur; Quadrageſimæ verò ieiunia herbarum tantum, radicumq; refectione tranſigebat, ſemper abſtemius. Hoc abbas quandiu ſolitudinem incoluit herbis radicibus, & aqua ſuſtentatus eſt: pane abſtinuit donec monaſterio præpoſitus communi cum alijs cibo vti cæpit, vt ipſo lucrifaceret, & quadam vitæ æqualitate contineret. *Huic aut ſimilis fuit Onuphrius Abbas*, (vt etiã ſcribit Sabellicus lib. 2. cap. 2.) *qui cum ſede incerta per ſolitudinem vagaretur, diu herbis tantum, & fructibus ſuſtentatus dicitur: Demum pane, & aqua nutritus Angelo homini miniſtrante.*

Sanctus Martinus in Gallinaria inſula degens radicibus herbarum, & gramine victitauit. Helleborum inſcius ſæpè comedit, omneque veneni nocumentum in nutrimentum præce conuertit. Ex Bonfinio lib. 5. Dec. 1. Et Pombo Abbas (ex Marulo lib. 4. cap. 2.) cum animam ageret confeſſus eſt; quod ab eo die, quo ſolitudinem ingreſſus fuerat panem non guſtarit, neq; quicquam cuius ipſum pœniteret, prolocutus fuerit, & ſe tamen ſic è vita diſcedere, tanquam qui modo cæpiſſet, non tanquam qui profeciſſet. Similia affert de Philotonio Presbytero in Gallicia: de Ioãne Præsbitero in Gallia, & de Columbano Abbate de Amando, de Germano Monacho, & Euagrio Presbytero, qui omnes alijq; aut pane hordeaceo, aut herbis, & aqua frigida nutriti ſunt. Addenda quoq; ſunt ea, quę refert Gerardus à Nazaret de conuerſatione ſeruorum Dei cap. 18. de Monachis lubinenſis Cænobij, qui modum viuendi tam ſublimem aſſumpſerunt, vt non ſolum carne, & ſanguine penitus abſtinerent, ſed, & ouis, ac lacte, tribuſq; hebdommadæ diebus ſolo pane, & aqua veſcerentur. Reliquis diebus olera cocta, ſeu legumina ſumere licitum erat. Piſcibus rarò, vino rariſſime vtebantur.

Mulierũ mirabilis abſtinentia

14 Hanc viuendi formam non homines tantum, verùm mulieres, quæ debilioris complexionis ſunt tenuere. Et in primis Euphraſia Virgo biduo, triduoq; & tota interdum hebdommada inediam protrahebat in eo Thebaidis monaſterio in quo omnium ſpiritualium vnguentorum odore fragrauit, & quotidiana ſeruabantur ieiunia, & non carnem non lacticinia, non vinum, non oleum, non denique dulcium genera fructuum guſtare fas erat. Per ſimilia leguntur de alijs quam plurimis, vt de Maria Ægyphtiaca, quæ meretricium quæſtum, in quæſtum vertit Paradiſi: ipſa vel crudis herbæ radicibus, vel cibo nullo vixit. Item de Felicola Virgine, & Martyre, quæ in carcere incluſa per dies ſeptem in templum Deæ cuiuſdam ſub cuſtodia translata nihil guſtaſſe traditur, & conſtanti animo martyrij ſupplicium pertulit. De Maria Decegnies quæ pane ſolo reficiebatur. De Aſella Virgine, quæ pane, & ſale & aqua contenta fuit: His ſimilis fuit Oſilla Virgo, quæ leguminibus, & hordeaceo panę laſſum ieiunijs corpus ſuſtentabat, donec vixit. Et de Genouepha refert Bonfinius lib. 5. Dec. 1. quæ à quinto decimo anno, vſque ad quinquageſimum hordeaceo tãtum pane, & fabis contenta bis in hebdommada cibum ſumebat; Quinquagenaria Epiſcoporum iuſſu hordeaceo pani lac, & piſcem adiecit, ne ad mortem ferè conſcitam feſtinare videretur.

Euphraſia Virginis victus.
Et Maria Ægyptiaca.
Et Felicol.
Et Aſella.
Et Oſilla Virginum. & aliarum

Et cur non mihi de Mariæ Magdalenæ abſtinentia ſilentium imponam? Triginta enim annos nõ alio cibo ſuſtentatam legimus præterquam cæleſtium gaudiorum contemplatione. Sic etiam Silendum puto, quod eueniſſe in Hollandia circa annum ſalutis 1426. vbi fuit puella quædam Deo dicata, quæ infra octo, & viginti annos nullo corporali cibo refecta, ſolo Dominici corporis Sacramento per ſingulos dies Dominicos accepto victitabat: corpus attenuatum ſolis neruis cohærebat, & oſſibus carnes conſumptæ vires ademerant. Curioſè experiri ſtatuit Sacerdos, ſi quis ſub eſſet aliud: afferebat puellæ aliquando hoſtiam non conſecratam, vt probaret ſi Dominici corporis ſola virtus fęminam ſuſtineret. Ferunt mox ſuſtitutam viribus, factam velut in Agone, & niſi citius Dominici corporis oblatione ſuccurreretur animam protinus efflaſſet. Idem quoq; alijs in locis vſu compertum ferunt, Cranſius lib. 11. Vandaliæ cap. 3.

Hanc viuendi formam, ſeu normam non homines tantum, verum mulieres quæ debilioris complexionis ſunt, tenuere: vt fuit B. Candida, ſupra relata, ac etiam B. Anaſtaſia Abbatiſſa, quæ floruit circiter annum 950. in cuius vita refert Simeon Metaphraſtes ca. 7. *Quod cum abſtinentia multum valeret paululum panis, & aque poſt nona hora tempus guſtabat caſeo, & piſce omninò abſtinens, qua in ſolo die feſto Paſcha Deo gratias agens guſtare ſolita erat, Sanctæ verò quadrageſima poſt biduum ſumens cibum, crudis tantum oleribus contenta erat in illis ſanctis diebus omninò potum non guſtans.*

S. Anaſtaſ. abſtinentia Simeõ metaphraſtes.

Paula quoque vt D. Hieronymus refert in Epitaphio illius Epiſt. 27. cap. 8. *Tanta continentia fuit, vt propè menſuram excederet, & debilitatem corporis nimijs ieiunijs, ac labore contraheret, quæ exceptis diebus feſtis vix oleum in cibo caperet: vt ex hoc vno æſtimetur, quid de vino & liquamine piſcibus, & lacte, & melle, & ouis, & reliquis quæ guſtui ſuauia ſunt, iudicarit: in quibus ſumendis quidam ſe abſtinentiſſimos putant: & ſi his ventrem ingurgitauerint tutam pudicitiam ſuſpicantur.* Et aduertendum quod neque Paula ſancta in infirmitatis tempore carne vtebatur, vt idem Sanctus refert cap. 10. his verbis. *Quid memorem*

Paula abſtinentia.

morem clementiam, & ſedulitatem in agrotantes, quas miris obſequijs, & miniſterijs confouebat? Cumque alijs languentibus largè praberet omnia, & eſum quoq; exiberet carnium: Si quando ipſa ægrotaſſet ſibi non indulgebat & in eo inequalis videbatur, quod in alijs clementiam in ſe duritiam commutabat.

15 Sed multus ſanè in huiuſmodi re eſſem, ſi proferre vellem ea omnia, quæ de admirabili Sanctorum, & Sanctarum abſtinentia hiſtoriæ commemorant, quorum multi hominum frequentiam fugientes abdebant ſe in vaſtas ſolitudines, ibique nulla re alia veſcebantur, niſi herbis, & alijs rebus huiuſmodi, quas ſpontè ſua terra ipſa gignit ad pabulum animantium, ad quas pro potu aquam adiungebant, idque modicè, & rariùs etiam, quam poſſent, vt erubeſcāt homines, qui vētri indulgēt, & omnes corporis voluptates proſequuntur, laxātes intēperantiæ, cæteriſq; vitijs habenas, & incredibilia iudicātes eſſe quaſi nō credentes, quod omnia poſſibilia ſunt credenti.

Chryſoſt.

Legant quæſo Diuum Io: Chryſoſt. homil. 70. in Matth. qui Monachorum inſtitutū, miris laudibus circa finem proſequens inter alia dicit. *Mēſa enim illorū omnis luxus immunis ſuprema Philoſophia referta eſt: Non ſunt ſanguinis riuuli apud eos, non inciſiones carniū, non nidores acuti, non fumus pinguedinem redolens, non curſus, atque recurſus, nec tumultus & clamor importunus; ſed panis, & aqua; altera ex fonte nitido, alter ex iuſtis laboribus, qui ſi liberius epulari voluerint recētibus, herbis menſa repletur, maiorque inde voluptas, quam è dapibus Regum conſurgit.* Hæc ille.

monachorum antiquorum vita.

Nilus Abbas.

Legant Nilum Abbatem de interemptione Patrum Synæ, &c. qui ait. *Multi autem veſcuntur crudis oleribus, & baccis menſam minimè artificioſam, & nullis condimentis inſtructam amplectentes, eorum, qui obſonia condiunt, & panem conficiunt curioſitatem multi valere iubentes, ne ſi in curando corpore, multum tēporis ponerent negligentes eſſent in eo in quo oportet perſeuerare, ſed pura mente Deum colerent, nec carnium crapula grauatā habentes cogitationem, neque ciborum varietate ventris voluptati blandientes.*

Cyrillus.

Quod quidem confirmare videtur Cirill. Alex. lib. 7. contra Iulianum. *Caterum fortaſſe illud diceret: ab omni animali abſtinemus, & Pythagora nugas veneramur, &c. Plurimi quidē apud nos fuere ſumma bonitate conſpicui qui ad eam peruenere continentiam, & ita ſe ipſos caſtigauerunt, vt etiam ijs, quæ ad vitam vtiliſſima ſtrenuè abſtinere voluerint, nempè pane & oleo, & herbis, & leguminibus ineuitabilem ventris neceſſitatem placarunt: vſi pura aqua, & exercitationis labore gaudentes: & reiectaneus quidem apud ipſos nullus cibus fuit: abſtinuerunt autem à nonnullis, vt dixi menti, ad deteriora per penſionem remorantes, & carnis laſciuia compeſcentes.*

10 Quid amplius laborandum eſſet pro confutandis illis, qui aſſeuerant abſque carnium eſu vitam ſuſtentari non poſſe cū non ſolum naturæ lumine illuſtratus contrarium docuerit Seneca; ſed probata experientia à tantis ſanctiſſimis viris abſtinentiſſimis, luce clariùs pateat ſolo pane, & aqua, vel viliori cibo indigere naturā ad ſui conſeruationem, & non carnibus. At ne quis hoc abſtinentiæ mirabilis genus miraculo potiùs, aut ſtudio ſingularis noſtræ, vel alterius religionis, quā facultati naturæ tribuat; relegat (ſi placet) quod memoriæ proditum eſt de gentilibus, & de ijs quos ſupra tract. 8. memorauimus, qui ſolo naturæ ductu, atque impulſu ad abſtinentiæ olim ſtudium, & cultum ferebantur; Et tunc certè non negabit ſolo pane, & aqua, oleribus, leguminibus, aliiſque pauciſſimis naturam eſſe contentam.

Rurſus probari vltimo poſſet veritas, quam demonſtramus ex diuinis teſtimonijs, ex quibus planiùs, liquidiuſque conſtabit. Quare præſupponendum eſt, quod prouida natura cunctis animantibus neceſſaria tribuit ad vitam vt ſatis patet in piſcibus, & volucribus, cæteriſque animalibus, quæ neque ſerunt, neq; colunt agros, vt vitam ſuſtentent, ſed natura ipſa cibum illis ſine eorum cura, ac labore ſuppeditat: Quod autem homini propter peccatum hæc pœna impoſita fuerit, vt ſui vultus ſudore panem ſibi compararet ad victū: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Gen. 3. Hoc idcircò dictum fuit à Deo, vt intelligeret homo ſibi laborandum, ac deſudandum eſſe ſolum pro pane, non verò variarum, conquiſitarumque epularum gratia; in quibus conſumptus labor ſuperuacaneus planè videtur: Panis igitur, & aqua ſatis eſt naturæ, & ad huiuſmodi eſum ante diluuiū ſe applicarūt homines, carnem omninò vetantes, & ſolum terræ naſcētibus toto tempore vitæ vtentes ſe ſuſtentarunt, vt ſupra probauimus. Gen. 3.

Item probatur ex illo Eccleſiaſt. 19. *Initium vitæ hominis aqua, & panis, & veſtimentum, & Domus protegens turpitudinem:* Initium dicit, & grecè habetur principium, quaſi id, in quo præcipuè humana vita conſiſtit in pane ſcilicet, & aqua, hoc eſt ad humanam vitam ſuſtentandam, nihil eſt præter panem, & aquam neceſſarium, reliquam verò eſt iudicandum ſuperuacaneum, vt plures habere Domus, quam vnam ad habitandum, plures veſtes, quam neceſſarias ad tegendum, & defendendum corpus à temporis inclementia, aliaque ſimilia. Eccleſiaſt. 19.

Deinde Iſraeliticus populus in Deſerto per annos quadraginta alitur manna, & aqua potatur. Deſiderauit quidem carnes, non quidem quod neceſſariæ eſſent ad victum, ſed, quod ipſi prauis moribus eſſent, prauaque conſuetudine ducti efflagitarent, qua propter Deus vna cum carnibus in eorum caſtra cladem intulit: *Adhuc eſce eorum erant, in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper illos. Et occidit pingues, eorum, & electos Iſrael impediuit.* Ita Dauid Pſal. 77. In cuius nimietatis ſignum, ſepulchra eorum, ſepulchra concupiſcentiæ ſunt nuncupata, vt poſteris notum eſſet, huiuſmodi carnium eſus non neceſitatis, ſed concupiſcentiæ cauſa fuiſſe, propter neceſſaria enim nequaquam à Domino punirentur. Pſal. 77.

Digitized by Google

CAPVT III.

Statutum de carnibus non comedendis licitum eſſe, quia vitæ longitudini conſequendæ non officit; demonſtratur.

Peiriva.

17 NOn diù morabor in oſtendendo abſtemiorum vitæ longitudinem, & in probando, quod carnium eſum vitare, non eam abbreuiet: paucis me expediam cum nuper Doctiſſimus Pater ex noſtris Laurẽtius, inquam, de Peiritis Theologus, & de Religione benemeritus in altero ex ſuis libris, quem ſubditum appellauit, agens de noſtro quadrageſimali voto; de hac materia cap. 4. inſtituit, vbi per plura oſtendit, cibos quadrageſimales vitam non abbreuiare.

Abſtinẽtia à carnibus non abbreuiat vitã.

Quod probat primò rationibus ex arte medica deſumptis deinde experientia tot Sanctorum, & Religioſorum qui in noſtra abſtinentia à carnibus diù vixerunt. Ex quibus non paucos numerat abſtinentiſſimos, qui ad ſenectam vſque vitam duxerunt, ne dum ſeptuagenarij, & octogenarij verum, & nonagenarij in religione vixerunt, quibus annis additi ij, quos ad religionem tulerunt, ſupra centum non pauci vixerunt etiam in religione noſtra, quorum nonnullos etiam, non à præfato Patre numeratos ipſe noui.

Caſſianus.

Probat etiam afferendo D. Paulum primum eremi cultorem D. Antonium, Hilarionem, alioſque qui ſupra centum in carnium, & aliorum ciborum abſtinentia vixerunt. Et ferè multos his ſimiles reperies admodum ſenes in collationibus Caſſiani.

Ægyptiorũ victus.

Quibus addam hæc, quæ ſequuntur exempla Gentilium, & Philoſophorum, qui radices herbarum, folia, & fructus comedebant, & primò de priſcis Ægyptijs tradunt herbas, & paluſtres caules, radiceſque quas guſtu experti comprobaſſent eis victum fuiſſe, eamq; quam gramen dicunt herbam, tum præcipua dulcedine, tum hominibus, ac iumentis vtilis in primis vſus. Eius vtilitatis memores ad hoc vſque tempus viri, ac manibus decerpta Deos orant, exiſtimãtes hominem limoſum, ac paluſtre animal eſſe, ſumpta coniectura tum ab eius humili, naturalique ortu; tum quia magis humidis, quam ſiccis egeat cibis. Diodorus lib. 1. cap. 4.

Ægyptijs paluſtribus ad victus facilitatem quædam ſunt excogitata. Siquidem cum fluuius plenus campos inundauit in ipſa aqua exoritur ingens vis liliorum, quæ Lothon, Aeton Ægyptij vocant. Ea vbi demeſſuerunt ad ſolem exſiccant. Deinde quod medium Loti eſt, papaueri aſſimile, poſtquam coxerunt, ex eo faciunt panes aſſos. Eſt autem huius Loti radix quoque eſculenta etiam ſuauitate præſtãti orbiculata, mali magnitudine: Sunt, & alia lilia roſis ſimilia, & ipſa in flumine naſcentia; quorum fructus in alio calice germinans è terra ſimillimus ſpecie eſt ſpuo veſparum. In eo eſculenta quędam inſtar nuclei oliuæ coagmentata innaſcuntur, quæ & tenera comeduntur, & areſacta. Iam verò iuncum anniuum, vbi è paludibus excerpſerunt, Superiorem eius partem amputant, quam in aliud quiddam conuertunt: quod relictum eſt inferius longitudine cubitali, id edunt pariter, ac venundant. Eo ſi qui admodum ſuaui vti cupiunt in luculento furno torrefactum, ita comedunt. Herodot. lib. 2.

Poſt dictum herbarum, & radicum paluſtrium vſum, quem primò fuiſſe Ægyptijs tradunt: Piſces fuiſſe dicunt. Nilo enim eorum copiam præſertim cum decreſcens in alueum redit, ferente. Pecorum quoque carnibus veſcentes quidam eorum, pellibus pro veſte vtebantur. Hac vita plurimo tempore exacta: poſtmodum alijs fructibus in queis panis ex Loto factus veſci cæperunt. Diodor. vbi ſupra. Pane veſcuntur quem ex ferre conficiunt, & Colleſtem vocant, vino vtuntur facto ex hordeo: deſunt enim in ea regione vites. Victitant quoque tum piſcibus partim crudis, & ad ſolem areſactis, partim ſulſugine conditis: tum auibus, ſed crudis, prius tamen ſale conditis, coturnicibus, anatibuſq; atque paruis auiculis. Cæteris autem, vel volucribus, vel piſcibus, quæ ipſis in proximo ſunt (præter illa, quæ ab eis ſunt recepta pro ſacris) partim aſſis, partim elixis, &c. Herodot. citatus.

Æthiopiæ aliquarum gentium victus.

18 In Æthiopia, quę ſupra Ægyptum eſt iuxta fluuium, quem Aſtapam vocant, inhabitat gens, quam Rhizophagos vocant: radices enim arundinum, quas ex propinquis locis effodiunt, magna cura lauantes Barbari, lapidibus terunt quò ad molles factæ coliceant. Deinde placentas ad modum lateris, quantum manus capit, factas, atq; ad ſolem decoctas mandunt. Diodorus lib. 3. cap. 3. Sed allio delectantur Traces; vtpote calido: cum regionem incolant frigidam. Suidas, Attici etiam quoties nauigationem, aut expeditionem adornabant commercabantur allia, eaque retibus impoſita ſecum ferebant. Item in obſidionibus vrbium in prætio erat allium, iuxta illud: *Perdo allia in obſidione*. Eraſmus in adagijs.

Hylophagi velut aues de arbore in arborem proſiliunt.

Rurſus Hylophagi Æthiopes cum filijs, vxoribuſq; ad loca campeſtria accedentes, arbores aſcendunt, ac teneras ramorum ſummitates auferunt. Tantam autem ex continuo vſu ramos aſcendendi peritiam habent, vt quod incredibile videtur de arbore in arborem velut aues proſiliant, aſcendantque tenues abſq; periculo ramos, macilentia, leuitateq; corporis nixi. Si quãdo pedes labantur, manibus ramis comprehenſis ſe à caſu vendicant. Quod ſi forte deciderint, nullam in re propter leuitatem corporis læduntur. Ita ramis tenerioribus deorſum exeſis ventrem farciunt. Diod. loco proxime citato.

In Scythiæ montanis. Homines quidam caloi habitant ex arboribus viuentes, quibus Ponticum nomen: magnitudo ferè eadem, quæ fico, fructus fabæ ſimilis, etiam nucleo. Id vbi mite fuerit, veſtibus exprimunt, & quod ab eo craſ-

In montanis Scythæ quid veſcatur.

eo craſſum,& nigrum defluit nomine Aſchij, aut lingunt,aut lacte commixtum potant.Ex ipſius quoque craſſitudinis fæce maſſas ad eſum componunt.Herodot.lib.4. Spermophagi Aethiopes fructus,qui æſtate ex arboribus decidunt colligentes abſque labore edunt:reliquo tempore herbam in vmbroſis naſcentẽ locis decerpunt,quæ vitæ ſubuenit egeſtati. Ex eodem Diodoro. Et de filijs Moſiſnæorum in Ponto lib 14.ait: quod nucibus toſtis aluntur. Naſamones Pœni palmarum fructibus veſcuntur. citatus Herod. Lotophagi, Africæ populi, è ſolo Loti fructu victitant; qui eſt inſtar fructus lentiſci, ſuauitate aſſimilis fructui palmarum: ex quo vinum conficiunt. Ex eodem etiam vbi ſupra.

Et in Africa.

Veteres de quibus multa diximus ſuprà loquẽtes de victu ante diluuium etiam poſt diluuium glandibus victitarunt, mox inuenta eſt iuglans arbor,quaſi Iouis glans,quod ſuauitate ſaporis cæteris præſtaret. Macrob. lib. 3. Saturn.cap.18. frugibus cerealibus repertis manſuetiorem viuendi modum ſunt amplexi, hordeum primum repertum. Earumdem glandium frequens, & diuturnus cibus fuit Arcadibus, vt quo tẽpore monuit Apollo Lacedæmonios ne Arcades bello laceſſerent, hunc illis victum ex glandibus hiſce verſibus attribuerit.

Arcadiũ cibus.

Glande ſatur multa obſiſtet tibi plurimus Arcas.
Noſtra tuis non ſunt contraria numina cœptis.

Vlterius adnotandum eſt illud prouerbium (Vita dolij) apud Gentiles Philoſophos vitam ſignificabat frugalem, & parcam, & ab omni ſtrepitu, atque ambitione ſemotam. Breuiter talis dicebatur, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egiſſe legitur vnico contentus pallio, baculo quo canes abigeret, dolio de palo ſuſpenſo pro domicilio libenter vtens,crudis herbis, & aqua ſimplici victitans, pane excauato pro catino, manu caua pro poculo vtens à puero ſumpto exemplo quẽ fortè ad eum modum aquam haurientem viderat. Porrò, vt in dolio habitaret, inde ſibi dicebat in mentem veniſſe, quod cochleas contempla nullum aliud æquè commodum domicilium iudicaſſet. Vnde proreperet ad ſolem, & vbi ſe conderet à ventis atque æſtu. Ita Eraſmus in ſuis adagijs: Item prouerbium illud aliud exijt Zenone temperantior (Laertio teſte) eo quod Zeno Cittiæus crudis dum taxat veſcebatur, aquam bibebat loco vini, vt Diſcipulos ſuo exemplo ad temperantiam inuitaret. Moſcolus Antimolus Sophiſta ſolis caricis veſci ſolitus erat. Teſte Alexand. lib.3. cap. 11. M. Curius dentatus cum à Samnitum legatis audiretur, rapa ſibi parare obſonium in veticus eſt; de eo Iuuenalis Satyra 11.

Vita dolij, ex Diogena.

Curius paruo, quæ legerat horto.
Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula,quæ nũc
Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.

Romanos, ait Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. diù non pane ſed pulte victitaſſe, piſtoreſq; per annos 600. vſque ad Perſicum bellum nullos habuiſſe,cõſtat. Fiebat puls ex aqua,frumenti,& fabarum, aut hordei farina, quam in ſacris oblationibus Deorum adhibebant. Et multi ſenectam longam,vt ſcribit Plinius lib. 22 c.24. mulſi tantũ nutritu tolerauere neq; alio vllo cibo celebri Pollionis Romuli exẽplo centeſimum annum excedentem eum Diuus Auguſtus hoſpes interrogauit quanã maximè ratione vigorem illum animi, corporiſque cuſtodiſſet? At ille reſpondit: Intus mulſo, foris oleo. Inſuper etiam Ioannes Aragonum Rex 18.qui ad octuaginta annos integra valetudine peruenit,arborum fructibus libentiùs veſcebatur, quàm carnibus. Ficus virides,& recentes appetebat,& eas maximè, quas Aragones Buriaſotas appellant, & Latini Duricorias.Ita Marineus lib.22.rerum Hiſpaniarum.

Veterum Romanorũ victus.

Ioannis Aragonũ Regis ſenectus.

Probat inſuper præter alia ex ſcriptura Eccleſ. 37.dicente: *qui abſtinens eſt, adyciet vitam.* Ad quæ,addendum videtur:Quod prædictorum veritas conſtat in prima mundi ætate, in qua vixerunt homines diutiùs, quam in qualibet aliarum. Adam enim vixit annos nongentos triginta: Malalel octingentos nonaginta quinque: Iared nongentos ſexaginta duos: Matuſala nongentos ſexaginta nouem: Lamec ſeptingentos ſeptuaginta ſeptem, & ſic de alijs, qui omnes nutriebantur terræ naſcentibus, & nullus eorum carnibus veſcebatur: dictum enim fuerat Adæ comedes herbas, & ſic obſeruatum fuit vſq; ad diluuium, vt tract.7.per totum. Noe verò, & filijs eius, à quibus inchoauit ſecunda ætas dictum eſt *omne,quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum*, & carnibus veſci cœperunt: ſed ex tempore illo,quo carnibus laxauit rector habenas, & vulgo lata comedendi ſcientia dedit,guttura nouerunt carnes, eaſq; tunc ætas illa cognoſcere cœpit, & ex tunc vita hominum breuior apparuit, & cuiuslib. ætas diminui cœpit: nullo igitur modo eſt dicendum ex eſu carnium vitæ longitudinẽ prouenire,quin potiùs diminui.

Eccleſ. 37.

Taceant ergò inter alios hæreticos,qui Iacobitæ dicuntur & malè ferentes hanc carnium abſtinentiam,ne dicant ſtatutum Carthuſienſium Religioſorum. quæ illis præcipitur, in mortis etiam articulo,à carnium eſu abſtinere,in odium proximi fuiſſe factum, quia neceſſarium forè iudicabant vti carnibus ob vitæ longitudinem,conſequendam, & quia languidi nequeunt interdum à mortis periculo liberare ſine carnium eſu. Sed quàm impiè loquatur patet ex ijs, quæ ſupra diximus, & ex patre Petrina citauimus quoad abbreuiationem vitæ, ſed quo ad periculum mortis euitandum, carnes non eſſe neceſſarias dicemus infrà. Non igitur, vt illi falsò dixere ſunt ſui homicidiæ, qui à carnibus abſtinent, nam diù abſtinendo vixerunt. Indeque licitum ſtatutum quiſque dicet.

Sed dato,& non conceſſo,quod ex hac abſtinentia prouenirẽt abbreuiatio vitę corporalis,& debilitatio ſanitatis, quamque ſeruando religioſi incurrerent periculum diminuendi vitam, non tamen tenerentur comedere carnem

Abſtinẽtia à carnibus, & ſi vitã abbreuiaret, non te-

Digitized by Google

tenētur Religioſi ad illas edendas & quare.

nem,& licitè poſſe pro tuenda hac virtute,ſe illi periculo exponere quemadmodum licitũ eſt, agere multa,ſiue temporalia , ſiue ſpiritualia ſint, per quæ , & in quibus abbreuiat homo vitam ſuam , aut infirmitatis debilitatem incurrit : dummodo intentio talis hominis citiùs naturæ conſumentis curſum, ideſt periodum ætatis ſuæ , non feratur directè,& immediatè ſuper eo,quod eſt abbreuiare vitã ſuam, vel corpus in ægritudinem trahere, tanquam ſuper fine principali, aut quod non fiat pro fine aliquo prohibito. In hoc enim caſu tales grauiter peccarent,& per leges meritò dehoneſtantur. Sic Ioan. Gerſon docuit concluſ.3. vbi longum de hac re texit ſermonem, quem quiſque dignè videre poterit. *Gerſon.*

Et quod dicit, probat primò ex eo quia licitum eſt hominibus per temporales occupationes exponere ſe periculo non ſolum abbreuiandi vitam, & debilitandi ſalutem, ſed mortis, vt euenire poſſet in agricolis colendo terram,& pleriſque alijs, qui pęnalibus operibus debitæ valetudini non parum aduerſis (præcipuè dum tempora intemperata ſunt ex nimio gelu, vel feruido æſtu) incumbunt: In militibus quoq; eadem apparet ratio, nam militaris exercitatio nunc in ipſo belli apparatu, nunc in tentorijs, aut caſtris, vel demum in ipſo hoſtili conflictu,plurima gignit incommoda , quæ nedum vitam abbreuiant , ſed multoties mortẽ inducunt, & tamen licitum eſt militari cum magnis laboribus æſtu, & frigore; fame, & ſiti, ac vulneribus quibus ſæpè extinguitur vita.

20 Quid demum dicemus de mercatoribus de quibus ait Flaccus. *Flaccus.*

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.

Ipſi enim,quam innumerabiles huiuſmodi hæc, & ſimilia agendo, patiendoque vitam abbreuiant,& inadipiſcendis, conſeruandis,aut recuperandis temporalibus, non dico, infirmitati, ſed vitæ periculo, & morti licenter ſe exponunt. *Bona tẽporalia quot erũnijs acquiruntur.*

Quanto igitur magis pro ſpiritualibus bonis licebit, & nobis aliquid peragere, etiam cum numeratis periculis pro malis tẽporalibus, & ſpiritualibus depellendis, & bonis acquirendis, conſeruandis, reparandis, aut reſtaurandis, nulli dubium eſſe debet , quin pro adipiſcendis virtutibus, pro maiori humiliatione facienda Deo, pro acquirenda faciliùs perfectione vitæ Chriſtianæ , vel pro remiſſione peccatorum ſuorum, vel proximorum carnem vitare etiam cum periculo ſalutis corporalis, & ſi qui à proprijs peccatis immunes, & expurgati, ferant ſuper ſe crimina aliorum in abſtinentijs, magnis laudibus extolli debent,quandoquidem animam ſuam pro alijs ponunt. Hæc inter pleraque alia adducta à Gerſone extrahere libuit, remittendo ad cætera videnda præfato in loco: ſufficiat nobis, quod verificatum remanet, poſſe nimirum ſeruari noſtram abſtinentiam non obſtante quolibet periculo,dato , quod aliquod inde eueniret , nam abſolutè nullo modo concedimus, per abſtinentiam abbreuiari vitam ſi prouerbium illud poeticum à Terentio commemoratum ſeruetur: ſcilicet. *Ne quid nimis*, quod Horatius plus expreſſit dicens. *Terentius. Horatius.*

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines.

Quos vltra, citraque nequit conſiſtere rectum.

CAPVT IV.

Licitum eſſe ſtatutum de abſtinentiã carnium; eo quia ſaluti corporali non officit, ſed potiùs ei prodeſt demonſtratur.

21 QVod cibi Quadrageſimales conferant ſaluti corporali plures rationes affert, Franciſcus Valleſius in commento Aphoriſmorum ſect. 1. Aphoriſ. 18. & in commento de ratione victus in morbis acutis, videantur omninò pro claritate quæſiti. *Valleſius.*

Notandum, nos hic loqui præcipuè cum religioſis, aliſque Eccleſiaſticis viris , quibus competit ſanitas; & iuſtæ vires ſufficiunt,ex his enim duobus, vtputa ſanitate, & viribus noſtrũ viuere conſtituitur, quod notamus ob eas vires excludendas , quæ neceſſariæ eſſe poſſent hominibus vxoratis, vel duris operibus mancipatis; ad eas enim acquirendas forſitan (ſimpliciter loquendo) carnium eſu indigerent. Dixi,forſitan; nam contrarium etiam aliquando in præfatis perſonis experti ſumus, de neceſſitate autem ſecundum quid, id eſt ad melius eſſe non dubito. *Religioſis quæ vires neceſſariæ.*

Quibus præſuppoſitis dicimus abſtinentiam à carnibus nullum damnum afferre corporali ſaluti,ſed potiùs infirmitatem corporis curare. Probatur primò ex auctoritate Eccleſię; Sic enim ipſa canit in oratione primi Sabbati Quadrageſimæ, *Concede, vt hoc ſolemne ieiunium, quod animabus, corporibuſque curandis ſalubriter inſtitutum eſt, &c* Non ſolum igitur quadrageſimalis abſtinentia, curat animam, vt poſtea videbimus, verum etiam corpus ſanat, ſi aliqua efficitur infirmitate, & ſalubriter conſeruat, ne infirmetur, cum ipſa ſaluti potiùs conferat, quam eſus carnium. *Abſtinẽtia à carnibus prodeſt,non officit ſaluti corporali.*

Huius opinionis fuit Cornel. à Lapide in cap.4. Matth.in ver.2. Dicens ieiunium in verè inſtitutum non tantum ſanitati animæ, ſed & ſanitati corporis conferre, vti doctè oſtendit Diuus Virragus Medicinæ profeſſor Louan. in lib.de Ieiunio Medico Eccleſ. in verè enim ebullit ſanguis, & humores cæteri qui febres alioſq; morbos procrearent,niſi ieiunij abſtinentia, & piſcium frigore reſtinguantur.

Pro cuius veritatis robore; adeſt decretum illud de conſecr.diſt.5. *Ne tales* (inquit) *alimenta olerum, & leguminum plus valent corpori, quam delicata.* Quæ verba à D. Hier. ſum- *Hierony.*

ſumpta videntur contra Iouinianum cap.38. Vbi eadem refert dicens: *Olerum, & pomorum, & leguminum facilior apparatus eſt, & arte impendúſque coquorum non indigens, & ſine cura ſuſtentans humanum corpus.* Inde à Gratiano ipſius decreti conditor, nè dum parcitas cibi, ſed etiam qualitas eius commẽdatur, parcitas cum dicit eius commoda; qalitas cum guloſitatis incommoda adducit, quæ reperiri non poſſunt in oleribus, leguminibus, &c. Scribit enim: *Morbi ex ſaturitate nimia concitantur*, (ecce guloſitas *deſtruitur*, vt parcitas inducatur) *multiq; impatientiam gulæ vomitu remediantur.* Et quod turpiter ingeſſerunt turpiùs egerunt. Hippocrates in Aphoriſmis docet: *Craſſa, & obeſa corpora quæ creſcendi menſuram impleuerint; niſi citò ablatione ſanguinis minuantur, in paralyſim, & peſſima morborum genera erumpere; nec poſſe viuere animal niſi creſcendi capax ſit.* Vnde, & Galenus vir doctiſſimus Hyppocratis interpres: *Athletas, quorum vita, & ars ſagina eſt*, dicit in exhortatione medicinæ; *nec viuere poſſe diu, nec ſanos eſſe.* Igitur, qui dati ſunt ad explendam gulam, varijs incitamentis adipum, & carneis cibis, magna ſanguinis copia affecti cum creſcere non poſſint, ſi ſanguines non minuant, ſecundum Hyppocratem, morbum incurrunt. Nam cum non poſſit homo eodem in ſtatu ſemper manere, oportet eum, qui eſt in ſummo decreſcere, quod fit per ſanguinis emiſſionem. Hoc certè inconueniens, ſi qualitate cibi mutata non carne ſcilicet, ſed oleribus, moderatè veſcantur, omninò expellitur: vt ibidem ipſe Gratianus docet ſeqnentibus verbis: *Moderateque ſumptus* (cibus olerum) *quia nec auidè voratur, quod irritamenta gulæ non habet, leuiori digeſtione conqueritur. Nemo enim vno, aut duobus cibis, hiſque vilibus, vſque ad inflammationem ventris oneratur: quæ diuerſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cum varijs nidoribus fumant patinæ: ad eſum ſui expleta eſurie, quaſi captiuos trahunt.* Optima quidem ratio ad euitandam ſanguinis effuſionem, quæ ſi non fiat varij generantur morbi, nam repletio ſanguinis, non cauſatur ex oleribus, quia cũ hæc in ſe cauſam non habeant auidè vorandi fit, vt moderatè ſumantur, & tantummodo illum generant ſanguinem, qui neceſſarius eſt pro vitæ ſuſtentatione, & ſic (nimietate ablata,) quamplures auferuntur ægritudines, quæ euenire ſolent, cum ad nidores labuntur homines, & carnium aſſatarum trahuntur, vnde odor leuatur, &c. huiuſmodi.

Gratianus.

Guloſitatis damna.

Hyppocr.

Galenus.

Cibus olerum guloſitatis damna reparat.

22 Mox notanter dixit (moderatè ſumptus) nam ſi ad poſſe olerum, & leguminum alimenta ingurgitent, & in iiſdem cibis irritamenta gulæ quærunt; iiſque nimis, quam par eſt veſcuntur, non præfata tantum incommoda euenire poſſent, ſed peiora forſitã; ideò nè dum carnibus parce vti debemus, ſed herbis, quoque, & leguminibus: Nam vt dixit D Hier. ſcribens ad Furiam de viduitate ſeruanda: *de ipſis cibis calida quæq; de vita, non ſolum de carnibus loquens, ſed de ipſis leguminibus inflantia, & grauia docuit declinanda eſſe.*

Probauit rurſus olera, & legumina magis ſaluti conferre, quia cibus ex illis confectus leuiori digeſtione concoquitur, quæ quidem ratio optima eſt; Nam corpus eſſe ſanum conſiſtit in iuſta humanorum proportione, ac Symmetria, & in eo quod habeat vires ad ea propulſanda, quæ ſunt ei noxia, quod ſi viribus præfatis, & proportione illa careat fieri non poteſt, vt diù viuat: eo igitur cibo vtendum eſt, qui facilè concoqui poſſit, & digeri. Bona enim concoctio non prouocat crudos, & noxos humores, qui morbos generant, & bona concoctorum ciborum diſtributio corpus reddit leue, & agile, vt quod nec in inconcoctorum humorũ nimio grauetur pondere, nec ab aſcendentibus oppreſſum, & ſuffocatum torpeſcat vaporibus, & ea fit nutrimenti diſtributi aggregatio, & cuilibet parti aſſimilatib, vt corpus augeatur, & creſcat ad iuſtum, & non ad plus æquo exuperantem molem, & magnitudinem, quam, ſi iam illud adeptum eſt, acquirat quotidiè, quod in dies de ſui ſubſtantia deperit, & non ampliùs ſi in ægritudines incidere noluerit. Id verò totum præſtat cibus ſimplex, & concoctu facilis, qualis eſt cibus olerum, & leguminum, etiam non autem talis dicendus eſt cibus, qui diuerſarum carnium irritamẽta inducit, nam præter repletionem, quam ſæpiſſimè auidè cauſat, etiam diſſimilitudinem quamdam comeſtibilium ſecum affert quæ laborioſam digeſtionem non expellit. Vnde, vt præclare dicit Hippocr. in lib. de Flatib. *Cibos varios, & diſſimiles inter ſe ſimul aſſumere ad prauam victus rationem pertinet: Seditionem enim mouent, quæ ſunt inæqualia; aliquaque citius, alia difficilius concoquuntur: Mouetur autem ſeditio propter diuerſas, & inter ſe contrarias qualitates.* Omnia itaq; quadrageſimalia alimenta faciliori concoctione digeri experientia docet, eaq; concoqui pariter eodem tempore pro certo habemus. Quibus præſuppoſitis, & vt veris habitis proculdubio magis conferre corporali ſaluti, negare minimè poterimus.

Cibus quadrageſimalis digeritur facilius

Corpus eſſe ſanu in quo conſiſtit.

Hippo. lib. de flat.

Hoc item confirmare poſſumus ex D. Ambroſio lib. 3. Hexamer. cap. 7. tom. 4. qui loquens de primo victu ſic ait: *Exemplum itaq; frugalitatis magiſterium parſimoniæ eſt herbæ ſimplicis victu, olerisq; vilis, aut pomi contentos eſſe omnes oportere quem natura, obtulit quem liberalitas Dei prima donauit: Ille ſalubris, ille vtilis cibus, qui morbos repellat, qui reſecet cruditates; nullo hominum paratus labore, ſed diuino effuſus munere, ſine ſatione fruges, fructus ſine ſemine, tam dulcis, tam gratus, vt etiam repletis voluptati, atque vſui ſit.* Ecce igitur ex ſententia Ambroſij abſtinentiam morbos repellere, & ſanitati congruam eſſe; non ergò officit, ſed prodeſt.

D. Ambr.

Quod autem diximus noſtrum viuere conſtare ex duobus ſcilicet ſanitate, & viribus, quibus maximè conuenit facilitas ad digeſtionem, & corporis leuitatem vtilis: Notandum quod per ly (viribus) non intelligimus vires iniu-

flas,

Quæ ſanitas, & quæ vires ſufficiant religionis.

ſtas, lubricas, & miſeras quales ſunt, quæ Athletis ea illa ſua edendi neceſſitate obueniunt, ſed iuſtas, quales religioſis competunt: qui ad hoc vt ſani viuant, & ſufficientes vires habeant non indigent carnium eſu: Quod probat D. Hierony aduerſus Iouinianum contrarium ſentiētem cap. 38. ibi enim oſtendit, neque ſanitati, neque viribus neceſſarijs officere olerum, & leguminum alimenta ſequentibus verbis: *Si autem Milonis illius Crotoniatæ vires olera non miniſtrant, quæ naſcuntur; & aluntur carnibus: Quid neceſſe eſt viro ſapienti, & Philoſopho Chriſti tantam habere fortitudinem quæ athletis, & militibus neceſſaria eſt, quam cum habuerit ad vitia prouocetur. Illi arbitrantur carnes ſanitati congruas, qui volunt abuti libidine, & in cenum demerſi voluptatum ad coitum ſemper exæſtuant Chriſtiano ſanitas abſq; viribus nimijs neceſſaria eſt; nec turbari nos debet; ſi rari ſunt huius propoſiti ſectatores, quia rari ſunt amici boni, & fideles & pudici, & continentes, ſemperq; virtus rara eſt* Hæc ille. Quam diuinam ſententiam legamus (obſecro) nos religioſi frequenter, nam ſi illam vti oportet mente retentam contemplauerimus, proculdubio timore perterriti contremiſcemus: Et ſi carnium epulas appetimus, cur non erubeſcimus? cum tantus Eccleſiæ Doctor dicat carnium manducatorem eſſe ab omni virtute exulem, & in vitia demerſum: & ſanitati congruiſque viribus carnes non eſſe neceſſarias affirmet.

D. Hier.

Milonis geſta.

Valerius.

In cuius rei probationē, Milonis adducit exemplum: hic namque eſt ille Crotoniata, (vt in ſcholijs præfati libri habetur) qui bouem humeris tuliſſe dicitur, vt ait Valerius. Item taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidit, totumq; eum, eo die comedit; ecce carnium vorator; ecce virium amator. Sed reſpiciat quiſque obſecro finem eius, qui cum in ſylua vidiſſet ingentem arborem caudice diſciſſam immiſſis manibus penitus diſcindere, cupiens, recluſiſq; fixuris, cum manus recipere non poſſent à Feris dilaniatus eſt. (Plinio teſte) ſic qui ſunt carnibus auide veſcentes, & lectis huiuſcemodi verbis non contremiſcunt: Suis confiſi viribus, ad omnia porrigent manus, virtuteſque diuellere cupient à quibus exules fiunt manducatores carnium: Sed recluſis fortitam fixuris, antequam ſuas extrahant manus, ideſt cupiditates extinguant: (Sic Deo permittente) illas retrahere non poterunt, quouſq; Feræ Monſtri infernales ſuperueniant, & inprouiſo eos in vitia demerſos reperiant ibiq; eos dilaniare non ſinant: fugiamus, ergò nos Religioſi, & Chriſti ſequaces carnes ne tot mala miniſtrent.

Milonis Mors ex Plinio.

Dan. 1.

Ad prædictorum inſtar; Pueros Babylonicos adducere poſſumus quos (Daniel. cap. 1.) dixiſſe legimus: *Dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum.* Quo facto poſt decem dies apparuerunt corpulentiores vultus eorum, & in oleribus veſcendis, & leguminibus viſi ſunt abſtinētes pueri pinguiores fortiores, atque ſpecioſiores: conferunt ergò legumina ſanitati corporis. Quod confirmauit Hieronymus, dicens: Abſtinentia mater eſt ſanitatis, mater verò ægritudinis voluptas: quia fames curat morbos, quos infert gula ſic in ſpiritualibus omnes abſtemij euadunt infirmitates ſpirituales, & longam cum Deo vitam obtinebunt beatam.

Hierony. abſtinentia eſt mater ſanitatis.

Denique primos noſtros Patres, qui ante diluuium carnibus non vtebantur, vt diximus ſupra, ſanos credimus vixiſſe, & non ſemper infirmos, imo maioribus ægritudinibus affici eos, qui nunc viuunt, quàm, qui tunc viuebāt pro certo habemus, quandoquidem illi longiori vita vixerunt in tam enim longeua ætate, nullus eorum, quos ſcriptura commemorat languore contabuit; Tunc ſimplex erat cibus, & morbus rariſſimus: nunc autem cōtrarium videmus, igitur eſus carnium potiùs infirmitates inducit, quam liberet. Vnde Seneca: *Immunes erant ab iſtis malis, qui non dum ſe delitijs ſoluerant. Multos morbos multa fercula fecerunt: Variuſq; ex diſcordi cibo morbus eſt: Innumerabiles eſſe morbos non miraberis, coquos numera. Ex iſtis non ſingulares morbi naſcuntur, ſed inexplicabiles, diuerſi multiformes.* Vnde & Chryſoſt. *voluptas, & ingluuies ſanitatis noſter ſtabilitatem omnem ſubtrahit facilè, & vilis paruoq; mēſa ſanitatis mater eſt.* Et qualis maior indigentia reperitur, quam illa quæ in noſtris menſis carnibus, caſeo, &c. carentibus? Neq; ex hoc ægritudinibus afficimur hac in noſtra Minimitana religione, nam ſi hoc eſſet liberos euadere ab infirmitatibus cognoſceremus, eos, qui carnes comedunt: Nihilominùs contrarium in dies experimur, cum illos longis, & magnis quoq; febribus, doloribus, varijſq; morbis prout ſupremo Deo placuerit laborare videmus, non itaq; carnes morbum vitant, & ſanitatem conſeruant, ſed potiùs corpori nocent, & animam occidere quærunt. Vnde Greg. *Dum os delectatur in condimentis: Anima necatur comedentis.*

Seneca

Chryſoſt.

Greg.

Vlteriùs facit pro nobis exemplum illud ex D. Hieronymo deſumptum, & à D. Antonio relatum. 2. par. ſummæ tit. 6. cap. 1. §. 3. *De quodam abbate, qui cum iret ad Balnea, quia quaſi perdiderat appetitum propter nimiam epulationem, captus in via, & ductus ad Radicofanum fuit incarceratus, & audita cauſa itineris fecit eum Dominus Caſtri manere in quadam camera vbi non erant niſi fabæ crudæ, & aqua, & ſine cibo, & potu per aliquot dies propter quod ille conſumptis ſuperfluis humoribus: fame ductus comedit illas fabas, & ſanatus eſt. In multis enim eſcis* (Eccleſia. 37.) *erit infirmitas. Seneca voluptates non tantum voluptuoſos excæcant, ſed, & impotentes reddunt: & contractos, & leproſos, & diuerſis alijs infirmitatibus affligunt.*

Antonius.

Et idem D. Antoninus 4. p. tom. 4 cap. 4. § 3. deſcribens proprietates abſtinentiæ ait; Secunda proprietas abſtinentiæ ad corpus pertinēs eſt: quia facit corporalem vitam delectabilem, & ſanam. Cibus enim cum moderamine ſumptus primò in guſtu delectationem facit. Cauſatur enim delectatio ex coniunctione

D. Anton. Abſtinētia facit corporalem vitam delectabilem, et ſanam.

Digitized by Google

ctione proportionata conuenientis cũ conuenienti. Quando ergò cibus temperatè ſumitur, tam in quantitate, quam in qualitate tunc conueniens cum conuenienti coniungitur; quia guſtus cui cibus coniungitur conuenientiam habet ad ipſum in modo & menſura, & tunc ſequitur delectatio. Vnde maiorem delectationem ſentit temperatus in cibo, quam guloſus. Quanto enim guſtus eſt ordinatior, & natura purior, tanto delectatio quæ inde percipitur erit maior. Vnde

Eccleſ. 31. dicitur Eccleſ. 31. *Somnus ſanitatis in homine parco dormit vſque mane: & anima ipſius cum ipſo delectabitur.* Chryſoſt. *Nihil ſic iucundum eſt, ſicut cibus bene digeſtus, aut decoctus. Nihil ſic ſalutem conſeruat: nihil ſic ægritudinem fugat ſicut moderata refectio. Sufficientia quidem cum nutrimento, & ſoſpitatem ſimul procreat, & voluptatem; abundantia vero morbum facit, & moleſtias ingerit;* de conſecr. diſp. v. Nihil.

Horatius. Horatius tandem lib. 7. Satyr. 7. proſequens vtilitates eius enarrare, qui tenui vtebatur victu: ſic ait.

Accipe nunc victus tenuis, quæ, quantaque ſecum
Afferat. In primis valeas bene: Nam variæ res,
Vt noceãt homini credas, memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit, ac ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchilia turdis,
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. Vides vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia: quia corpus onuſtum
Heſternis vitijs, animũ quoq; prægrauat vna
Atq; affligit humo diuinæ particulam auræ
Alter vbi dicto citius curata ſopori
Membra dedit vegetus, præſcripta ad munia ſurgit, &c.

Perpendite quæſo qualiter etiam Horatius temperantiæ ſobrietatis, abſtinentiæuè vtilitates afferat; vt nos ad eam alliciens afferat in primis corporali ſaluti non officere quandoquidem ait, quod valeas benè. Id eſt quod per temperantiam ſanus ſis: nam variæ eſcæ nocent homini, quod credere facilè poteris (loquitur cuidam) ſi memor, fueris illius cibi ſimplicis, vniformis, vnius ſpeciei, quo vtebaris cum ſobriùs vel forſan pauper eras. Ecce ſalus per ſobrietatem proueniens.

Ac ſimul aſſis miſcueris elixa, oſtendit ciborum varietatem damnum afferre ſaluti, miſcendo enim bullita obſonia, cum aſſatis cibis, vel piſces cum volatilibus. Ecce quod nedum religioſo noſtri ordinis officit carnem, & piſces ſimul comedere in vno prandio, vel cæna, (vt optimè Pater Peyrina,) ſed ſingulis quibuſcunque iuxta illud (miſcere conchylia turdis,) & ea omnia, quæ tibi dulcia erant, dum ingurgitares. Vertẽt ſe in bilem, ſcilicet amaram choleram, & natus inde nociuus humor afferet tumultum, & perturbationem ſtomacho tuo. Sic enim experietur quilibet homo ſurgens è coena dubia vbi propter multitudinem ciborum dubitat, quid primum ſumendum ſit: pallidus inde deſurgit ex nimia oneratione ſtomachi, & aggrauatus mente, & ratione affligit ſpiritum rebus terrenis. At qui non crapuloſus, ſed ſobrius erit dando pacificæ dormitioni membra refecta, citius quam dicitur, agiliſq; ad miniſteria ſua ſurgit. Apponit igitur, ſobrietatis commoda, & guloſitatis incommoda. Inde ſufficienter ab Horatio notum fit omnibus tenuem victum iuuare ad ſalutem, cum abſtinentiæ ſit tenuè victitare: ſequitur, ipſam ſaluti non contraire.

27 Placeat tandem hæc omnia pulchro illo D. Ioannis Chryſoſt. diſcurſu claudere (homil. 13. in Epiſt. ad Thimoth.) ait enim. *Aſpicies ea ingenti mæſtitia plena, ac ſiquidem liceret animam exutam corpore ſubijcere oculis intuendam, videres profecto huiuſmodi delicioſorum animas deiectas, mæſtas, triſtes, fædas, macieq; confectas. Quanto enim corpus pinguedine, craſſitudineq; diſtenditur, tanto illa extenuatur magis, atq; imbecillior fit, tanto item magis obruitur, atq; ſepellitur. Ac ſicuti in oculorum pupillæ ſiquidem exterius impoſitas tuniculas craſſiores effeceris, cernendi vim emittere ex ſe nequit, & clarius intueri, cum radius ille oculorum ex ea pinguedine obtundatur, ac tenebris plena ſint omnia: ita, & corpus cum fuerit obeſum animam, quoque obtuſiorem euadere neceſſe eſt. At mortui inquies, in putredinem, tabemque vertuntur, ingenſq; ab ea ſanies difluit. Id profecto, & in ea, quæ delicijs ſoluitur fieri videas. Quippe rheuma, pituita, purgamenta narium, ructus, & vomitus ex ea profluunt: cætera enim omitto, quæ dictu turpia ſunt. Tantum enim habẽt deliciæ virium, vt quod, ne eloqui quidem ipſi poſſumus, ea delicias ſibi perferre ſuadeat. Quonammodo?* Defluit vndiq; corpus, & imbecillius fit.

Conſidera quæſo diligentius, quis nam ſit eſcarum finis, quis ciborum exitus, in quod illi vertantur, quid fiant. Nonne vel ad ſolum indignaris auditum? Quid igitur, vt ſtercora plura conficias elaboras. Nihil profecto aliud eſt ciborum illa ſuperflua cura, quam exaggeratio ſtercoris. Habet quippè natura modos ſuos, quos ſi quis excedat, & amplius, quam illa velit, vitiat: non iam cibus ille alimentum, ſed pernicies fit; Enutri ſane corpus, non eneca. Idcircò enim alimenta hæc dicimus, non vt eis corpus perimamus, ſed vt alamus. Ideò, vt reor, eſca ipſa fine tam abiecto concluditur, ne ſimus deliciarum amatores. Non niſi illa hoc fine deſineret, neque in perniciem corporis immodicam verteretur, etiam inuicem voraremus. Si enim totum capere, quod immitteretur, venter tuto poſſet, atque inde corpori ſubminiſtrare vires: quis eſſet bellorum, pugnarumque finis? Nam ſi modo quoque cum partim in ſtercus egeritur, partim in ſanguinem inutilem pituitamque conuertitur: Sic quoque delicijs inſiſtimus, & ſæpè ſubſtantias integras vna menſa conſumimus: niſi huiuſmodi deliciarum finis eſſet, quo non erumperet noſtra veſania? Maiore nos in dies fætore implemus, cum delicijs magis inſtamus, corpore noſtro inſtar vtris defluente: & dum quiſpiam huiuſmodi ſatie-

Digitized by Google

*tate diſtenſtus,crebis ructibus, etiam cerebrum violat,vapores vndiq;ex corpore tetri exhalant veluti ex fornace quadam, calore intrinſecus ferueſcente. vt eſt ſapientum ſententia. Quod ſi, & hi qui forinſecus ſunt, ita indignantur, & grauiter ferunt: quid pati exiſtimas cerebrum intrinſecus, dum iugiter eiuſmodi vaporibus;quatitur? Quid istĩ feruentis ſanguinis riuos,nec euaporare valẽtis? Quid lacunas illas, iecur ac lienẽ? Quid ipſa receptacula ſtercoris? Et quod deterius eſt, latrinas cautè curamus, vti ne obſtruãtur, ſtercuſq; ad ſuperiora exhalet, atq; omnia huius rei gratia facimus impellentes vnctis, & inſtrumentis reliquis ad id negotij accommodatis: ventris autem noſtri latrinas non emundare curamus verum obſtruimus, atq; oppilamus, & fumo ipſo ad ſuperna aſcendente vbi Rex ipſe ſedem habet cerebrum ſcilicet deſidemus, nullaque mouemur cura. Cur id quæſo? Nempè quia ipſum non vt regem honeſtum ducimus; ſed veluti immundum quempiam canem. Idcirco namq; Deus membra illa longe ſecreuit, ne qua ex eis pernicies emanaret; ſed minimè permittimus nos, qui omnia modum non ſeruando, corrumpimus. Taceo enim incommoda reliqua. Nempè enim ſi latrinarum meatus obſtruas, peſtem videbis protinus gigni. Quod ſi extrinſecus imminens fætor peſtem gignit,ts,qui intrinſecus eſt, & vndiq; obſtructus anguſtijs corporis non habet vnde euaporet; non innumeros & animæ, & corpori morbos inducet? Quodq; acerbiſſimum omnium eſt, non deſu****, qui in Deum contumelias referant dicentes, quidnam hoc eſt? Stercoris nos receptacula fecit, cum ipſi id potius augeant. At ideò Deus ita conſtituit, vt vel ſic deliciarum vſu arceret immodico, vt vel ita perſuaderet non effigi ſecularibus rebus. Cæterum nos nè ſic quidem delicijs temperamus, ſed ad fauces vſq. & vſque ad menſe tempus, imò neq; tamdiu voluptate perſeuerante delicijs non deditι ſumus. An verò non ſimul atque præterijt linguam,atq;fauces,voluptas omnino extincta eſt? Senſus quippè omnis in guſtu eſt. Cæterum poſt hæc vbi voluptas illa pertranſijt magna prorſus triſtitia l*nemur,ſiuè ſtomacho per cruditatem oppreſſo ſiuè qualibet alia difficultate laceſcente,&c.* De his malis omnibus abſtinentia liberi ſumus: non igitur ſaluti corporali officit, nocetque.

CAPVT V.

Num poſſit Religioſus euitare mortis periculum, non comedendo carnes.

28 IAcobitæ, quos ſupra retulimus, ſui homicidas eſſe, qui à carnibus abſtinẽt, non ſolum, quia vitam abbreuiant; ſed etiam, quia nequeunt interdum languidi à mortis periculo ſine carnium eſu liberari, ſed quàm impiè loquãtur, hæc,quæ ſequuntur,oſtẽdẽt. Antequam ſuppoſitæ difficultati ſatisfaciamus oportet notare, quod mea non referret probare carnes in mortis articulo non eſſe neceſſarias, quandoquidem Minimorum Regula, qua aſtringor, adeò ſuauis, & mitis eſt, vt alijs dicam (licèt auſteritate plena quibuſuis videatur) eam eſſe ſuauiorem, & mitiorem, non obſtante quod præcipiat abſtinentiam à carnibus,ouis,& quibuſuis lacticinijs ſub voto ſeruandam.

Minimorum regula ſuauis, & mitis.

Nam Sanctiſſimus Patriarcha noſter Franciſcus de Paula huius Minimitanę familiæ fundator figmentum, & fragilitatem *humanam præ oculis habens, ita ſuauem diſpoſuit regulam, vt infirmos de quibuslibet cibarijs pro ſanitate celerius reſtauranda forè ſuccurrendos,* nedum permiſit, ſed ſub præcepto Sanctæ Obendientiæ ſuperioribus præcepit; adhibitis priùs aliquibus diligentijs, & præſuppoſitis nonnullis conditionibus. Tamen pro veritate defendenda, & pro confirmandis ijs, quæ dicturi ſumus infra cap.8.huius Tractatus: Et qua afficior dilectione erga Patres Carthuſienſes (contra quos pugnabant Iacobitæ oſtendentes hac de cauſa illicitum fuiſſe prædictorum Patrum ſtatutum) vti carnibus in mortis articulo ſuperuacaneum eſſe patefaciam: Vnde conſequenter apparebit illud ſtatutum, quo Sanctiſſimus Patriarcha Bruno illius Religionis inſtitutor carniũ eſui perpetuò abrenunciauit fuiſſe,& eſſe rationi conſonum,& maiori ſanctitati. Dubitandum enim non eſt perfectioris conſilij eſſe in tali mortis articulo carnes vitare, quam illas comedere. Et vtinam nos quoq; tam ſani,quam infirmi perpetuò ab eſu carnium abſtineremus; non abſque ratione ab aſſuetis cognita. Quæ autem harum religionum noſtra, an Patrum Carthuſienſium ſtrictior ſit; iudicio relinquam Sanctæ Eccleſiæ decernendum, ſi iudicium vſque modo per Summos Pontifices, quos citant Morales,& Peirina non obſtauerit: illi enim Pontifices noſtram Regulam ſtrictiorem alijs omnibus & arctiorem vocant,& ita eſſe probant Peirina, & Ricciullus varijs innitentes rationibus quibus libenter aſſentior, & ego, vt in 2. par. probabimus. Nam vbi ſuperant ipſi nos à carnibus perpetuò abſtinẽtes, etiã in articulo mortis: Nos illos ſuperamus carnem,& quæuis lacticinia, &c. ſub voto non comedentes.

1. Reg. n. 26.

Minimorum regula artior eſt omnibus alijs etiam Cartuſianorum.

24 Dico igitur ad quæſitum, quod Religioſi poſſunt cum in ægritudinem inciderint à mortis periculo liberari ſine carnium eſu. Hanc concluſionem probant varijs rationibus pleriq; Doctores etiam ex Medicis, vt videre eſt apud Petrum Cameracẽſem Theologum: Ioannem Gerſonem eius Diſcipulum, Ioannem Andream, quos citat Ioannes Antonius Guercius Genuenſis Cartuſianæ religionis profeſſor; quorum auctoritas non parui momenti eſt pro noſtra abſtinentia. Item præcipuæ rationes videndæ ſunt apud Petrum Sutorem lib. 1. c. 8. de vita Cartuſiana, & Dioniſium Cartuſianum in ſuis opuſculis libri de præconio ſiuè laudibus ordinis Cartuſienſis, & apud non nullos peritiſſimos medicos.

Religioſi infirmi liberantur à mortis periculo ſine eſu carniũ.

Cameracẽ Gerſon. Io. Andres Io. Guerc. Petrus Sut. Cartuſian.

De quorum numerò eſt Arnaldus de villa noua

Arnaldus.

de eſu

Digitized by Google

de eſu carnium, qui probat, non eſſe neceſſarium infirmis etiam in periculo vitæ conſtitutis: tali diſcurſu. Mortis periculum non timetur in languido; niſi virtutis vitalis defectus emineat: illa namq; deficiente, neceſſe eſt, vt vita deficiat: hæc autem(ait)nequit deficere in ægris niſi, vel propter malitiam morbi reſoluentis cauſa, vel propter defectum alimenti conſeruantis, & reſtaurantis perditionem ipſius: Nec eſt tutum in propoſito remedia permutare. Nam vt Princeps clariſſimus Medicorum, Hippocrates ſcilicet; *In ægritudinum (ait) regimento: ſi deficientibus præ furia morbi, cibus exhibeatur, ſuffocationis, vel alterius vexationis grauamine ſuperaddito, vitam coguntur finire celerius: deficientibus autem propter penuriam alimenti ſi denegetur cibus, & medicationi ſubdantur, expirant velociùs tabefacti*. Ex quibus patet quod cum carnes ad edendum, non propinentur, niſi pro alimento, ſequitur, quod carnes ad liberandum ægrum, qui timetur deficere præ morbi malignitate, non proderunt; ſed nocebunt: Deficienti verò propter alimenti penuriam, ſi carnes exhibebunt cum moderamine, proculdubio confortabunt virtutem prædictam; ſed tamen ad eam tunc reparandam non eſt neceſſarium, vt cibus carnium magis exhibeatur, quam alteriùs alimenti; quod patet ex eo, quod dictum eſt; nempè quod deficienti propter hanc cauſam debetur alimentum velociſſimè & abundanter reparans virtutem deficientem: talia ſunt vinum vitella ouorum ſorbilia, & alia nonnulla ex piſcibus, & oleribus, de quibus conſulant Medicos, probantes, quod nihil ita abundanter, & velociſſimè poteſt virtutem reparare in corde, & per cõſequens in arterijs cunctorum membrorum, niſi potens fuerit velociſſimè generare ſpiritus copioſos in membris prædictis: tale verò alimentum eſt, quod in laudabilem, & multum ſanguinem velociſſima digeſtione conuertitur; quale eſt illud quod habet qualitates conformiter ſanguinei, & ſua ſubſtantia pauciſſimas congerit fæces, imò habet ſubſtantiam adeò puram, quod quaſi tota mutatur in ſanguinem. Sic ad defenſionem ordinis Carthuſienſis contra Iacobitas diſcurrit Arnoldus. Ex quibus manifeſtum eſt, quod languentes, quibus defectus virtutis vitalis cauſatur ob alimenti penuriam poſſunt aliter mortis periculum euadere, abſque exhibitione carnium.

Sed quidquid ſit de prædictis medicorum diſtinctionibus, ne falcem mittamus in meſſem alienam, & ſicut ignari virtutis nominum, quibus vtimur, nobis ipſis proprijs argumẽtis fallamur; ad ea quæ nobis ſatis manifeſta ſunt accedamus; vtputa ad ea quæ ſupra diximus, nunquam ſcilicet etiam in mortis articulo antiquos noſtros Patres quouſque miris aquis fuit per immenſas vndas naufragus orbis, carnem comediſſe; & diù incolumes vixiſſe, vt videre quiſque poterit ex lib. Geneſ.

29 Nec contra nos quiſpiã dicere poteſt quod aliqua ſint documenta ſacræ Scripturæ, quæ noſtris contrarijs præbeant fulcimentum: quia nuſquam legitur, ni fallor, quod carnium eſus neceſſarius ſit languentibus, cum tamen hoc de vino legatur. Audiſtis enim Apoſtolum ad Timotheum dicentem: *Modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*. *Ad Tim. 5. 23.* Item inuenimus miracula, quibus caro in piſces mutatur de quibus infra ſæpiùs & aqua mutata in vinũ: ſed nunquam quod piſcis ſit mutatus in carnem. Vnde ſignum habemus quod abſtinentia à carnibus placet Deo, & ſi quid aliquando pro ſtomacho, aut corporis valetudine indulget Deus aquam in vinũ mutat ſolum. Patet ex Marulo, qui refert: *Lib. 4. c. 7.* quod Odilo Cluniacenſis Abbas quadrageſimale ieiuniũ ſollicitè obſeruans, cum panem cinere conſperſum comediſſet, aquam potui popoſcit. Qua accepta, eſt ſtatim in vinum mutata, miniſtrum increpuit, quod vinum pro aqua ſibi attuliſſet. Illoque admirante, & rurſum è fonte hauſtam afferente, idem ſecutum eſt miraculum. Vbi tandem agnouit Dei voluntatem, timuit recuſare, quod ab ipſo offerebatur; & aſperiorem cibum molliori poculo temperauit.

Item Iſfridius Raceburgenſis in Vandalia Epiſcopus iuſſerat Sacra die Paraſceues à Miniſtro aquam afferri pro potu. Allatam guſtauit, toruoque vultu, an non, inquit, iuſſi vt aquam afferres, non vinum? Territus ille, ſanctè affirmauit aquam ſe attuliſſe de fonte. Iuſſit iterum haurire, & tertiò haurire, & idem prouenit. Tunc reſolutus in lachrymas oculos in Cœlum ſuſtulit: Quando inquit tua voluntate, mirificè creator, creatura mutatur, cedo, quia iubes; Ecce in die Paſſionis filij tui ſumo, quod præſtas. Monſtrant hodiè fontem iuxta domum Theſaurariæ in Raceburg vnde hauſta fuit aqua. Et ad Rom. 14. *Ad Rom. 14.* *Qui infirmus eſt olera manducet*; & non dixit carnes. De pane quoque, & vino, quod confortent virtutem vitalem expreſsè dicit Pſalmiſta quod *vinum lætificat cor hominis, & panis confirmat ipſum*. *Pſalm.* Cor autem principium eſt, & materia vitalis, & omne lætificans cor, confortat virtutem vitalem.

Rurſus ſi opera Chriſti Domini attendantur, quibus vt exemplis inſtruimur dicente Apoſtolo, quod omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, reperimus non præbuiſſe carnes his, quibus timebatur virtutis vitalis defectio; ſed panem, & piſces; ait enim, vt habetur Marci 8. *Marc. 8.* *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduò ſuſtinent me, nec habent; quod manducent, & ſi dimiſero eos ieiunos in domo ſua deficient in via*. Cum ergò triduò ieiunaſſent, & aliqui eorum eſſent infirmi, quia multi eum ſequebantur vt à languoribus ſanarentur, ſicut habetur Lucæ 6. & Ioannis 8. *Luc. 6. Ioan. 8.* Patenter inſtruimur, ex opere Domini noſtri qui errare non poteſt cum ſit ſumma, & infallibilis veritas, & in ipſo ſint theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei; quod ad euitandum in languidis defectum virtutis vitalis,

Digitized by Google

minantem periculum mortis propter alimenti penuriam, non eſt neceſſarium carnem adminiſtrare, quia alias dediſſet diſcipulis ſuis Dominus exemplum diminutum, & imperfectum, quod nefas eſt opinari.

1. Reg. 3. Legitur,quoque 1.Reg.3. quod, Puero Amalechitarum, qui nudius tertius cœperat ægrotare; nec tribus diebus vel noctibus comederat,vel biberat. Dauid fecit offerre panem, & aquam,& fragmentum maſſæ caricarum, & duas ligaturas vuæ paſſæ, qui cum comediſſet, vt habetur ibi *reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt*. Vnde conſtat quod reuerſio ſpiritus, & refocillatio, quæ nihil aliud ſunt niſi reparatio virtutis deficientis non prouenerunt per eſum carnium, ſed vigore ſupradictorum ciborum; Ergò experientia, quam ex Scriptura habemus conſtat clarè, quod illis,in quibus deficit virtus propter penuriam alimenti, non eſt carnium eſus neceſſarius de neceſſitate ſimpliciter loquendo.

Dei perfecta ſunt opera. Pro cuius facti maiorem intelligentiam. Notandum eſt opera omnipotentis Dei, quæ ab ipſo medijs cauſis ſecundis fiunt euenire aliquando imperfecta veluti ſunt monſtra, & alia, quæ defectu aliquo prodita videntur: Culpa tantum cauſarum ſecundarū per quarum manus patrata ſunt, & in lucem exierunt eo modo,ac dulcis aqua clara &viſu delectabilis, ſi tranſeat per loca horrida colore ſapore, & odore malè affecta, illas eaſdem imperfectiones,& qualitates in ſe recipit, & euadit inde amara, & olfatu indigna,nec primario fonti, vnde primò prodijt eſt defectus tribuendus, ſed locis per quæ tranſijt. Item omninò currit in effectibus cōtingentibus rerum quorum defectus tribuendi ſunt non Deo primo agenti, ſed cauſis ſecundis, quibus medijs prodierunt:Opera enim quæ operatur Dominus abſque interuentu cauſarum ſecundarum, omnia perfecta, & completa euadunt. Vnde Aug.tom.9.tract.17.in Ioan. docuit: Nunquam Chriſtum Redemptorem noſtrum ſalutem dediſſe corporalem, quin & ſimul ſpiritualem tribueret, quia cum eſſet Medicus animæ,& corporis, ſanando corpus animam quoque ſanabat, nec claudum, vel aridum vnquam reliquit cæcum,verbi gratia cui viſum reſtituit, ſed perfectè totum ſanauit. Dei enim opera perfecta ſunt omnia; ergò ſi menſa,quam in deſerto parauit Chriſtus ſequenti numeroſæ turbæ quærenti audire verbum,& ſanari à languoribbs fuit opus ſolius Chriſti, abſque interuentu cauſarum ſecundarum defectibilium; quo opere intendebat conferre nedum ſalutem ſpiritualem, ſed corporalem etiam, qua eos indigere cognouerat, ne deficerent in via,ſi ieiunos dimitteret, & diuina ſua prouidentia diſpoſuit paucos illos piſces inueniri, & non carnes, oua,&c. Quod pari facilitate poſſe omninò credendum eſt. Quare ergò ita diſpoſuiſſe exiſtimabimus? niſi quia vt ſapiens Medicus animarum, & corporum cognouerat cibum ex piſcibus congruum fuiſſe languentibus; Et affirmare non erit alienum ſalutem ſpiritualem tribuiſſe, quibus è turba corporalem dedit. Perfecta quidem ſunt eius opera.

Miraculū de conuerſione carnis in piſces. Quam denique opinionem Deus illuſtri miraculo confirmauit, cum non longè poſt obſeruantiæ Carthuſienſium inſtitutionem pergens deuotionis cauſa Epiſcopus Granopolitanus cum alijs nonnullis nobilibus perſonis ad inuiſendam magnam Carthuſienſium domum nōnullos reperit religioſos graui ægritudine affectos, cuius ægritudinis cauſam perpendens illam proueniſſe ex carnium abſtinentia immeritò iudicauit. *Caro in piſces miraculosè mutata ne infirmus de ea comedat.* Inde pius Pater pietatis zelo motus (vt credimus) ad Patrem Priorem ſe contulit, ſupplicitet eum rogans, vt carnem præfatis infirmis concedere dignaretur. Cui petitioni tanquam Regulæ ex diametro oppoſitæ, vllo modo annuere voluit. Tunc ex ſe miſit Epiſcopus quoſdam ex ſuis famulis in Ciuitatē ad carnes emendas animo refocillandi ægrotos: Et prout ipſis famulis imperauerat, fecerunt. Cumque emiſſent carnes,& ad Epiſcopum veniſſent, apertis palàm ſportulis (ò res mirabilis) nil aliud inuenerunt præter piſces, in quos carnem miraculosè Deus conuerterat: Nec ſtatim miraculo fidem præſtauit Epiſcopus; dubitans, nè à famulis deciperetur, exquiſiuit pro veritate habenda, & eos verè carnem emiſſe,non piſces reperit. Quod facere voluiſſe Deum credimus, vt aperte oſtenderet quod quantum libet religioſi infirmentur, carnibus non indigent ad ſanitatem recuperandam, nec ad mortis periculum vitandum.

CAPVT VI.

Vtrum teneatur infirmus Cartuſienſis, vel alius quiſpiam in articulo mortis veſci carnibus atteſtante medico quod morietur non comedendo carnes.

32 IOannes Gerſon. affirmatiue Reſpondit, & probando, ita diſcurrit contra Arnoldum de Villanoua intendens,quod dabilis ſit caſus neceſſitatis, in quo obligetur profeſſus Cartuſienſis carnibus veſci. *Pars affirmatiua ſuadet Gerſon.* Et loquitur de neceſſitate extrema, qualem iudicat eſſe infirmitatem illam, in qua medicorum expertorum iudicium, & ipſamet conſcientia fratris infirmantis,&aliorum ſibi miniſtrantium dictabunt, quod ipſe ægrotus abſque dubio morietur, ſi nō adiuuetur per eſum carnium, & edendo carnes conualeſcat. Nec ſatis eſſe videtur (ſubiungit) ad negandum poſſibilitatem neceſſitatis huius extremæ illud, quod ſcripſit quidam medicorum magiſter Arnoldus de Villanoua pro diſſolutione dubietatis propoſitæ, dicens, quod in ægritudine qualibet curabili humidum radicale ſufficienter reſtaurari poteſt per vitella ouorum abſque eſu carnium requiſito. Hæc euaſio non vſquequaque (ait ipſe) ſufficit, nec difficultatis ra-

dicem

Digitized by Google

dicem euellit: Nam ſtabit quod languens de quo eſt ſermo omnem abominabitur vtilem cibum præter carnes aut ius earum, præſertim vitella ouorum faſtidiet; ita vt comedere illa ſalubriter aut abſque vomitu non valeat.

Religioſus non tenetur carnẽ comedere in articulo mortis etiã atteſtante medico quod aliter morietur. Conclu. negatiua.

Doctiſſimè quidem diſcurrit, & certè credimus in caſu extremæ neceſſitatis poſſe, & nos, & Cartuſienſes carnibus veſci, ſed an relata neceſſitas dicatur extrema (pace tanti viri) non mihi videtur talis. Quare negatiuè ad quæſitum reſpondeo: Quomocunq; enim conſtituatur aliquis in articulo mortis eſus carnium non eſt illi neceſſarius cum ſufficiẽter curari poſſit cum cibis, in quibus aſſuetus eſt ſeruata quantitate, & qualitate prout oportet in talibus circunſtantijs loci, & temporis, & infirmitatis. Imò ſi conſuetudo in Cartuſienſibus perpetuò carnibus minimè veſcentibus mutetur, & repente ad carnes in tali articulo ſe applicarent, periculum forſitan vitandum incurrerent. Tanti enim habenda eſt conſuetudo, vt Hippocrates dicat. *Vt facile quidem ferunt cibos, quibus aſſueti ſint etiam ſi boni non ſint natura: Eodem autem modo, & potus: difficile autem ferunt cibos, quibus non ſunt aſſueti, etiam ſi boni ſint: eodem autem modo, & potus: Et quæ multus carnium eſus præter conſuetudinem aſſumptus facit; aut alliũ, aut ſilphium, aut ſuccus ipſius, aut caulis, aut quæcunque alia huiuſmodi proprias vires magnas habentia, minus vtique quis miretur, ſi quæ talia ſunt labores inferant ventriculis magis quam alia.*

Hippocr.

Valleſius.

Super quibus verbis Franciſcus Valleſius doctiſſimus medicus in lib. de ratione victus in morbis acutis dicit. Probare itaque incipit ex ijs quæ circa ventrem contingere experimur magnum periculum eſſe in repentina mutatione conſuetudinis, hoc modo. *Facile ferunt homines cibos, & potus quibus aſſueti ſunt, etiam ſi boni non ſint natura; difficile autem ferunt homines cibos, & potus, quibus non ſunt aſſueti, etiam ſi ſint boni; Ergò periculoſum eſt mutare repente quamcunque conſuetudinem, nam læduntur etiam ſi mutentur ad meliora*; hæc ille. Cum autem conſuetudo Cartuſientium ſit perpetuò non veſci carnibus, ſi poſitis in tali mortis articulo, eſus illarum ſubminiſtretur lædi potiùs poſſent, & non ſanari ex repentè mutata conſuetudine, quamuis ad meliora fiat mutatio ſi meliores ſunt carnes.

In cibis ſumendis repentina mutatio conſuetudinis nocet.

33 *Et ideò*, (vt aduertit Valleſius ſuum proſequens commentum) *Hippocratem vbi dicit difficile ferunt cibos, & potus quibus non ſunt aſſueti, addidiſſe etiam ſi ſint boni; vbi autem dixit, facile autem ferunt, quibus aſſueti ſunt, non addidiſſe etiam ſi ſint mali, ſed etiam ſi non ſunt boni, inſinuantem arbitror, non quantamcunq; malitiam ciborum, & potuum poſſe adeò conſuetudine ſuperari, vt benè ferantur, ſed certam quandam*; Confirmans, exageransq; quod dictum eſt addit. *Minus vtique mirum eſſe ſi vſus rerum habentium vires inſignes quibus lædere poſſint, lædant eos, qui repente, & præter conſuetudinem, vtantur pluſquam res alia, vt ſi quis in ſolito plurimo carnium eſu vtatur, aut allio, aut ſilphio, aut eius ſucco, & caule. Hæc enim, & ſi in cibis ſint, non tamen in mediocribus, & moderatis, ſed in medicamentoſis, & habentibus vires inſignes.* Et poſt pauca addit. *Conſidera multum carnium eſum ab Hippocrate poni in magnis, erratis circa victum, & in magnis lædendi cauſis, non certè, quia carnes inſignes habeant vires medicamentoſas (paucæ enim habent.) Sed quod coquantur difficulter, ſitq; grauis cibus ijs, qui non veſci illis, conſueuerint*: hæc ille. Ecce quomodo confirmare videtur id, quod Arnoldus dixit, ſcilicet non eſſe languidis deficientibus danda caro, nam ſi deficiant præ furia morbi, mala numerata ipſis facile euenire poſſent permutando conſuetudinem, quamuis ſit circa ea, quæ magis bona ſunt: ſi autem deficiant per penuriam alimenti ſumminiſtrari poſſet illis aliqualium carnium eſus, nam talis moderata mutatio conſuetudini non officeret: ſi tamen talis fuerit qualis à non aſſueto digeri valeat: Notanter enim dixit Hippocrates (quod non negauit Arnoldus) multum carnium eſum poni in magnis erratis circa victum, & in magnis lædendi cauſis, vbi excludens multum admittit parum, & moderatum eſum.

Sed quis non videt Hippocratem, & cæteros hos Doctores noſtræ fauere concluſioni: intelligi enim debemus eorum doctrinam non de neceſſitate ſimpliciter, ſed ſecundũ quid; ideſt ad melius eſſe, nam permutari poſſe aiunt, in ægrotis conſuetudinem, de re non tam bona ad magis bonam, tanquam de bono ad melius, non tamen compellunt aliter nutriri ægrotus quam nutriri conſueuerat; quia certò cognouerant eſum carnium non fore ſimpliciter neceſſarium, taliter, quod ſi non darentur ex hoc languidi certò morerentur. Et dum in ſequentibus oſtendunt fieri aliqualem mutationem, ſecundum mutationem quam corpus ægroti recepit non exprimunt fieri per qualitatem ciborum, vt puta mutando Quadrageſimalia in Paſchalia: Sed ſatis erit ſi mutatio fiet per quantitatem. Valleſius enim ita proſequitur non poteſt omninò ſeruari conſuetudo, neq; debet omninò mutari, vt nulla illius ratio habeatur, ſed partim ſeruanda, partim permutanda eſt atq; ita optimè ipſe dixit (Hippocrates ſcilicet) auxiliandum ſermoni contrario, qui dicit conſuetudinem eſſe mutandam non omninò, ſed parte quadam. Sed ſi permutatio fieret in qualitate de eſu ſcilicet piſcium, oleorum, leguminum, &c. ad eſum carnium non parte quadam, ſed totalis permutatio fieret, & antiqua conſuetudo minimè ſeruaretur, cum de extremo ad extremum fiat tranſitus. Quamobrem benè poſſet partim ſeruari cõſuetudo, & partim permutari ſi manente qualitate immutata, fieret in quantitate mutatio magis, & minus iuxta vires ægroti, quod meo videri clarius addidit citatus Doctor eodem loco dicens. *Sed res hæc non eodem modo habet in beneualentibus, & in ægrotis. In illis enim, quia mens eſt ſeruare aut auge-*

Cõſuetudo victuandi in infirmis non eſt omninò mutanda.

Digitized by Google

augere robur, quod adeſt, dandum eſt, quantum rectè poſſit coqui; atq; ita tanto plus quanto plus eſt roboris, quia tanto plus coqui valebit: In his verò, quia nihil aliud curamus, quam vt poſſit durare donec morbus coquatur, non quantum poſſit coquere damus; ſed quanto indigeant, vt durent, id verò tanto plus eſt, quanto facultas debilior. Hæc ille cum auctoritate Hyppocratis, & Galeni. Videte quomodo de tanto, & quanto eſt ſermo, & non de quali vel qualitate: Quanto magis, quod ſi fieri oporteret aliqua in qualitate mutatio, ſufficienter fieri poſſet in diuerſis oleribus, & varijs piſcium generibus, inter piſces enim non paucæ reperiuntur ſpecies, quæ ægrotis non officiunt: Et alij piſces alijs ſalubriores habentur ab omnibus.

54 Quod autem non obſtet medicorum atteſtatio, ad hoc vt infirmus carnem comedat; probat Doctor Celaya in ſuo 4. diſt. 9. de varietate dominiorum ait, difficiliter erit dabilis caſus in quo valeat dici nunc id eſt in præſenti caſu moriturus eſt Carthuſienſis, ſi carnibus non veſcatur, & ſic non eſt tam facilè credendum medicorum placitis ſiue dicant, ſe illarum eſum præbere infirmo pro alimento, ſiue pro medicamento. Et ratio quia præcisè, & ſimpliciter, vt diximus non ſunt carnes neceſſariæ pro ſalute humana recuperanda; idque eſt in quo falluntur contrarium ſentientes. Quare ſi mutationes, ſeu infirmitatis tempora perpendamus, clariùs præſuppoſita veritas patebit. Diuidunt ægritudinem medici in quatuor tempora in principium augmentum, ſtatum, & declinationem ſed alimentum carnis in nulla parte temporis ex nominatis neceſſarium videtur infirmis totaliter, & præcisè, cum ſufficienter alijs cibis valeant ſubueniri; ergò non debemus compellere ægrotos ad carniũ eſum: In cuius rei probationem ſcimus regulam eſſe medicinæ; quam ſequitur Diuus Hieronymus: *Grauem ægritudinem in principio forè inedia curandam ne morbus reperiens in quo paſcatur duret, ſed abſtinentia potiùs debilitetur, & eijciatur.* Eadem prorſus ratione in augmento infirmitas inedia curanda eſt; nam ſi apponantur ſigna igni magis accendetur, & diù ſuſtentabitur: Multò magis oportet vti carnibus, quando eſt, in ſtatu in quo magis morbi vigor apparet, tunc enim magno impetu præliatur morbus cum virtute vitali, & ſi infirmitas præualet, iam non caro in tali conflictu, ſed tumultum tunc parandum eſt; ſi autem ſupereminet, virtus vitalis, & per vomitum, aut ſudorem conculcat morbum, eo tempore non parum laborat in præliando vſque ad expulſionem morbi abſque eo, quod ſuperueniant inimici, qui cum maxima eorũ ſubſtantia ipſam deterreant, & ſuffocent. Vnde Galenus deſcribens tempora infirmitatis dixit: *Si infirmus cum viget morbus, & in ſtatu ſuo reperitur, poterit abſque eſu quolibet ſe habere, erit illi ſalutaris inedia.* Hinc ſequitur quod ſi natura non indiguit carne ad ſuperandam infirmitatem in valentioribus ſuis viribus, minùs ea indigebit, quando debiliores ſunt vires eius, & paulatim expelluntur, vt in declinatione euenit.

Infirmos compellere ad carniũ eſum non debent medici neque alij.

Infirmi nõ indigẽt eſu carniũ neque in principio, neq; in augumẽto neq; in ſtatu neque in declinatione.

55 His igitur poſitis habemus neceſſitatem, quam quiſq; ægrotus in articulo mortis patitur non dici extremam, adeo vt ſimpliciter ſint carnes neceſſariæ. Et ſic Cartuſienſis nullo modo debet vti carnibus, nec ad illarum eſum tenetur, quantumcunq; conſcientia ipſius infirmi, vel aliorum ſibi miniſtrantium dictet ad euitãdũ mortis periculũ fore illi neceſſariũ carne veſci, nam ſæpe cõſcientia, propria paſſione mota perſuaderet erroneè falsũ, & credere illi abſq; certa motione diuina in hoc caſu, eſſet damnati. Minus credendũ erit conſcientiæ aliorum, niſi prius pro certo haberemus eos eſſe Brunonẽ, & Frãciſcum, tam noſtrum, quam Aſſiſinatem viros ſanctiſſimos, & abſtinentiſſimos, qui propriã macerando vitam vſualem carnem oderunt. Iſtos quidem (quis dubitat) non obcęcari paſſione, vel aliquo proprio amore ad ſuadendum carnium eſum, & publicandum aliquid in beneficium aduerſarij, qualis eſt caro, niſi peculiari reuelatione conſtitiſſet illis, præfato carnium eſu fore Deo famulandum: Hominibus autem in hac vita degentibus, & manifeſtantibus ſe idem reuelatum fuiſſe nullo modo crederem; Si de eorum ſanctitate non priùs clare conſtiterit.

Infirmus nullo ſuadẽti ad carnium eſum neque propria conſcientiæ tenetur credere.

Nec obſtat peritorum medicorum iudicium, per finalem atteſtationem aſſerens, languentem nequire mortis periculum euadere: niſi cibis carnium vtatur. Nam illorum ſententiæ in hac re minimè eſt inhærendum, cum alij Doctiſſimi Medici reperiantur non illis inferiores contrarium ſentientes: Et ſecundum illam regulam iuris notatu dignam. *Summa eſt ratio, quæ pro religione facit, in dubijs tutior pars eligenda*, quæ illa eſt, quæ conformior pietati, & religioni apparet, & ſpirituali ſaluti magis confert.

Neq; medicis atteſtantibus, quod alias ſint morituri.

Caueant ergò medici (quos obſecrat, & obteſtatur Gerſonus) per ſalutem animę, quatenus artem ſuam, quæ eſt de medendis corporibus, arti artium, quæ eſt regimen animorum nequaquam opere, vel conſilio damnabili anteponant: ſciant, & obſeruent, quoniam ſicut animæ corpus, ita medicinam Theologiæ, & morali ſcientiæ ſicut Architectonicæ ſubijci, æquum eſt ſeruire, & ancillari: Ideo credendum potiùs iudico Arnoldo citato, quem Abbas Parnomitanus maximum appellauit medicum, & quaſi diuinum. Medicum fuiſſe legimus Summi Põtificis, & coram ipſo hanc carnium abſtinentiam defendiſſe non deſunt, qui affirmant. Et certè non eſt, qui poſſit melius de illa loqui, quam ipſe qui medicus erat, & Theologus ſimul, & poterat corpus mederi, & animam, & non tam, vni iſtarum ſcientiarum inhærere debebat ad eam extollendam, quin Zelus alterius non eum obligaſſet ad fideliter exercendas vtraſque. Quoniam igitur noſtram abſtinentiam defendit, & non officere affirmat infirmo illi credimus, cæteris verò non ſemper.

Huius opinionis videtur fuiſſe Suarez tom. 4.

de reli-

Digitized by Google

de religione tract. 2. lib. 2. cap. 4. nu. 4. & 5. dicens, quod ſi extrema neceſſitas oritur ex defectu alterius cibi, ita vt ſit certum periculum moriendi fame, niſi carnes comedantur non dubitat eſſe illicitum ſeruare ſtatutum illud, quia in eo caſu talis abſtinentia nullam habet rationem virtutis, nec ad bonum perſonale, nec ad bonum virtutis. Si verò ſit periculum ordinarium ægritudinis; etiam ſi atteſtatio medici interueniat, debet inuiolabiliter abſtinentiam ſeruare; non obſtante medicorum iudicio, admittit tamen cum Gerſone, quod ſi aliqua ratione infirmus non valeat alijs cibis vti, poteſt comedere, ne fame potiùs quam ægritudine mori ſineretur.

Et illud velle credimus, quod ipſe Gerſon ponit nimirum, quod forſan languens omnem abominabitur vtilem cibum præter carnes, aut ius earum, &c. videtur impoſſibile, & dato vno impoſſibili, non eſt impoſſibile aliud ſequi, potius enim contrarium experimur multoties: Multos namq; infirmos vidimus in hac noſtra Minimitana Religione, in qua illis carnium vſus conceditur, dicentes abominationẽ eis fieri, & nauſeam guſtando carnes, & conſeruando conſuetudinem, quæ eſt altera natura; carnes fugiunt, ne illarum cibos in venenum conuertatur. Itaq; carnes, & carneas dapes faſtidire ſcimus, vt quemlibet cibum comederent ſalubrius, & abſque vomitu, potiùs quam carnes. (Et expertus ipſe in propria, aliorumque perſona non ſemel, loquor) Quadrageſimalia enim nonnulla, libentius ab ipſis appeti, nos docuit experientia; quæque appetuntur amplexari à ſtomacho promptius, & digeri velocius regula eſt medicorum, non ergò caſum relatum admittimus, niſi caſus ſit potiùs guloſitatis, quam neceſſitatis.

Ioannes Mandariaga 2. p. §. 7. refert fuiſſe quẽdam Religioſum Carthuſienſem in conuentu Sanctæ Barbaræ in Colonia Agrippina magnæ ſanctitatis, & pœnitentiæ; iſte graui morbo laborans, & in articulo mortis poſitus non obſtante conſilio Medicorum atteſtantium cummuni ſententia eum moriturum, niſi aliquo carnis alimento ſubueniretur; non comedit, ſed accedente ſuperioris mandato, vt comederet iam oblatas ſibi perdices aſſas ad euitandum periculum, obnixè, eum rogauit, ne id præciperet, & ſuæ piæ voluntati contrairet in re, quæ nauſeam potiùs prouocabat. Cuius ſupplicationem nihili faciendo ſuperior iterum præcepit, vt comederet; & ſtatim allatæ ſunt perdices, quas, vt vidit horrore, & nauſea affectus oculos ad Cœlum leuauit, Deumque in cordis ſecreto orauit; qua oratione peracta, demiſſis oculis ad perdices, eas in piſces verſas inuenit, & abſque carnium edulijs conualuit, non ergò ſemper ſtandum eſt medicorum conſilio, & ſuperioris mandato.

Idem auctor de quodã viro nobili refert, quod Carthuſienſium ordinem ingreſſus tam piè vixit, vt à Deo Spiritũ Prophetiæ ſit adeptus. Sed tandem magna affectus infirmitate, cum à Patre Generali viſitaretur dixit ſe propter laſſitudinem, carnium eſu indigere, at Pater Generalis infirmum ſenectute, & vehementi morbo laborantem delirare exiſtimans, petitioni non annuit; tribus poſtea elapſis diebus idem Generalis ad inuiſendum infirmum reuerſus eſt; & ſtatim ille ad Generalem ſic affatus eſt: Credis Pater, me inſanire: adhuc Dei beneficio ſanus ſum mente, non inſanus, Inſtanter petij vt detur mihi aliquantulum carnis, & noluiſti: Scias me hac infirmitate moriturum, & de vita mea exactam rationem reddes coram Deo. Quibus verbis commoti omnes, & tremefacti ex comminatione, eo quod ipſum tanquam ſanctum venerabantur; annuerunt petitioni, & attenta neceſſitate, carnem afferre decreuerunt, eiq; notificarunt, vt quam carnem, & qualiter eam coctam mallet, eligeret, petijt perdicem aſſam, qua allata adſtantibus omnibus religioſis, qui conuenerant ad videndum nouum, & inauditum in religione euentum, præcedente ſuperioris benedictione, ipſe infirmus etiam benedixit, & lacrimantibus oculis, ad Cœlumq; eleuatis dixit: Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui de Cœlis ad terram deſcendiſti, & ex vtero virginali Beatiſſimæ Mariæ carnem ſumpſiſti, & mori pro ſalute humani generis in ligno Crucis voluiſti, exaudi me miſerum peccatorem humiliter ſupplicantem, vt ſi appetitus, quem habui vſque nunc de carnibus comedendis, eſt iuxta tui voluntatem, fac, vt cum gratiarum actione eam comedam, ſin autem piſſime Domine, qui habes imperium vitæ, & mortis, redde vitam huic tuæ creaturæ, vt redeat ad montem; & qui adſtant mei conſerui clare videant, non eſſe tuæ voluntatis carnem comedere tempore infirmitatis, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas in ſecula ſæculorum. Omnes Reſponderunt, Amen: Mox autem perdix iam cocta reuixit, & videntibus omnibus, ad montem auolauit. De tanto miraculo Deo gratias dederunt, & magno cordis affectu carnem vitarunt, quacunque infirmitate ſuperueniente.

CAPVT VII.

Dentur nè caſus aliqui, in quibus quilibet voto, vel præcepto aſtrictus ad non comedendum paſcalia; poſſit carnibus veſci.

37 Pater Peyrina loco ſupra citato cap. 5. agens de hoc eodem quæſito aſſignat quatuor caſus; virtute, quorum (ait) poteſt frater minimus carnem comedere abſque licentia medici, & Correctoris. At quia nos agimus de quolibet in communi, & tam de fratre minimo, quam Carthuſienſi relictis caſibus à Præfato Patre aſſignatis eiuſque

pulchra

pulchra doctrina præmiſſa duos tantum caſus aſſignabimus, qui meo videri reperiri poſſunt ſufficienter comprehendens omnes alios, & in illis poſſet quilibet voto, vel aliquo præcepto aſtrictus ad non comedendum carnem, illa veſci.

Primus caſus quoquis comedere poteſt carnē abſque licentia.

Primus itaq; eſt, quando vi detentus aliquis per plures dies in aliquo loco veluti in horrido Deſerto, vbi nil penitus, neq; radices arborum, & herbarum haberet, vel in carcere vbi nihil aliud ſubminiſtraretur, niſi cibus carnium: tunc enim ſi vno, aut altero die tranſacto ſecundum ſuam complexionem, non aliter remedium ad ſuſtentandam vitam haberet, poſſet vtique veſci carnibus, & me fore abſque omni ſcrupulo comeſturum, priùs quam me mori fame permitterem, non dubites; Quando quidem Eccleſia nunc ſtatutis diebus pro abſtinentia, ad tuendam vitam permittit eſum carnium: Ergò in tali neceſſitate, non eſt dubium; Quin quiſq; valeat vti carnibus, alias ſi non comederet, & ſe potiùs fineret fame perire, niſi Deus aliter prouideret, eſſet temeritas, eſſet tentare Deum expectando miracula, quæ cum non fierent, moreretur in perfidia ſua: Non ita fecit quidam Cartuſienſis, quem Gerſon, & Madariaga referunt: ille enim dum equitaret in tantam ſemel famem, & ſitim incidit, quod de ſanguine equi ſui bibebat, ne periret, aliud quippè, quo tunc ſuſtentaretur non habebat: De qua re facta fuit relatio ad ſuperiores ſuos in Capitulo Generali. Qui Patres perpendentes neceſſitatem, quæ legem non habet, abſque pœna, velut innoxium ſuſceperunt, & reſponderunt religionem ex tali abſtinentia, non intendere mortem, ſed mortificationem hominum.

Gerſon. Madariaga.

Secundus caſus ad idem.

Secundus caſus eſt, quando aliquis deductus fuerit in Tyrannorum manibus, vbi vel ex nequitia, vel aliunde nihil ſibi afferretur adueſcendum præter carnes; tunc bene poſſet illis vti, ne ſi fame mori permitteret, videretur ſui ipſius homicida: iuxta illud vulgatum Ambroſij, *Paſce fame morientem, ſi non paviſti occidiſti*: nec ad ſe minus, quam ad alios præceptum hoc extenditur.

Aduertendum tamen eſt in hoc caſu, & in quocunque alio conſimili, quo debet intelligi ſecluſo ſcandalo in fide, nam ſi hoſtes v.g. Chriſtiani nominis compellerent aliquem ad comedendam carnem in vituperium religionis, & opprobrium præfatæ virtutis, aut fidei debet potiùs mortem ſubire, quam carnibus veſci: quoniam, & ſi hæc ſit vera, & propria neceſſitas extrema, eam debet tolerare, & mori, ne glorietur infidelis ſuperaſſe fidelem, in offenſionem Dei, & detrimentum religionis.

In his caſibus poſſunt infirmi comedere dummodo non ſint carnes oblatæ in detrimentum fidei.

Idem quoq; eſus vitandus erit, quantumcunq; ſupereminea t mors, ſi ex comeſtione ſua fratres alij, vel præſentes, vel abſentes ad quos fama volauerit ſcandalizabuntur; tum quia inſolitum eſt, tum quia nõ ſufficienter erunt informati de caſu ſuæ extremæ neceſſitatis, tum denique quia tentabuntur alij vehementer ad exemplum illius aſſumere ſibi carnem in cibum, etiam præter, & extra neceſſitatem extremam: quamlibet enim ſibi objicerent tanquam talem: Et ratio qua Gerſon probat Religioſum in tali circumſtantia teneri ad vitandam carnem eſt, quia plus ſvalet anima proximi, quam corpus proprium, vel eſca (ſecundum ordinem quem Theologi aſſignant perfectæ charitati in 2.2. D.Th. 4.) quanto ergò plus æſtimandæ ſunt tot animæ præſentes, & futuræ, tota ſeueritas, totaq; religio; tanto etiam cum vitæ periculo debet procurare, ne pro modicis vitæ diebus, iam velit nolit perituris, tali religioni ſuę diſcrimen ille religioſus afferat.

Et in huius veritatis confirmationem libuit hic adſcribere Eleazari paſſionem quam pertulit, quia noluit prohibitam à lege carnem comedere. Sic enim legitur in Sacro Textu 2. Machab.6. Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribatum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſſimam mortem magis quam odibilem vitam complectens voluntarie præibat ad ſupplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere illicita propter vitę amorem. Hi autem qui abſtabant, iniqua miſeratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecreto rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut Rex imperauerat de ſacrificij carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis, & ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſanctæ, & à Deo conditæ legis conſtituta: Reſpondit cito, dicens præmitti ſe velle in infernum. Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram. Nam & ſi in præſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam. Quam obrem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo adoleſcentibus autem exemplũ forte relinquam. Si prompto ánimo ac fortiter pro grauiſſimis, ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfugar. His dictis confeſtim ad ſupplicium trahebatur. Hi autem qui eum ducebant, & paulò ante fuerant mitiores, in iram conuerſi ſunt, propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine, qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſte tu ſcis, quia, cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Et iſte quidem hoc

Eleazarus mortuus eſt ne frãgeret legem de non comẽdẽdis carnibus.

modo

modo vita deceſſit, non ſolum iuuenibus, ſed,& vniuerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens. Hæc ex præfato cap. 6. Ex quibus patet in facto, ne dum debere mori quemq; fidelem potius quam carnem comedere in detrimentum religionis, ſed etiam, vt euitaretur ſcandalum, & ne præſentes, vel poſteri abſentes malo exemplo moti errarent eius carnium vitari debet, ſi aliqua prohibitione vitatur, vt patet in Eleazaro, qui nec ſimulate comedere voluit.

38 Sermo autem iſte quem fecimus vti ſupra adnotauimus, non intelligitur rigoroſe de fratribus noſtris, ſed de Cartuſienſibus, & de alijs, ſi qui fuerint voto, vel præcepto aſtricti ad non comedendam carnem, etiam infirmitatis cauſa, nam in noſtra religione non ſolum poteſt quilibet religioſus in neceſſitate extrema, ſed in alia quacunq; de conſilio medici, & ſuperioris licentia. Quare ſi Religioſus Minimus conſtituatur in manibus tyrannorum carnium eſum ſolummodo præbentium faciliùs poteſt comedere, ſi moraliter ſaltem cognouerit, non poſſe aliter vitam conſeruare, quam comedendo carnes: ſunt enim illi conceſſæ ad reſtaurationem ſalutis, quanto magis ad conſeruationem vitæ: præſuppoſito, quod non ſit in præiudicium fidei, & detrimentum religionis, aut opprobrium abſtinentiæ, nam tunc pati modo religioſus noſter, ac cæteri quicunq; debent mortem ſubire potius, quam carnibus veſci.

Mox notanter dixi ſupra poſſe religioſos in neceſſitate extrema conſtitutos veſci carnibus; non tamen dixi, teneri, quare ſi in præfatis caſibus conſtitutus quiſpiam carnem comedere noluerit, non peccabit etiam ſi mors inde ſequatur. Fuit huius opinionis Gerſon dicens eos non peccare contra præceptum non occides, quamuis moriantur, non comedendo: ſuumq; dictum fundat in hoc, quod vouere liceat caſtitatem, & quod dabilis ſit caſus neceſſitatis extremæ, quo vel à tyranno aliquo, vel propter abundantiam obſceni illius humoris putreſcentis, (vt fieri poteſt) periclitabitur vita eius, qui vouit caſtitatem, ſi non ſumet ab operè carnali remedium. Tunc (petit) num talis non fornicari, vel adulterari, quæ ex ſe prohibita ſunt, & nullo modo cogitanda, ne dum operanda quacunque extrema neceſſitate, ſed matrimonialiter vxorem aſſumere, & eam carnaliter cognoſcere poſſit,& debeat; quoniam hoc agendo diuturnius viueret, vt ſupponitur. Si Reſpondeat aduerſarius ſemper votum caſtitatis impedire matrimonium contrahendum. Reſponſionem impugnat quærens primò; vnde hoc habet, vt cum votum illud humana voluntate emiſſum fuerit; ac proinde præcepto illo diuino (nō occides) quo pacto poteſt obuiare? Rurſus poteſt ſibi à Papa concedi diſpenſatio contrahēdi, qua diſpenſatione facta nunquid vxorari tenebitur, & vitam ſuam conſeruare illo licito vſu carnali, vel poteſt ſubire mortem, ne caſtitas ſua virginalis, aut vidualis depereat?

Religioſus, & ſi poteſt comedere in neceſſitate extrema non tamen tenetur.

39 Si primū dent aduerſarij, cur non ita dicere poſſumus, quod non obſtante cauſa neceſſitatis extremæ aut ſuperioris auctoritate poteſt perpetuo vouere certa ſobrietas ſicut, & caſtitas? Si verò dicant iuxta communiorem opinionem, quod talis etiam non vouens poſſit licite pati mortem pro conſeruatione caſtitatis perpetuæ, quamuis hoc pati minimè obligetur. Vellem deſiderare, vt nobis darent diuerſitatis rationem in caſtitate, & ſobrietate; quare nō vtrobiq; erit ſimilis huius præcepti diuini tranſgreſſio (non occides) hæc ille. Quilibet igitur religioſus in neceſſitate extrema conſtitutus, & ſi poteſt comedere, modo quo ſupra, non tamen tenetur; ſed liceret ei mortem ſubire pro virtute abſtinentiæ conſeruanda: Et non tantum de ijs loquor qui perpetuo aſtricti ſunt ad non comedendum, ſed etiam de noſtris religioſis quibus conceſſus eſt vſus carnium in infirmitate conſtitutis. Nā vti ſæpius diximus Sanctiſſimus noſter Pater Franciſcus de Paula, non nobis præcepit, ſed facultatem præbuit comedendi qua quiſq; tali tempore prohibito (præmiſſa ſuperioris licentia) vti poteſt ſi voluerit; vel eam reſpuere, ſi noluerit quocunq; tempore veſci carnibus, & exemplum habemus in eodem Sanctiſſimo Patre Franciſco de Paula, qui in articulo mortis poſitus intra anguillarum, & nunquam carnium admiſit, ita habuimus ex antiquorum traditione: præter quam quod in primo capitulo Generali celebrato Romæ anno 1507. menſe Decembris, teſtantur hoc idem Patres Galli dicentes: *Quod ipſe bonus Pater in grauiſſima infirmitate conſtitutus nunquam voluit violare Quadrageſimam*. Poſſumus igitur etiam nos mortem pati pro conſeruanda abſtinentia,& non vti licentia,& facultate Regulæ quemadmodum vouens caſtitatem poteſt non vti diſpenſatione Pontificis, & abſq; vxore perpetuo viuere etiam cum periculo vitæ, vt fecit S. Caſimirus Regis Poloniæ filius, qui, (vt teſtatur Eccleſia in officio eiuſdem ſancti lect. 2) Virginitatem ab incunabulis, vſque ad extremum vitæ ſpiritum integram, intemeratamque ſeruauit: Correptus enim graui ægritudine mori potius, quam caſtitatis, & pudicitiæ iacturam de medicorum conſilio ſubire conſtantiſſime elegit. Ecce quomodo cum periculo renuit medicis obedire: Sic etiam, & nos obedire nō tenemur ad carnes comedēdas pro vitādo mortis periculo, nam non eſt maioris ponderis diſpēſatio ſuperioris noſtri ad comedendam carnem pro tuenda vita; illa, quā Pontifex pro eodem fine, vel alio diſpenſat vouentem caſtitatem ad ducendam vxorem.

Superiores noſtri male ſe gerunt compellēdo infirmos ad eſum carnium.

Ex his omnibus habitis in præcedentibus capitulis colligo duo Primum, quod ſuperiores noſtri ordinis, non bene ſegerunt imponendo fratri noſtro infirmo (quantumuis in articulo mortis conſtituto, ſeu graui quauis infirmitate affecto, & nolenti votum quadrageſimale violare) meritum ſanctæ obedientiæ, vt carnem comedat, eamq; obuiam ſuæ de-

Digitized by Google

pulchra doctrina præmiſſa duos tantum caſus aſſignabimus, qui meo videri reperiri poſſunt ſufficienter comprehendens omnes alios, & in illis poſſet quilibet voto, vel aliquo præcepto aſtrictus ad non comedendum carnem, illa veſci.

Primus caſus quo quis comedere poteſt carnē abſque licentia.

Primus itaq; eſt, quando vi detentus aliquis per plures dies in aliquo loco veluti in horrido Deſerto, vbi nil penitus, neq; radices arborum, & herbarum haberet, vel in carcere vbi nihil aliud ſubminiſtraretur, niſi cibus carnium: tunc enim ſi vno, aut altero die tranſacto ſecundum ſuam complexionem non aliter remedium ad ſuſtentandam vitam haberet, poſſet vtique veſci carnibus, & me fore abſque omni ſcrupulo comeſturum, priùs quam me mori fame permiſiſſerem, non dubites; Quando quidem Eccleſia nunc ſtatutis diebus pro abſtinentia, ad tuendam vitam permittit eſum carnium: Ergò in tali neceſſitate, non eſt dubium; Quin quiſq; valeat vti carnibus, alias ſi non comederet, & ſe potiùs ſineret fame perire, niſi Deus aliter prouideret, eſſet temeritas, eſſet tentare Deum expectando miracula, quæ cum non fierent, moreretur in perfidia ſua: Non ita fecit quidam Cartuſienſis, quem Gerſon, & Madariaga referunt: ille enim dum equitaret in tantam ſemel famem, & ſitim incidit, quod de ſanguine equi ſui bibebat, ne periret, aliud quippè, quo tunc ſuſtentaretur non habebat: De qua re facta fuit relatio ad ſuperiores ſuos in Capitulo Generali. Qui Patres perpendentes neceſſitatem, quæ legem non habet, abſque pœna, velut innoxium ſuſceperunt, & reſponderunt religionem ex tali abſtinentia, non intendere mortem, ſed mortificationem hominum.

Gerſon. Madaria. 84.

Secundus caſus ad idem.

Secundus caſus eſt, quando aliquis deductus fuerit in Tyrannorum manibus, vbi vel ex nequitia, vel aliunde nihil ſibi afferretur adveſcendum præter carnes; tunc bene poſſet illis vti, ne ſi fame mori permitteret, videretur ſui ipſius homicida: iuxta illud vulgatum Ambroſij, *Paſce fame morientem, ſi non paviſti occidiſti*: nec ad ſe minus, quam ad alios præceptum hoc extenditur.

Aduertendum tamen eſt in hoc caſu, & in quocunque alio conſimili, quo debet intelligi ſecluſo ſcandalo in fide, nam ſi hoſtes v.g. Chriſtiani nominis compellerent aliquem ad comedendam carnem in vituperium religionis, & opprobrium præfatæ virtutis, aut fidei debet potiùs mortem ſubire, quam carnibus veſci: quoniam, & ſi hæc ſit vera, & propria neceſſitas extrema, eam debet tolerare, & mori, ne glorietur infidelis ſuperaſſe fidelem, in offenſionem Dei, & detrimentum religionis.

In his caſibus poſſunt infirmi comedere dummodo non ſint carnes oblata in detrimentum fidei.

Idem quoq; caſus vitandus erit, quantumcunq; ſupereminat mors, ſi ex comeſtione ſua fratres alij, vel præſentes, vel abſentes ad quos fama volauerit ſcandalizabuntur; tum quia inſolitum eſt, tum quia nō ſufficienter erunt informati de caſu ſuæ extremæ neceſſitatis, tum denique quia tentabuntur alij vehementer ad exemplum illius aſſumere ſibi carnem in cibum, etiam præter, & extra neceſſitatem extremam: quamlibet enim ſibi obijcerent tanquam talem: Et ratio qua Gerſon probat Religioſum in tali circumſtantia teneri ad vitandam carnem eſt, quia plus valet anima proximi, quam corpus proprium, vel eius (ſecundum ordinem quem Theologi aſſignant perfectæ charitati in 2.2. D.Th. 4.) quanto ergò plus æſtimandæ ſunt tot animæ præſentes, & futuræ, tota ſeueritas, totaq; religio; tanto etiam cum vitæ periculo debet procurare, ne pro modicis vitæ diebus, iam velit nolit perituris, tali religioni ſuę diſcrimen ille religioſus afferat.

Et in huius veritatis confirmationem libuit hic adſcribere Elezari paſſionem quam pertulit, quia noluit prohibitam à lege carnem comedere. Sic enim legitur in Sacro Textu 2. Machab.6. Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſſimam mortem magis quam odibilem vitam complectens voluntarie præibat ad ſupplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere illicita propter vitę amorem. Hi autem qui abſtabant, iniqua miſeratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecreto rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut Rex imperauerat de ſacrificij carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis, & ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſanctæ, & à Deo conditæ legis conſtituta: Reſpondit cito, dicens præmitti ſe velle in infernum. Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram. Nam & ſi in præſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam. Quam obrem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo adoleſcentibus autem exemplū forte relinquam. Si prompto animo ac fortiter pro grauiſſimis, ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis confeſtim ad ſupplicium trahebatur. Hi autem qui eum ducebant, & paulò ante fuerant mitiores, in iram conuerſi ſunt, propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine, qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſte tu ſcis, quia, cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Et iſte quidem hoc modo

Eleazarus mortuus eſt ne frāgeret legem de non comedēdis carnibus.

Digitized by Google

modo vita deceſſit, non ſolum iuuenibus, ſed, & vniuerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens. Hæc ex præfato cap. 6. Ex quibus patet in facto, ne dum debere mori quemq; fidelem potius quam carnem comedere in detrimentum religionis, ſed etiam, vt euitaretur ſcandalum, & ne præſentes, vel poſteri abſentes malo exemplo moti errarent eius carnium vitari debet, ſi aliqua prohibitione vitatur, vt patet in Eleazaro, qui nec ſimulate comedere voluit.

38 Sermo autem iſte quem fecimus vti ſupra adnotauimus, non intelligitur rigoroſe de fratribus noſtris, ſed de Cartuſienſibus, & de alijs, ſi qui fuerint voto, vel præcepto aſtricti ad non comedendam carnem, etiam infirmitatis cauſa, nam in noſtra religione non ſolum poteſt quilibet religioſus in neceſſitate extrema, ſed in alia quacunq; de conſilio medici, & ſuperioris licentia. Quare ſi Religioſus Minimus conſtituatur in manibus tyrannorum carnium eſum ſolummodo præbentium faciliùs poteſt comedere, ſi moraliter ſaltem cognoucrit, non poſſe aliter vitam conſeruare, quam comedendo carnes: ſunt enim illi conceſſæ ad reſtaurationem ſalutis, quanto magis ad conſeruationem vitæ: præſuppoſito, quod non ſit in præiudicium fidei, & detrimentum religionis, aut opprobrium abſtinentiæ, nam tunc pati modo religioſus noſter, ac cæteri quicunq; debent mortem ſubire potius, quam carnibus veſci.

Mox notanter dixi ſupra poſſe religioſos in neceſſitate extrema conſtitutos veſci carnibus; non tamen dixi, teneri, quare ſi in præfatis caſibus conſtitutus quiſpiam carnem comedere noluerit, non peccabit etiam ſi mors inde ſequatur. Fuit huius opinionis Gerſon dicens eos non peccare contra præceptum non occides, quamuis moriantur, non comedendo: ſuumq; dictum fundat in hoc, quod vouere liceat caſtitatem, & quod dabilis ſit caſus neceſſitatis extremæ, quo vel à tyranno aliquo, vel propter abundantiam obſceni illius humoris putreſcentis, (vt fieri poteſt) periclitabitur vita eius, qui vouit caſtitatem, ſi non ſumet ab operè carnali remedium. Tunc (petit) num talis non fornicari, vel adulterari, quæ ex ſe prohibita ſunt, & nullo modo cogitanda, ne dum operanda quacunque extrema neceſſitate, ſed matrimonialiter vxorem aſſumere, & eam carnaliter cognoſcere poſſit, & debeat; quoniam hoc agendo diuturnius viueret, vt ſupponitur. Si Reſpondeat aduerſarius ſemper votum caſtitatis impedire matrimonium contrahendum. Reſponſionem impugnat quærens primò; vnde hoc habet, vt cum votum illud humana voluntate emiſſum fuerit; ac proinde præcepto illo diuino (nõ occides) quo pacto poteſt obuiare? Rurſus poteſt ſibi à Papa concedi diſpenſatio contrahẽdi, qua diſpenſatione facta nunquid vxorari tenebitur, & vitam ſuam conſeruare illo licito vſu carnali, vel poteſt ſubire mortem, ne caſtitas ſua virginalis, aut vita ſua deperdat?

Religioſus, & ſi poteſt comedere in neceſſitate extrema non tamen tenetur.

39 Si primũ dent aduerſarij, cur non ita dicere poſſumus, quod non obſtante cauſa neceſſitatis extremæ aut ſuperioris auctoritate poteſt perpetuo voueri certa ſobrietas ſicut, & caſtitas? Si verò dicant iuxta communiorem opinionem, quod talis etiam non vouens poſſit licite pati mortem pro conſeruatione caſtitatis perpetuæ, quamuis hoc pati minimè obligetur. Vellem deſiderare, vt nobis darent diuerſitatis rationem in caſtitate, & ſobrietate; quare nõ vtrobiq; erit ſimilis huius præcepti diuini tranſgreſſio (non occides) hæc ille. Quilibet igitur religioſus in neceſſitate extrema conſtitutos, & ſi poteſt comedere, modo quo ſupra, non tamen tenetur; ſed liceret ei mortem ſubire pro virtute abſtinentiæ conſeruanda: Et non tantum de ijs loquor qui perpetuo aſtricti ſunt ad non comedendum, ſed etiam de noſtris religioſis quibus conceſſus eſt vſus carnium in infirmitate conſtitutis. Nã vti ſæpius diximus Sanctiſſimus noſter Pater Franciſcus de Paula, non nobis præcepit, ſed facultatem præbuit comedendi qua quiſq; tali tempore prohibito (præmiſſa ſuperioris licentia) vti poteſt ſi voluerit; vel eam reſpuere, ſi noluerit quocunq; tempore veſci carnibus, & exemplum habemus in eodem Sanctiſſimo Patre Franciſco de Paula, qui in articulo mortis poſitus iura anguillarum, & nunquam carnium admiſit, ita habuimus ex antiquorum traditione: præter quam quod in primo capitulo Generali celebrato Romæ anno 1507. menſe Decembris, teſtantur hoc idem Patres Galli dicentes: *Quod ipſe bonus Pater in grauiſſima infirmitate conſtitutus nunquam voluit violare Quadrageſimam.* Poſſumus igitur etiam nos mortem pati pro conſeruanda abſtinentia, & non vti licentia, & facultate Regulæ quemadmodum vouens caſtitatem poteſt non vti diſpenſatione Pontificis, & abſq; vxore perpetuo viuere etiam cum periculo vitæ, vt fecit S. Caſimirus Regis Poloniæ filius, qui, (vt teſtatur Eccleſia in officio eiuſdem ſancti lect. 2) Virginitatem ab incunabulis, vſque ad extremum vitæ ſpiritum integram, intemeratamque ſeruauit: Correptus enim graui ægritudine mori potius, quam caſtitatis, & pudicitiæ iacturam de medicorum conſilio ſubire conſtantiſſime elegit. Ecce quomodo cum periculo renuit medicis obedire: Sic etiam, & nos obedire nõ tenemur ad carnes comedẽdas pro vitãdo mortis periculo, nam non eſt maioris ponderis diſpẽſatio ſuperioris noſtri ad comedendam carnem pro tuenda vita; illa, quã Pontifex pro eodem fine, vel alio diſpenſat vouentem caſtitatem ad ducendam vxorem.

Superiores noſtri male ſe gerunt compellẽdo infirmos ad eſum carnium.

Ex his omnibus habitis in præcedentibus capitulis colligo duo Primum, quod ſuperiores noſtri ordinis, non bene fecerunt imponendo fratri noſtro infirmo (quantumuis in articulo mortis conſtituto, ſeu graui quauis infirmitate affecto, & nolenti votum quadrageſimale violare) meritum ſanctæ obedientiæ, vt carnem comedat, eamq; obuiam ſuæ de-

Digitized by Google

Infirmi recuſãtes obedire ſuperiori præcipienti carniũ eſum, quando nõ peccant.

uotioni. Nam obligaret eum ad mortale peccatum (contradicendo obedientiæ) ad quod per Regulam non obligatur: Imò ad inſtar ſui Patris bene poteſt non vti carnibus in quacunque infirmitate poſitus, vel non vti facultate ſibi per Regulam impertita ad veſcendum carnibus: Adderem quoq; (remittendo tamen hoc ſaniori iudicio) infirmum recuſantem obedire præcepto ſuperioris, non peccare dummodo hoc faciat ex pura obſeruantia, & conſeruatione virtutis abſtinentiæ: Non igitur bene ſe geſſit ſuperior conuentus Genuenſis præcipiens bono P. Fratri Antonio Stagnario vitæ quadrageſimalis auſtero obſeruatori, (vt teſtatur P. Peyrina cap. 4. citato,) vt ex obedientia carnem comederet, & pari paſſu currunt omnes alij ſuperiores, ita præcipientes, quorum non nullos, vel auditu, vel viſu nouimus.

Secundò colligo ex omnibus præhabitis; ſtatutum de non comedendis ad tempus, vel perpetuo carnibus licitum eſſe: quia vt diximus non officit ad vitam ſuſtentandam, nec officit longitudini vitæ, nec corporali ſaluti, nec cuicunque infirmo quantumuis in articulo mortis poſito.

Item ſi licitum non eſſet ſtatutum, nequaquam Eccleſia per tot annos toleraſſet illud, alias dediſſet laqueũ ſuis filijs fidelibus, quoniam eos damnabiliter erraſſe ſciens ab errore non reuocabat. Quinimo innumerabiles ſancti, & Sacri Doctores Eccleſiæ, ne dum laudant abſtinentiam à carnibus, ſed ad eam ſectandam hortantur.

Adde licitum eſſe præfatum ſtatutum, quia à carnium eſu prorſus non pauci laudabiliter abſtinuerunt, & quotidie abſtinent. Vnde Paulus Apoſtolus hoc idem innuit dicens: *Si eſca ſcandalizat fratrẽ meum non manducabo carnem in æternum*, quod non potuiſſet, ſi non potuiſſet licitè compleri, ergo licitum eſt non veſci carnibus.

Vlterius, Lex illa rationabilis cenſenda eſt, quę religioni conuenit, quæ diſciplinæ cõgruit, & quæ ſaluti proficit quemadmodum trahitur ex dictis Iſidori: ſed Lex talis de non comedendo carnes eſt huiuſmodi prout doctrix eſt longa experientia; ergò licita. Minor patet quia ſub hac lege religioſi viri, & diſciplinati; & de ſalute ſua ſolliciti vixerunt vſque ad ſenectam bonam, & plenam dierum incolumes in anima, & corpore, pluſquam in locis alijs plurimis, vbi conceditur eius carnium ad ſaturitatem.

CAPVT VIII.

Nequire Religioſos noſtri Minimorum Ordinis carnem ſuillam comedere, aut caſeum abſque voti fractione oſtenditur.

41 FVit hęc difficultas à Patribus noſtris Hiſpanis mota; fortaſſe, quia videbatur alijs, Fratrem Minimum ad comedendas carnes licentiatus, eo tempore, quo aliquo afficiebatur morbo carnem ſuillam, & caſeum comedere poſſe. Quam difficultatem diſputandam poſtea ſibi propoſuit Pater de Peyrinis in ſub tomo tertio. a Et duas in primis affert ſententias, quarum altera eſt præfatorum Patrum Hiſpanorum haud paruæ authoritatis, & probitatis vitæ; negantium Minimum Fratrem in infirmaria degentem poſſe carnem ſuillam, aut caſeum comedere. Altera verò eſt primæ ex diametro oppoſita, eamque conati ſunt defendere quidam docti viri ex aliunde vocati, aſſerentes, & aliquibus rationibus pugnantes ſuillis veſci carnibus, & caſeo infirmis noſtris licitum eſſe. Hanc affirmatiuam partem ſequitur Peyrina, eamque pro viribus probatam reliquiſſe putat,

a *In addit. ad conſt. Clem. VIII. c. 9. à num. 34.*

Mihi verò ſummopere placuit prima ſententia; & tanquam falſam omnino fore reijciẽdam illam, quæ ſecundò loco ponitur, aſſero, & probare intendo: cum quia Pater Chryſtophorus de el Caſtillo (quem per quatriennium dum Hiſpali ſtudijs vacabam, noui Prouincialem illius prouinciæ) fuit vir doctiſſimus inter alios omnes, vitæ exemplaris, & probatiſſimæ, eumque in rebus dubijs ad conſcientiam ſpectantibus, non noſtri ſolum religioſi; ſed exteri quam plures conſulere ſatagebant: nec multum eo inferiores fuere reliqui Patres, qui illum ſequentes primam opinionem amplexi ſunt. Tum etiam quia hi non ſolum ſpeculatiuo modo, (vt exteri forte faciunt) contemplantur Regulam noſtram Minimorum, verum etiam practicè. Vt pote qui Medicorum praxim in medendis noſtris infirmis, qualem fuiſſe, experientia didicerunt. Vlterius, quia Textus Regulæ mihi euidens videtur, & validis rationibus, ita eſſe intelligendus, corroboratur. Et vtinam poſſem noſtris religioſis ſuadere, vt penitus de carne ſuilla recenti comederetur. Abuſus enim fortaſſe eſt, & deteſtabilis nimis. Sed vt meam ſententiam probem.

Encomiũ Pat. Chryſtophor. de el Caſtillo.

42 Suppono in primis textũ Regulæ. b Vbi habetur non licere Minimo quocumq; morbo ægrotanti carnem comedere: vt in his verbis patet: *Quam primum quis in ægritudinem inciderit ad infirmariam clauſtralem per infirmarium deducatur: & ibidem, primitus de cibis Quadrageſimalibus illius infirmitatis iuxta medicinalem artem congruentioribus, diligenter, ac ſollicitè ipſi per obedientiam ſubueniatur.* Non ſtatim vult Sanctus Pater infirmos veſci carnibus, ſed prius quadrageſimalibus cibis mederi, quouſque illis veſcendo, conſtet, quod nequeat ſanitas recuperari; & tunc ad Paſchalia comedenda ducendum infirmum ſtatuit; His verbis: *Si talis ægritudo ſic examinata inualuerit, Medici conſilio deducatur talis ægrotus ad infirmariam exteriorem iuxta conuentus clauſuram ſitam, & inibi iuxta ordinationem dicti Medici de correctoris iuſſione vigilanter, & charitatiue illi ſuccurratur de quibuſuis cibarijs pro ſanitate celerius reſtauranda.* Hæc in Textu.

b *Nu. 26.*

43 Suppono ſecundò tanquam verum, quam pluri-

Digitized by Google

Medici malè ſeūt ab infirmis ſuillis carnibus veſci.

plurimos ſæpe infirmos, qui tamen febri continua non laborant in infirmaria adhuc exiſtentes, vt conualeſcant, ſuillis carnibus veſci conſueuiſſe, idque inſcio Medico; vel ſi aliquando illas carnes comediſſe Medicus ſciuerit, ſatis eo inuito factum fuiſſe oſtendebat ex mœrore, quo afficiebatur; quod non ſemel me præſente eueniſſe atteſtor cum iuramento. Poſſit ne ergò deinceps fieri? cum diſtinctione mihi loquendum eſt: Si agimus de carne ſuilla ſalaci ad condiendos cibos, poteſt; atque etiam ſi infirmi parum aliquando veſcantur ſuilla carne recenti, atteſtante Medico id fore neceſſarium pro cauſis ſibi notis, eſſet comeſtio licita! At verò ſi vt abuſus viget, de recenti carne ſuilla fieret prandium, vel cæna, nullo habitu reſpectu ad Medicum, nec ad ſanitatem reſtaurandam; abſque dubio eos peccare guloſitatis peccato, & contra votum facere affirmandum cenſeo: Et vtinam tolleretur talis abuſus, nè paulatim ſerpens per religionem ex modica laxatione, laxetur, & votum, quod eſt totius religionis honor, & ſplendor.

Caro ſuilla an licitè à noſtris infirmis comedatur.

44 Ex his iam patet nos primam ſequi, ſententiam quam ſecuriorem iudicamus, at verò contrariam non ſine periculo conſcientiæ defendi poſſe, arbitramur. Ratiò efficaciſſima, qua moueor ex triplici capite oritur. Primum eſt ex authoritate tantorum Patrum, quos ſupra num. 3. notauimus; quippè qui erant omnes doctiſſimi Theologi, atque Lectores iubilati, & ſanctitate vitæ conſpicui, & abſque hæſitatione efficaci doctrina probauerunt nō poſſe ſuilla veſci ab infirmis noſtris, abſque voti fractione. Accedit conſuetudo illorum Religioſorum; qui peculiari puritate vitæ vixerunt, & viuunt, & tamquam obſeruantiſſimi Regulæ apud nos habentur; quorum nonnullos vidi, infirmitatis tempore non ſolum carnes ſuillas comedere noluiſſe, ſed alios, quoque reprehendiſſe. Id affirmando, ſine periculo fractionis voti fieri non poſſe.

Probatur non poſſe ſuilla veſci.

45 Secundum caput eſt; licentia, quæ requiritur à Correctore de conſilio Medici, vt Minimi carnibus veſcantur ad ſanitatem celerius reſtaurandam; vt num 3. ſuppoſuimus. Sed nulli cordati Medici id bene ſentiunt, & tantum abeſt ad carnium ſuillarum eſum eos diſpenſare, quod vt experientia didici à quadraginta, & tribus annis (à quibus indigniſſimè Religionis Minimorum habitum tuli) inuehuntur contra eos, qui ſuillas carnes aliquando comedunt, proteſtantur fieri non poſſe ſine ſanitatis præiudicio; ergò quando fit, fit contra votum: conſequentia tanquam certa debet concedi, ex præmiſſis; Nam ex conſilio Medici, & non aliter poteſt infirmus noſter carnem comedere, & ad carnes ſuillas comedendas Medicus non diſpenſat, imò reprehendit comedentes; ergò contra votum facit, qui comedit.

Quia eſſet contra votum.

46 Tertium tandem caput eſt; ipſa expreſſio legis; vult enim infirmitatis cauſa poſſe infirmum Minimum. *De quibuſuis cibarijs comedere pro ſanitate celerius reſtaurandâ*; Sed inter cibaria quæ ſanitati conferunt, & quibus valeat priſtina reſtaurari ſanitas non ſunt annumerandæ ſuillæ carnes; ergò qui ex Minimis religioſis præfatis ſuillis carnibus veſcitur, votum frangit. Maior eſt Textus cap 6. Regulæ, Minor eſt ita vera, quod niſi caſus aliquis emergens eueniat; (quod quidem rariſſime euenire poteſt) nullus dicet carnem ſuillam conferre ſanitati celerius reſtaurandæ, quin imò etiam ſanis efficere ſæpe ſæpius affirmant, quia ſunt cibaria abſolute nociua ad intentum finem, pro quo datur licentia ad comedendas carnes, proficuas ſcilicet, & non alias. Hæc omnia copioſe probat dictus Pater de el Caſtillo, vt habes loco citato t. 3. Patris de Peyrinis.

Sed ad maiorem claritatem, duo præmiſſa, (ſcilicet carnem ſuillā officere potius ægrotis quam proficere, & Medicos numquam, aut rariſſime eis præfatam carnem concedere) ex Medicorum doctrina probabimus, idq; nō ex proprio ingenij acumine, ſed Medici cuiuſdam doctiſſimi ſuffultus conſilio, & iuuamine. Quare ſupponendum primò eſt, quod infra adnotabimus ex Forliuio: ſtatum nempe neutralitatis decidentiæ eſſe quando corpus inſenſibiliter læſum eſt, tamen diſpoſitum ad priſtinam ſanitatem tendere, & non ratò huiuſmodi corpus recidiuæ ſubiacere; & hoc procedere, cauſarique videtur, quando morbus abſque ratione affligere deſijt, quod indicant Hippocr. c Celſus. d Vel etiam quando morbus non ex toto, & perfectè per criſim iudicatus fuit, vt idem Hippocr. e & Galen. f Vel quando febris diebus paribus relinquit. Ex eodem Hipp. g &c. Reliquum huiuſmodi corpora, neutra inquam decidentiæ, conualeſcentia pariter vulgo appellantur, & hæc ſemper appetitus proſtratione laborant, vt adnotauit Auicen. h fortaſſis ob labores, & laxitudines præteriti morbi: Calor enim præter naturam corpus noſtrum vehementer fatigat, & eo magis, quando Symptomata morbum ſequentia ſæua nimis exiſtunt.

Probatur concluſio auctoritate Medicorū

c. 2. Apho. 27. & 1. Epid. ſect. 2 conſlu. 3. text. 21.
d li. 2. c. 5.
e 2. Apho. 52.
f in Com.
g 4. Aph. 61.
h li. 3. fen. 13 tr. 2. c. 9 circa prin.

47 Supponendum ſecundò. i *Conualeſcentium alimenta eſſe debere boni chymi facilis digeſtionis, & pauci excrementi.* Ex Auicen. Inter quæ connumerari non poſſunt ſuum carnes, cum ob earum lentorem, pinguedinem, & ventuoſitatem ſint nimis grauiſſimæ: imò flatus faciunt, tum coctæ, tum aſſatæ; & propterea Hypp. k Illas debilibus, & conualeſcentibus non concedit; quia ſunt cibus conueniens Athletis, & Sanis, & ad bonum habitum efficiendum idoneæ, ijs, qui multo vtuntur exercitio vt ipſe medicinæ Parens aſſerit. Hanc doctrinam tota Medicorum caterua ſequitur. Galenus enim: l *Nutribiliſſimum*, inquit, *omnium cibariorum eſt porcina caro ſed non facilè digeſtibilis, & humoris groſſi, ac viſcoſi generatiua*: m Haliabas idem confirmat. n Raſis, exercitatis tantum nutrimentum groſſum concedit, quia viſcoſum abundans, & tardæ diſſolutionis; & Iſaac in vniuerſalibus dietis: o Conſtat inquit, quod vnctuoſitas, & dulcedo

i li. 4 fen. 2 tr. 1. c. 102.
k li. de affect. n. 46.
l 1. Therapen. cap. 6.
m 5. theor. cap. 21.
n 25. cōtin. cap. 1.
o Cap. 4.

eiuſdem ſunt generis in caliditate,ſed tamen differunt, quia humores dulcedinis viſcoſi ſunt, & groſſi temperamenti, &c. Idem etiã Raſis ait: p *Vnctuoſum ſtomachum mollificat, ventrem fluere facit, & ſatietatem affert, antequam homo cibi quantitatem ſibi neceſſariam aſſumat, & calefacit, & per maxime febricitantes, vel habentes hepar, aut ſtomachũ calida corpus præterea humectat, atque lenit, flegma auget, cogitationem reddit hebetem, & augmentat ſomnum.* Idem confirmat Ioan. Michael de Sauonarola. q Nec aliquis ex Neothericis ab hac ſententia diſcrepat. Scaliger, r In his maximam ineſſe humiditatem teſtatur; quo maior ergò eſt humiditas, eo magis infenſa ſtomacho. Valles. ſ Galeni, & Auicennæ auctoritate loquitur. Trincauellius t Nam *ſuilla caro* (inquit) *bonum quidem alimentum generat, verum eget valẽtiori ventriculo, vt coquatur, vnde congruens cibus eſt eorum, qui exercentur;* Et alibi v idem docet auctoritate Galeni, qui voluit carnes ſuillas craſſum, & viſcidum alimentum gignere. Mercurialis in ſuis conſultationibus: x Inter cibaria, quæ craſſum, prauum, & melancholicum ſuccum generant connumerauit ſuillam carnem; Vecchetius in ſua Syntaxi. z De carnibus in genere litera B. & de ciborum differentijs eodem loco verſu craſſi, ac leni, &c. Chriſtophorus a Vega; a In verſu ſuilla caro; & Alex. Petronius de victu Romat. & ſanitate tuenda de carne porcina. b Idem dicunt.

p 3. ad Regem Almanſ.
q Tract. 2. de rebus nõ naturalibus ca. 8. rubr. 27.
r Exercitat. 199. num. 2.
ſ Comm. de Vict. rat. in acut. num. 60.
t Com. lib. 1. de art. curat. ad Glauconẽ cap 9. circa finem.
u Cap. 11. eiuſdem comm.
x Lib. 2. conſult. 21.
z Lib. 1. par. 3.
a Lib. 2. de arte medendi cap.
b Cap. 6.

48 Quibus Medicorum auctoritatibus, & conſilijs ſuppoſitis; hæc ſtatuitur concluſio: carnem porcinam, & ſuillam nullo modo cõuenire conualeſcentibus ad ſanitatem celerius recuperandam.

Concluſio probatur. Carnem porcinam, & ſuillam dandam nõ eſſe conualeſcentibus.

Et multipliciter probatur; Primò, conualeſcentes concoctricem virtutem habent debilem; ergò non conuenit illis pro alimento caro ſuilla. Probatur conſequentia ex dictis in ſuppoſitionibus; nam caro porcina eſt indigeſtibilis, & groſſi, ac viſcoſi nutrimenti; ergò conualeſcentibus, qui debilem habent concoctricem, non conuenit. Secundò probatur. *Prob. 2.* A debili calore fiunt ſucci crudiores; ergò eo magis erunt crudiores, quo cibi difficilis digeſtionis erunt; ſed conualeſcentibus concedere carnem ſuillam, eſt concedere carnes difficilis coctionis; ergò eo magis erunt ſucci crudiores. *Prob. 3.* Tertiò probatur, conualeſcentes æquiparantur otioſis propter debilitatem virium; ergò caro porcina, quæ ex dictis cõuenit Athletis, & exercitatis, non conuenit conualeſcentibus & otioſis. *Prob. 4.* Quartò probatur; quod probè nutrit minus obeundis aptum reddit corpus, ſed caro porcina debiles, & ſine forti calore, & inexercitatos probè nutrire non poteſt; ergò muniis obeundis corpus non reddet aptum. *Prob. 5.* Probatur quintò virium imbecillitas conſequitur ad cibi cachochymiam; Sed caro porcina eſt cibus cachochymus, id eſt excrementoſus, & humidus, ac difficilis digeſtionis reſpectu debilitatorum, & conualeſcentium, quia probè ab eorum calore confici minimè poteſt; ergò præbendo porcinam carnem ſequetur virium imbecillitas. Hæc omnia argumenta ex ſuppoſitis probata optimè remanent.

Cæterum ex his colligi etiam poterit, ſuillam carnem non ſolum conualeſcentibus, vt citius ſanitatem recuperent denegandam opinor ex ſupradictis rationibus, & auctoritatibus, ſed etiam ſanis minimè concedendam, niſi ſtomacho valentioribus, fortibus calore, perpetuoq; exercitio dicatis, atq; Athletis; ſin minus tantum abeſt, vt valetudinem priſtinam adipiſcantur, ac reſpectiuè conſeruent, vt potius non infimi gradus morbos incurrant. Hipp. namque ſcriptum reliquit. c *Ventres hieme, & verè calidiſſimos eſſe natura, & ſomnos longiſſimos, ideo alimenta copioſiora præbenda eſſe, tum quia externum frigus cogit naturalem in viſceribus calorem vniri, tum etiam, quia eundem calorem ad intra longiſſimi ſomni reuocant; hinc melior digeſtio, concoctio, diſtributio, atque nutritio.* Quare videmus groſsiora alimenta forti exiſtente calore hyberno tempore adminiſtrari etiam Athletis. Quando quidem nec æſtate dum cunctorum calor præ ambientis diſpergitur, ſuilla caro Athletis, exercitatiſq; permittitur. Hinc vſus inoleuit carnes vaccinas, ſuillas, bubulas, & id genus alias tempore tantum hyberno publicè præ foribus vendi. Vnde, nec ſemel carnes porcinas propinandas eſſe iudicio, nè fortè cruditates ob caloris debilitatem in ſtomacho exoriantur, quæ ſemper recidiuæ; vel ſaltem longioris conualeſcentiæ ſunt materia.

c 1. Aphor. 15.
Quibus danda caro porcina.

Cum hoc tamen ſtare poteſt, quod ſupra diximus, nimirum concedi poſſe infirmis ad aliqualem appetentiam deperditam excitandam ſalaccum ſuillam, aut tenuis huiuſce carnis portionem elixam, vel aſſatam, ſemel tantum, & hyberno tempore, non tamen, vti viguit aliquorum abuſus de ſuillis carnibus etum facere licebit infirmis, & eo magis Minimis: vtinam, & noſtri meliori tamen fine ſuillum pecus deteſtarent, vt fecere olim Ægyptij, apud quos ſi quis porcum attigerat, cum indumentis omnibus in flumine abluebatur, Teſte Herodoto. d Heliopolitani etiam tamquam prophanum animal habebant ſuem, Nam præcipuè Luna ſeneſcente coitum admittere videtur: & qui lac earum bibunt, eorum corpora lepram, & aſperitatem impetiginis, quam pſoram dicunt, ſentiunt, vt refert Plutarcus de Iſide. Quod ergò boni afferre infirmis minimis poterit?

Prophanũ animal porcus.
d Lib. 2.

Sed hæc, aliaq; omnia minimè placerent Patri de Peyrinis, ſicuti non placuerunt, quæ à Patribus Hiſpanis tam doctè, quam piè adducta ſunt in voti noſtri fauorem; & per multa probare conatur, quod poſſit minimus infirmus carnem ſuillam comedere abſque fractione voti, idque à num. 45. & ſeq. Incipit tandem num. 49. gloſare textum Regulæ num. 26. & Verba illa: *De quibuſuis cibarijs pro ſanitate reſtauranda*; Ad Correctores auaros dirigit, & nullo modo ad infirmum. Secundò ait, quod ſicut infirmus abſq; fractione voti poteſt recuſare medicinam à

Medico

Digitized by Google

Medico ordinatam neceſſariam pro ſanitate celeriùs reſtauranda, ita poteſt comedere nocituram carnem ſuillam abſque fractione voti. Tertiò tandem dicit, quod aliundè peccat.

49 Sed hæc tria potiùs mihi ridicula videntur, quam forè apud probos viros confutanda; pro indoctis ergò tantum, nè allucinentur; breuiter eius dicta ſoluam. Et quantum, quod verba illa ſint directa ad Correctores quarts, vt prouideant infirmis de cibarijs pro ſanitate celeriùs reſtauranda; Tranſeat. Nam non inde ſequitur, vt Corrector det abſque peccato carnes ſuillas infirmis; etenim illas carnes præbere debet, quas dandas forè Medicus iudicauerit pro ſanitate celeriùs reſtaurāda: cum dicat Textus cibandum eſſe infirmum, *(iuxta ordinationem dicti Medici.)* Sed vt diximus carnes ſuillæ ſūt potiùs nociuæ, quam vtiles; ergò, qui eas comedit, inuito Medico facit, & contra votum. Quod fuerint nociuę, ipſemet Pater Peyrina, vltra à nobis allegata ſupra Medicorū auctoritate, fatetur cum in ſecūdò dicto ſupponit carnem ſuillam nocituram Minimum infirmum poſſe comedere. Vlterius quod (non fuerint vtiles) probat etiam ipſe ex Galeno oſtendendo num. 51. eſſe cæteris laudabiliorem, & meliorem, & tradendam eſſe ſanis, & fortibus, ac laborantibus, & impinguari deſiderantibus; ergò religioſis noſtris infirmis, ſi impinguari non deſiderant non eſt concedenda caro ſuilla. Quod ſi Medicus facultatem concederet ex importunitate petentis nullo habito ordine ad finem, in periculum animæ ſuæ conuerteretur; vt Regulæ Textus proteſtatur num. guloſitati enim explendæ conſuleret non morbis expellendis: Et valebit quod Martialis, e dixit, hic ad propoſitum adducere, cum Tongilium affert, qui vt Gulæ ſatisfaceret morbum ſimulauerit.

Non eſt infirmus qui ſuillam comedit, ſed eſſe fingit.

e In Tongilium lib. 2. Epigr.

Vri Tongilius malè dicitur hemitritæo
Noui hominis mores: eſurit, atq; ſitit
Sub dola tēduntur craſſis modo retia turdis,
Hamus, & in mullum mittitur, atq; lupum
Cæcuba ſiccētur, quæque annus coxit opimi,
Condantur parco fuſca Falerna vitro
Omnes Tongilium Medici iuſſere lauari,
O Stulti; febrem creditis eſſe? Gula eſt.

50 Quod ad ſecundum verò eiuſdem Patris Peyrinæ dictum, ridiculosè etiam ſatisfaciam; ſupponendo in primis quod non ſit par ſimilitudo de renuente recipere Medici nam de ordine Medici propinatam, & de volente comedere carnem ſuillam à Medico prohibitam, quia nullo ſtatuto aſtringitur ad medicinam ſumendam; & ideò ſi per nauſeam cognoſceret, quod vomitum patiens eam emitteret, renuens accipere, non peccaret, cum alia ex via mederi poſſit; & votum non fuit de medicina ſumenda, nec implicitè, nec explicitè. At verò de non comedendis carnibus ſuillis aſtringitur voto; nam cui negatur caro genericè ſumpta, negatur formaliter quælibet carnis ſpecies, qualis inter alias, eſt ſuilla caro.

Nec obſtat dicere, quod Regula de cibarijs loquatur genericè, nam illud Verbum vniuerſale debet intelligi in ordine ad finem intentum à Sancto Legislatore, qui eſt ſanitas celeriùs reſtauranda, & carnes ſuum, potiùs quam dent, retardant; ergò excluſæ remanent à facultate comedendi, & conſequenter contra votū facit comedēdo illas carnes, quas comedere non intendebat vouendo, nec implicitè, nec explicitè, cum ſolum intenderit ſaltem implicitè eas carnes comedere iuxta tenorem Regulæ, quæ iuxta ordinationem Medici forent neceſſariæ pro ſanitate celerius reſtauranda, & nō alias, nec aliter. Quod vouens nullo modo intenderit carnes ſuillas comedere tempore infirmitatis, declarabimus infra.

Medicinã ſumere non aſtringimur.

Hic etiam auoco illud, quod diximus ſupra ſcilicet non teneri fratrem Minimum ad comedendas carnes tempore infirmitatis, quia eſt facultas; qua vti liberum eſt cuicunque, etiam atteſtante Medico, quod morietur, non veſcendo carnibus; & eo magis poteſt liberè renuere medicinam ab eodem ordinatam tamquam non ſimpliciter neceſſariam. Ideò Franciſcus Petrarcha conſilia Medicorum adeò ſpreuit, vt nūquam eorum pharmacis vti voluerit, naturam ſibi magiſtram Medicorum conſilia vana eſſe dicens. Sic refert Hieronymus Squarzaficus in eius vita. Mihi autem medicina, vt medicina eſt, laudabilis proculdubio viſa ſemper eſt, cum illam è Cœlo creauerit Deus: Verum non eſt ſemper, & ſingulis ita neceſſaria, vt renui aliquando nequeat. Hinc eſt, quod quidam Epiſcopus Æretinus nomine Angelus, (vt Pogius refert in medicinæ, & iuris prudentiæ comparatione) graui morbo vexabatur. Adhibiti Medici, aut pharmacis vtendum, aut pereundum dicebant. Cæterùm natura à medicamentis abhorrens, cum negaret ſe ea ſumpturum, præcibus tamen amicorum motus, pariturum ſe reſpondit. Illi Syrupos diebus aliquot ad Epiſcopum miſerunt: quas omnes in pelui ſubtus lectum collocauit, tandem quoq; pharmacum purgans. Manè cum Medici ægrum ſorme liberum à febri comperiſſent, idque ſuis tribuerent potionibus: tum ille. *Magnas enim verò, & prius incompertas mihi vires habere videntur, quæ ſubtus lectum poſita ſanitati me reſtituere; quid factura, ſi eas potaſſem? immortalem me profectò reddidiſſent.* Hoc dicto Theſaurum Medicum proferri, & in cloacam abijci iuſſit. Hæc ex Poggio. Multoties enim non ægritudinem pharmaca adimunt, ſed vitam; qua forte ratione ad medicum quemdam Stratonicus dixiſſe fertur; vt eſt teſtis Antonius de Meliſſa. f *Laudo tuam experientiam, quia non ſinis infirmos computreſcere, ſed ſtatim eos liberas.* Sed hoc Nicoloſi adſcribit Maximus. g Non prodeſt ergò ſaluti corporis, ita medicina; ſicut officit ſaluti animæ eſus carnium, ei qui eas vouerit ſe non eſurum.

Medicinã abhorrens qui ſueri t.

f Part. 1. Serm. 56.

g Ser. 50.

51 Quod ad tertium verò principale, quod dixit; nimirum peccare infirmum comedentem

Peccat qui comedit ſuillam, & frangit votum.

tem carnem aliunde, nō quia frangit votum, hoc ſequitur ex illis verbis, *ſine fractione voti, licet aliunde peccet.*) Scire per optaſſem à præfato Patre de Peyrinis, ſi tantis rationibus probauit poſſe comedere ſine fractione voti, vnde euenire poteſt illud peccatum? Sed antequam hæc mea ſcripta typis mandarem, inopia detentus, non negligentia, ipſe, vt piè creditur (cœlum petijt. Deſtruam ergò dictum ſuum tali diſcurſu. Vel comedens ſuillam carnem peccat ex quantitate, vel ex qualitate, neutro modo dici poteſt; ergò, vel non peccat, vel ſi peccat, eſt ex fractione voti quadrageſimalis; quia comedit, quod implicitè vouit non comedere. Maior patet ex ſpeciebus gulæ, quas affert D. Thomas iam citandus; h Et inter eas eſt qualitas, & quantitas. Minor probatur, quia non debet intelligi, quod ille infirmus quantitatis menſuram excedat; nam ſi excederet, non ſolum infirmus ille in eſu ſuillæ carnis, ſed quilibet ſanus in eſu cuiuſcunque comeſtibilis per exceſſum peccaret. Itaq; ſi comedat ſecundum quantitatem ſibi neceſſariam de ſuillis carnibus non peccabit. Nec peccat per qualitatem, quia iam conatur oſtendere, quod poteſt infirmus abſque fractione voti comedere ſuillas, ſed vbi per qualitatem votum non frangitur, peccatum eſſe non poteſt; ergò vel comedens carnes ſuillas non peccat, vel ſi peccat, votum frangit.

h *Tract. de voto eſſentiali in 2. part.*

52 Huic difficultati videtur reſpondere num. 53. per ea, quæ reſpondet ad argumentum Caſtilli, concedens primarium finem licentiandi Minimum ad carnes comedendas eſſe reparationem deperditæ ſanitatis; & illud conſequens; ergò non poſſumus comedere, niſi illos cibos, qui ſunt neceſſarij pro illo fine conſequendo: diſtinguit. Primario, & directa intentione, & per ſe, concedit: ſecundario, & indirecta, ac per accidens, negat. Vnde qui ſuillam primò, & per ſe comederet, vt retardaret ſanitatem reus eſſet voti: at verò ſi ſolum guſtu comederet, per accidens dicitur retardare ſanitatem, & non facit contra votum. Sequitur ergò, quod illum peccare intendit (niſi aliter ab alijs declaretur) qui primò modo comedit carnes ſuillas. Sed hoc eſt extra quæſtionem; Nam non ſolum infirmi peccarent, ſi comederent eo modo quo primò, & per ſe explicat, ſed etiam omnes ſani, ſi ad effectum ſe infirmandi non ſolum de carnibus, ſed etiam de quadrageſimalibus aliquid comederent hac intentione, vt ſanitati officiant grauiſſimè peccabunt, & eſt aliùs caſus. Si autem ſecundò modo conſideretur grauius peccat; & reus magis diceretur voti, quod probo, ſic: qui primò, & per ſe peccat, ideò peccat, quia de ordinatur à Primario fine per eum aſſignato, qui eſt ſanitas celeriùs reſtauranda; ergò, qui ſecundario, contra ſecundarium finem dirigitur (ſi fortè ſit dabilis, & dari debet per ipſū cum primarium dicat relationem ad ſecundarium, apud me quidem ſanitas reſtauranda, eſt vltimatus, non primarius finis) Tunc aſſignandus eſt finis ille ſecundarius, quem ex verbis præmiſſis, videtur ipſe aſſignaſſe guſtum propter quem ſuillam carnem comedit, ſed comedendo propter guſtum cibaria nociua ſanitati facit contra votum, ergò ea comedere non poteſt. Minor probatur, quia facultas comedendi paſchalia non datur ad guſtum explendum; ſed ad ſanitatem reſtaurandam; ergò ablata conditione, tollitur facultas.

Etiam ſi ex guſtu comederet.

Et ſi iterum dicas primario concedo, & ſecundario nego. Replicare poſſum contra hoc effugium dupliciter. Primò, quia ideò quam plures Religioſi antiquiores, quos nouimus probatiſſimæ vitæ, quando de infirmitate conualeſcebant, ſtatim ad quadrageſimalem vitam redibant: cumque eos alij religioſi interrogaſſent, cur non expectabant aliquantulum temporis ad recuperādas vires? Reſpondebant: Iam incipit eſus carnium guſtare; & hoc erat ita commune in noſtra Sancti Franciſci prouincia, vt guſtando de cibis carneis, vel ſtatim deſerebant, vel deſerere conſulebant; ergò apud probos viros guſtus eſt cauſa relinquendi carnium eſum, non illas comedendi. Male ergò nunc ampla facultas conceditur, vt pro guſtu ciborum dulcedine tracti, nociua comedant: Guſtui enim incumbentes non febricitantes, aut morbis alijs affecti, ſed Gulones dici debent, & ſunt. Appellandiq; prorſus veniunt non morbo affecti, ſed morbi ſimulatores, qui non ſanitatem, ſed guſtum in carnibus ſuillis explere cupiunt. Similes cuidam Ledæ carni indulgenti, de qua Martialis dixit, i ſe hyſtericam finxiſſe, vt ex medicorum præcepto veneris vſus ſibi imperaretur, impotente interea marito vetulo.

Gulones dicuntur ſi pro guſtu comedunt.

i *Lib. 11.*

Simulat ſe Mulier infirmam, vt venere vtatur.

Sed flens, atq; gemens tāti negat eſſe ſalutē,
Seque refert potius propoſuiſſe mori
Vir rogat, vt viuat, virides, neque deſerat annos,
Et fieri, quod iam non facit ipſe, ſinit
Protinus accedunt Medici, Medicæq; recedunt,
Tolluntúrq; pedes. O' Medicina grauis.

Sic ferè ſunt, qui guſtum pro fine habent, vt ſuillas carnes comedant, idq; docere, vt fiat, eſt conſulere ſimulanti Ledæ, vt carni indulgeat. Væ nobis. Vtinam redirent tempora priſca, ne in peius labatur Religio, quærendò delectabilia ad guſtum, etiam ſi ſint nociua ad ſanitatem. Nam, & ſi peccatum non eſſet, nec contra votum, ad huc alios docere, vt guſtui incumbant, non debemus: prona enim eſt humana fragilitas, & facilè naturalis inclinatio ad malum propenſa, & à paruis incipiens ad ſummum peruenit malorum; fruſtra ergò aſſignatur pro fine guſtus.

53 Secundò replicari poteſt ex intentione vouentis. Quiſq; enim Religioſus, qui quadrageſimalem abſtinentiam vouit, ſaltem dubitat, vt multi dubitarunt; poſſum nè abſq; periculo peccandi carnes ſuillas comedere? Si dixeris neminem de hoc dubitare, eſt falſum cum nullus ſit, qui tacto pectore, id affirmare poſſit, niſi ſit ignorantiæ inuincibilis, quæ in hoc facto dari nequit; nam, vt

conſtat

Digitized by Google

conſtat à tot Patribus agitatur quæſtio, optimiq; iam, ac validis rationibus probant non licere infirmis, veſci carnibus ſuillis, & caſeo. Si verò dixeris vouentem dubitare: Tunc dico, vt recordetur intentionis, quam habuit tempore voti, & verborum in forma. In verbis nulla eſt tergiuerſatio, etenim votum facit quadrageſimale excludens omnem eſum carnium. Nec in intentione; nam ſolum habuit intentionem ſeruandi perpetuò votum cum ſolis limitationibus aſſignatis idest veſci carnibus infirmitatis cauſa, pro ſanitate recuperanda. Si verò dubitaſſet an etiam comedere intendiſſet carnem ſuillam, vt guſtui indulgeat, debet abſtinere, & non comedere. Quod à ſimili probo: Si quis dixerit promitto me forè Monachum, & dubitet an teneatur intrare Religionem, & profiteri; verior, & ſecurior opinio eſt; vt intret, & profiteatur, quia verba illa in communi modo loquendi, ſignificant intentionem profitendi; & credendum eſt, quod quando homines loquuntur, id intendunt, quod communiter verba ſonant; Et quod in dubio credendum ſit hanc fuiſſe intentionem manendi, tenent Suarez, k & ij, quos citat, vt Rodriquez, & Nauarrus. Sed verba Regulæ clarè ſonant ad ſanitatem reſtaurandam; ergò credendum eſt, quod vouens, illud intenderit, quod eadem verba ſonant, & promiſiſſe ſeruare votum, & tempore infirmitatis comedere carnes ſanitati congruas, & nociuas fugere; ergò ſi aliter fiat contra votum erit.

† Suadetur ex vouentis intentione.

k Lib. 4. de voto ca. 8. num. 7.

Confirmatur, nam vouens tunc temporis ſciebat, quando ſcilicet profitebatur, quomodo infirmi erant curandi, & quod per eſum carnium ſanitas reſtaurari procurabatur: Sed ſaltem implicitè intendebat ſanitatem non forè curandam carne ſuilla, ergò ex vi voti tenetur infirmitatis tempore eam non comedere. Conſequentia eſt vera ſi concedatur minor; quam probo à ſimili per eum qui vouens, & non aduertit, nec diſcurrit circa difficultates inuolutas in materia voti, habens ſe in hoc merè negatiuè, & poſtea in materia voti inuenit difficultates, quas ſi noſſet non vouiſſet; votum obligat, quia illa in aduertentia purè negatiua, non deobligat, acceptauit quidquid difficilè erat in materia voti: Secus autem ſi diſcurrit, & iudicando eſſe materiam leuem, quam poſtea reperit difficilem, eamque ſi ſciret, non voueret, non tenetur ad votum ita Sotus, l & Lopez. m His ſtantibus dicamus ad intentum: Si eſſet aliquod dubium an qui vouit vitam quadrageſimalem cogitauerit aliquo modo. Vtrum tantum carnes, quæ ſanitati conferunt, vt celeriùs reſtauretur, ſint comedendæ, an etiam illæ, quæ nociuæ ſunt? Si iſte ſic cogitans arbitratus eſt, vel ab alio ſuaſus etiam carnes ſuillas pro guſtu forè comedendas, & poſtea moueatur difficultas, an comedere eas poſſit, & ipſe ſi hanc difficultatē in futurum agitandam prænouiſſet, non vouiſſet, abſque dubio comedere poſſet, nec votum teneret, quia non fuit voluntarium. Si autem nullo diſcurſu præmiſſo, vouit vitam quadrageſimalem, intendens tantum iuxta limitationem, & modificationem regulæ tempore infirmitatis pro ſanitate recuperanda comedere; debet abſtinere, quia tenetur ad votum, prout Verba ſonant, & in dubijs tutior pars eſt eligenda. Vlteriùs ſingulos religioſos noſtros interrogare licebit, hoc modo: Chariſſimi fratres, ſi in actu profeſſionis ante emiſſionem voti, audiretis à Prælato; Aduertite filij votum quadrageſimale eſſe ita ſeruandum inuiolabiliter quod nullo modo vobis licitum erit, ſuum carnibus veſci cauſa infirmitatis, ſed ſolum alijs carnibus, quas Medicus ordinauerit pro ſanitate reſtauranda, non pro guſtu explendo. Voueretis ne vos? Credo equidem omnes affirmatiuè eſſe reſponſuros; ergò ſi modo comeditis carnes ſuillas extra Medici ordinationem, eoq; inuito, quacunque infirmitate detenti, peccabitis contra votum. Ita enim practicatur in alijs rebus; Nam ſi vouens diſcurrit, & eſt tali animo affectus, vt etiam ſi ſciret difficultates illas ad huc voueret, tenetur ad votum, quia in virtute admiſit omnia. Ita Vazques. n

l Lib. 7. de Iuſt. q. 1. art. 2.

m 1. p. inſtruct. ca. 3. in fine.

n Quæſt. 7. art. 4. diſp. 3. cap. 11. 29.

54 De caſeo verò, an debeat concedi noſtris infirmis, ſi recens fuerit fortè concedi poteſt conualeſcentibus, ſi Medici iudicio nouerint non nociturum, ſin autem, nec recens, nec alius quiuis comedi poteſt, cum nihil, niſi de ordinatione Medici, & ad finem recuperandæ ſanitatis comedere liceat infirmis; nociua verò, peccabunt Medici, ſi conceſſerint, imò, & ſi non reprehenderint comedentes. Auoco hic quod ſcribit Natalis Comes in ſua Mithologia. o Parum à propoſito diſtans, ait enim ille; Ad Troiana vſq; tempora perexiguam fuiſſe Medicorum peritiam quando, vel Æſculapij fil j, Pondalirius, & Machaon, Euryp yio vulnerato farinam, & tritum caſeum mulierem commiſcentem, potumque præbentem cum vino Pramnio non reprehendunt, vt ait Plato in 3. de republica, cum illa omnia maximè inflammare vulnus, at non ſedare dolores poſſent. Cæterùm in Homero Plutarcus factum excuſat, quod in heroico corpore robuſto, & valido nullis prauis humoribus infecto nullum inflammationis periculū foret. Hæc tamen excuſatio infirmis Minimis fauere nequit, nec Medicis medentibus, & concedentibus, aut conſentientibus, cum illi infirmi præſupponantur prauis humoribus affecti, & viribus ferè deſtituti, non validi, & robuſti, quales erant, quos Plutarcus excuſat. Quod autem Plato de vulnerato loquatur; non officit, quin de noſtris infirmis etiam intelligatur; tum quia ſi caſeus nocet vulnerato, magis ne accendatur calor, nocere arbitror febricitantibus. Tum etiam, quia ex noſtris infirmis, non pauci ſunt, qui hepate laborant, & vel tibias vlceratas habent, vel alias corporis partes; quas mederi, tamquam vulnere affectas experientia didicimus.

o Lib. 4. cap. 11.

Lacticina an poſſit infirmus comedere.

Argumenta, quibus ſuam probant contrarij opinionem, proponenda, & ſoluenda ſunt, eaq; breuiter colligam ex Peyrina, vbi ſupra. Quare pri-

re primum argumentum erit; omnia conceſſa cenſentur, quæ non ſunt prohibita. Ex Gloſa in cap. cum Eccleſia Suttina. Verbo ne veniret, de cauſa poſſ. & prop. nullo autem iure, vel regulæ, vel conſtitutionum, reperitur prohibita ſuilla, ergò comedi poteſt. Reſpondetur, minorem eſſe omninò falſam; nam licèt explicitis, & expreſſis verbis non prohibeatur caro ſuilla; prohibita tamen eſt, eo quia nociua habetur ſanitati. Et in Clem. exiui de Verb. ſignif §. Porro dicitur. *Vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſſè non conceditur, intelligitur denegatum.* Sed omnibus Minimis eſt generaliter prohibitum Paſchalibus veſci, & ſolum expreſſè conceſſum tempore infirmitatis iuxta ordinationem Medici pro ſanitate celeriùs reſtauranda; ergò Paſchalibus veſci præter iſtas circunſtantias, eſt illis denegatum. Et per conſequens eis veſcens peccabit contra votum. Imò hoc eſt expreſsè denegatum in eadem regula num. 27 vbi dicitur: *Nullis itaque omnium ipſorum, aliter, quam hac ſtabili lege ſancitum eſt, dictis cibis Paſchalibus veſci vllatenus permittatur.* Sed Lex, qua comedere licèt, eſt, vt id fiat iuxta ordinationem Medici, &c. Ergò totum id, quod iſtis circunſtantijs eſt cõtrariũ, expreſsè prohibitum eſt.

Eſt expreſſè prohibita ſuilla.

55 Sed contra hanc doctrinam, ſe opponit Peyrina num. 54. in fine, dicens: quod non omnis circunſtantia, quam vouens tempore emiſſi voti intendit, aut cogitat, obligat ſub voto, vel illius obligationem reſtringit, ſed obligabit, quando vel illa eſt intrinſeca, & eſſentialis rei promiſſæ, ideſt ſine qua res promiſſa non eſſet quo ad ſubſtantiam operis materia voti; vel, ſi accidentaria ſit intendit vouens ad illam ſe obligare, ex Sãchez, quem citat. Sed comeſtio ſuillæ eſt accidentaria circunſtantia, & nemo expreſsè ad illam ſe obligat.

Sed contra hoc effugium opponuntur Verba Clem. & Regulæ in reſponſione poſita quibus probatur expreſsè, quod caro ſuilla denegatur. Sed ex ſuamet doctrina oppoſitum eius, quod probare intendit, colligitur dicit enim, quod circunſtantia intrinſeca, & eſſentialis obligat; ſed non comedere ſuilla eſt circunſtantia intrinſeca, & eſſentialis voti; ergò qui eam comedit reus eſt voti. Minor probatur, nam multæ ſunt circunſtantiæ circa eſum carnium ordinatæ, vt ſcilicet non priùs comedat carnes, quin ſit examinata infirmitas in infermaria clauſtrali; vt nequeant carnes comedere niſi infermaria, & aliæ quas ex Regula colligendas remitto. Inſuper, quod comedantur carnes de ordinatione Medici, nunc peto, eſt nè aliqua differentia inter has circunſtantias? Si dixerit, non eſſe, tunc falſa erit eius doctrina num. 49. poſita, vbi aſſerit, quod peccabit quis carne ſuilla nocitura veſcens; ſed in alijs circunſtantijs, ſi non ſeruentur, nullum adeſt peccatum, vt ex Textu, & mente D. Franciſci patet; ergò illa circunſtantia voti, quæ peccatum inducit, intrinſeca eſt voto; & conſequenter non ſtabit integra materia voti; ſi quod ſibi intrinſecum eſt auferatur. Vltra quod ſi non comedere ſuillam, non pertineret eſſentialiter ad materiam voti, poſſet Minimus ſine fractione voti, & ſine peccato ſemper carne ſuilla veſci, ſicut ſine fractione voti, & ſine peccato, poteſt cęteras omnes circũſtantias Regulę non obſeruare, vt certũ eſt ex Correctorio: p Præter enim quatuor vota, quæ tantum obligant ad culpam, cæteras omnes circunſtantias ad pœnam ſolum corporalem; ergò eſt circunſtantia eſſentialis, & in ſubſtantia ipſius voti generaliter contenta. Cumque de hac generalitate tantum concedatur infirmis caro proficua ſanitati reſtaurandæ celeriùs; expreſſè denegata remanet caro ſuilla, quæ ſanitati nocet, eamque retardat.

Suillam non comedere eſt circumſtãtia intrinſeca, & eſſentialis.

p *Num. 116. et 117.*

Id autem, quod ſubiungit, nimirum quod circunſtantia iſta ſit accidentalis, quæ tunc obligat; quando ad illam ſe obligare intendit vouens, cumq; nemo expreſsè ad illam ſe obligauerit non facit contra votum comedendo: Falſiſſimum eſt; tum, quia ex verbis Regulæ clarè colligitur, quid conceditur, quiduè negatur, & non expreſsè conceſſa, expreſſa denegata præſumuntur, non ergò exprimere circunſtantias accidentales, non facit, vt ab infirmis ſuilla caro comedatur, quando quidem ſi Sanctiſs. Patriarcha Franciſcus neceſſarium fore iudicaſſet, ne quire infirmum ſuillis carnibus, & alijs nociuis veſci tempore infirmitatis, vtiq; expreſſiſſet. Sed quia clarè continebatur ſub illa clauſula, ſcilicet debere veſci cibis à Medico ordinatis, & caro ſuilla tamquam nociua eſt extra illos cibos à Medico ordinatos; ideò non expreſſit, & tacuit; & taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. Leg. cum quid, ff. ſi certum petatur. Barboſa in axiomat. iuris, axioma 218. num. 1. ergò contra votum facit ſi ſuillã comedit. Tum etiam, quia omnis religioſus tempore profeſſionis, ſi ei proponeretur votum quadrageſimale cum expreſſione non comedendi carnem ſuillam, abſq; dubio voueret; & ſi nũc in dubio exiſtens ſibi proponeret difficultatem, pariter concluderet nunquam eſſe carnem ſuillam comedendam, iuxta ea quæ poſuimus ſupra num. 19. & 20.

56 Secundum argumentum, omnia genera carnium per modum vnius prohibita ſunt, tam ab Eccleſia, quàm à Sancto Legislatore; ergò ceſſante prohibitione debent eſſe conceſſa, vbi Lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus cap. ſolitæ de maior, & obed. cap. ſi Romanorum diſt. 20. quod ſi dormierit 31. quæſt. 1.

Hoc argumentum facilè ſoluitur, tum quia aliter tenemur ſeruare præceptum Eccleſiæ, aliter votum, vt declarabitur infra. Tum etiam quia, vbi Lex diſtinguit, nos diſtinguere debemus, & apertè in comedendis carnibus Lex diſtinguit, dum proficuas non nociuas concedit. Et vt Pater Caſtillus ait: conſiderandum hoc eſt iuxta naturam termini reſtrictiui, de quo in citata Clem. §. Quibuſdã habetur, quod excludat ab ipſo extranea, ſed comedere carnes in ordine noſtro eſt reſtrictum ad eas comedendas ſolum de ordinatione

Digitized by Google

natione Medici, & pro ſanitate celeriùs reſtauranda; ergò excludit omnia, quæ dictæ reſtrictioni ſunt contraria: Sed nociua, & à Medico prohibita, ſunt illi contraria; ergò, &c.

Sed in contrarium poſuit Peyrina num. 54. pro ſuo libito; quod ſcilicet Terminus ille reſtrictiuus, reſtringit ſolum hoc, quod non poſſimus ſtatim, ac ſumus infirmi propria volũtate carnes comedere; ſed requiritur conſilium Medici, & Superioris præceptum: reſtringit etiam, vt ſanitate recuperata ad vitam quadrageſimalem redeamus, & excludit omnia contraria iſtis conditionibus. Comedere autem ſuillam his contrarium non eſt. Miror equidem quod tam doctus vir per ſaltũ intellexerit textum; Etenim primò dicitur, vt comedat infirmus de conſilio Medici, & Correctoris iuſſione, vt num. 26. Regulæ patet: poſtea vt de quibuſuis cibarijs ſuccurratur pro ſanitate reſtauranda, Et tertiò tandem in num. 27. ait: quod cum conſtiterit euidenter conualeſcere ad quadrageſimalem vitam redeat. Quare ergò reſtringit legem ad primum, & tertium, & medium in ſecundò loco intra extrema illa poſitum, tamquam ſi non eſſet, relinquit? qua ratione medium excludere potuit? nullam certè aſſignare poſſet præter voluptatem: fuit enim illi ſufficiens pro ratione voluntas, niſi dicatur voluptas, qua dixerat poſſe infirmum pro guſtu explendo, ſuillæ carnis dulcedine attractum, eam comedere. Nos autem dicimus, medium magis, quam extrema contineri ſub reſtrictione legis, & à termino illo reſtrictiuo, tamquam quid extraneum, & contrarium excludimus ſuillæ carnis eſum. Hoc etiam tenetur concedere, & ipſe Pater Peyrina ex ijs, quæ dixit num. 49. vbi differentiam aſſignat inter circunſtantias, & conditiones, & circunſtantias non inducere peccatum docet, quod nos fatemur: quæ autem ſint circunſtantiæ in voto quadrageſimali in fine §. referuntur ſcilicet de non comedendis carnibus niſi in infirmaria, & de non introducendis carnibus, alijſque cibis Paſchalibus in cõuentum extra locum infirmariæ, earumque tranſgreſſores minimè peccant. Cumque de earum numero non ſit comeſtio carnis ſuillæ ſequitur, quod qui comedit peccat contra votum. Etenim neminem arbitror rectè, dubitare, carnem ſuillam prohiberi, cum pertineat ad conditionem neceſſariò præ requiſitam: conceditur enim carnium eſus, tunc, cum id expediẽs pro ſanitate celeriùs reſtauranda iudicauerit Medicus; ergò ablata ordinatione denegatur eſus carnium, & conſequenter, quia caro ſuilla non confert ad ſanitatem celeriùs reſtaurandam, quæ eſt conditio requiſita, imò retardat, & nocet; qui ea veſcitur reus fit voti: conditio enim ſuſpendit huiuſmodi actum.

57 Tertium argumentum; Non tenemur omninò modificationes ſeruare, nam modus actionis non cadit ſub voto de ea facto, niſi ſit directè, & formaliter intentus, vt docet Suarez de voto, & Reginaldus; & exemplificat Suarez in eo, qui vouit ieiunium, qui reſpectu illius eſt ſubſtantialis; licèt alias intemperatè comedat, non facit contra votum: nos autem (ait Peyrina) non vouemus ſeruare, nec formaliter intendimus abſtinere à ſuilla tempore infirmitatis; ergò, &c.

Reſpondetur, quod doctrina Suarez vera eſt, ſed arguenti nil prodeſt; verum clariſſimè efficit; tum quia eſus ſuillæ non eſt modus rei, ſed ipſa res, & ſubſtantia voti: tum etiam quia directè, & formaliter tantum conceditur caro ſanitati proficua, eamque ſi tali præ intento fini Medicus ordinauerit tanquam vtilem cognitam; ergò etiam directè, & formaliter negatur illa, quæ ſanitati nocet; & quam Medicus non ordinauerit. Exemplum quoque, quod ex Suario adducit, pro nobis facit; ſequitur enim ex illo, quod ſi quis infirmus intemperatè comederet de carnibus conceſſis, peccaret quidem, ſed non faceret contra votum; ſed de non conceſſis, imò à Medico prohibitis, ſi comederet intemperatè; peccaret vtiq; dupliciter, & peccato intemperantiæ, & contra votum: Sicut ſi quis voueret ieiunium tali die; & carnem intemperatè comederet, eodem modo dupliciter peccaret; & contra votum, & contra temperantiam. Dixi non eſſe modum, ſed rem ipſam, &c. nec facit contra me quod Regula dicat: *Saluis modificationibus infraſcriptis*; Nam modificatio eſt reſpectu voti modificati, vt limitet tempus, quo ſeruari debeat, & quo non; & dicitur modificatio, quia rigoris legis eſt moderatio, relinquens in ſuo robore legem; non enim excipit nos à lege; nam ſi exciperet, liberi omninò eſſemus à legis obligatione, & comedere tunc ſuillam, non poſſet eſſe peccatum; ſed dixiſſet abſolutè excepto tempore infirmitatis; ſicut dixit in ieiunijs peragendis ſingulis quartis, & ſextis ferijs, quando num. 29. totaliter certò tempore, ſcilicet poſt Natiuitatem, & poſt Paſcha nos à ieiunijs quartæ feriæ liberat, dicens: *Exceptis dumtaxat ſingulis quartis ferijs*. Modificat ergò, vt tempore infirmitatis poſſint comedere; & ſic modificatio reſpicit tempus, non rem, quæ venit comedenda; quia res ſtat ſub conditione ſcilicet, quod ſit à Medico ordinata, qua conditione ſublata, res remanet non conceſſa, nec expreſsè, nec virtualiter; cumque, vt diximus ex Clem. quod expreſsè de generaliter prohibitis, non conceditur, denegatum intelligatur: & cum caro ſuilla nullo modo à Medicis concedatur ſine conſcientiæ ſuæ, & infirmi præiudicio, ſequitur quod denegata cenſeatur.

Quid per modificationes voti intelligatur.

Illud autem, quod ſubiungit in fine §. 57. ſcilicet parum referre, quod regula caſum infirmitatis excludat iſtis, vel illis verbis; falſum ſupponit cum verba ſint intelligenda prout ſonant, & non omnia eundem ſonum habent, efficiuntque ſenſum diuerſum. Sic ſæpe ipſe Peyrina oſtendens quam diuerſa ſint verba limitatio, diſpenſatio, exceptio, circunſtantia, conditio, &c. non ergò parum refert iſtis, vel alijs verbis, &c. Quod autem rurſus addit: illam nimirum rigoroſitatem, quæ eſſet in præ-

in præcepto Eccleſiaſtico, ſi non eſſet exceptus caſus infirmitatis; eſſe in noſtro voto verum eſt; & quidem ſi Sanctiſſimus Patriarcha non modificaſſet votum, vt tempore infirmitatis poſſemus Paſchalibus veſci, nullo modo etiam atteſtante Medico infirmum moriturum, ſi carnem non comedat, poſſet comedere, vt ex dictis cap. 4. patet. Vnde falſo cum Vaſquez, & alijs contrarium aſſerit; vt probauimus loco citato pro Carthuſianis.

58 Ad argumentum tertiò loco factum à Patre Caſtillo probando ex paritate ſuam opinionem: ex eo nimirum, quod in cap. Si quis ſuadente Diabolo 17. q. 4. excommunicantur omnes iniijcientes manus violentas in Clericos, vel Monachos. Et in cap. Si Clericos de ſent. excom. in 6. dicitur dictam excommunicationem non incurrere capi facientes, neque ipſoſmet capientes dictos Clericos ad eos incarcerãdos, niſi alias ex propoſito excedatur, ideſt, vt declarat ibi Gloſſa ver. excedatur. *Niſi Clericum quiete ſe duci permittentem calcibus, & pugnis, &c. percutiant*. Cum ergò in ordine noſtro prohibitum ſit generaliter cibos Paſchales comedere, niſi de ordinatione Medici, & pro ſanitate reſtauranda, ſi in hac exceptione excedatur, comedendo cibos nociuos; peccatum eſt, & contra votum.

Huic argumento ſatisfeciſſe credit Pater Peyrina num. 55. dicens; illud ſimile in hoc caſu minimè valere. Quia ille exceſſus ibi eſt ſpecialiter, & expreſſè punitus. Et non valet argumentum à caſibus expreſſis ad nõ expreſſos, maximè non concurrente identitate rationis: & nullam eſſe æquiparationem, ait, inter verberare Clericum, & comedere porcum.

Sed fallitur quidem; primò, quia ſimile efficaciter probat, cum fiat comparatio de exceſſu ad exceſſum in ordine ad culpam, non in ordine ad pœnam: nolumus enim comedentes ſuillam eſſe excommunicatos; ſed tantum peccare contra votum. Percutientes namq; primò contra præceptum faciunt, & exinde excommunicationem incurrunt, quæ eſt illius peccati pœna. Sic qui infirmus eſt ex noſtris, ſi carnem ſuillam comederit, peccat, vt fatetur ipſemet Peyrina; Ergò contra aliquod præceptum facit, ſed nullum eſt præceptum nec Eccleſiaſticum, nec in religione, quod ſuilla non comedatur, niſi quantum ſtat ſub voto; ergo, quia peccat, contra votum facit. Secundò quid expreſſiùs eſt in regula noſtra illo ſtatuto, quo tantum eſus carnium conceditur iuxta Medici ordinationem, & pro ſanitate celeriùs reſtauranda. Quidquid ergò à Medico non conceditur (iuxta Clem. ſupra poſitam num. 22.) expreſſè denegatum intelligitur. Et qui negata comederit, tamquam reus voti puniendus eſſet; eſt enim exceſſus in qualitate ciborum; ſicut exceſſus in percutiente Clericum, non eſt, quia pluries verberat, ſed quia excedit in captura verberando, quem poteſt ad carceres abſque verberibus ducere: Sic exceſſus infirmi non eſt, quia carnibus conceſſis veſcitur, ſed quia Medici ordinationem excedit, & cum poſſet celeriùs ſanitatem cum proficuis carnibus reſtaurare, ipſe nociuam comedens retardat, & peccat; Cumque peccatum non ſit in quantitate comeſtionis, ſicut non fuit in quantitate verberationis, remanet, quod peccet in qualitate, circa quam non peccaret, niſi obſtaret votum; ergò facit contra votum ſuillam comedendo.

Tandem ex ſuprapoſitis patet conſuetudinem non valere (jis, quæ Pater Peyrina dicit, non obſtantibus) tum quia eſt fortaſsè talis conſuetudo in aliqua prouincia, non in tota religione; & ab illa prouincia prorſus amouenda eſſet talis praua conſuetudo, ne morbida facta pecus totum corrũpat ouile. Tum etiam, quia non venit præſcribenda conſuetudo jis, quæ peccata ſunt, & comedere carnem ſuillam iam conceſſit eſſe peccatum. Demum conſuetudo non eſt, ſed abuſio, quæ radicitus tolli debet.

CAPVT IX.

Soluuntur rationes ab amico nobis propoſitæ contra ea, quæ diximus præcedenti capite.

59 REuerendo admodum Patri Franc. Pelicciaro ex ſocietate Ieſu Theologo Doctiſſimo, & in moralibus maximè, eruditiſſimo de difficultate à me iam diſcuſſa præcedẽti capite aliquoties loquutus fuerã: tandem mea ſcripta ei obtuli videnda vt ſi aliquid corrigendum inueniret, corrigeret, aut me monitum faceret, ad hoc, vt illud, vel emendarem, vel magis declararem. Libenter ipſe beneuolentiæ cauſa mea ſcripta accepit, & qua conſociales ſui ſumma modeſtia procedunt, vſus, hæc quæ ſequuntur ad excitandum ingenium, propoſuit à me declaranda, vel ſoluenda.

Et primò contra §. 45. dixit, obſtare poſſe; quod in eſto requiratur licentia Correctoris de conſilio Medici, ad hoc, vt religioſus diſpenſetur in eſu ciborum Paſchalium: Cum tamen diſpenſatio comprehendat quodcunq; genus cibi Paſchalis per modum vnius (ſicut in voti per modum vnius prohibetur vſus cuiuſcunq; cibi Paſchalis) hoc ipſo, quod debito modo datur diſpenſatio, extenditur ſecundum ſe ad quodcunque genus cibi Paſchalis, etiam noxijs proportionaliter; ac quando quis diſpenſatur tempore quadrageſimali in cibis Paſcalibus ex cauſa legitima; is & ſi edat cibos Paſchales noxios, non violat præceptum Eccleſiæ vetans cibos Paſchales, licet aliundè peccet; vt infra. *Prima inſtantia Patris Pelliſciari.*

Secundò contra §. 46. ait, obſtare poſſe; quod finis legis non ingreditur legem; & ex alia parte celerior reſtauratio ſanitatis eſt ratio mouens ad legitimè diſpenſandum: poſita autem diſpenſatione legitimè data, iam procedit inſtantia facta §. præcedenti. *Secunda inſtantia.*

Tertiò contra §. 49. dixit obſtare poſſe; quod *Tertia inſtantia.*

Cor-

Corrector dās carnes noxias Religioſo peccaret, non quod cooperaretur violationi voti, ſed quod ſubditus aliundè poſſit in hoc peccare, & tali peccato cenſeretur Corrector cooperari: ſicuti peccaret dando cibos quadrageſimales, præuidens illos notabiliter ei in talibus circunſtantijs nocituros.

Quarta inſtantia. Quartò contra §.51. inquit, obſtare poſſe; quod religioſus taliter diſpenſatus, ſi edat carnes noxias poſſet peccare, & ratione quantitatis, ſi in nimia quantitate; & ratione qualitatis, ſi præuideat eſum carnium ipſi valdè nociturum: eo modo proportionaliter, quo quicunque alius extra tempus quadrageſimæ poſſet peccare edendo tales carnes cognoſcendo eas ſibi noxias, & in nimia quantitate. Præterquam quod etiam dici poſſet, peccare peccato gulæ, quatenus veſcitur cibo ex natura ſua non faciente ad celeriorem recuperationem ſanitatis, & merè ex gula abſque fine honeſto; nimirum ad ſentiendam delectationem illam prouenientem ſibi excomeſtione talis carnis.

Quinta inſtantia. Quintò contra §.52. obſtare (ait) poſſe; quod religioſus edens carnes noxias quas prænoſcit forè retardaturas reſtaurationem ſanitatis (quæ intenditur in conceſſione diſpenſationis) peccat quidem, at non contra votum (cum eius obligatio ſit ſublata per diſpenſationem datam ex cauſa legitima, vt ſuppono) ſed cōtra charitatem in ſe ipſum; quod etiam procederet in quocunque alio homine vitæ quadrageſimalis votum non habente, & modo dicto veſcendo cibis noxijs.

Sexta inſtantia. Sextò contra §.53. obſtare ait, poſſe; quod religioſus vouens vitam quadrageſimalem habuit intentionem vouendi illam, eo modo, quo communiùs obſeruatur ſtando in rigore iuris; quidquid ſit de conſilio, & ad perfectiorem obſeruantiam illius, iuxta quam à religioſis ordinis magis perfectis, ac zelantibus votum obſeruatur: at de rigore iuris poſita diſpenſatione voti, probabile eſt abſq; violatione voti poſſe edi carnes noxias, &c. ergò. Quomodo dicunt Doctores iuramentum, quod faciūt Alumni aliquorum collegiorum de obſeruandis conſtitutionibus præfati collegij non obligare, niſi prout tunc temporis ſunt in obſeruantia, quæ doctrina procedere poteſt in præſenti noſtro caſu, etiam dato, quod religioſus in emiſſione voti nullum fecerit diſcurſum.

Septima inſtantia. Septimò contra §.55. obſtare poſſe, ait; quod dici poteſt non edere carnem ſuillam pertinere ad eſſentialem materiam voti ſecluſa diſpenſatione voti; ſecus ſi adſit diſpēſatio; cum vi illius generaliter tollatur, & per modum vnius prohibitio edendi cibos Paſchales, ſub quibus vtique continetur etiam caro ſuilla.

Octaua inſtantia. Octauò contra §.56. obſtare poſſe, dicit: primò, quod plures Doctores tradunt apud Sanch. lib. 4. moral cap. 11. num. 31. votum ſecluſa intentione ſpeciali vouentis non obligare aliter in quauis materia, quam ſi eſſet Lex à Deo, vel ab Eccleſia in dicta materia: Sicque falſum eſt nos teneri aliter ſeruare votum, ac teneantur ſeruare præceptum Eccleſiæ. Obſtare poſſet ſecundò quod quando regula ordinis concedit ſolum carnes vtiles ſanitati, & ad has ſolas reſtringit conceſſionem: id poteſt, & debet intelligi; ita vt diſpenſatus vtatur diſpenſatione abſq; vllo genere peccati, non autem ſolum, vt ea vtatur abſque voti violatione: quippè qui iuxta ſuperiùs dicta, eſto non peccet contra votum, poteſt aliter peccare edendo carnes noxias. Obſtare poſſet tertiò quod in ordine eſus carnium eſt reſtrictus ad eas ſolum edendas de ordinatione Medici, quo ad hoc, vt quis diſpenſetur in voto vitæ quadrageſimalis; non autem, quod obtenta diſpenſatione, genus carnis edendæ, quantum attinet ad votum ſumatur ex ordinatione Medici, &c. quod vtique eſt, quid diuiſum.

Nonò contra §.57. obſtare poſſe inquit: primò, quod carnis ſuillæ eſus eſt de ſubſtantia voti, quandiù manet eius obligatio: non manet autem poſita obligatione, quam cum diſpenſer in eſu ciborum Paſchalium per modum vnius (quantum attinet ad votum) extenditur etiam ad carnem ſuillam. Obſtare poſſet ſecundò quod verba quibus inducitur obligatio, non debent ſumi prout ſonant, ſed vt minùs obligent, quam fieri poteſt: ſiquidem vbi agitur de obligatione imponenda, ſtricta debet fieri interpetratio. *Nona inſtantia.*

60 Hæc ſunt, quæ à præfato ſcilicet Patre mihi propoſita fuerunt, quæ quidem cum adhuc intellectum non conuincant, pro viribus ſoluere conatus ſum, maximè quia in eſu carnium ſuillarum non negat adeſſe aliquod peccatum, quod omninò vitandum eſt; quod autem ſit contra votum non admittit, verum tale eſſe pugnamus propterea ad præmiſſa reſpondemus, vt infra.

Ad primum ergò poſſem inprimis reſpondere ſcholaſticè, Diſpenſatio comprehendit quodcunque genus cibi Paſchalis per modū vnius præſcindens à noxijs, & in noxijs cibis, negatur antecedens, eſt per modum vnius, tantum circa innocuos conceditur antecedens, ſecundò quia non admittitur paritas, votum eſt per modum vnius, ergò etiam diſpenſatio; quia Lex poteſt habere multas circunſtantias, & proprietates, quæ non pertinent ad depoſitionem talis legis. Ens enim poſitiuum habet multas proprietates, quæ debent conſiderari in ipſo, quas non habet eius negatio, cumq; votum ſit Ens, & Lex poſitiua multa poſſumus conſiderare in ipſo, quæ non pertinent ad eius depoſitionem, & ablationem qualis eſt diſpenſatio, cum ſit eius negatio. Ad confirmationem Reſpondetur, quod ſi non peccat, qui diſpenſatur tempore quadrageſimali comedendo cibos Paſchales noxios eſt, quia non obſtat Lex in contrarium; non ſic in caſu noſtro, cum Lex tantum nobis concedat cibos Paſchales ad procurandam ſanitatem. *Soluitur prima inſtantia.*

Sed meliùs Reſpondetur, & moraliter; negando quod diſpenſatio ſit per modum vnius, ſicut eſt votum, & licèt votum ſit per modum vnius, ſicut eſt præceptum Eccleſiæ, nihilominùs diſpenſatio non ſe extendit, niſi ad

Digitized by Google

partem illius iuxta limitationem Regulæ, quod etiam verificatur in diſpenſatione præcepti Eccleſiæ; iuxta dubium quod proponit, & ſoluit Vega noſter in materia de voto, a vbi quærit num frater Minimus ſtante voto, quod prohibet veſci carne, ouis, & lacticinijs poſſit carnem comedere, quando propter infirmitatem eſt ſolum diſpenſatus ad veſcendum ouis? & ante reſpōſionem adnotat ſtrictiori vinculo teneri Religioſum Minimum ad obſeruandum votum, quam Presbiter ſæcularis, aut quiuis alius Chriſtianus ad obſeruandam quadrageſimam de præcepto Eccleſiæ, quæ præcipit non veſci carne, ouis, & lacticinijs ſine licentia Medici, & confeſſoris: & vtrumque peccare mortaliter ſupponit ablata neceſſitate, & licentia. Ille propter votum: iſte propter præceptum.

a Caſu 119. fol. 188.

Votū ſtrictius obligat, quam quadrageſima.

Deinde reſpondet ad dubium, non poſſe Minimum ad oua comedenda diſpenſatus, carnem comedere abſque noua licentia. Idq; probat primò ex Regulæ Textu cap. 6. vbi apponuntur limitationes requiſitæ ad veſcendum carnibus, (vt ſupra attulimus num. 42.) & omnia, quę prohibita ſunt per modum vnius, ibi explicantur; quia apertè Textus dicit. b *Singuli fratres huius ordinis à cibis carnalibus omninò abſtineant, & dignos pœnitentiæ fructus in cibo quadrageſimali taliter agant: quod ipſi carnes, ac omnia ſementinam originem a carnibus ipſis trahentia: pœnitus vitent. Carne igitur, & pinguedo, oua butyrum caſeus, & quæuis lacticinia, ex eiſdem congeſta; & producta, quæcunque intus, ac extra (ſalutis modificationibus infraſcriptis) omnibus, ac ſingulis fratribus, & oblatis ſint omninò, & inre fragabiliter interdicta.* Ecce prohibitio per modum vnius, quæ prohibitio non tollitur abſolutè per diſpenſationem; cum diſpenſatio inhæreat ordinationi Medici, qui vult religioſum comedere tantum oua, quia ſic nouerat oportere, vt illi infirmitati ſubueniret, & recuperandæ celeriùs ſanitati conſuleret; qua propter carnem comedere nequit ſine fractione voti. Et Confirmat hoc ex vſu, & conſuetudine antiquorum Patrum noſtræ Religionis, quippè qui fuere noſtri anteceſſores, & ſeniores, ac ſaniores, à quibus modum viuendi ſumere debemus, & nunquam aliter ſenſerunt, ac dictum eſt.

b Cap. 6. num. 25.

Secundò probat intentum ex æqualitate rationis, quam nemo inficere poteſt: Nam ſi eadem ratio currit inter ſecularem tempore quadrageſimæ, & Minimum Religioſum in non veſcendis cibis Paſchalibus. Ille propter præceptum ſtatutis temporibus obſeruandum: Hic propter votum continuò ſeruandū: & ſæcularis obtēta facultate propter ægritudinē comedēdi oua ſolū, peccaret mortaliter contra præceptum, ſi carnē comederet; ergò etiam Religioſus Minimus, qui ſtrictiori vinculo tenetur ad votū, peccaret mortaliter cōtra votum ſi diſpenſatus ad oua tantum comederet carnem. Et hoc dicit cōtra quoſdam contrarium ſentientes, quos paruæ ait eſſe auctoritatis, vel fundari in friuola ratione, cum idem currat in Minimo, ac in ſæculari ratione præcepti Eccleſiæ in quadrageſima; & nemo de ſæculari affirmabit, quod ad oua diſpenſatus poſſit carnem comedere abſque fractione præcepti; ergò neque de Religioſo Minimo, quod idem poſſit facere abſque fractione voti.

Diſpenſatus ad oua non poteſt comedere carnem.

Ex his infero, quod magis verum ſit id, quod nos diximus, nimirum non poſſe Minimum diſpenſatum ad carnes proficuas comedendas tempore infirmitatis, comedere carnem ſuillam noxiam recuperandæ ſanitati: Nam cum is ſit finis diſpenſationis, tam in ſęculari, quam in religioſo, tolletetur finis, & conſequenter tolleretur diſpenſatio, quæ fundata eſt in ly ad celeriùs recuperandam ſanitatem, cui magis officit carnis ſuillæ eius, quam v. g. auicularum carnium cibus; ergò ſicut diſpenſatus ad oua non poteſt carnem auium v. g. comedere abſq; fractione præcepti; ita & maiori ratione diſpēſatus ad carnem proficuam non poteſt ſine fractione voti comedere noxiam, qualis ſupponitur eſſe ſuilla.

Ad ſecundum Reſpondetur, quod licèt finis legis non ingrediatur legem, tamen certum eſt, quod ceſſante fine, ceſſat obligatio legis. Cum Lex noſtra ſit de non veſcendis carnibus ob finem à legislatore aſſignatum loco ſupra allegato, modificat poſtea legem, & in ea diſpenſat cum infirmis. Cuius diſpenſationis finalem cauſam aſſignat, vt ſcilicet celeriùs recuperetur ſanitas. Quo fine ceſſante ceſſat diſpenſationis validitas, cumq; is fuerit finis mouens legislatorem ad diſpenſandum, vt diſpenſatio ſit iuſta, & legitima debet verſari, circa cibos ſanitati celeriùs reſtaurandæ conuenientes, & non ſanitati officientes, aut retardantes; quorum ciborum qualitas, aut differentia ex ordinatione Medici accipienda eſt. Quare ſi prohibita à Medico quis comederit, ceſſabit finis, qui eſt cauſa mouens ad diſpenſandum, & conſequenter ceſſabit diſpenſatio, & non diceretur diſpenſatus. Diſpenſandi enim iuſtæ cauſæ tres potiſſimum aſſignantur prima eſt vtilitas communis, vel priuata. Secunda neceſſitas communis, aut priuata. Tertia pietas quarum nulla in eſu carnis ſuillæ reperitur; non prima, cum caro ſuilla non proficiat, ſed officiat ſanitati, vt probatum eſt. Non ſecunda cum nulla poſſit adeſſe neceſſitas; ſicut eſſet ſi nullæ aliç carnes reperirentur proficuæ. Nec denique tertia quæ eſt pietas, niſi ob inappetentiam pietas requireret, vt parum ſuillæ daretur ad excitandum appetitum, quod libenter dari ex conſilio Medici conceſſimus: alias ſi prohibita comederit, peccabit contra votum, vt dictum eſt.

Ad ſecundā inſtan.

Ad tertium dico Correctorem peccare duplici peccato, tum quia cooperatur violationi voti, tum etiam quia noxia ſanitati tribuit. Hoc vltimum patet ex paritate data in cibis quadrageſimalibus noxijs; Cum vt inſtantia ſupponit, nouerit eos notabiliter nocituros. Primum verò, quia dum ille noxia comedit, votum frangit, & fractioni cooperatur. Nec minus eſſet, ac ſi religioſo ſanitatem habenti, facultatem daret veſcendi carnibus: Nam licet

Ad tertiā inſtant.

Digitized by Google

licèt ad illum propriè pertineat diſpenſare, hoc tamen facere debet ex conſilio Medici. Et ſicut non ſequeretur Medici conſilium dando ſuillam infirmo, ſed propria id faceret auctoritate, ita eadē auctoritate poſſet cum ſanis diſpenſare, ſed hoc eſt abſurdum; ergò etiam illud ex quo ſequitur. Dicendum igitur peccare dupliciter.

Ad quartā inſtant.

61 Ad quartum Admitto omnia, quæ ſupponit: peccare nimirum, & contra quantitatem & contra qualitatē peccato gulæ, vel intēperantiæ, &c. Sed primò, & directè contra votum, & ſecundario contra charitatem, &c. nam ſolum peccare contra temperantiam, vel contra charitatem in ſe ipſum, vt ſequenti paragrapho dicit, competit ægris non habentibus votum; ſed infirmo Mimino habenti votum imputatur fractio voti, cum ad nociua non ſit diſpenſatus, nec poſſit diſpenſari; ſicut peccaret ſecularis infirmus contra præceptum primò, & principaliter, deinde aliter, ſi nocitura comederet.

Confirmatur ex ijs, quæ affert Diana tract. 9. de ieiunio Reſol 47. vbi quærit, an qui ex licentia comedit carnes in die ieiunij poſſit comedere piſces, aut alias carnes nociuas? & pro me affert Ioannem de la Crux virum doctiſſimum ex Dominicana familia, qui negatiuam partem tuetur; dicens: non licere diſpenſato ob infirmitatem in eſu carnis comedere tocinum, hoc eſt lardum, aut alias carnes noxias, quia alias eſus iſtorum erat vetitus in quadrageſima, & per Medicum non diſpenſatur in iſtis cibis nociuis, & pro eadem ſententia citat Emman. Rodriquez. Multò ergò magis dicendum hoc eſt de Minimis infirmis quibus Medicus abſolutè prohibet, non concedit nociuis veſci.

Quod autem ipſe Diana ſequens Villalobos reſpondeat affirmatiuè, ſcilicet habenti licentiam ad eſum carnium licere quodcunq; genus comedere ſcilicet lardum, leporem, hædum, bouem, & alia infirmis diſconuenientia, etiam ſi tota refectio ex illo genere fiat: Non totaliter admitto, ſed ſub diſtinctione; ſi ſub ly, & alia infirmis diſconuenientia comprehendit carnem ſuillam recentem, abſolutè nego; quia eſt valdè nociua, vt ex Medicorum ſententia probaui; & noſter infirmus nequeat ad illam diſpenſari. Si verò de alijs carnibus, quas nominat animalium, tranſeat, nam fortaſſè nō ita nocent, nec de illis diſputo; de carne vero ſalaci, vt de lardo, & c. affirmatiuam partem amplector, vt ſemper iam ſuppoſui, vel ad condiendos cibos, vel ad excitandum appetitum, & maximè in parua quantitate, vt euenire ſolet in infirmis. Confirmatur etiam ex Nauarro tom. 1. conſil. 5. de obſeruat. quem poſtea ſequutus eſt Graffiius par. 1 lib. 2. cap. 14. num. 168. qui docent; diſpenſatum ad carnes comedendas, ſeu lacticinia non poſſe ſimul edere piſces. Et ratio qua id probant eſt; quia piſcium eſus, vel ei nocet, vel non nocet; ſi nocet, ergò comedendo illos peccat; ſi non nocet; ergò ſine iuxta cauſa cum ipſo diſpenſatur. Limitat Diana loco citato Reſol. 26. & cum communi Doctorum, quos citat, dicit poſſe diſpenſatum ad carnes comedendas comedere piſces, ſi non nocent abſq; peccato, vel ſi nocent poſſe parum de piſcibus comedere, vt facultas appetitiua excitetur; vel ſi peccatum adeſt, contra temperantiam eſſe, & ieiunium non frangi dicit. Ego autem dico, quod ſi non nocent nullum peccatum adeſt, ſicut nec dum nocent, ſi parua quantitas ſumatur ad excitandum appetitum, maximè in ijs, qui aſſueti ſunt ad piſces edendos, vt ſunt Minimi; niſi prohibitio aliqua obſtaret, (vt cum Corduba aſſerit noſter Vega de ieiunio caſu 37. tom. 1.) ſeu comederet ex gula, tunc enim peccaret, non aliter, ac ſi carnem comederet ſtatutis temporibus, quibus veſci carnibus licitum non eſt. Tandem concedit poſſe diſpenſatum, cui conceditur caro, quia piſces ei nocent, ſine peccato comedere vnam truttam, vel alium piſcem ſanum. Citat etiam Angles, & Rodriquez cum quo etiam aſſerit poſſe comedere parum carnis ſuillæ ſi ſuæ infirmitati non officit, ſed parum lardi, (ſeu vt ipſe vocat tocini) cui ſententiæ ſe ſubſcribit. Viualdus in ſuo Candel. aureo 3. par. cap. 15. de ieiun. num. 35.

An poſſit infirmus carnem, & piſcem comedere in quadrageſima.

Ex quibus videtur noſtra doctrina confirmata; nam non eſt poſſibile ita nocere piſces, ſicut nocent carnes ſuillæ, & ſi de piſcibus non conceditur infirmo facultas comedendi, niſi parum pro excitatione appetitus, quis poterit niſi parum pro eadem ratione concedere carnis ſuillæ noſtris infirmis. Et ſi ſemper Doctores Medici licentiam ſupponunt, quis audebit affirmare Minimum infirmum poſſe de ſuillis prandium, aut cænam facere. Contenti ſint de paruitate ad excitandum appetitum, vel ad condiendos cibos, nam aliter à Medico non conceditur, ſed expreſsè prohibetur, vt experientia docuit.

Ad quintā inſtant.

Ad quintum patet reſponſio ex dictis ad quartum. Nam ceſſante fine ceſſat diſpenſatio, & cum diſpēſatio fiat in cibis illius infirmi ægritudini congruentibus, nullaq; ſit ægritudo, quæ carne ſuilla indigeat, vt citius infirmus conualeſcat, niſi medicaminis cauſa adhibeatur ex ordinatione Medici; Reſtat quod diſpenſatio non ſe extendat ad ſuillas carnes noxias infirmo: Et ſic comedens de illis eſſet tanquam non diſpenſatus, & peccaret non ſolum contra charitatem, vt alij, qui comedunt carnes noxias, ſed etiam contra votum primo, & principaliter.

Ad ſextā inſtant.

Ad ſextum dato, quod religioſus habuerit intentionem ſeruandi vitam quadrageſimalem, eo modo, quo communius obſeruabatur, nego minorem, quod de rigore iuris poſita diſpenſatione voti (ſi de re noſtra loquamur) poſſit infirmus abſque violatione voti edere carnes noxias. Vltra quod ſupponitur falſum, quod diſpenſetur in voto, cum ſolum in parte voti, prout de conſilio Medici opus fuerit, diſpenſetur. Ad illud autem quod tenetur obſeruare ſtatuta non prout in Regula ſunt, etiam ſi quis iurauerit, & promſerit ea ſic ſeruare; ſed prout tunc temporis ſeruabantur. Dico nihil inferri contra nos, niſi

prius

priùs probatur, quod tempore profeſſionis illius eſſet in vſu ſuillarum carnium eſus, quod diſtat tantum à verò, quantum nunc terra à Cœlo: & conſuetudo abrogans legem debet eſſe vniuerſalis, nam minor pars populi, (vt habet cum alijs Bonacina) conſuetudinem inducere non poteſt, maior poteſt; Ergò vſus vnius conuentus, aut aliquorum, vel ſaltem prouinciæ huius aut illius, non deder maculam affere toti Religioni, certùm enim eſt communiùs prohiberi potiùs, quam concedi eſus ſuillarum tempore infirmitatis, niſi eo modo, quo dictum eſt.

Ad ſeptimam inſtant. Ad ſeptimum ſi aſſeramus non comedere carnem ſuillam pertinere ad eſſentialem materiam voti, non video, cur dicatur hoc eſſe ſecluſa diſpenſatione voti, cum votum non diſpenſetur, quoad totum, ſed quoad partem, ſub qua non continetur ſuilla, tanquam noxia ad præ intentum finem. Et licèt prohibitio facta ſit ſemper per modum vnius, non inde ſequitur, quod diſpenſatio fiat ſemper per modum vnius. Et ad hoc probandum, adduco inſtantias minimè ſpernendas; Quarum prima ſit, quod cum præceptum ſit de non comedendis carnibus in die Sabbati, nec in Quadrageſima ouis, & lacticinijs. Et præceptum ſit per modum vnius, cum ab iſtis cibis ſcilicet carnę, ouis, & lacticinijs præcipiatur omnibus Chriſti fidelibus abſtinere ſimul in Quadrageſima; ſtat in iſtis temporibus diſpenſatio, & non per modum vnius, ſed quo ad aliquam partem, vt in Regnis Hiſpaniarum experimur, in quibus Summus Pontifex dat facultatem accipientibus bullam Cruciatæ, vt Sabbato comedere valeant ea, quæ Hiſpani vocant groſſura, nimirum caput, manus, & pedes, ac interiora animalium, & in quadrageſima oua, & lacticinia. Nunc peto, ſi abſtinendi à carne in die Sabbati præceptum eſt per modum vnius, poterit ne aliquis abſq; violatione præcepti comedere carnem de reliquo animalium corpore; Eo quia ſit diſpenſatus ad extremitates comedendas, & interiora eiuſdem animalis? puto quod negatiuè reſpondebis, ſi ſupponamus non aliundè peccare, cum ſecluſo præcepto, nec quantitas, nec qualitas obſtet. Ergò licèt præceptum fuerit datum per modum vnius, cum diſpenſatio ſit circa ſignatam partem, qui vltra metam procedit, præceptum violat, & diſpenſatio, quo ad partem non conceſſam, nihil omninò prodeſſe poterit.

Sic de Quadrageſima dicendum eſt, ſi carnem comederet ille, qui ex virtute bullæ poteſt comedere oua, & lacticinia, confiſus quod etiam ad carnem comedendam ſe extenderet diſpenſatio, cum præceptum fuerit per modum vnius. Sed nemò eſſet, vt arbitror, qui affirmaret ea ratione comedentem carnem, non violare præceptum, mediante quo tantum adſtringitur abſtinere à carnibus. Ergò quod ſit per modum vnius præceptum, vel votum non obſtat, quin diſpenſatio fiat non generaliter ad comedendum omnia, quæ vetita continentur ſub voto, ſed ad aliquam partem propter finem à diſpenſante intentũ

Confirmatur, ſupponendo, quod abſtinentia à carnibus, ouis, & lacticinijs præcipitur in quadrageſima per modum vnius, eo quod hæc omnia pertineant ſimul ad eſſentiam ieiunij. Tunc quæro poterat ne Ciuis Ferrarienſis comedere in die Veneris, & Sabbati oua, & lacticinia (conceſſit enim facultatem hoc anno Summus Pontifex propter olei penuriam, & aliorum ciborum quadrageſimalium, quibus carebat Ciuitas Ferrariæ propter bellorum tumultus, vt poſſent omnes veſci carnibus in diebus Dominicæ ac feriæ 2.3.& 5. at in die Mercurij tantum ouis, & lacticinijs, diebus autem Veneris, & Sabbati non niſi quadrageſimalibus) eo quod in diebus alijs conceſſum erat, vel in die Mercurij comedere carnem, eo, quod poſſit comedere lacticinia abſq; violatione præcepti? Si affirmatiuè reſpondeas, abſurdum videtur, nam non conceſſis veſcens abſque dubio peccabit contra præceptum. Si autem negatiuè, habeo intentum, nam ſequitur inde, quod diſpenſatio non ſit generalis, etiam ſi votum, vel præceptum ſit per modum vnius.

Ad octauum ex dictis patet totaliter ſupponere falſum, etiam admiſſo, (vt admittimus) ſuo ſuppoſito, ſcilicet quod votum ſit vt Lex, aut præceptum, &c. in ijs in quibus non adeſt ſpecifica declaratio. Nos enim dicimus, quod diſpenſatus non ſolum poteſt vti diſpenſatione ad carnes proficuas edendas abſque fractione; ſed etiam abſque vllo genere peccati, ſi ex alia circunſtantia non peccet, puta ex quantitate, aut qualitate, &c. Sed ſi limites diſpenſationis tranſgreditur, & noxia comedit, votum abſque dubio frangit, & alio etiam ex capite peccabit, prout dictum eſt. Nec tertia inſtantia obſtat, cum ex Regula pateat non ſolum, vt ex ordinatione Medici detur eſus carnium, & diſpenſetur in voto quadrageſimali; Sed quod de ordinatione Medici dentur carnes, quæ tali congruunt infirmitati: & ſic in infirmarijs noſtris, experientia, qui voluerit, probauit Medicum ordinare vt huic detur gallina, pullus gallinæ alteri, aut vitula caro, &c. Nec ordo ab infirmario prætermittitur. Quare dicendum non ad carnes, ſed ad tales carnes diſpenſationem reſtringi. *Ad octauã inſtant.*

Ad nonum negamus carnem ſuillam tunc ſolum eſſe de ſubſtantia voti, quandiu manet obligatio voti generaliter de non veſcendis carnibus, & non quando eſt diſpenſatus ad carnes vtiles comedendas; & nõ facta diſpenſatione in eſu Paſchalium: Nam dictum eſt, quod etiam ſi votum ſit per modum vnius, non ſic eſt diſpenſatio, quæ verſari, aut cadere nequit ſupra carnem ſuillam. Ad id quod inſtat ſecũdò dico quod ſic verba ſumi poſſunt, quando obſcura ſunt, vel ambigua; non quando clara, & aperta, vt ſunt, quæ circa votum habemus, & qui interpetrantur ea tanquam dubia, & partem negantem amplectuntur, dicentes non frangi votum; neſcio voluntati, an voluptati indulgeant. Pro nobis ergò interpetranda ſunt verba, quia ſaluti corporali, & ſpirituali non officiunt. *Ad nonã inſtant.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT X.

Vtrum aliquis Religioſus ex noſtro Minimorum ordine poſſit ſe purgare ad infirmitatem præcauendam, & carnem comedere.

DIſplicet ſummoperè non priùs in lucem meam prodijſſe de hac re ſententiã, quam præ manibus haberem librum Patris Peyrinæ, quem ſubditum ipſe appellauit, nè viderer impugnare doctrinam præfati patris, quẽ ſemper, & dilexi, & ſum, vt debeo, veneratus; Attamen pro veritate indaganda obſecrare, obteſtariq; non deſinam omnes meos Chriſti conſeruos, & Sancti Patris Franciſci à Paula filios, vt meam ſententiam, quam hic proponere pro communi bono viſum eſt oportere, & legant deuoto affectu, & probationes conſiderent attentè; vt inde valeant meliùs inuentis aſſidere.

63 Præfatus (inquam) Pater in lib. cit. doctiſſimè excellentias voti Quadrageſimalis extollens, caput tertium inſtituit de hac ipſa difficultate, cuius quærimus veritatem, & pro parte affirmatiua pugnans: ſic intentum ſuum, vt probet præſuppoſit ex Galeno diuiſionem quandam corporis humani, in corpus ſimpliciter ſanum, in ſimpliciter ægrum, & in neutrum. Simpliciter ſanum appellat, quod rectas, proprias, ac naturales operationes agit: Simpliciter ægrum, imperfectas; & neutrum quod nec omninò perfectas, nec omninò imperfectas operationes agit; quodque neutrum, omninò infirmum appellat. Et ſic probat.

Corporis humani ſtatus.

Primò, quia à ſtatu ſalutis recedit, & faciliter poteſt in ſimpliciter ægrum labi, ad quod præcauendum coguntur aliquando Medici medicamenta adhibere; ergò.

Secundò, bonum eſt ex intrinſeca cauſa, malum ex quocunque defectu, ſed tale corpus aliquẽ patitur defectum; ergò hoc corpus neceſſariò dici potiùs debet infirmum, quàm ſanum.

Tertiò, ex illo Philoſophico pronunciato, quod parum abeſt, adeſſe videtur: Sed hoc corpus adeſt parum à corpore ſimpliciter ægro, ergò debet dici ægrum, potiùs quàm ſanum.

Quartò, luſcus, & ſtrabo, licèt de facto cæci non ſint, dicendi tamen ſunt potiùs cæci, quã videntes, quia potiùs cæcitatẽ incurrent, quam viſionem incurrant; ſic de infirmis.

Hac doctrina præmiſſa, & ſic probata, ſententiam ſuam, quam aſſerit, poſſe fratres Minimos ad præcauendas infirmitates, ſe purgare; probat ſequentibus argumentis.

Primum ſit; Corpus neutrum eſt infirmum ex prædictis, ſed infirmi poſſunt curari, & de conſilio Medici cibis paſchalibus veſci, vt inde vires amiſſas acquirant, quandoquidem confractæ, per carnium eſum acquiruntur.

Secundum; prudentis eſt obſtare principijs, ne in deterius eatur; ergò principijs infirmitatis obſtandum, quod per purgationem, & carnium comeſtionem fit. Nam per purgationem labefactantur vires; quæ reparari debent per victus rationem ad hoc aptam, qualis reperitur in eſu carnium, & lacticiniorum.

Minimos poſſe purgari ad infirmitatem præcauendam aſſerit Peyrinas

Tertium, ex illo Eccleſiaſtici cap. 28. Ante languorem adhibe medicinam; ideſt (explicat ipſe) præcaue quantum potes infirmitatem.

Vellem equidem priùs quàm meas proponam concluſiones, de quibus loquatur infirmis inueſtigare; & an ſint actualiter infirmi illi, qui purgandi ſunt, nam ſi aliqua actuali infirmitate quiſpiam afficitur, & facta diligentia cũ cibis quadrageſimalibus inualuerit, vt celeriùs valeat reſtaurari tuta conſcientia poterit ſecundum Regulæ tenorem carnem comedere, poteritque Medicus cum illo ad veſcendum carnibus diſpenſare; at de ijs meo videri ille doctiſſimus Pater non loquitur, cũ ſupponat iam cibis paſchalibus veſci, poſſe.

Loquitur ergò de ijs, qui non dum actu infirmi ſunt; ſed conſueuerunt infirmari, æſtatis tẽpore, v. g. & in verè ad præcauendam illam infirmitatem, intendit eos purgari poſſe, & paſchalibus veſci.

Quo ſtante, aut diſputandi gratia, aut vt præfati patris magis eluceat ingenij acuitas, aut indagandi veritatem cauſa, quàm inuenire certiùs & optaui, & me monit; vt ſi fas non fuerit expurgari, conſcientiæ ſuccurrant, non eam ſuccumbant, ſequentes has ſtatuto concluſiones, quas probatas relinquam tum Medicorum doctrina, tum etiam regularibus ſtatutis, alijſque euidentibus rationibus; Sic ergo.

64 Prima cõcluſio, nõ licere fratribus Minimis exiſtentibus in neutro illo ſtatu decidentiæ (quem ſtatim declarabimus) carniũ eſum, expurgationemque illis non conuenire præcautionis gratia.

Sed cũ eſu carniũ omninò negatur.

Pro intelligentia huius concluſionis, ſupponendum eſt ex Galeno, qui primo artis paruę. a Tradens medicinę definitionẽ, diuidit humanum corpus prout ſubiacet ſcientiæ Medicæ trifariam, in ſanum, ægrum, & neutrum; de quibus cap. 4. 5 & 6. Et quamuis huic illius doctrinæ aduerſentur tradita per Ariſtotelem dicentem. b: *Sanitatem, & ægritudinem immediatè contrarias eſſe, & inter ipſas medium non intercedere.* Nihilominus ſicuti Galenus ab Ariſtotelis auctoritate non diſſentit, ex eo, quia immediatè contraria poſſunt in eodem ſubiecto, & in gradu remiſſo conſiſtere; ita Pater Peyrina pro fundamẽto ſuæ opinionis, & rationis præfata Galeni doctrina, nimis lubricè abutitur. Nam *neutrũ corpus* (quod ſophyſticè in exẽplũ adducit) ex Forliuienſi in librũ primũ artis paruę Galeni. c *Duplex eſt, nimirum, vel neutrũ decidentiæ, vel neutrum conualeſcentiæ. Illud eſt quando corpus quoquomodo, ſeu inſenſibiliter eſt in ſuis operationibus læſum; & in ægritudines, vel deteriorem ſtatum inclinare pronum eſt. Hoc verò, quod quamuis præter naturam inſenſibiliter*

a Cap. 2.

b 4. Topic. cap. 3.

Corpus neutrũ quid ſit ex Medica arte.

c quæſt. 15.

liter leſum eſt, pronum tamen ad priſtinam ſanitatem acquirendam, exiſtit.

Prob. concl. Falſitas cõtrariæ opinionis probatur ex Medicis.

Suppoſita igitur hac Forliuienſis diſtinctione: Probatur concluſio: Nam vel neuter ille ſtatus decidentię procederet ex cauſa plectoriæ ſeu plenitudinis, & abundantiæ quatuor humorum, vel procederet ex cauſa imminẽtis Cachochymiæ, ideſt exuperantiæ vnius, vel plurium humorum maximæ putrefactioni obnoxiorum: Quomodocunque ſumatur non conuenit carnium eſus; ergò, &c. Probatur prima pars maioris propoſitionis; nam tunc ſecundum Raſim d Carnium vſus incongruus iudicatur. Secunda pars probatur, quia caro ex Hyppocrite, Galeno, & communi omnium ſententia præ alijs alimentis maximè nutrit; ergò quo magis corpus impurũ, & alicui cachochymiæ obnoxium nutriatur, magis lædetur. Hyppocrates namq; dixit; *Impura corpora, quo magis nutries, eo magis lædes*. Vtrobique ergò, nempè vel cachochymia, vel plectorya præſente, ante omnia tenuis diæta neceſſaria eſt, hic inquam, nè calor innatus ſuccorum exuperantia pœnitus opprimatur, & pereat; ibi, vt ſuperuacanei, putreſcibileſque humores abſumantur; Vnde hiſce in caſibus prudentes Medici ſolent præter ciborum detractionem, mox pharmaca, mox phleborhomias experiri, vt ipſe caſus expoſcit. Perniciosus quandoquidem eſt hoc noſtro æuo abuſus, eos, qui præcautionis gratia purgantur ad carnes admittere, cum doceat Galen. etiam alia à carnib. alimenta nutrire, cuius hæc ſubſequentia ſunt formalia verba. e *Sane hominẽ* (inquit) *inuiſebant Medici quidam non incelebres alter Eraſiſtratius, alter Methodicus, &c.* Et ſubdit. *Poſtea denuò in balneum perducto, ac rurſus ſimiliter tum inuncto, tum perfricto, ac in calida morari iuſſo, dein rurſum educto, ac frigida merſo, deterſoque exhibuimus cibum protinus quidem, vt egreſſus eſt, atque aquam bibit, ptiſanæ cremorem, dein paruo interuallo lactucam, & poſt hanc ex ſimplici albo iure piſcium, aliquid eorum, qui molli ſunt carne, cuiuſmodi ſaxatiles ſunt omnes, & aſelli, quos vocant*; vſque adhuc ille. Quare videtur non defuiſſe Galeno cibaria pro conſeruandis ægrotantium viribus, præter carnes; Et hac eadem virium conſeruatione egent, qui ab imminenti aliquo morbo præſeruari cupiũt. Hac tanquam tenui victus ratione ſine carnibus, doctiſſimi Medici tum Galli, tum Hiſpani in morbis, (vbi maior eſt indicatio à virium conſeruatione) feliciter vtuntur, ducti fortaſſis oculatiſſimi Oribatij doctrina. f *Optimi nutrimenti conſtituentis piſces omnes, illos præter, qui in paludibus, ſtagnis, ac fluminibus limoſis degunt, oua ſorbilia, & tremula, nec non animalium lac.* Quare noſtri Religioſi, qui ad ſe præcauendum à morbis expurgari volunt, debent huiuſmodi vti diæta, vt quæ non ſolum optima cenſenda erit ad ſalutem corporis, ſed etiam ſaluti animæ proficit, quia à Sanctis Patriarchæ noſtri conſtitutionibus, vtendo piſcibus in purgatione illa non declinant.

d *Ad Almaſorem, 3. cap. 9.*

e 8. *Methodi medendi c. 2. circa prin.*

Aſellus i. Merluſiũ.

f 4. *Synopſeos cap. 13 in princip.*

65 Probatur ſecundò, noſtra concluſio ex conſuetudine. Nam noſtri Minimi Religioſi aſſueti ſunt veſci cibis Quadrageſimalibus, quare ſi tempore neutralitatis decidentiæ conſuetudinem mutarent, & paſchales cibos ederent, euidens periculum incurrerẽt citiùs, grauiuſque ægrotandi ex multo nimium alimento, quod ab eſu carnium præſtaretur, quod ab eſu quadrageſimalium non præſtabatur, nam loco detractionis victus, cum morbus imminet, potiùs adijcerẽt. Ad quod probandum ſit nobis experientia magiſtra, qua me vidiſſe, & comprobaſſe fateor in cõuentu Coſentino noſtri ordinis anno duodecimo præſentis centenarij nonnullos cupientes autumnalem infirmitatem præcauere propter intemperiem noxiam aeris, nihil feciſſe. Etenim à fratribus ipſe importunatus, qui tunc temporis ſuperior illius conuẽtus eram, & à Medico conſulente, debere eos purgari menſe Maij, qui infirmari ſoliti erant menſe Auguſti, & Septembris, annui petitioni, ſed iuuenis, & inexpertus errani, permittendo eos expurgari, & paſchalibus veſci. Nam (teſtor Deum, & Sanctos eius) pluſquam decem religioſi qui vitam mutarunt, & ſe purgarunt; menſe Iulij nihilominus Auguſti, & Septembris grauiùs ſummoperè ægrotarunt. Ita vidi, & ipſimet faſſi ſunt Medico atteſtante. (Ecce iuſta Dei vltio; ſed ſalubris, quia in hac vita fuit, vbi eſt locus pœnitentiæ, vtinam ſic in omnibus, nè in pœnas æternas commutentur temporales,) & ratio euidentiſſima veritatis eſt, quia quãuis purgari ad ſeſe tuendum ab imminentibus morbis teneantur, non propterea aſſuetam ſibijpſis victus rationem abhorrere debent, ne mutata, vt dictum eſt conſuetudine, tantum abſit, vt à morbis præſeruentur quin potiùs lubricis habenis illos incurrant: tanti eſt enim humano in corpore diligentiſſima conſuetudinis obſeruantia, vt nè tantum legem ſingularẽ, ſed & propriã, alteramq; naturam à Priſcis illis optimè appellatã legamus.

Experientia comprobatur non eſſe purgandũ.

Tertiò, probatur ex Hyppocr. qui 1. Aphor. 6. dicit; *Extremis morbis extrema exquiſitè remedia optima ſunt.* Galenus in Comm. vult, illos vocari morbos extremos ab Hyppocr. vltra quos alij non ſunt, quibus conueniunt tenuiſſimus victus, atque magna præſidia. At purgatio, & ſanguinis miſſio ſunt præ cæteris magna pręſidia ex Hyppocrat. g ac Nollerio in Compendio Aphoriſmi ſupra citati, ergo purgatio, & ſanguinis miſſio cõueniunt magnis morbis: ſed ille, qui repetitur in neutro ſtatu decidentiæ actu non laborat magno morbo; ergo non poteſt, nec debet vti magnis præſidijs nempè pharmacia, & phlebotomia.

g 4. *de vict. rat. in morb. acut. n. 59.*

Nec obijci poteſt eiuſdem Hyppocrat. doctrina tradita inquientis. h *Quibuſcunque vena ſectio, vel medicatio conuenit, hos verè purgare, vel venam incidere oportet*. In cuius comment. Galenus docet: *Horum enim verè ineunte anticipanda eſt vacuatio, vel per phlebotomiam ſi plectoricis morbis corripiantur, vel per purgationem, ſi morbis ſint ab humorum corruptione pendentibus obnoxij; ita*

h 6. *Aphoriſm. 47.*

enim

enim à morbis multos conſeruamus, & incolumes tuemur, qui multos iam annos antea quotannis ægrotabant. Hæc ille. Qua auctoritate, & ſi videatur poſſe ſupradicto noſtro argumento reſponderi, attamen ſicut reſponſio non eſſet cathegorica, ita quotidiano experimento aduerſaretur. Reſponderi enim poſſet ſenſum Aphoriſmi Hyppocratis eſſe. *Extremis morbis*, intellige, ſiue præſentibus, ſiue imminentibus, *extrema exquiſitè remedia optima ſunt*; Quod etiam docetur à peritiſſimo Valleſio, per hæc verba; i *Quapropter niſi morbus magnus ſit, aut eius vlla ſuſpicio, timorvè probabilis, neque mittendus ſanguis eſt, neque expurgandum, neque vtendum vllo alio magno auxilio*.

i Libr. 2. Methodi med. c. 1.

Exempla ad id etiã adducunt.

66 Nihilominus in rei veritate Medici ſæpiſſimè contrarium experiũtur, ita vt, qui ægrotari ſolent æſtate, ſi verè purgentur ad præcauendam ægritudinem, tantum abeſt, vt illam præcaueant, vt niſi citiùs, & deteriùs ægrotent, ſaltem ex neceſſitate quadã etiam eodem prorſus tempore ægrotaturi ſint. Nec Galenum hoc latuit, qui dicit; k Se ab anno 19. vſque ad 28. Singulo quoque anno, aliquando vno tantum intermiſſo, ineuitabiliter ægrotaſſe. Imò nec deſunt alia noſtro æuo exempla, quibus liquet homines quotannis fuiſſe ineuitabilibus prehenſos morbis. Beniuenius enim ait. l *Ioannem Architectum ſingulis annis, eademque prorſus die, qua in lucem venerat febre fuiſſe detentum biliosa, periodica, terminum acutorum morborum nõ excedente, ac ſenio tandem confectum, eademque pariter febre prehenſum eiuſdem ſui natalis die vita functum extitiſſe*. Et Thomas à Vega ait; m Se vidiſſe: *febrem annualem in die natali ægri perpetuò inuadentem, & aliũ aſſuetum ſemel in anno febrire per tres dies non amplius*; Similemque caſum refert Amatus Luſitan. in Schol. ad curat. cẽturiæ ſeptimæ. Et Gentil. Fulgin. refert vidiſſe Magiſtrum Thomam de vero à Firmo, qui *pluribus annis vna die, & hora habuit vnum paroxiſmũ febris ſemel tantum in anno*. Ex his ergò patet non ita facilè à morbis præcaueri poſſe; imò ſuperfluas omninò eſſe purgationes, quibus quolibet anno nonnulli ad hunc finem abutuntur. Quare hoc edocti experimento ij Medici, qui Methodicam ſectantur ſectã, ſuſtinent Prophylacticam, ſiue præſeruatiuam Medicinæ partem eſſe illam, quæ tantũ alexipharmacis indiget, & vtitur ad tuta reddendum à quocunque venenato viro corpora, vt notauit Proſper Alpinus. n Hyppocr. quoque Medicorum princeps obſeruantiſſimus, hanc opinionẽ fauere videtur, inquiens: o *Qui corporum ſalubritati ſunt præditi, ij purgante hauſto medicamento ſtatim deficiunt, vt & qui prauo vtuntur alimento*. Cumque fratres Minimi perpetuò prauis vtantur alimentis, ea propter ad purgantia medicamenta præcautionis gratia minimè ſunt admictendi, quandoquidem in eorum corporibus innatus calor modicus eſt, & languidus, & ſanguis ipſe paucorum ſpirituum (ex quadrageſimalibus alimentis multorum excrementorum, pauci nutrimenti difficiliſque coctionis) reſpectiuè exiſtit. Vitioſi igitur humores dum purgantur nimis exagitantur putres vapores, cor, cerebrum, atque ventriculum petunt; Vnde non ſolum noſtri fratres exſoluuntur, ſeu in ſypothimyam, ideſt animi defectionẽ incidunt, iuxta dicti Aphoriſmi documentum; ſed etiam facillimè peſſimos morbos incurrunt: Et licèt alias non immediocri ſanitate fruantur, tamen quia admodum eorumdem noſtrorum fratrum humores ſunt putrefactioni obnoxij, ideò non ſecùs, dum præcautionis gratia purgantur, contingit, ac aquæ, v. g. per multũ temporis ſpacium vaſe in aliquo detentæ, quæ & ſi putrefacta, fœtidaque exiſtat, tamen dum quieſcit, minimè malè olet, at verò cõmota, & exagitata ſtatim putres emittit de ſe vapores afficientes cunctorum olphatum.

k Libr. de bonit. & vit. ſuccorũ c. 1. in fin.

l Cap. 84. abditorum.

m Libr. 2. de differen. febrium.

n Lib. 4. de med. meth. c. 1. & lib. 1. cap. 17.

o Sect. 2. aphor. 36.

67 Colligitur ergò præfatos Religioſos Minimos admodum diſpoſitos eſſe ægritudinibus, eorumq; humores eſſe excrementis multis refertos; & purgationibus potiùs valetudinem impediri, deterioremque ſtatim acquiri, quam è conuerſo; præſertim quia dum integra fruuntur ſanitate ad purgantia medicamenta ſe conferunt contra diuini Senis dogmata p docentis, qui integra ſunt valetudine medicationes ægrè, moleſtèque ferunt. Quia forſan per medicamenta humores, qui alias quieſcebant, commouentur; Vnde non ſolum nulla ſequitur conferentia, ſed neque tollerantia; imò tormina, ſudores, animi defectiones, nauſea, vigiliæ, inquietudines, diſcolorationes, expergefactiones, laſſitudines, noui dyri inexpectati, contumaceſque morbi è purgante aſſumpto medicamento illico ſuboriantur. Quæ profectò omnia, vt euitentur, omnis purgatio, præſeruatiuaque medicatio pœnitùs deferenda; illiſque nunquam vti congruum, niſi præſente morbo exiſtimo.

p 2. aphor. 36.

Nam tempore non perfectæ neceſſitatis; morboq; nimirum abſente medicina officit, quia Auicenna q ex Hyppocratis ſententia docet, *omnem medicinam purgare, ſed inueterare*. Et Galenus aſſerit. r *Hominibus inculpatam ſanitatem gerentibus medicamenta non conuenire*. Ibique ſuadet non purgantia præſidia, ſed corroborantia, lenteque atrabilem eijcientia, nempè *abſynthij comano, & atra bile pulſa noui inducuntur anni, reparaturque hilaris, amataque iuuentus, relegata, triſtis, rugoſaque ſenecta*. Et ex eodem Galeno. ſ *Purgatio augmentat defectionem virtis*. Et ex Auicenna. t *Plures medicinæ euacuatiuæ ſunt contrariæ corpori. &c*. Et ex Auer. 5. colliget. *Nullam medicinarum purgatiuarum eſſe ſine veneno aliquo in aliqua parte ſui, &c*. Et ex Raſi 4. ad Amanſorem Regẽ. u *Medicinas quoque ventris ſolutiuas ſæpè ſumere corpus debilitat, & ad ethicam, atque pthyſim adducit, & præcipuè ſi fuerit habens corpus ſiccum*. Et ex Galeno 2. deuictus ratione in acutis. x *Natura medicinarum ſolutiuarum eſt contraria naturæ corporum, quæ ipſæ ſoluunt, & ſunt vniuerſaliter per necantes, & in-*

q 3. primi doctrina 2. cap. 1.

r 6. de tuenda ſanit.

ſ 4. aphor. comm. 41.

t 11. tertij tract. 1. c. 6.

u Cap. 15.

x com. 12.

Digitized by Google

& interimentes ea. Ex his omnibus deſumptis ex Medicorum doctrina clarè patet falſitas opinionis contrariæ; & veritas noſtræ concluſionis, qua aſſeruimus non licere fratribus Minimis eſum carnium, dum ad præcauendas futuras ægritudines, purgatione vti volunt; imò non niſi ſuſpectiſſimam eſſe huiuſmodi præcautionis diligentiam. Sed relictis Medicis æqualance diſputemus, noſtris ſemper inhærendo ſtatutis pro qua re ſit.

68 Secunda concluſio: Sententia aſſerens: poſſe fratres Minimos purgari ad præcauendam futuram infirmitatem, & paſchalibus veſci, eſt contra Regulam, quam profeſſi ſumus.

Ad hoc purgari eſt contra regulam.

Probatur primò, quia infirmis ſolum actu licet ex regula carnem comedere de conſilio Medici; Sed qui purgantur ad præcauendam infirmitatem, non ſunt actu infirmi, ſed ſani; ergò qui eos poſſe carnibus veſci dixerint, Regulæ contradicunt. Probatur minor quoad primam partem, quia non ſunt infirmi, qui nullo laborant dolore, aut vexatione, vt ſupponitur. Nam ſi aliqua detinerentur infirmitate, eſſent actualiter infirmi, & non foret de illis diſputatio. Quoad ſecundam partem clariùs patet veritas, nam non quærunt liberari ab infirmitate, ſed præcauere infirmitatem, quam iam non habent; ergò ſani ſunt.

Reſpondebit fortaſsè, ipſum loqui de Religioſo, cuius corpus neutrum eſt, nec ſanum ſimpliciter, nec ægrum ſimpliciter, ſed quod poteſt facili negotio in ſimpliciter ęgrum labi, quod ne fiat præcauet, purgando, & paſchalibus veſcendo.

Hæc reſponſio, quàm ſit præter intentum, ex doctrina ſupra poſita Medicorum patet; etenim in probationibus præcedentis concluſionis quale ſit corpus neutrum, eique non competere purgationem cum eſu carnium, oſtenſum eſt. Sed ea præter dicamus contra, Et ſit.

Secunda probatio; Hoc corpus neutrum, qua ratione recedit à ſimpliciter ſano? Dices, quia aliquo malo laborat, & bonum dicitur ex integra cauſa, malum ex quocunque defectu: ergò ſequitur quod qui laborat aliquo capitis dolore, vel ventris, pedum, aut ſtomachi, eſt infirmus. Sequela probatur ex eadem doctrina, *malum ex quocunque defectu.* Sed iſti non debent diſpenſari (iuxta ea, quæ ipſemet Pater Peyrina poſuit in reſponſione ad replicam ſecundi argumenti) niſi examinata infirmitas inualuerit; ergò, vel nullus erit diſpenſandus, non præuio examine præmiſſo à Regula, vel diſpenſandi erunt ſani, quod eſt contra Regulam.

Abſurdum eſt carnem tunc comedere.

Tertia concluſio, abſurdum putamus permittere purgationem fratribus Minimis ad præcauendam infirmitatem futuram, cum eſu carnium.

Probatur primò ex ijs quæ diximus ſupra cap. 1. carnem ſcilic. Non eſſe neceſſariã ad ſuſtentandam vitam cum tot Sancti, & viri probatiſſimi, imò & gentiles multi, vt innuimus ſupra. Facto, & experientia, atque doctrina probent vitam poſſe ſuſtentari abſque vſu, & eſu carnium, & nihilominùs non pauci ex illis ſæpiſſimè infirmabantur, & tamen non legitur eos carnibus eſſe vſos ad præcauendas infirmitates, nec in infirmitate: ergò pari modo noſtri Religioſi agere poſſent, præcauendo infirmitates abſque carnium eſu, eo magis quia vt ſupra num. 2. probatum eſt, tot piſcium genera purgantibus optima ſunt. Vltra quod nobis aſſuetis ad piſcium eſum, non debetur, id, quod ſæcularibus, qui aſſueti nõ ſunt, & tamen ij timentes Deum Medici, qui tempore Quadrageſimali ad præcauendos morbos, ſemper felici cum ſucceſſu patientes tantum admittunt ad ea quæ à carnibus originem ducunt, nempè butyrum, oua, lac, & ſimilia, minimè verò ad carnes ipſas; ergò nobis neque iſta concedenda ſunt.

Probatur ſecundò ex ijs quæ diximus cap. 2. Nimirum non indigere Religioſos ad longitudinem vitæ conſequendam eſu carnium, cũ ex probatis etiam à præcitato auctore in cap. 4. Cibi Quadraſimales vitam non abbreuient; & ex ſuperiori numero tertio, purgationes interimunt, & inueterant; ergò illicitum eſt præcauere infirmitates vtendo cibis paſchalibus, cum Quadrageſimales, nec vitæ longitudini, nec ſanitati officiant.

Dices, hoc fieri non vt Religioſus vita longiori viuat, ſed, vt ſaniori vita Deo, & Religioni ſeruiat.

69 Sed contra hoc eſt, nam eſus carnium non ita ſaniorem reddunt comedentem ſicut cibi Quadrageſimales, vt puta legumina, &c. Et fortiori ſpiritu abſtinentes à carnium edulijs Deo, & Religioſi ſeruiunt, quàm illis veſcentes, ergò, &c. Probatur antecedens, ex teſtimonio Danielis. y *Apparuerunt vultus eorũ meliores, & corpulentiores præ omnib. pueris;* qui veſcebantur cibo regio. Quem locũ explicat pro ſe Pater Peyrina in cap. 4. adducens expoſitionem Cornelij à Lapide, quam quia citat, non negaret. Ait enim Cornelius: *Hac ſanitas, pinguedo, ac decor, non tam naturalis quam ſupernaturalis, fuit; tum quia legumina, & aqua ſaniores quidem facere poterant & non pinguiores, &c.* Ecce igitur quomodo Legumina ſaniorem faciunt, quam carnium eſus; ergò abſurdum eſt dicere, quod religioſus, vt ſanus ſe conſeruet, & vt futuram infirmitatem præcaueat, conſulendus ſit ad legumina deſerenda, quæ ſaniorem faciunt; & pinguem vitam aſſumendam, qualis erit veſcendo carnibus, lacticinijs cibiſque regijs, &c. quæ non ita ſaniorem reddunt veſcentem.

y Cap. 1.

Legumina ſaniorem fouiũt quã carnes.

Probatur tertiò ex toto cap. 3. vbi diximus, quod abſtinentia à carnibus, non nocet corporali ſaluti, ſed potiùs infirmitatem curat; ergò corpus ſi actu infirmus non eſt, præcauere infirmitatem non debet per eſum carnium, cum poſſit abſtinentia curari, vt ex Collecta Eccleſiæ, & ex decreto illo de conſecr. diſt. 5. patet: legitur enim ibi. *Alimenta olerum, & leguminum plus valere corpori, quam delicata.* Ac inſuper, quia cibus ex ijs confectus leuiori digeſtione concoquitur,

magis

Digitized by Google

magis ſanitas conſeruatur; ergò fruſtra viu carnium conſeruare cupimus ſanitatem; quæ faciliùs per cibaria quadrageſimalia conſeruari poteſt.

Si verò dicas ad quid Sanctiſs. Patriarcha noſter Franciſcus à Paula facultatem præbuit comedendarum carnium, ſi per quadrageſimalia religioſi ſui filij curari poterant.

Reſpondetur primò eſſe facultatem, non præceptum; qua religioſi, vti poſſint, ſi velint, non tamen tenentur, vt iam diximus. Secundò Reſpondetur, hanc facultatem dediſſe infirmis, qui ſimpliciter, & actu tales ſunt; non quia aliter curari nequirent, ſed vt celeriùs reſtaurarentur, iuxta Regulæ textum num. 26. Adde quod diximus c. 4. & 5. quod infirmi poſiti in articulo mortis abſque eſu carnium liberari poſſunt, & non tenentur ad eſum carnium, quam vis, & Medici, & quicunque aſtantes aſſerant eos morituros in tali articulo poſitos ſi carnem non comedāt, etenim Medicis id aſſerentibus minimè eſt credendum: quantò magis alijs. Quod Medicis non credatur docet Henricus Stephanus, qui in Medicum quemdam ſic ludit.

Quum iudicaſſet Medicus ægrotum ſuum
Eſſe moriturum poſt duos, aut tres dies,
Obiuit ipſe mortem poſt dies duos
Et æger hoſce conualeſcit poſt dies.
Vt mortis huius nuncium quidam audijt,
Et meritò ait, Nam literæ monent ſacræ,
Nè iudicaris, iudicare, nè ſimul.

Et ſi qui ſunt in articulo mortis poſiti poſſunt non comedere carnes, licèt ſit illis conceſſum quis dicere rationabiliter poterit, eos, qui infirmi actu non ſunt carnem comedere poſſe ad præcauendam infirmitatem, quam non habent? nemo certè, ſi Regulam inſpiciat.

70 Quartò item probatur auctoritate cap. Generalis Barchinonæ celebrati prima vice num. 19. ſtatuentis ad præcauendas infirmitates non licere fratribus ſeſe purgare his verbis: *Ad conſeruationem vitæ noſtræ quadrageſimalis per quam à cæteris religioſis diſtinguimur; declarant Patres non licere fratribus noſtri ordinis ad præcauēdam futuram infirmitatem ſe purgare cum iure noſtro caueatur, non niſi tempore infirmitatis cibis Paſchalibus veſci.*

Capitulum Generale ſtatuit non licere fratribus ita ſe purgare.

Sed reſpondet primò Pater Peyrina, hoc ſtatutum eſſe contra benignitatem Regulæ non obligantis ad peccatum, niſi in tranſgreſſione votorum. Item ſecundò contra benignitatem Regulæ, quæ præcipit charitatiuè, & benignè in cunctis oneribus ordinis ſupportari continuò languore cælitus viſitatos; tertio eſt contra benignitatem Regulæ, quę mitis, & ſancta dicitur; quare mitis, & ſancta non eſſet, ſi ſtatutum valeret (ita ſequitur ex dictis in fine huius reſponſionis) quartò eſt contra benignitatem Regulæ, quæ ſuperioribus præcipit ſub obedientiæ meritò, vt ſollicitè, & diligenter infirmis ſubueniant. Quæ ergò (ait) eſſet hæc ſanctitas, & manſuetudo ſi ad infirmitatem præcauendam, quam per conſilium Medici, & per experimentum alias non ſemel probatum, certò incurram; purgationem adhibere non potero?

Hæc omnia (pace ſua,) & pias offendunt aures, & præter intentum ſunt, nec poſſum, vt oporteret, loqui, ne me ipſum noſtris miſerijs offendam. Solum itaque dicam, ſtatutum fuiſſe ſummo ſtudio, & accurata diligentia factū, & dum Regulæ incubuit, Regulæ non contradixit conſequenter nimis durum videtur dicere fuiſſe illud ſtatutum contra benignitatem Regulæ.

Qua propter, ea, quæ primò loco adduxit ad probandum fuiſſe contra benignitatem Regulæ minimè valent, quia ſtatutum illud non obligat ad peculiare peccatum, ad quòd Regula non obligat, ſed tantum colligitur ex illius declaratione, quod præcauens infirmitatem non eſt iam infirmus, qualis eſſe debet, cui facultas conceditur comedendi carnes, & conſequenter peccat, quia contra votum facit; vt ex ipſiſmet verbis conſtat, ad cuius voti obſeruantiam ſtatuit non forè purgandum. Vnde præcitatis verbis ſubiunxerunt Patres Capituli comprobādo quę dicimus 53. *Qui autem contrarium fecerit, ſi ſubditus pœnis ſubiaceat in Correctorio poſitis contra votum vitæ quadrageſimalis violantes, ſuperior autem, qui permiſerit eiſdem pœnis ſubiaceat.* Ecce quam clarè loquatur ſtatutum, quod ad pœnam obligat, non ad culpā aliam, niſi ad illam, quam Regula obligat pro tranſgreſſione voti.

71 Præter quam, quod in alio cap. Generali Ianuæ quartò celebrato num. 22. declaratur nulla ſtatuta obligare ad culpam nouam, ſic: *Cum Regula noſtri ordinis, & Correctorium ex ſe non obligent ad culpam; ita à ſimili declarant Patres propter pacem, & conſcientiæ fratrum quietem tranſgreſſores ſtatutorum Capitulorum Generalium, & conſtitutionum Prælatorum, quando ſunt plura ſtatuta, & ordinationes, & non habent præceptum annexum formaliter factum; puta in virtute Spiritus Sancti, vel Sanctæ Obedientiæ, vel ſub pœna excommunicationis, vel propter Verbū, mandamus, ſeu præcipimus; & id quod eſt in eis; non eſt alias lege diuina, vel humana prohibitum, vel mandatum non obligari ad aliquam culpam; ſed tantum ad pœnam in præfatis mandatis, ſeu ordinationibus taxatam, vel per Prælatos imponendam, & taxandam: quam ſi facere noluerint non euadent culpam; quia vt dicit Bernardus: neglectus ſemper culpabilis eſt, & contemptus ſemper damnabilis,* huc vſque ſtatutum. Sed capitulum ſtatuens non eſſe purgandum nullo præcepto, vel mandato ex præmiſſis in citato ſtatuto Ianuenſi, obligauit; ergò fruſtra dicitur ad nouum peccatum, ad quod Regula non obligat, obligare.

Statutum Capituli Generalis quādo obliget ad culpam.

Nec ſequitur ſtatutum fuiſſe contra benignitatem Regulæ per ea, quæ ſecundò loco adduxit; cum Regula claris loquatur notulis de continuò languidis de quibus non loquitur ſtatutum ſed de ijs, qui languorem non habent actu, ſed futurum præcauere cupiunt. Nam ſi languidi ſunt actu, nihil habent quod præcaueant; ſed languorem expellere nitun-

Inualetudinarij deſcriptio.

Digitized by Google

tinentur, quo actu afficiuntur; & iſtos non negant Patres capituli forè ſuccurendos in cunctis oneribus ordinis. Poterit fortaſſe dici illos Patres fuiſſe loquutos de aliquibus præſumptis inualetudinarijs; qui (vtinam mendax ſim) fingunt ſemper eſſe infirmos, aut proximè infirmari, aut ſqualidi apparent, & vt Euſtathius dixit. a *Similes dicuntur mari, quod nec fructum, nec ſementem profert*. Et de iſtis inualetudinarijs congruentiùs dicerem, quod Socrates de veris dixit apud Platonem. b Ex Æſculapij inſtituto eos. *Qui natura ſunt valetudinarij, & propterea Reipublica inutiles è medio excedere, & locum dare ſanis iubet*. In quam ſententiam quoque Euripides fuit, teſte Plutarcho in Conſol. ad Apollonium dicens.

a In Odyſſ. 17.

b Lib. de republica.

Exoſus eſt mihi quiſquis producere
Vitam cupit dapibus, ſimulque poculis
Magorum, & artibus deflentes riuulum
Deuitet, vt fati: Quem cum proſit nihil
Orbi, decebat emori, & faceſſere,
Dantem locum ſtatim efloreſcenti Pubi.

Sed de hac re ſilentium mihi impono; ſatis ſciunt noſtri religioſi, qui ſint inualetudinarij, aut valetudinarij in infirmaria maiori anni parte, aut paulominus ne vocem omittant, exiſtentes, &c.

Nec facit ad rem, quod ipſe vice Patrum vrget, nimirum languidos eſſe ſupportandos, & recipiendos, ac ſubueniendos in infirmaria clauſtrali de cibis quadrageſimalibus. Etenim meo videri, & conſtat ex verbis nunquam Patres cogitarunt ita de continuo languidis, illi enim cibandi ſunt in infirmaria clauſtrali de quadrageſimalibus, qui incipiūt infirmari, donec infirmitas ſic examinata inualuerit: Sed de continuo languidis iam Textus clarus eſt in Correctorio num. 56. quo permittitur eis per aliquot menſes (nullo præuio examine) carnes, & lacticinia comedere.

Statutum illud non eſſe contra benignitatem Regulæ, ſed fauere.

Nec refert, quod tertiò loco adduxit; Videlicet, quia Regula mitis, & ſancta eſt; ſtatutum prohibens purgationem ad præcauendam infirmitatem, eſt contra benignitatem Regulæ; Quæ enim hinc bona illatio? ſtatutum intendit conſeruare votum; ergò (& hæc eſt bona illatio) intendit conſeruare ſanctitatem Religionis, & Religioſi. Dicit non eſſe purgandum ad præcauendam infirmitatem; ergò non eſt contra manſuetudinem, quia cum infirmis eſt pietas, benignitas, & manſuetudo exercenda, non cum ſanis ad guloſitatem explendam. Nec valet dicere Religioſum cèrtò incurſurum infirmitatem ex præ habita experientia, Medici conſilij approbata: nam, & experientia fallibilis eſt, & Medici dicto minimè credendum, vt dictum eſt quia, & ſi nolit religioſum fallere, falli tamen poteſt; vide cap. 5. Vlterius quotannis id faciunt, vt præcaueant infirmitates, & nūquam præcauerunt, quin potiùs excitarunt; ergò ij tales faciunt contra Regulam mitem, & ſanctam. Et ex dictis patet ad quartum quia Regula loquitur de actu infirmis, & non de præcauentibus infirmitatem: Videte ergò fratres mei, & Dei conſerui, qualiter ſtatutum non eſt contra benignitatem Regulæ, ſed illi auxiliatur, fauetque.

72 Iterum, & principaliter Reſpondet ſecundò ſtatutum non fuiſſe à Religione acceptatum, & ſi aliquando fuit, iam non eſt in vſu.

Sed contra dico primò ſtatutum præfati capituli ex ſe iuſtum eſſe, & obſeruatu dignum, tum poteſtate ſtatuentis, quia cum ſit generale capitulum ſtatuta facere poteſt dummodo non ſit contra ius commune, ſeu iuri diuino, aut Sanctorum Patrum inſtitutionibus deuiantia; vt ex priuilegijs à Paſſarello noſtro in ſcholijs cap. Ian. num. 3. & ex eodem Peyrina, c citatis, habemus. Tum etiam ratione rei ſtatutæ: Nam poteſt Cap. Generale conſtitutiones iuris communis declarare, innouare, & vbi pœna deficit apponere, vel veterem pro aliqua rationabili cauſa augere; quia hoc non eſt ius commune ſubuertere, ſed illud adiuuare; quod licitum eſſe dicitur, in cap. 1. de nou. oper. nunciat. vt habet, & affert idem Peyrina loco citato. Sed præfatum ſtatutum tantum declarat ius commune Regulæ, vt ex iiſdem verbis conſtat; ergò iuſtum eſt, & obſeruatu dignum, nec potuit à Religione non acceptari.

c *Tom. 1. priuileg. in Conſt. Peyrina Arch. Conſen. §. 4. nu. 10.*

Quod autem non ſit in vſu probandum erat, niſi de vſu alicuius conuentus, aut ad altius alicuius prouinciæ loquatur; quod libenter concederem; non quia mihi euidens ſit, ita eſſe; ſed ortæ huius diſputationis cauſa, datur credendi motiuum, quod alicubi ita ſit. Scio tamen apud cordatos viros ſemper fuiſſe, & eſſe in vſu, & præcipuè apud nonnullos prioris ætatis, & apud eos quos nunc riguroſæ obſeruantiæ incumbere, ſcimus. Quare flendum eſt, non diſputandum, guloſitatis irritamentum. Culpa non Patrum ſtatuentium, ſed filiorum deuiantium à vera obſeruantia ſit, quod ſtatutum abrogetur, & ab vſu tollatur. At iam (bone Ieſu) didici peiores, & infirmiores euadere ſæpiſſime, qui carnium eſum appetentes, qualibet minima indiſpoſitione moti, Medicos alloquuntur, & ſiue præcibus, ſiue, &c. per fas, nefaſque diſpenſationem obtinent.

Item dato, quod ſtatutum non ſit in vſu, & quod per non vſum, & contrariam conſuetudinem ſit abrogatum, ita, & taliter, quod vim ſtatuti, & legis non habeat. Quis ſaltem negabit habere vim opinionis, & plus valere opinionem tantorum Patrum, qui præſumuntur fuiſſe doctiores, & magni valoris, quam opinio mea, vel alterius cuiuſque religioſi? Illi enim Patres (quorum doctrinam pauci ex noſtris, qui nunc viuunt, vel fama, vel experientia nouiſſe negabunt) ſimul numero, & qualitate congregati vnanimi conſenſu declararunt, non eſſe purgandum ad præcauendam infirmitatem cum violatione voti Quadrageſimalis; Igitur eorum opinio magis ſequenda eſt, quam cuiuſuis alterius oppoſita. Imò ſi ratione opinionis conſideremus ſtatutum, tenemur illud ſequi, nè à communi illa patrum opinione deuiantes in aliquam notam, vel erroris, vel temeritatis incur-

Opinio cōmunis magis ſequenda quam ſingularis.

incurramus, vti incurreret; qui à communi Patrum Theologorum ſententia, ſicut, & in alijs, quibuslibet ſcientijs, ſemper enim ſingularitas à communi diſcedens odibilis eſt. Vna igitur communis Patrum opinio in religione reperitur, quod purgandum non ſit cũ eſu carnium ad præcauendam infirmitatem; imò totius Religionis opinio dici debet, nam eius perſonam repræſentabant vicemque gerebant Patres. Et vna ſingularis vnius Religioſi, quamuis docti. Quæ ergò harum ſit ſequenda, videat, qui legit.

73 Tertiam quoque reſponſionem ad hoc idem ſtatutum adhibuit; quæ mihi omninò placet, eamque laudo. Sed forſitan non correſpondent vltima primis. Dixit enim ad tollendos abuſus Patres illius capituli zelantes votum vitæ Quadrageſimalis feciſſe illud ſtatutum. Poteſt enim eſſe quod haberent notitiam aliquorum, qui gula potiùs carniũ, quam neceſſitate ſanitatis ſubornarent Medicos, vel grauedines fingerent ad hoc vt purgarentur, vt hac occaſione poſſent paſchalibus veſci. Ad quos abuſus tollendos, & ſaluti animarum guloſorum conſulendum tale decretum fecerunt, & hoc facto eſt ſanctiſſimum, & in maxima obſeruantia.

Sed hoc ridiculum videtur legenti, ſi hæc, quæ dicit, ſimul connectit cum dictis in ſecunda reſponſione, in qua ſi dixerat ſtatutum non eſſe in vſu, quomodo nunc dici poteſt eſſe in maxima obſeruantia? Et quomodo ſanctiſſimum appellare poteſt, quod fuiſſe contra benignitatem, & ſanctitatem Regulæ contenderat? Videant alij. Ipſe ſcire tantum vellem; fuit nè aliquis vnquam, qui diligenti examine ſcrutatus ſit, an qui ſe purgauit ad præcauendam infirmitatem ventris adducẽdo finxerit, vel non? Ita vt verè grauatus fuerit ad purgationem admiſſus, & qui finxerit, fuerit excluſus, ſi hoc ita eueniſſe probaretur; valeret dici, quod reſpectu admiſſi ad purgationem non eſſet in vſu; reſpectu autem excluſi eſſet in maxima obſeruantia. Verum faxit Deus, vt ſit in obſeruantia; vt exprimit, quia tunc eſſet friuola noſtra diſputatio; nam qui non fingeret dolorem, vexationem grauedinis infirmus verè eſſet, & non præcauere, ſed expellere infirmitatem cuperet; de præcauentibus diſputamus inhærentes ſtatuto; cui vtinam contradicendo, non detur guloſis ampliſſima licentia; ſed ſi vera nunc, vt veriſſima eſſe credo, dixit, fruſtra laboramus, quandoquidem præcauẽtes infirmitatem infirmos non eſſe, diximus: & ideò eos notari guloſitatis crimine, digni ſunt.

Cibi quadrageſimales nulli infirmitati nocent.

Remaneat ergò nullam dari infirmitatem, cui ex dictis, abſolutè, & ſimpliciter officiant cibi Quadrageſimales nec ad ſanitatem acquirendam eſſe ſimpliciter neceſſarium carniũ eſum; cum alijs, alijſque cibis Quadrageſimalibus ſanitas acquiri poſſit. Et ſi expurgari quis optat ob grauedines ſtomachi, vel ob alias cauſas fiat, ſed abſque carnium eſu, cum iuſtè poſſit; nulla enim efficacior medicina, ad præcauendam infirmitatem, & grauedines ſtomachi, aut ventris expellẽdas, quam abſtinentia, quæ corporali ſaluti maximè prodeſt.

74 Vltima Concluſio. Stantibus præmiſſis. Religioſus Minimus (quantum mea fert, valetque opinio) ſe purgando, & carnibus veſcendo ad præcauendam futuram infirmitatem peccat mortaliter; nec minus Medicus conſulens ſeu diſpenſans. Probatur primò ex dictis ab eodem Peyrina quærens, d Vtrum frater Minimus comedens carnẽ, & piſces, in eodem prandio, vel cœna dum eſt diſpenſatus peccet mortaliter? Et affirmando peccare; probat, quia ſi cibi Quadrageſimales non nocent, debet votum obſeruare, & paſchalibus non veſci, & ſi comedit facit contra votum: ergò ſemper peccat mortaliter, qui præcauere vult infirmitatem, nam ei non nocent cibi Quadrageſimales, quod non noceant iſti cibi probatum eſt ſupra, imò conferunt ſaluti corporali; neque vt diximus actuali infirmitati officiunt; ergò multò minùs corpori, non dum ſimpliciter infirmo, ſed neutro.

d *Eodem loco cap. 6. dub. 3.*

Minimus veſcẽs carnibus ad præcauendam infirmitatem peccat mortaliter.

Nec ea præcisè ratione diſpenſatur infirmus ad veſcendum carnibus, quia non poſſit ſine damno veſci Quadrageſimalibus, vt ex aduerſo ſupponitur, nec quia non poſſit recuperare ſanitatem abſque carnium eſu; Sed diſpenſatur pro ſanitate celeriùs reſtauranda iuxta Regulam num. 26. Nam benè poſſet abſque eſu carnium recuperare, & conſeruare ſanitatem, licèt non ita celeriùs.

Quoad ſecundam partem probatur concluſio; Si Minimus peccat mortaliter præcauens infirmitatem cum eſu carnium, ſequitur euidenter, quod etiam Medici conſulentes peccant mortaliter. *Cum eiſdem Medicis* (verba ſunt textus Regulæ) *de iure prohibeatur, nè pro corporali ſalute aliquid ægrotis ſuadeãt, quod in periculum animæ conuertatur.* In quibus verbis loquitur de ijs, qui præcauere cupiunt infirmitatem, dum dicit, nè pro corporali ſalute aliquid ægrotis ſuadeant: Si quidem non ſuadent actu infirmis, quia cum illis de facto diſpenſant; Sed ijs ægrotis forſan neutriùs generis præcauere volentibus infirmitatem, quibus Medicorum conſilium in periculum animæ conuertitur.

Medicus conſulens præcauendam infirmitatem peccat mortaliter.

Reſtat reſpondendum ad argumenta; quare ad primum negamus corpus illud dici omninò infirmum, nam quod omninò infirmum eſt, ſimpliciter infirmum eſt. Et ex citato Galeno quod ſimpliciter infirmum eſt, neutrum non eſt. Et licèt à ſtatu ſalutis recedat, pari paſſu recedit à ſtatu infirmitatis, ſi neutrum eſt. Si dicas faciliùs peruenire ad ſimpliciter ægrum, quam ad ſimpliciter ſanum, cum magis ad malum proni ſimus: Dico tribuendum hoc multoties guloſitatis culpæ; ſi enim quis cibo repletus abſtinentia curaretur, non indigeret purgatione ad grauedines reijciendas. Quod autem Medici cogantur medicamenta adhibere, nè corpus neutrum labatur in ſimpliciter ægrum; tranſeat, nam poſſunt multa medicamenta adhiberi abſq; eſu carnium, vt patet ex prima concluſione.

Eſtq;

Eſtque diſpar caſus de ſæcularibus, & alijs non aſtrictis voto Quadrageſimali, ac de noſtris Religioſis: habeant ſe Medici cum illis eo quo voluerint modo iuxta eorũ conſcientiam, & ſcientiam; nam cum noſtris fratribus debent ſe habere iuxta Regulæ tenorem, & priùs examinare infirmitatem cibis Quadrageſimalibus, & poſtea ſi inualuerint diſpenſare.

Ad ſecundum reſpondetur concedendo illud Theologorum dictum, ſed non inde ſequitur Religioſum quocunque defectu laborantem dici infirmum, ita, & taliter, quod indigeat eſu carnium ad ſui conſeruationem. Dolor enim capitis, ventris, aut ſtomachi multaque alia ſimilia ſunt defectus. Sed ijs doloribus affecti non ſunt ſtatim ſine præuio examine diſpenſandi, vt ipſemet Peyrina affirmat; ergò ita de cæteris. Vlteriùs ſi malum ex quocunq; defectu: Qui cauterium habent, ex illis infirmis ſunt, quibus carnem comedere licèt; quod ſi eſſet, non nimia, ſed maxima Religioſorum pars carnibus veſceretur, multiq; alij libenter cauterium admitterēt, vt hac comedendi licentia fruerentur.

Nec minùs eſſet dicendum de ijs, qui podagra laborant, ſed de his non, iuxta ea quæ dixit Sanctus Hieronymus, quem pro ſe etiam citat Pater Peyrina eodem cap. 4. v. 3. *Legimus quoſdam morbo articulari, & podagra humoribus laborantes proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe.* His ergò, & ſimilibus non ſunt neceſſariæ carnes.

Ad tertium reſpondetur, Axioma Phyloſophicum non eſſe contra nos, nec minùs fauere noſtræ, quàm contrariæ ſententiæ. Etenim ſi corpus neutrum dicitur, debet pari, & æqualance de vtroque participare, & ab vtroque recedere; & ſicut conſtare vidimus ex Galeno, quod illud corpus, nec ſimpliciter ſanum, nec ſimpliciter infirmum eſt. Ita eodem modo dicendum eſt; quod corpus illud tantum diſtat à ſimpliciter ſano, quantum à ſimpliciter ægro. Contrariorum enim eadem debet eſſe ratio; & medium de vtroque participare opus eſt. Quare ad argumentum diſtinguo conſequens: Quatenus parum abeſt à corpore ſimpliciter ægro dici potiùs debere ægrum, concedo: Sed quatenus parum abeſt à corpore ſimpliciter ſano, debet potiùs dici ægrum; nego conſequētiam. Nam ſicut parum diſtando à corpore ſimpliciter ægro, dicitur ægrum; ſic parum diſtando à corpore ſimpliciter ſano debet dici ſanum. Vnde ſicut falſum eſſet aſſerere; hoc corpus neutrum eſt omninò ſanum, ita falſum eſt dicere, eſt omninò ægrum. Et fruſtra pro tam parua indiſpotionis materia, quæ curari poteſt alijs, quam pluribus ſuperiùs enarratis medijs conſulunt Medici religioſis ad deſerendam Quadrageſimalem vitam, pro carnium edulijs aſſumendis.

Ad quartum reſpondetur negando paritatem, luſcus enim, & ſtrabo ſunt fermè infirmitates incurabiles, ſeu naturales defectus, non ſic de infirmis de quibus eſt quæſtio; poſſet enim fieri comparatio, cum continuò languidis, aut qui laborant malo aliquo incurabili, podagra, chiragra, quos quodammodo potiùs appellarem infirmos, quam ſanos, ſicut ſtrabo, & luſcus, qui potiùs cæci ſunt, quam videntes, quia ſicut iſti rariſſimè viſionem perfectam recipient, ſic, & illi rariſſimè, perfectam valetudinem. Nos autem agimus de ijs, qui aliquo malo accidentali, vt febri, dolore capitis, vel ſtomachi laborant: vel nullo forſitan actuali malo, niſi præintento, ne dicam præoptato, & futuro.

Demum ad argumenta, quibus principalem concluſionem ſuam probat, Reſpondendum eſt. Ad primum ergo reſpondetur, diſtinguendo miaorem, de infirmis, qui actu, & verè infirmi ſunt, concedo minorem; de ijs verò, qui præcauere volunt infirmitatem nego: Quod autem ſequitur, nempè, vires amiſſas ſorè per carnium eſum acquirendas; falſum eſt ſi de viribus, quales conueniunt religioſis, loquamur: De viribus autem, quæ conueniunt Miloni, militibus, & vxoratis, cęteriſque ſimilibus, de quibus loquitur Sanctus Hieronymus citatus ca. 3. Nihil ad nos.

Ad ſecundum reſpondetur. Prudentis eſſe obſtare principijs per ea quæ magis proſunt ſaluti ſpirituali, & corporali, quam per ea, quæ neutri forſitan prodeſſe videntur, vel ſaltem ſi corpori prodeſſe valent; fortaſsè nocebunt animæ. Prudentiſſimè ergò erit, in ijs, quæ religionis ſunt, & in dubijs conſcientiæ, tutiorem partem eligere; & ſi non eſt actu, & ſimpliciter infirmus præcaueat ille infirmitatem abſtinentia; ne præcauere volens corporalem infirmitatem incurrat ſpiritualem, & nè pœnis corporalib. præcauens aliquantulum cruciari; crucietur æternis.

Ad tertium Reſpondetur illud Eccleſ. 18. *ante languorem adhibe medicinam.* Ideſt præcaue quantum potes infirmitatem, vt dicit argumentũ, neutri fauere ſententiæ, vel vtrique. Dictum enim illud intelligimus de medicina adhibenda ad præcauendam infirmitatem ſpiritualem. Si autem ad corporalem etiam illud trahas; dico quod abſtinentia, aliiſque medijs præcauere poteris infirmitatem, vt fecere ſancti, & pij homines de quibus plura diximus ſupra. Minimè quidem colligitur ex illo Sacro Textu, quod Religioſus Minimus debeat præcauere infirmitatem comedendo carnem; nam ſi hoc eſſet omnibus religioſis liceret carnibus continuò veſci, quia quaſi omnes continuò aliquem patiuntur corporalem defectum. Atque ita fruſtra eſſet votum quadrageſimale.

CAPVT

CAPVT XI.

Impugnantur ea, quæ nouiſſimè in tertiò tomo priuilegiorum addidit idem Pater Peyrina ad fulciẽdam eandem ſuam ſententiam.

e Cap. 14. de Quadr. voto. §. 7.

75 ITerum præfato tertiò tomo. e Suam ſententiam probat triplici argumento. Et primum argumentum, ita proponit dicens: exiſtente actu infirmitate poteſt Frater Minimus de Medici conſilio, & ſuperioris licentia carnes comedere; ergò poteſt eas comedere dicta infirmitate exiſtente in potentia. Probatur conſequentia, nam idem ius habet quis ad propulſandum damnum, quod actualiter patitur, atq; ad propulſandum illud, quod certò euenturum putat, vel rationabiliter dubitat exoriundum: ſicut qui probabiliter putat, quod in extremam neceſſitatem eueniet, ſi extremè indigenti ſubuenerit, non tenetur ſubuenire.

Dices (ait ipſe ſibi obijciendo) in hoc caſu ius dubium vincit ius certū, quod eſt abſurdum. Reſpondetur tamen (ait) quod quamuis obligatio abſtinendi à carnibus ſit certa, & in poſſeſſione obligandi, tamen etiam ius ad conſeruandam vitam in homine certum eſt, & antiquiùs; & antiquior etiam poſſeſſiò in illo ad conſeruandam ſuam vitam, & à ſtrictiori iure orta. Nam in homine non ſolum eſt ius certum ad certò conſeruandam vitam, ſed etiam eſt illi ius certum ad non exponendam vitam periculo eam amittẽdi, & quamuis eſſet dubium, an frater Minimus non ſe purgando, & abſtinendo à carnibus eſſet detrimentum paſſurus in ſalute, non eſt tamen illi dubium, quod ius habeat certum non ſe committẽdi tali dubio; vt docet Io: Sancius. f

f in ſelect. diſp. 51. num. 9.

Dices (iterum ait) huic iuri renunciauit frater Minimus, quando quadrageſimalem abſtinẽtiā vouit, cum modificatione, quod ſolū tempore actualis infirmitatis poſſet comedere carnes. Reſpondetur (inquit) quod Minimus per votum vitæ quadrageſimalis, non renunciat iuri conſeruandi vitam, quantum poteſt ſalua eſſentia voti quadrageſimalis; iſta autem eſſentia ſalua remanet, dum Minimus ad præcauendas infirmitates certò, ſeu etiam probabiliter venturas, ſe purgando comedit carnes. Tum quia (notetur pro ſecundò) cum tunc iam ſentiat infirmitatis principia, infirmus actualiter eſt, quatenus differt ab eo qui eſt ſimpliciter ſanus. Tum quia (pro tertiò) quod parum abeſt ad eſſe videtur. Tum quia (pro quartò) quia nemo prudens cum poſſit de facili morbo imminenti adhibere remedium, expectat ipſius morbi actualem aduentum. Tum quia (pro quintò) videtur infirmitas intellectus putare, quod qui promiſit ſub dio quouſque pluat, non poſſit pluuia imminente, vel iam cadere incipiente, ſe domum recipere; ſed teneatur pluuiam expectare, & deinde benè madefactus domum petere.

Secundum principale argumentum eſt: Nam (ait) vota obligant eo modo, quo obligat præceptum Eccleſiaſticum de eadem re; Nemo autem dubitat, quod ſi quis debeat ſe purgare tempore quadrageſimæ ad præcauendam infirmitatem, & cibos Paſchales comedere non poſſit is facere; ergò neque pari formiter dubitandum eſt de Minimis. Confirmatur; Nam Minimi non vouent ſimpliciter abſtinẽtiam à carnibus & lacticinijs; ſed vitam quadrageſimalem, ad inuouendum, quod tenentur toto tempore, quadrageſimam obſeruare, eo modo, quo eam obſeruant fideles deſignatò ab Eccleſia tempore.

Tertium argumentum ſumpſit ab auctoritate illorum Doctorum dicentium: quod, qui habent experientiam antiquā ſibi eſſe nocuum carnibus non vti in quadrageſima, non tenentur in futuris quadrageſimis abſtinere à carnibus ad experiendum, an nocumentum exoriatur. Ad hoc citat Sancium, Cruz, Dianam, &c. Et inde colligit, quod Frater Minimus, qui longa experientia probauit ſibi nocere cibos quadrageſimales, non tenetur nouum experimentum facere, & cum communitate cibos quadrageſimales comedere, etiam ſi ſibi videatur meliùs, ſeu etiam benè ſe habere. Quare poterat Iſnardus illam admirationem, quam fecit Conſ. 4. ſui codicis continere.

Hæc omnia per ea, quæ dicta ſunt præcedenti capite reiecta manent: Et eo magis quia nil vltra dici poteſt ad totaliter relaxandum votum. Miror equidem quomodo potuerit ille doctiſſimus Pater, alias obſeruantiſſimus, & propugnator acerrimus voti Quadrageſimalis, quod eſſentiale in quolibet rigoroſo ſenſu appellat; quod non abbreuiare vitam ſequenti n. 11. probat, vltra ea, quæ priùs dixerat; & quod ſit iubar, & gemma Religionis affirmat, & doctè, ac rectè. Modo pro tam facili cauſa, quod negauit, implicitè affirmat. Dixerat enim, & benè non poſſe votum Quadrageſimale conſuetudine abrogari, & modo non ſolum docet poſſe Minimum purgari in dubio certo, quo dubitat ſe fore ægrotaturum, ſed etiam antequam eueniat tale dubium. Ex quis Religioſus maximè ex noſtris reperiretur vnquam ſine tali dubio? Quis tam pro certo habet, ſe futurum ſanum? Comedant ergò omnes carnes? Deſeratur Quadrageſimalis vita, & conſuetudine abrogetur? Saginemur omnes? Heu me miſerum: Vereor ne dicturi ſimus illud Hieremiæ in ſuis lamentationibus. g *Ceruicibus noſtris minabamur laxis non dabatur requies.* Vbi Hieronymus ait. *Mirabamur more iumentorum, ſaginantur iumenta ad interitum.* Hæc ſatis. g

76 Confiteor me inter omnes alios fuiſſe, & eſſe inobſeruantiſſimum, nec nomine religioſi dignum; ſpero tamen, vt mei altiſſimus Deus recordetur, & faciat ex Saulo, Paulum. Non tamen propter hoc audeo, nec debeo alios docere tam facilem additum ad

Malū eſt mala facere, peſſimam facere, & docere.

vitam

vitam Quadrageſimalem deſerendam, malo quidem de me alios dicere; *Quæcunque dixerit vobis ſeruate, & facite, ſed ſecundum opera eius nolite facere*. Quam talia docere, per quæ periculum inſtat, ne alij damnentur, & duplicetur pœna, dum rationem ſim redditurus de proprijs, & alienis peccatis; ſi fortaſsè mea ſtipulante doctrina peccabunt: Eorum enim ſanguinem de manu mea Deus requiret, vt teſtatur per Ezech. dicens: h *Ipſe impius in iniquitate ſua morietur. Sanguinem autem eius de manu tua requiram*. Si autē ſecura docebo, & quis in ſanguine ſuo morietur, liberabo animam meam ab iniquitate eius.

h c. 3. 18.

Certum enim eſt, quod ex Doctoris diſciplina & eloquio pendere dicitur ſalus, & vita populi. i Ideò Iuditha dixit principibus, aut ſenibus populi ſui: *Vos eſtis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum ad eloquium veſtrum corda eorum erigite*. O vtinam, & Chriſtiani Doctores hæc Iudithæ verba ſæpè mente verſarent. Et vtinā Doctores noſtri pro dignitate Religionis tractarent Regulam, & Patrum ſtatuta; ſcientes ab ipſorum doctrina dependere audientium, & addiſcentium propriam ſalutem, & vitam. Proh' nugas, quæ violant, potiùs, quam aſtruant, fulciantque. Heu meras ſubtilitates, quæ periculo non carent animas occidendi. k *Quapropter* (inquit Paulus) *Conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi quo minus annunciarem omne conſilium Dei vobis*. Ideò dicit Paulus ſe reum non eſſe ſanguinis Chriſtianorum quia Cœli doctrinam omnibus proficuam, & ſalutarem prædicauit; quam ſi non prædicaſſet, reus foret ſalutis, & vitæ omnium. Quod aduertit Theophylactus ibi dicens: *Mundus ſum à ſanguine omnium: officium enim magiſtri feci; Non enim ſubterfugi, quin vobis declararem. Ergò qui non dicit reus eſt ſanguinis, hoc eſt, cædis*. Dicere ergò oportet, ſe dicere, quod lex iubet: quod Regula obſeruandum proponit, & Patrum conſtituta decernunt, illis enim adhibēda eſt fides, quibus de iure competit condere ſtatuta: & non dicere, quod imaginatio fictè repræſentat; & Regulam ex arcta, laxiorem facit. Hæc ſpiritualibus dicta ſint: Scholaſticis verò ſatisfaciam ſoluendo argumento in principio allata ex aduerſo.

i c. 8. 21.

k Act. ca. 20. 26.

77 Ad primum ergo Reſpondetur negando conſequentiam; Nam omnes Religioſi ſunt in potentia infirmi; & omnes ad comedendas carnes licentiari falſiſſimum eſt, & dicere quod qui in potentia eſt, ad infirmandum poſſit carnibus veſci: Eſt propriè guloſitati indulgere. Nullus enim Religioſus eſt, qui infirmari non poſſit; omnes ſunt in potentia ſaltem remota, & quaſi omnes aut eorum magna pars, in potentia proxima; vt ſunt cauterium habentes, ſtomachi, & epatis languores patientes; & nihilominus carnes non comedunt, nec poſſe eas comedere ſine fractione voti pro certo habent; cum in vtraq; ſeu alterutra poſitus, nequeant ex Regula comedere; vt in ſequentibus patebit, cuius contrarium dum corpori fauet, non animæ; ſine erubeſcentia affirmari non poteſt. Audiant Clementem Alex. l *Planè enim fieri non poteſt, vt quis ſimul ſit, & ſcientia præditus, & blandiri corpori non erubeſcat*. | l 3. ſtrom.

Probatio conſequentiæ etiam falſo nititur fundamento; cum ſit contra Regulam propulſare, ſeu expellere infirmitatem non actu exiſtentem cum eſu carnium. Et licèt admittatur caſus non ſubueniendi extremè indigenti, ſi ex illa eleemoſyna certò, aut probabiliter putet ſe in extremam neceſſitatem caſurum: nihilominùs in re noſtra non currit: Illic in paritate, vitæ propriè incumbendum eſt. In caſu autem infirmitatis non eſt ita, cum aliter tolli poſſit illa ſuſpicio, aut dubietas, Nec poſſit non infirmus curari, & cibis paſchalibus veſci. Qui eſt in extrema neceſſitate alteriùs ope indiget, & ipſi ſubuenientem an habeat prudenter dubitare poteſt, & ſi non habet vnde ſubueniat alteri, & ſibi; rationabiliter poteſt non teneri ad alteri ſubueniendum. Infirmus autem, etiam actu infirmus, eſu carnium non indiget ad expellendam infirmitatem, quantò magis in dubio, aut probabilitate ſe infirmandi; de qua re diximus ſupra, ſicut etiam diximus abſtinentiam à carnibus conſeruare vitam, non officere ſaluti, longiori tempore abſtinentem viuere, & cætera, quæ idem Pater Peyrina non negat, imò acutiſſimè, probat. Nullum ergò ſequitur detrimentum fieri ſanitati per abſtinentiam à carnibus, nec vllum dubium eſſe poteſt, niſi voluntarium.

Ad primam replicam, faciliter reſpondetur, nam aliud fermè eſt fratrem Minimum habere ius ad conſeruandam vitam, aliud eſt habere ius ad conſeruandam delicioſam vitam. Primum admittimus. Secundum negamus. Eſus enim carnium non eſt neceſſarius ad primum, vt iam probatum eſt, ſed ad ſecundum. Ideò Frater Minimus abſtinendo in caſu poſito non ſe exponeret periculo, qui etiam infirmitatis tempore abſtinent à carnibus, & abſtinuerunt ſemper; alias peccaſſent grauiter, ſicut peccant, qui ſe periculo amittendi vitam exponunt; quod affirmandum non eſt abſque erroris nota.

Circa ſecundam replicam notauimus quinque; quorum, primum ſoluitur per hanc eandem doctrinam; quia licèt non renunciet iuri conſeruandi vitam abſolute; renunciat tamen iuri conſeruandi vitam delicioſam: poteſt enim alia via ſine eſu carnium, vitam conſeruate, vt multi conſeruarunt, & conſeruant. Nec caſus admittitur tam probabilis quod neceſſe ſit ſe purgare, & carnibus veſci; niſi voluntas, ſeu voluptas.

Ad ſecundum reſpondetur, caſum poſitum eſſe extra quæſtionem; Nam ſi ſentit infirmitatis principia, infirmus eſt; aut ſi non eſt aliquomodo infirmus, & ſentiat illud principium, quaſquam ſcilicet ſpontaneas laſſitudines, (vt Medicorum verbis vtar,) quæ morbum indicant, carnem comedere nequit: Nam eſus

car-

carnium in tali principio fuit à Sancto Legiſlatore prohibitus, ſtatuit enim, vt priùs examinetur infirmitas, vt patet in Regula cap. 6. num. 26. vbi ait: *Quam primum verò quis eorum in ægritudinem inciderit* (ecce principium) *ad infirmariam clauſtralem, per infirmarium deducatur: Et ibidem primitus de cibis Quadrageſimalibus illius infirmitati (iuxta medicinalem artem congruentioribus prout loci ſuppetit facultas) diligenter, ac ſollicite ipſi per obedientiam ſubueniatur. Si autem talis ægritudo ſic examinata, inualuerit; Medici conſilio deducatur talis ægrotus ad infirmariam exteriorem*, &c. Ecce quantum diſtat vnum ab alio, non ſolum prohibet religioſis, nè carnibus veſcantur in dubio venturæ infirmitatis, ſed neque in principio infirmitatis, neq; poſt principium, niſi per aliquod tempus examinetur infirmitas medijs cibis Quadrageſimalibus. Falſum ergò eſt, & contra regulam contrarium ſentire.

Et talis ſentẽtia prout ſe opponit Sanctiſs. Legiſlatori expellẽti per hunc Textum quodlibet dubium, periculum, aut ſuſpicionem, quibus auctor ſuam aſtruit ſententiam, & quatenus ſe opponit communi Patrum opinioni, ſcilicet noſtræ religionis, cuius communitas in Capitulis Generalibus congregatur; Et Capitulum Generale dicitur corpus religionis, cuius conſilijs, & præceptis ſtandum eſt; qua cenſura cenſurati poſſit videant alij Patres in futurum Capitula Generalia celebrantes; eoſque rogo, vt conſiderent, an hac via periclitetur votum, nec nè.

78 Regulam (mi lector,) & Patrum ſtatuta ſequi oportebat; Nam nouitas paſſim reprobatur, non approbatur. Incedere debet doctor per viam regiam, non per tramites, aut à præcipitijs anguſtos, aut impeditos multo lapide difficultatum. Poterat Regulam, & veterem Patrum opinionem recenti ſui ingenij acumine celebrare, & roborare, non euertere. Qua propter ad rem facit, quod Vincentius Lyrinenſis Abbas expendens illud Pauli, *Depoſitum cuſtodi;* ait: *Quid eſt depoſitum? id eſt quod creditum eſt, non quod à te inuentum: non ducens, ſed ſequens: Per te poſteritas gratuletur intellectum, quod ante vetuſtas non intellectum venerabatur. Eadem tantum quæ didiciſti, doce, vt cum dicas noue, non dicas noua. Sit erit tua opinio tempore ſenior, potentia iunior*. Et hæc ſunt Verba Philonis de Migr. Abrah.

2. Ad Timoth. 6. 1.

Ad tertium patet ex ſecundò comedendo, quod parum abeſt à baratto, & adeſſe videtur, quia ſic ad explendam voluptatem, tam facilè votum violat, læditque.

Ad quartum dico, quod nemo prudens ſibi contrarius eſt, nemo prudens aliquid facit. quod in periculum animæ conuertatur, quod erit ſi ægritudinem non examinauerit iuxta præceptum Sancti Patris noſtri Franciſci.

Ad quintum fatemur, quod eſſet verè infirmitas intellectus, ſi infirmus, qui actu infirmus non eſt, ſed ſe ſimulat infirmum ex dubio ſe infirmandi, aut ex aliqua ſpontanea laſſitudine, quam vocant principium, carnem comedit; quid enim inſanius? Exemplum deſumptum ex eo, qui promiſit ſtare ſub dio quouſque pluat, fauet; Nam verè debet expectare pluuiam ſaltem incipientem, ita quod incipiat madefieri, & tunc incæpta pluuia abire poteſt: per imminentem autem pluuiam non poteſt abire, & ſi abit non ſatisfacit promiſſioni, nam ita multoties turget in aere nubes, vt videatur iam pluuia optans in expenſos lata venire ſinus, (vt Euripidis verbis vtar,) & tamen vel ventis impedita, vel alijs de cauſis non pluit. Si ergò ille in tali imminentia diſcederet faceret contra promiſſum, quia pluuia non incipiente domum petijt. Heu frates quanto magis debet, qui vitam Quadrageſimalem promiſit, & ſe voto obligauit ad non comedendas carnes, niſi infirmitatis tempore expectare non imminentem infirmitatem, neq; ei ſufficere incipientem, ſed actualem, & examinatam, priùs quam carnem comedat, alias promiſſum non ſeruat, & votum frangit.

79 Ad ſecundum principale argumentum, concedo maiorem quando, non aliter explicatur. Etenim verum eſt quod regula generalis interpetrandi vota talis eſt, quod ſi materia promiſſa ſit de præcepto Eccleſiaſtico, votum debet intelligi, ſicut præceptum Eccleſiaſticum, vt docent Caetanus, Sotus, Corduba, Valentia, Aragon, Nauarrus Suarez, & Sanchez.

2. 2. q. 88. art. 3. lib. 7. de iuſt. q. 2. art. 1.

In ſum. q. 188.

Tom. 3. diſt. 6. q. 6 p. 4. col. 4. v. ſecundò nã votum.

Lib. 4. de voto cap. 7. num. 9.

4. in decal. cap. 11. n. 21. & 57.

Vnde poſſet fieri argumentum contra nos, qui defendimus votum noſtrum Quadrageſimale per omnes partes eſſe eſſentiale, ſi tantum voueremus vitam Quadrageſimalem, ſic ſimpliciter prolatam; vt ſupponit ex aduerſo. Et tale eſt: ſi quis voueat ieiunare tribus diebus veneris non explicando, quod id vult facere ſecundum ieiunium Quadrageſimale non faceret contra votum ſi lacticinia comederet, nam iſta non ſunt prohibita in diebus ieiuniorum extra Quadrageſimam; ergò votum Quadrageſimale debet commenſurari ſecundum ieiunium Quadrageſimale ab Eccleſia præceptum: Sed ſaltem abſtinentia à lacticinijs, & cibis ex ijſdem congeſtis, non eſt de eſſentia ieiunij Quadrageſimalis; ergò neque eſt de eſſentia voti Quadradeſimalis, & conſequẽter votum Quadrageſimale partim erit eſſentiale, quo ad carnis eſum, & partim accidẽtale, quo ad lacticinia: Antecedens ſupponitur verum, & conſequentia rectè inde ſequitur. Sed ſubſumpta minor, quæ difficultatem habere poſſe videtur ex ijs, quæ notat Sanchez loco citato num. 53. probatur. Ait enim quod in rigore loquendo ieiunium Quadrageſimale de ſe intrinſecè non includit abſtinentiam à lacticinijs, quatenus tale ieiunium eſt; quia abſtinentia à lacticinijs in Quadrageſima eſt diſtinctum præceptum Eccleſiæ à præcepto ieiunij. Nam in cap. denique 4. diſtinct. ſuppoſito præcepto ieiunij Quadrageſimalis quaſi diſtinctum præceptum tradens, ait: *Par eſt, vt qui his diebus à carnibus ieiunamus ab his, quæ ſementinam trahunt originem à carnibus ieiunemus*; Ergò ſicut abſtinentia à lacticinijs non eſt eſſentia-

lis ieiunio Quadrageſimali totius Eccleſiæ, ita nec erit eſſentialis voto Quadrageſimali noſtræ Minimæ Religionis, patet ſequela ex Antecedenti initio iam poſito.

Sed reſpondetur diſtinguendo antecedens, ſi qui promittit nihil explicat, niſi tali die ieiunare extra Quadrag. poteſt, vt probabiliter iudicat Sanchez comedere lacticinia illo die ieiunando, ſi, (vt ipſe ait) eſt probabiliter opinio, nec de iure, nec de conſuetudine interdici in die Ieiunij lacticinia extra Quadrag. Si autem vouens intendit abſtinere à carnibus, & lacticinijs, non poteſt ijs veſci ſine fractione ieiunij, quia obligatio voti ex voluntate vouentis pendet, vt communiter docent doctores, ſed hoc non currit in voto Quadrag. Religionis Minimorum, quia Minimi profitendo vouent certa ſcientia à 1. & 6. cap. Regulæ, & ex communi victu in refectorio per annum probationis didicerũt non ſolum eſſe abſtinendum à carnibus, verum à quibuſuis lacticinijs; & nihilominus hac notitia præcedente votum emittere voluerunt; igitur tam intrinſeca eſt voto abſtinentia à carnibus, quam à lacticinijs, nam omnia ſimul collectiuè in voto clauduntur intrinſece, & eſſentialiter. Vltra quod non ſic facilè admitto, quod probabiliter iudicat Sanchez citato num. nam melior eſt communior opinio, quam citat Portel. ſcilicet quod vouens ieiunare tenetur abſtinere à Lacticinijs, vel de præcepto iuris, vt ieiunium Quadrageſimæ, vel ſaltem ex conſuetudine, vt alia ieiunia. Abſtinere enim à lacticinijs eſt circunſtantia intrinſeca ieiunio pertinens ad ſubſtantiam, & finem ieiunij, videlicet macerationem corporis. Hæc Portel de communiori ſententia. Modo ad argumentum in forma; conceſſa maiori, ſi non aliter explicatur votum, nam ad plura poteſt quis ſe voto obligare, ad quæ non ſe extendit præceptum etiam ſi ſit de eadem materia; Ideò illa paritas poſſet quidem currere in dubijs; at vbi Lex clarè loquitur, non indigemus gloſa, obſcura interpretanda ſunt non Sole clariora, niſi noctuis, aut claudẽtibus oculos, ne videant. Et ad confirmationem dico aſſumptum eſſe falſum, nam vouendo vitam Quadrageſimalem, ſimpliciter eam vouet iuxta Legiſlatoris voluntatem, vt abſtineat à præfatis cibis ſemper, excepto tempore probatæ infirmitatis. Minor eſt vera ſeruatis conditionibus ab Eccleſia ſtatutis. Sed conſequentia eſt falſa abſolutè; quia non ſequitur ex dictis, niſi quando votum non explicatur à Regula, & voti circunſtantias vouens ignorat: quod de Minimo non verificatur.

In dub, Reg. v. ieiun. n. 7.

Ad tertium argumentum principale dico ſupponere falſum, nempè Fratrem Minimum longa experientia probaſſe nocere ſibi Quadrageſimales cibos; vel de quæſtione egreditur. Nam ille apud nos diceretur inualetudinarius, cui iam conceſſum eſt carnibus veſci; vt per multa ſtatuta probare poſſem, & videtur eſſe mens Sãcti Patris, qui dixit, quod ſi examinata ægritudo inualuerit carnem comedat; quod eſt idem, ac experientia probaſſe ſibi nocere cibos Quadrageſimales; Vnde enim colligimus ortum eſſe nocumentum ex cibis Quadrag. niſi ex eo, quia veſcendo cæpit infirmari. Et vnde conſtat longa experientia probaſſe, ſibi nocere? niſi qui cæpta illa infirmitas fuit per aliquod tempus examinata, & inualuiſſe potiùs, quam valuiſſe apparuit, ideò comedere poteſt, quia totum ſeruauit, quod Sanctiſs. Pater fieri mandauit, ſed non ſumus in caſu; quæſtio enim eſt de præcauente propter dubium, aut principium fortaſſe imaginarium; & de hoc negamus abſolutè poſſe purgari cum eſu carnium, vt præcedenti capite probatum eſt latè.

CAPVT XII.

Vtrum Medicus abſque eo, quod medicamina adhibeat poſſit cum fratre Minimo diſpenſare ad veſcendum carnibus.

80 Pater Peyrina reſpondet optimè poſſe; iuxta illud Hyppocratis; *Aliquando nihil agere in infirmis eſt optima medela*. Et illud Correct. num. 56. *Qui ſunt diutino languore vexati permittantur per aliquot menſes carnes, & lacticinia comedere*.

Nos autem ſtando præmiſſis cum diſtinctione loquimur: ſi frater Minimus eſt actu infirmus, vel continuò languidus poteſt Medicus cum illo diſpenſare, vt veſcatur carnibus nullo alio medicamento adhibito; At verò ſi actu infirmus non eſt, nec continuò languore cœlitus viſitatus, ſed præcauere vult infirmitatem, non poteſt cum illo diſpenſare Medicus abſque vtriuſque conſcientiæ præiudicio.

Medicus nullo adhibito medicamẽto poteſt diſpenſare cum minimo ſi actu infirmus eſt non aliter.

Quod autem vtraque pars vera ſit ex dictis patet; Et præſertim prima probatur ex illo Hyppocratis, & Correct. quod intelligitur de actu infirmis, continuiſque languidis.

Secunda verò pars ſequitur etiã ex habitis capite præcedẽti. Nõ enim poteſt Medicus diſpenſare; niſi frater Minimus ſit aliqua infirmitate cælitus viſitatus, non viſitandus; infirmus non infirmandus, & infirmitate tali, quæ dum examinata fuerit cibis quadrageſimalibus, inualuerit infirmus.

Caueant igitur Medici, qui ſunt, eruntque noſtrorum Fratrum curæ dediti, vt indiſpenſando, ne ſint tam liberales; Eoſque per Deũ rogatos velim, vti aures aperiant ad ea quæ iuſſit Sanctiſſimus noſter Patriarcha, & nè ſint tam faciles in conſulendo infirmos noſtræ religionis pro vita quadrageſimali deſerenda, & paſchali ſeu pingui aſſumenda. *Præſertim* (verba ſunt ſanctiſſimi Patris in Regula cap. 6. num. 27.) *Cum, & eiſdem medicis de iure prohibeatur, ne pro corporali ſalute aliquid ægrotis ſuadeant, quod in periculum animæ conuertatur*. Debent ergò priùs facere, quod in ſe erit præbendo quadrageſimalia; & poſtmodum ſi in longum progredetur

Ad Medicos exhortatione faciliter diſpenſent Minimos.

Digitized by Google

retur infirmitas ad paſchalia deuenire; ita eodem cap. num. 26. legimus. *Quamprimum in ægritudinem quis inciderit ad infirmariam clauſtralem per infirmarium deducatur; & ibidem primitus de cibis quadrageſimalibus illius infirmitati (iuxta medicinalem artem congruentioribus prout loci ſuppetit facultas) diligenter, ac ſollicitè, ipſi per obedientiam ſubueniatur. Si autem talis ægritudo ſic examinata inualuerit, medici conſilio deducatur talis ægrotus ad infirmariam exteriorem intra conuentus clauſuram ſitam. Et inibi (iuxta ordinationem dicti Medici de Correctoris iuſſione: vigilanter, & charitatiuè illi ſuccurratur, de quibuſuis cibarijs pro ſanitate celerius reſtauranda.*

81 Sed proh dolor, non tam citò ſe Religioſi præſentant Medicis, & aliquam etſi minimã eis patefaciunt indiſpoſitionem, quam citò abſque vllo præmiſſo examine requiſito, vt ſupra deſerere conſulunt vitam Quadrageſimalem in damnum animæ eorum, & Religioſorum, ac in Religionis detrimentum: Ipſos enim conſulentes, & annuentes non præmiſſis præmittendis, qua via ſe à peccato mortali liberari iudicabimus? De Religioſis non loquor, ipſi quidẽ ſciunt. Sed quod mihi ſummoperè diſplicet, eſt formido, quæ timidum me tenet, ne quadraſieſimalis abſtinentia, quæ noſtram Religionem valdè extollit, & inter alias ſplendere facit, facili Medicorũ conſilio paulatim laxata, tandem funditus euaneſcat, neque remedij locus habeatur. Quæ ratio? nimirum ſemel lapſa Religio (vt experti ſcripſerunt) nunquã, aut vix reparari poteſt, noua faciliùs à fundamentis conderetur. Et poſſumus quemlibet ſuper hoc certum reddere aliena facta multarum Religionum (de quibus infra) quæ ab initio ſummę abſtinentiæ fuerunt, ſed per licentias, & laxationes primitus modicas deinceps maiores in hac tantam effrenationem corruerunt, vt nihil plus abſtineant à ſæcularib. & quaſi nulla in eſu carnium diuerſitas reperitur. Sed faxit Deus, ne Medicorum incuria illis noſtra Religio euadat ſimilis, & nos cum profeſſionis noſtræ integritate, & ſtatu ſalutis viuere poſſimus. Cautum ergò, & virtuti conſonum dent ſuis ægrotantibus, præſertim noſtris religioſis conſilium. Caueant ne dum ſanare corpus alienum ſtudent, ſauciant animam ſuam, & alienam; aut ne Deo irato, vtroque corpus, & anima pereat. Ad nullam enim ſanitatem corporis Medicus aſpirare debet, modis, aut remedijs animæ ſaluti contrarijs, alioquin abutitur arte propria, & Deum, qui è terra medicinam creauit, vt affirmat ſapiens nõ impugnet, nam alias ipſum in ſe, & in proximo offendet.

Medici quã malè ſe gerant hiſcè temporibus faciliter diſpenſando.

82 Ex quibus colligere debẽt doctiores religioſi? quod frænis retinendi ſunt Medici, & non calcaribus expungendi, vt diſpenſent, & vitã conſulant deſerere quadrageſimalẽ: ad quod quidem faciendum ſatis ſuperque ſunt. Imò, & religioſis in abſtinentia currentibus calcar non frænum addere fas eſt: iuxta cõmune illud prouerbium. *Calcar addere currenti.* Quod Cicero ibid. ad Atticum expreſſit, dicens: Sed Alter. Vt dixit, Iſocrates in Ephoro, & Theopompo, & frænis eger, alter calcaribus. At contrarium experimur, nos miſeri, mordimus fræna abſtinentiæ, calcaribus vtimur ad pinguem vitam aſſumendam, & totum hoc Medicorum effrænatorũ (bonis, & conſcientiæ perſpicientibus exceptis) conſilio ſuffulti. Vtinam autem ne mea hac opinione, & monitione reiecta, peius, quam antea fræna mordeant, vtrique, & de quolibet dicere valeam, illud Exquilij.

Medici in diſpẽſando calcaribus retinẽdi nõ expungendi ſunt.

Cicero. *Iſocrates.* *Exquilius.*

Precibus nihil miteſcis inflexus meis.
Sed fræna mordens, pullus indomitus velut.
Ferociens, pugnas habenas vincere.

Vlteriùs Medici ſi qui ſunt de facili nullo preuio examine præmiſſo conſulentes, vt abſq; actuali infirmitate noſtri Religioſi carnem comedant. Sciant proculdubio ſigna beneuolentiæ in tales religioſos oſtendendo, eos ad crudelia bella vocare; vbi corpori blandiendo, necatur anima; non minus, ac olim apud Romanos conuiuium parantes; qui conuiuas aliorum cæde, lætos habere curabant. De qua peruerſa conſuetudine, ait. Strabo lib. 5. *Eo luxus prouecti ſunt, vti conuiuas vocarent ad paria gladiatorum, quorum numerum augebant, minuebantue pro dignitate cuiuſcunque conuiuij.* Et Siluius magis clarè lib. 11. de hac eadem re dixit.

Strabo. *Siluius.*

Quin etiam exhilarare viris conuiuia cæde
Mos olim; & miſcere epulis ſpectacula dira
Certantum ferro, ſæpè, & ſuper ipſa cadentum.
Pocula, reſperſis non parco ſanguine menſis.

Tot, tantaque mala verendum, ne incurramus Patres mei, nimis, quam par eſt facultate per Regulam facta infirmis abutendo, nimiſque corpori indulgendo, procuremus ne ſit eius ſanguine reſperſus, & ne corpus comedendo, quæ non debet trucidetur, & anima. Qualis animus Fratres erit nobiſcum, Rex, an Tyrannus. Rex ſi fauet honeſto, corporis ſaluti iuſtè conſulit, & nullum malum imperat. Tyrannus ſi delicias appetit, & ad carneas dapes illicitas prouocat, & Tyrannus, quia ſibimetipſi bellum indicit, & mortem inducit. Audite Senecam libr. 20. Epiſt. 115. *Animus noſter modo Rex eſt, modo Tyrannus. Rex cum honeſta intuetur, ſalutem ſibi commiſſi corporis curat, & nihil imperat turpe, & nihil ſordidum. Vbi verò impotens cupidus delicatus eſt tranſit in nomen deteſtabile, ac dirum, & fit Tyrannus.*

Seneca.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Reſponſio ad principale argumentum cum reſolutione, totius Tractatus.

83 ARgumento principali (quo illicitum eſſe ſtatutum de carnibus non veſcendis probauere contrarij) obuiam ire, tempus eſt: Sed quia ex multis infra dicendis pendet eius ſolutio (vltra ea quæ per ſuperiora capita attulimus) placuit per ſequentes concluſiones intentum explicare.

Lex humana poteſt obligare cum diſpendio vitæ.

Dico primo: Lex humana poteſt obligare cum diſpendio vitæ, ſaltem interdum, & aliquando. Probatur primò, quia bonum commune eſt anteponendum priuato ex illo communi axiomate. *Bonum, quo communius eo melius:* Atque fieri poterit, vt occurrat aliquis caſus in quo nequeat quis bonum commune reipublicæ conſeruare, cum propria vita; ergò ſaltem in hoc caſu lex humana obligabit cum diſpendio vitæ.

Secundò probatur; experientia docet, quamlibet partem corporis exponere ſe periculo, vt, caput intactum, & illæſum ſeruet, & conſeruet, Ergò idem erit dicendum de quolibet priuato homine, quando commune bonum conſeruari non poterit, cum vita priuata huius, vel illius hominis, qui eſt pars reipublicæ periclitantis.

Secunda concluſio: non poteſt Carthuſianus, aut is, qui tenetur voto ad perpetuam abſtinentiam carnium, tuta conſcientia veſci carnibus, quando alius cibus haberi poteſt. Patet primò ex ſcripturæ locis probantibus, quod obligatus ad voti perſolutionem in nullo plane caſu poteſt liberè recedere à fide data, ſaltem quandiù votum non irritatur. Ex illo Dauidis. Pſalm. 75. *Vouete, & reddite.* Et ex illo Sapientis Eccleſiaſt. cap. 9. & cap. 5. *Quodcunq; poteſt facere manus tua inſtanter operare. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere diſplicet enim ei ſtulta, & infidelis promiſſio.* Sed Carthuſianus ſic tenetur ad carnium abſtinentiam ſaltem in communi (ſi particulariter non emittitur tale votum) puta hoc ipſo, quod quilibet vouerit ſe ſeruaturũ ea omnia, quæ continentur intra terminos regulæ, quam profitetur, prout vſus, & conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres obtinuit, & explicauit: vſus autem hactenus habet apud iſtos viros optimos; & religioſos, vt nec extremè laborantibus, nec in quouis alio periculo carnes, aut aliquid carne conditum, fuerit adminiſtratum: ergò nõ licebit ipſis abſque mortali peccato carnes edere.

Pſ. 75. 12. Eccleſiaſt. 9. & 5.

Secundò probatur: ſi quæ eſſet ratio propter quam diceremus Carthuſianos teneri ad comedendum carnes, maximè id locum haberet, quando ægrotant, & iudicio Medici, aliter ſanitati non poſſunt reſtitui. Sed hæc ratio eſt nulla, vt probauimus præcedentibus capitulis: Ergò, &c.

Tertiò, extra omnem controuerſiam videtur eſſe poſitum vota ſponte, & liberè emiſſa, aut maiorem, aut certè æqualem inducere obligationem cum præceptis Iuris poſitiui Eccleſiaſtici ſiuè diuini, at tanta fuit religio, tantus erga res ſacras, quorundam affectus, vt plures fecerint vitam cum morte commutare, & exquiſita quæque ſupplicia perpeti, quam carnes ſuillas, & alias huius generis lege Moſayca prohibita attingere. Vt conſtat de Eleazaro inter Scribas Iudæorum optimo cap. 6. 1. Machab. & de Daniele, Sidrach, Miſach, & Abdenago. Ergò, &c.

84 Ad cuius rei euidentiam facit id, quod narrat Nicephorus lib. 17. cap. 32. *Vniuerſam ſcilicet Græciam, maximè verò agrum Byzantinum, ſiue Conſtantinopolitanum tanta penuria Piſcium, & eorum, quibus vita hæc ſuſtentari conſueuit temporibus ieiunij Quadrageſimalis laboraſſe, vt Iuſtinianus Imperator miſeratione, erga ſuos ſubditos aliquã commotus propterea iuſſerit forum piſcarium carnibus brutorum animalium repleri, quatenus hac ratione annonæ caritatem ſubleuaret, ciuibuſque ſuis meliori, quo fieri poterat modo proſpiceret, at rebus iſtis à Catholicis deprehenſis, probant aliqui factum Imperatoris, & benè affectum erga populum eiuſdem animum commendant, omnes tamen vno ore conclamant præſtare dira, & acerbiſſima fame interire, quã carnibus veſci, & à maiorum moribus, & viuendi conſuetudine, ac inſtituto recedere.*

Niceph.

Exempla abſtinentiũ cum diſpẽdio vitæ corporalis.

Pulchrè vlteriùs de Machabæis Theophylus Alexandrinus Epiſt. 3. de Paſchalibus ferijs. *Quid* (inquit) *memorem inſignes Machabæorum victorias, qui ne illicitis carnibus veſcerentur, & communes tangerent cibos corpora obtulere cruciatibus, totiuſque orbis in Eccleſiis Chriſti prædicantur laudibus, fortiores pœnis, ardentiores, quibus comburebantur ignibus? victa ſunt in eis omnia crudelitatis ingenia; & quidquid ira perſecutoris inuenerat, patientiam fortitudo ſuperauit. Inter pœnas magis paternæ legis, quam dolorum memores. Lacerabantur viſcera tabo, & ſanie artus defluebant, & tamen ſententia perſeuerabat immobilis: Liberat animus, & mala præſentia, futurorum ſpe deſpiciebant. Laſſabãt tortores, & non laſſabatur fides, frangebantur oſſa, & volubili rota, omnis compago neruorũ, atque artuum ſoluebatur, & in immenſum ſpirantia mortem incendia conſurgebant: plena erant feruentis olei ſartagines, & ad frigenda ſanctorum corpora, errore incredibili perſonabant: Et tamen inter hæc omnia paradiſum animo deambulantes, non ſentiebant, quod patiebantur, ſed, quod videre cupiebant: mens enim Dei timore vallata flammas ſuperat; varios tormentorum ſpernit dolores. Cumque ſe virtuti ſemel tradiderit, quidquid aduerſi eminuerit, calcat, & deſpicit.*

Theophyl. Alexand.

Si ergò iſtis omnibus licuit etiam cum diſpendio vitæ corporalis abſtinere à carnibus non erunt certè culpandi illi, qui cum Carthuſianis liberè, & ſponte perpetuam abſtinentiam carnium ſunt amplexi; imò adhuc viuendi modum in conſcientia tenebuntur,

etiam

Digitized by Google

etiam in neceſſitate poſiti.

Bonum commune anteponendum bono priuato.

Probatur autem cõcluſio ratione: Bonum commune eſt anteponendum bono priuato, ſaltem in eo caſu in quo ambo hæc retineri non poſſunt; ſed abſtinentia à carnibus eſt bonum commune reſpectu illius religionis, quæ tenetur voto ad perpetuam carnium abſtinentiam: conſeruatio autem vitæ huius, vel illius, qui ſecluſo eſu carnium non poteſt priſtinam ſanitatem conſequi eſt tãtum bonum priuatum, & particulare: ergò cum hæc duo nequeant ſimul retineri præſtabit eum perire potius, quam à lege de non edendis carnibus recedere.

Peccatum auditum in confeſſione in nullo caſu licitum eſt reuelare.

Confirmatur; Theologi diſputando de ſigillo confeſſionis, volunt nulli liberum eſſe in vllo plane caſu peccatum auditum in confeſſione reuelare, quod obſeruatio ſigilli credatur maius bonum, quam ſit illud, quod ſuboriri poſſet ex illius violatione; aut, vt alij putant, quod ſacerdos teneatur illa eadem ratione ad ſigillum confeſſionis, qua Deus ſe ipſum ad id liberè, & ſpontè obſtrinxit: ſcit enim peccata hæc, vt vicem Chriſti gerens, ex illo Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, &c.* Sed Chriſtus ita nouit peccatum auditum in confeſſione, vt illius non recordetur; ex illo Ezechielis 18. *Si impius egerit pœnitentiam, iniquitatum eius non recordabor amplius*; Ergò nec poterit ſacerdos recordari, vt illud alicui alteri exprobret manifeſtè, & reuelet: Ergò cum commune bonum pluris facere debeamus, quam priuatum ſatiùs erit Carthuſianis ſuas leges ſanctiſſimè exequi, quam in fauorem huius, aut alterius, vel tantillum ab illis recedere, vel certè interdum etiam ex iuſta cauſa diſpenſare: Quam primum enim rigor monaſticè diſciplinæ relaxatur, (vt ſupra diximus) ſenſim, & paulatim omnia, & ſingula illius ordinis corruunt, & deorſum prolapſa feruntur, vt patet experientia.

Ioan. 20.

Ezech. 18.

Quare ad argumentum principale initio primi capitis propoſitum à contrarijs factum: Reſpondetur; in nullius plane poteſtate eſſe condere legem Iuri naturali contrariam, nec legem de nõ edendis carnibus apud Carthuſianos, etiam in probabili, aut euidenti periculo mortis conſtitutos, pugnare cum præcepto iuris naturalis de vita retinenda, & conſeruanda; cum poſſit homo ſine eſu carnium propriam vitam ſemper conſeruare, vt per omnia capita diximus.

Aduertendum tamen id quod diximus in Concluſione: Quando alius cibus haberi poteſt, quia quando nullus alius cibus ſubeſt, aut ſubeſſe poteſt diximus iam cap 6. poſſe, & teneri Carthuſianum carnes comedere. Nam dato aliquo illorum caſuum ſi Carthuſianus, vel alius quilibet non poſſet comedere, Conſtitutio illa Sanctorum Patrum non poſſet vlla ratione dici bona, bonitas enim omnis, ſaltem moralis, repetenda eſt ex conformitate ad legem Dei æternam, (vt dicunt Doctores cum D. Thom.) ſed tantum abeſt, vt conſtitutio hæc ſit conformis diuinæ legi quin imò ab ea omni ex parte recedit, præcipit enim Deus, vt proximum in extrema neceſſitate conſtitutum verbò, conſilio, re, & opere iuuemus Matt. 5. *Eſtote miſericordes ſicut, & pater veſter miſericors eſt.* Hoc autem præceptum tantam inducit obligationem, vt ſi quis opera charitatis erga eum, qui agit in extrema neceſſitate prætermiſerit, credatur reus homicidij, ſi mors in paupere fuerit ſubſequuta; habent autem religioſi iſti carnes vnde ſe alere queant, carentuè omni alio cibo; ergò tenerentur ad eſum carnium.

Matth. 5.

86 Dices, hæc doctrina videtur falſa ſtante probatione noſtræ concluſionis, nam ſi bonum commune, eſt anteponendum priuato, detur alius cibus, vel nè ſemper erit peculiare bonũ illius priuatũ reſpectu cõmunis boni religionis; ergò in nullo caſu debent recedere à voto, vel ſtatuto de non veſcendis carnibus.

Bonũ commune eſſe anteponendum bono priuato nõ in omni caſu licèt.

Reſpondetur; quod illa propoſitio bonum commune eſt anteponendum priuato, non habet locum in quolibet caſu. Nam alioqui dicendum eſſet, Matrimonium ratum, & conſummatum, ne dum poſſe ſecluſa morte dirimi, quoad thorum de qua re conuenit in omnes, ſed etiam quoad vinculum; Nihil enim prohibet Quominùs Turcarum Imperator vna cum ſuis omnibus ſubditis velit Chriſtianam religionem profiteri, ea lege, quod ſibi tradatur in matrimonium vxor alicuius Principis, Ducis ſeu alterius nobilis viri Catholici. Quo in caſu maius bonum eſſe videtur conuerſio Imperatoris Turcarum, & tot hominum, quam ſit obſeruatio vinculi coniugalis inter iſtos duos nobiles Catholicos, hæc enim ordinatur ad finẽ naturalẽ, illa ſupernaturalem; hæc reſpicit bonum priuatum, illa commune, non vnius prouinciæ, ſed multarum, & diuerſarum, ſed non eſt aliquis, qui ſuſtinere audeat vxorem iſtam poſſe ſeparari à proprio marito, & tradi Turcæ propter Verba Pauli ad Rom. 7. *Mulier viuente viro alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit*, & primæ Corint. 7. *præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit manere innuptam*: Ergò quemadmodum in hoc caſu bonum commune non eſt priuato anteponendum, ita erit, quando præter carnes nullus alius poſſet haberi cibus, comedere illas poſſet abſq; culpa: & tunc deſinit ſtatutum obligare, nec mirum, cum vix detur, aut aſſignari poſſit Lex aliqua iuris poſitiui, ſiue diuini, ſiue humani, quæ non deſinat in aliquo caſu obligare.

Rom. 7.

1. Cor. 7.

Quod probatur primò. Nam obſeruatio Circunciſionis in lege Moſayca fuit ex præcepto diuino, vt conſtat ex cap. 17. Gen. *Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit; delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit*: Sed toto illo tempore quo Iudæi permanſerunt in deſerto, nulli planè fuit abminiſtrata Circunciſio ex cap. 5. Ieſuę, & colligitur ex verbis Pſ. 104. *Et non erat in tribulus eorum infirmus*, idq; inculpate, vt fatentur omnes Scolaſtici, & manifeſtè conuincitur ex eo quod non eſt credibile Moyſen prætermiſiſſe adminiſtrationem Circunciſionis ſi aliqua culpa fuiſſet ſubſequuta ex huiuſmodi omiſſione.

Gen. 17.

Pſ. 104.

Secun-

Digitized by Google

Num. 15. Secundò non licèt in Sabbatho aliquod opus Manuele exercere, vt colligitur ex cap. 15. num. homo enim, qui ligna quædam collegerat in die Sabbathi decreto Dei per Moyſen lapidibus obruitur propter peccatum commiſſum: nihilominus, vt legitur 1. Machab. *1. Mach. 2.* cap. 2. vir alioqui religioſiſſimus laceſſitus ab hoſtibus in die Sabbathi deſcendit in aciem contra iſtos, & glorioſam de ijs victoriam reportat, idq; inculpate omninò. Prætereа vſus panis propoſitionis ſolis ſacerdotibus, & Leuitis fuit licitus, vt conſtat ex cap. 11. Leuit. *Leuit. 11.* & tamen Achimelec Sacerdos panes huiuſmodi in caſu neceſſitatis dedit ad manducandos Dauidi, & exercitui eiuſdem, vt conſtat ex lib. 1. Reg. cap. 21. ergò non ſemper *1. Reg. 21.* præcepta obligant, niſi violatio præcepti ſeu fractio voti fiat tuuc temporis quando periculum ſupereminet fidei: Tunc enim debet mori potiùs quam in periculum, aut in contemptum aliquid facere ſeu à promiſſis recedere vt diximus locis citatis.

Verum quia dicere poſſet aliquis leges Moſaycas fuiſſe abrogatas, & antiquatas exempla quædam ſubiungemus legis Euangelicæ ad hoc idem demonſtrandum meo iudicio non minùs firma, quam ſint proximè explicata. Inter leges ergò à Chriſto sãcitas nulla videtur ſtrictiori iure imperata ea, quæ eſt in baptiſmate in aqua adminiſtrando dicitur enim *Ioan. 3.* Ioann. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cœlorũ.* Et Matth cap. vlt. *Ite, docete Baptizantes.* *Matth. vlt.* Sed certum eſt multos ab hac lege defeciſſe, ſecluſa enim culpa, & vitam æternam ſine actuali ſuſceptione baptiſmi fuiſſe conſecutos, vt teſtatur de Valentiano Imperatore Ambroſ. oratione ſecunda: his verbis. *Sed audio* (inquiens) *nos dolere quod non acceperit Sacramentum Baptiſmatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis eſt niſi voluntas, niſi petitio. Atqui etiam dudum hoc voti habuit, vt & antequam in Italiam veniſſet, initiaretur, & proximè baptizari ſe a me velle ſignificauit, & ideò præ cæteris cauſis me accerſiendum putauit. Non ergò habet gratiam, quam deſiderauit? Non habuit, quam popoſcit? certè, quia popoſcit, accepit.* Et D. Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 71. *Non dubito* (inquit) *Cathecumenum Catholicum diuina charitate flagrantem, hæretico baptizato anteponere, ſed etiam in ipſa intus Catholica bonum Cathecumenum malo baptizato anteponimus.* Nec immeritò nam tantæ dignitatis eſt actus contritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia, vt eo in nobis poſito ſuccedat ſtatim diuina gratia qua anima ſordibus peccatorum ſcatens, purgatur: Imò Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 4. Putat verba Chriſti *Conc. Tr.* *Niſi quis renatus fuerit, &c.* Eſſe intelligenda de baptiſmo vel in re, vel in voto ſuſcepto; Non autem de eo, qui verè, & actu adminiſtratur. Ex iſtis autem omnibus plus ſatis demonſtratum eſſe putamus non eſſe reprehẽſione dignum Carthuſianorum ſtatutum, & eſſe licitum, & ad illud ſeruandum teneri Carthſiſianos, & alios quoslibet aſtrictos ad carnium abſtinentiam perpetuam, quando alios cibos (præter carnes) habere non poſſunt: tunc & veſci carnibus poteſt tuta conſcientia: & ad id obligari cum ex hyppoteſi careat omni alio cibo, quo ſeipſum nutriri poſſit; exiſtimamus. Ita Vaſquez diſp. *Vazquez.* 162. cap. 4. & cap. 5. num. 27.

Finis huius Tractati.

TRA-

TRACTATVS DECIMVS

Statutum de ferenda omni tempore abſtinentiæ Cruce licitum eſt, quia ſaluti ſpirituali vtiliſſimum.

CAPVT I.

Licet dura videatur abſtinentiæ Crux non aſſuetis, aut non ferentibus illam, facilis tamen & ſuauis eſt eam ferentibus.

1 INcipientibus quidem ſatis laborioſum abſtinentiæ Crucem ferre videtur, & quo minus fertur, eo magis grauat, oneratque. Qui toto tempore Quadrageſimæ ieiunat, ita ſecretè ieiunium perficit, vt magis ſumma afficiatur delectatione, quam famis labore grauetur. Qui autem ſemel, aut bis ieiunat, ita procedit vt fiat omnibus conciuibus notum, atq; ſe fatigari oſtentat, ac ſi fame illa die periret. Accepit Deus Iſaac Patriarchæ præces, & ſtatim ſe grauidam ſenſit Rebecca. Vnde legitur Gen. 25. 21. *Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua eo quod eſſet ſterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.* Sed quod ſequitur mirum mihi videtur, cum videam ex nouo in vtero conceptu Rebeccam nulla lætitia affectam, ſed potiùs dolore, ita vt priſtinam optaret ſterilitatem, potiùs quam motum illud violentum ſentire, ſua intra viſcera vellet; quo miſerandum in modum æſtuans exclamare cæpit: *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere.* Quaſi diceret conceptum vehementer expetiui, inſtanter petiui, cum incredibili gaudio impetraui: mira cum alacritate partum meæ prolis expectabam. Sed heu me, quæ tanta rerum mihi euenit commutatio? Sed cur ita lamentatur Rebecca? cur de pueris non lætatur, & gaudet, ſed gaudium in mœrorem vertit? Ecce quod ait Textus: *Collidebantur in vtero eius paruuli.* Infantes illi Iacob nimirum, & Eſau ſe ſe inuicem collidebant, & impellebant, ac dum vterque geſtit, & nititur prior exire, vtriuſque motus erat matri moleſtiſſimus. Vnde id clariùs expreſſit Aquilæ interpretatio, ſcilicet: *Confringebantur filij eius in vtero.* Ac etiam alia Simmachi dicentis: *Fluctuabant, ſeu in ſimilitudinem nauis in ſuperficiem ferebantur.* Non videntur infantium motus, quibus viuere oſtendant, ſed populorum ad inuicem luctantium, ſeu decertantium hoſtium, inuicem ſeſe ſubluganti um ad inſtar nauium, quæ turbine, contrarijſq; ventorum ictibus concuſſæ franguntur. Terribilis laboris huius exageratio. Vnde oritur tantus labor? cur non ab alijs præcedendibus mulieribus ſimilis non auditur lamentatio? Reſpondet Origines apud Lippomanum, quod prima vice id accidit, nunquam alteriùs fætus motum in vtero ſenſijt, quapropter nec verba inuenit ad exprimendum laborem. *Filij ſterilis antequam naſcantur exultant, & quæ deſperauerat ſobolem, gentes, & populum geſtat in vtero.* Elegans ponderatio; fuit primus conceptus Rebeccæ, fiat toti ciuitati notus. Non quia grauis ex vtero, ſed quia ſingularis erat, ideſt prima vice, quod fortè non eſſet, ſi pluries peperiſſet. *Reſpondete matres* (ait Tertullianus de anim. cap. 25.) *veſtra natura veritas quæritur, veſtra paſſionis fides conuenitur. An aliquam in fætu ſentiatis. Viuacitatem alienam de veſtro, de quo palpitent illa micent latera, tota ventris ambitio pulſetur, vbique ponderis regio mutetur; an hi motus gaudia veſtra ſint, & certa ſecuritas, quod ita infantem, & viuere confidatis, Et Ludere?* Ab aſſuetis mulieribus huius Rebeccæ doloris cauſam inquirit; & ſcire cupit an primus filij labor dolorem afferat, vel gaudium? tandem colligitur, quod reuera gaudent matres, & tanquam aſſuetæ magis gaudent, quam triſtentur; quæ autem triſtatur, & quaſi pœnitet ſe concepiſſe, non erat in vſu concipere. Dicant nunc abſtinentes, dicant ieiunantes, ſpes vitæ affligit, an delectat? affligit quidem incipientes, ſed delectat ſapientes. Dicant, qui angariati ſunt ad ferendam abſtinentiæ Crucem, carneis dapibus verè ſatisfeciſſe gulæ, an potiùs eam magis incendiſſe? Si abſtinentiam in exercitio haberent, & non ſemel, aut bis ea vterentur, nec duram, nec aſperam, ſed leuem, ſuauemque dicerent.

Crux abſtinentiæ cur aſpera, & dura videatur.

Rebecca cur doluit de conceptu.

2 Petrus, & Ioannes vt legitur 3. act. Aſcendebant in templum vt orarent, & eadem hora baiulabatur quidam, qui in vtero matris claudus erat, petijtque ab eis eleemoſynam, pro qua ſanitatem, non aurum accepit, ſtatimque ambulauit. *Et intrauit cum illis* (ait Sacer Textus) *in templum ambulans, & exiliens.* Ecce claudum, ambulantem, quinimò exilientem cum viderint adſtantes repleti ſunt ſtupore, non ſolum, quia rectitudinem pedum, ac firmitatem recepit, ſed quia mox prom-

promptè inceſſerit exiliens, & non pedetentim ambulans, vt ſolent, qui ex longa deſuetudine ambulãdi, expedite incedere nequeunt. Sed vnde ſtupor natus eſt? Quid nouum fuit non antea viſum? fortè maius miraculum non fuit oculos cæci nati aperire, quam claudum ambulare? Reſpondet Baſilius à Seleucia orat. 21. *Inſuetã viã inſolenti emenſus exceſſu.* Certè admirationis cauſa extitit inceſſus ille tàm ſingularis, quàm inſuetus: Saltat qui antea non ambulauerat. Exilire laboranti ad citiùs peragendum iter, aut opus conuenit nõ experienti ſanitatem. Sed hoc fecit inſinuãs quam laborioſum ſit, quod inuſitatum eſt. O quam verum eſt, & ſæpè ab omnibus expertum; Cum ex die præcedenti pro die ieiunij laborent, qui paucis diebus in quadrageſima ieiunant, vellent ſemper dormire, ne ieiunij pœnam ſentiant, meridianam horam à longè non ſine labore futuram ſemper ſibi è credunt. Zonam, qua præcinguntur latam ita factam dicunt, vt medio palmo menſuretur, quod ſupereſt. Vnde hoc ſi videmus alios per totam quadrageſimam ieiunantes, nec inde eo affici labore?

Conſuetudo fulcimentũ præbet ieiunantibus.

2 Verum eſt, ſed his conſuetudo præbet fulcimentum, & delectationem, illis verò diſſuetudo laborem, & pœnã. Ferant, ergò abſtinentiæ Crucem, & leuis, & ſuauis erit ferentibus. Qui paucis, & vilibus contentus ieiunat gratiùs ſui corporis Deo ſacrificium offert, quam qui exquiſitis epulis exquiſitaque coquorum arte ieiunium parat. Tertulliano teſte (de patien. cap. 13.) dicente: *Inprimis afflictio carnis hoſtia Domino placatoria per humiliationis ſacrificiũ: cum ſordes, cum anguſtiam victus Domino libat: contenta ſimplici pabulo, puroque potu.* Sed magis notandum eſt, quod addidit nimirum ieiunantem tunc Deo gratum eſſe, quãdo ſe inſerit ieiunio; ait enim: *Cum ieiunia coniungit* (ecce continuatio) *cum cineri, & ſacco inoleſcit.* Ecce quomodo ſe inſerere debet, vt ſit ieiunio, & pœnitentiæ tanquam ramus arbori inſertus, & viuat ieiunio, ſicut viuit ex arbore ramus inſertus. Etenim qui aſſuetus eſt ieiunijs, & abſtinentijs accipit vigorem, quo fortificatur, & viuit abſque pœna, & labore.

3 Crediderim ergò, quod qui fert abſtinentiæ Crucem pœnas non ſentit, vt ille, qui nondum tulit, ſed ferendi animum habet. Ille quia aſſuetus eſt, & talibus non fit paſſio, vel ſi fit, non tanta. Ille non dum expertus, pœnarum imaginatione opprimitur. O Semel abſtinentis inſania, per diem fert Crucẽ, & toto tempore vitæ ieiunaſſe imaginatur, & potiùs futuro, quam præſenti labore conſumitur. Vtq; hæc dicta clariùs explicem, lectorem vt meminerit obſecro triſtitiæ, quam paſſus fuit Chriſtus in horto, cum Mattheo teſte, cepérit, *contriſtari, & mæſtus eſſe,* dixeritque. *Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.* Cuius triſtitiæ cauſam inquirẽtes ſacri expoſitores dicunt Chriſtum prænidiſſe omnia, & ſingula tormentorum genera flagella, opprobria, alapas, irriſiones, blaſphemias, mortem, & Crucem, ſibi à Iudæis infligenda. Quam ob rem penetrans Chriſtus, & viuaciter ponderans dolorum ſingulorum magnitudinem, & acerbitatem iſta vt iam illa pati videretur; & hæc apprehenſio tantam ei triſtitiam, & angorem intulit, vt gemeret tremeret, ac ſanguinem ſudaret. Apprehenſio quidem iſta fuit in Chriſto, ſed myſterioſa; de qua legant Patres. Tantum eam retuli pro eo, quod ſufficit ad exemplum ieiunantis. Etenim qui Semel ieiunat v. g. in principio Quadrageſimæ triſtatur, quia apprehendit tanta vehementia, ea quæ paſſurus eſt, aut pati timet per totum illud tempus, vt ſibi pœnoſum, & intolerabile videatur ieiunium: & ſuſpicione magis afficitur, quam labore. Crux ergò noſtra abſtinentiæ non laborioſa eſt ferentibus, ſed leuis, & ſuauis, non ferentibus verò aſpera dura, & laborioſa, quia ante tempus ex apprehenſione torquentur. Veram eſſe hanc doctrinam ſuadere videtur quidam Gentilis (qui fortè ſi Chriſti fide dignus fuiſſet, ſeu vt meliùs dicam, ſi ea qua nos miſericordia illum fuiſſet, Deus proſequutus, certè vnus ex præcipuis Patribus haberetur. Et Seneca eſt, qui Epiſt. 13 Lucillum alloquens ait. *Plura ſunt mi Lucili, quæ nos terrent, quam quæ premunt & ſæpius opinione, quam re laboramus Illud tibi præcipio, ne ſis miſerante tempus. Cum illa quæ velut imminentia expauiſti, fortaſſe nunquam, futura ſint, certè non dum venerint &c. Etiam ſi futurum eſt, quid iuuat dolori tuo occurrere?* Nil meliùs dici poteſt. Diſcant ergò ex his non timere Crucem, non ieiunium, &c. non mala præueniant, fortè non erunt, & ſine forte, ſi expertis crediiis. Nam quæ timent mala in noſtra abſtinentia reperiri, iam ex præcedenti tractatu conſtat imaginationi ſubeſſe, non veritati. Et vt idem Seneca ait: *Plus dolet, quam neceſſe eſt, qui ante dolet, quam neceſſe eſt.* Præueniant ergò non, quæ ſibi mala videntur, ſed quæ bona verè in abſtinentia ſunt; nè ſimiles ſint illis.

4 Qui horrere de facili ſolent abſtinẽtiam, qui voluptatibus diffluunt, quorum Deus venter eſt, & ſobrietas ab eis inculpatur ex ſua infirmitate vitioſa, in malaque radicata conſuetudine alienam vitam mentientes. iudicãt mirabile eſſe, aut ſuperſtitioſum, aut indiſcretum attenuare corpus duris ieiunijs. Conceſſis inſuper cibis, quos Deus (inquiunt) creauit ad percipiendum cum gratiarum actione irrident non vtentes. Non aduertunt, aut capiunt, quam læta ſit, quam ſalubris, & expedita, & ex bona cõſuetudine, quã facilis, & iocunda reddatur deuotorum ſobrietas, qui cum Apoſtolo caſtigant. *Corpus ſuum, & in ſeruitutem redigunt.* Qui demum corporali ieiunio vitia comprimunt, mentem eleuant, virtutes acquirunt, & præmia. Subinde iſta eſt infamis palma vitiorum, & extrema quorundam criminorum, impudentiſſimaque peruerſitas; Sancta polluere, calumniari bene acta, & quæ imitari non poſſunt, aut nolunt, ſaltem volunt ea deteſtari. Hinc blanditur iniquitas ſibi, ſi de ſanctitate confinxerit probrum aliquod, ſi contra benè viuentes, infamas ſententias protulerit, & alie-

næ

Digitized by Google

næ vitæ reprobationem, ſuam laudem, & ſolemnem eſſe arbitratur. Experimur hanc carnalium hominum inſaniam, tum in multis de quibus iam locuti ſumus tract. 8. Tum nominatim erga Patres Carthuſienſes, quos exagitant, nonnunquam imbuti ſapiẽtia terrena animali, & diabolica; dicentes contra charitatem denegare ſibijpſis præſertim in infirmitate poſitis eſum carnium. Ideò aiunt illicitum eſſe, & Deum offendi; at præcedẽti Tractatu iam vidimus abſtinentiam à carnibus infirmitati non nocere, & ſanitati prodeſſe. Nunc in præſenti Tractatu aliam partem perſcrutabimur, probando. Per ſequentia capitula non nocere ſpirituali ſaluti Religioſorum, ſed ſummoperè prodeſſe. Sic ergò.

CAPVT II.

Vtrum abſtinentia à carnibus proſit Religioſis, ad expellendos diabolicos inſultus.

k Iob. 16. q. 10.

Diaboli aſtutia, & pugna vincitur ieiunio.

VT crudeles, & Tyrannici impetus diaboli expellantur a nobis cum luctam varijs aduerſus nos inſidijs parat; cum iuxta patientiſſimi verba cap. 16. k *Suſcitatus falſilogus aduerſus faciem noſtram contradicens nobis. Collegit furorem ſuum, & comminans nobis infremuit contra nos dentibus ſuis, hoſtiſq; noſter terribilibus oculis intuetur nos*; per abſtinentiam præparati eſſe debemus; Nam tunc ſine dubio ſtare aduerſus tela nequiſſimi poterimus. Sic Paulus ad prælium aſcendebat: *Caſtigans corpus ſuum, & in ſeruiturẽ redigens:* Quam porrò caſtigationem per abſtinentiam fieri, per ieiunia, cilicia, humiliationes, plagas, aliaſq; carnis mortificationes, macerationes, & afflictiones certò ſcimus. Ex cuius Pauli exemplo, & aliorum experiẽtia patet, pugnam & luctam Chriſtianam, tum in alijs conflictibus, quos ſæpè patitur anima, cum varia vitiorum incitamenta per diabolum inſurgunt, & periclitatur. Tum maximè in corpore, & carne ſubigenda, & caſtiganda ſitam eſſe. Hic enim eſt internus, & grauiſſimus noſter hoſtis; ideoque præ cæteris omnibus carnis inſidiæ formidandæ ſunt; vt ait Orig. in cap. 8. Roman. in fine: *Ad hanc luctam per Coliphium, ideſt per abſtinentiam nos comparare debemus, & in ipſa abſtinentia per hanc luctam inchoare, in eaq; quotidie increſcere, roborari, & perfici. Sed de hoc infrà.*

Origenes. ad Rom. 8.

Ariſtot. Plinius. Alexan. Afrodiſ. Ambroſ.

Serpẽs ſputo hominis ieiuni interficitur.

Ariſtoteles, Plinius, Alexander Afrodiſeus affirmant ex ſputo hominis ieiuni interfici ſerpẽtes, ſi recepto ſputo in ore illorum vſque ad viſcera deſcendit: quod idem docet Ambroſ. in examer. libr. 6. cap. 4. prout refert Antoninus dicens: *Medicamentum quaris, & ieiunium fugis, quaſi maius aliquod remedium reperire poſſis. Ieium hominis ſputum, ſi ſerpens guſtauerit moritur.* Et ſubdit. *Vides quanta ſit vis ieiunij, vt ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat. In quo apparet voluiſſe naturam, ne dum docere nos potentiam, & valorem ieiunij potentis refrænare libidinis ardorẽ, qui peſtilens ſerpens eſt, rationiq; oppoſitus; quique honeſtate, & puritate priuat, ſed etiam Dæmonem fugat ieiunium, & victoriam de ipſo continuò affert.*

Plinius.

5 Plinius quoque lib. 8. cap. 11. & 12. contentionem ſcribit, quæ inter Dragonem, & Elephantem reperitur notatu dignam. Drago enim naturaliter appetit ſanguinem Elephãtis bibere; ea ratione, quam affert Caſſiodorus in cap. 5. Cant. ſuper illa verba. l *Venter tuus eburneus*. Quia Elephans caſtiſſimus eſt, & natura ſua frigidiſſimus, è contra verò Drago calidiſſimus, eo, quod pectus ſuum habet vrens ex abundantia veneni, quo plenum eſt; ideò exoptat, & illum appetit ſanguinem, eumque vehementiſſimè exoptat admitigandum ignis ardorem, quo valdè vritur. Verum ponderatione dignum eſt, quod licèt Drago tantoperè cupiat proprium ardorem extinguere Elephantis ſanguine, nũquam eum aggredi audet; quando Elephantem ventre ieiunium aſpicit, eumque leuem hac de cauſa, audacemque videt, ſed expectat quando plenum, & ſatis grauem præ nimio cibo illum agnoſcit. Pari modo diabolus perfidus humani generis hoſtis, quanquã ſit veneno plenus, & omni ex parte ſitibundus, cupiens continuo expleri noſtro ſanguine, ita ieiunium, & abſtinentiam timet vt nullo modo audeat abſtinentem aggredi, quod ſi aliquando faciat; victus remanet, qui victor de guloſis, & intemperatis euadit.

Caſſiodor. l Cant. 5. 14.

Drago cur appetat elephantis ſãguinem bibere.

Diabolus non aggreditur abſtinentem, & ſi aggreditur victus remanet.

Ambroſ.

Et hoc planè efficaci experimento probat Ambr. oſtendens ieiunium valere contra hoſtes ſpirituales, & corporales in Ser. quodam Quadrag. 25. in ordine qui incipit. *Intellexiſſe vos credo fratres*, &c. inter alia hæc ſcribit. *Caſtra ſunt enim noſtra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. Denique ſtationes vocantur, quod ſtantes, & commorantes in eis inimicorum inſidias repellamus. Caſtra plane ſunt ieiunia Chriſtianis à quibus ſi quis aberrauerit ab ſpirituali Pharaone inuaditur, aut peccatorum ſolitudine deuoratur. Peccatorum autem ſolitudinem patitur, qui deſeritur ſocietate ſanctorum. Murus igitur quidam eſt Chriſtiano ieiunium inexpugnabilis Diabolo, inimico intranſgreſſibilis. Quis enim vnquam Chriſtianorum ieiunauit, & captus eſt? Quis ſobrius manſit, & victus eſt? Temulentum aggreditur Diabolus, luxurioſum oppugnat inimicus: vbi autem ieiunium viderit, fugit, metuit, pertimeſcit terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate proſternitur*, &c. Quibus in verbis elegantiſſimè demonſtrat non minùs ieiunantem ſuperare Diabolum, quàm populus Iſraeliticus ſuperauit Pharaonem.

Ieiunium pugnat cõtra hoſtes ſpirituales, & temporales.

Confirmat hoc idem exemplo, & ſcriptura, quam habemus 1. Reg. 14. dicit enim ipſe. *Legimus in libris Regum, Cum Saul Rex Iſrael bellum contra Allophilos gereret vniuerſo cum exercitus indixiſſe ieiunium, & abſtinen-*

Digitized by Google

ſtinentibus cunctis, eum contra aduerſarios pugnare cepiſſe. Bonus planè Rex, qui aduerſarios ſuos non tam armis, quam deuotione vincebat, & plus dimicabat religione quam telis. Cum ergo Saul abſtinentiam diei, ſuis omnibus indixiſſet, & Ionathas filius eius precepti neſcius inter medias hoſtium acies victor incedens, fauum mellis intincta ſceptri ſummitate guſtaſſet, tanta indignatio repente commota eſt, vt, & differretur victoria, & diuinitas læderetur. Denique nec bello finis imponitur: Nec Regi reſponſum propheticum datur. Vnde intelligimus, quod Saul hoſtes, non tam virtute militum, quam militum abſtinentia ſuperabat. Denique vnius culpa cunctis infertur ignauia, & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit enim virtus in exercitu, vbi deficit in obſeruatione ieiunium. Quod vt peccatum Saul ex ipſa diuinitatis offenſione cognouit, ſtatim Ionathæ dixit, non eſſe parcendum; ſed peccatum admiſſum effuſione eius ſanguinis expiandum. Videte quãta apud Saul Regem religionis fuit obſeruatio, qui offenſam Domini optauit etiam parricidio mitigare. Et quanta ſit reſoluti culpa ieiunij, quæ non niſi effuſione ſanguinis punitur. Et ſi ignorans Ionathas indictum à Patre ieiunium, quia reſolucrit morti addicitur, qui ſciens indictum à Chriſto reſoluit ieiunium, quid meretur? Ergò fratres ſtatutum nobis cuſtodiamus omni obſeruatione ieiunium, vt hoſtes noſtros ſpirituales, carnaleſq; vincamus. Habemus enim ſicut noſtis carnales hoſtes. Ieiunemus igitur, vt eos & exercitus noſter, & Saul ſuperet, & obtineat. Nec in abſtinentia poſiti declinemus ad fauũ. Fauus enim quidã mũdi eſt voluptas ſeu vitia; quæ ſicut ſcriptũ eſt, ad tẽpus quidẽ impinguãt fauces nouiſſima amariora ſunt felle. Hæc ille.

7 Audite D. Gregorium qui docet, quomodo per abſtinentiam immundi ſpiritus expellantur lib. 30. mor. cap. 26. *Muros Hieruſalem coquorũ Princeps* (Nabuzardam) *deſtruit, quia virtutes animæ dum non reſtringitur venter, perdit. Hinc eſt quod Paulus contra Hieruſalem mœnia decertanti vires coquorum Principi (ideſt ventri) ſubtrahebat cum diceret caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubijcio. Vnde præmiſerat. Sic pugno non quaſi aerem verberans, quia cum carnem reſtringimus, ipſis abſtinentiæ noſtræ ictibus, non aerem, ſed immundos ſpiritus verberamus; & cum hoc, quod eſt intra nos ſubijcimus, extra poſitis aduerſarijs pugnos damus. Hinc eſt quod cum Rex Babylonis ſuccendi fornacem iubet, ſtuppæ, & picis miniſtrari congeriem præcipit, ſed tamen abſtinentes pueros hoc igne minimè conſumit: quia antiquus hoſtis licèt innumeras ciborum concupiſcentias noſtris obtutibus opponat, quibus libidinis ignis creſcat: bonis tamen mentibus superni ſpiritus gratia inſibilat, vt à carnalis concupiſcentiæ æſtibus illeſa perdurẽt.*

Greg.

Diabolus expellitur per abſtinentiam & ieiunium.

Nulla itaq; validiſſima arma ad bellãdum contra Dæmonem experimur quam abſtinentia, & ieiunium. Conſiderate quæſo quomodo vigorem validamq; virtutẽ præſtiterit Deus Gedeoni, & qua induſtria, mirisq; modis fuerit ei auxiliatus ad hoc, vt bellum aduerſus Madianitas perageret, eoſque deſtrueret, fieretq; Dominus Madian. Scriptura loquitur dicens, quod vt retulimus ſupra fol. 350. cap. 2. & modo ampliùs expenditur, poſtquam elegerit, probaueritq; ad aquas, ques milites voluit Deus pergere cum Gedeone, & numerus eorũ qui manu ad os proijciente aquas lambuerant, trecentorum virorum fuit, & in ijs liberare promiſit Deus populum ſuum, & dare in manu Gedeonis Madian, ac expreſſo præcepto à Deo Gedeoni facto deſcendit in caſtra Madian; Nam ex ijs locutionibus, quas ipſe audijſſet, confortandæ erant manus ſuæ. Audiuit tandem ſomnium narrari ſignificans futuram victoriam, vt ſcriptura narrat his verbis: m *Cumque veniſſet Gedeon narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo, & in hunc modum referebat, quod viderat. Vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui & in caſtra Madian deſcendere; cumque perueniſſet ad tabernaculum percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit, &c* (Et addit ſcriptura) *Reſpondit is cui loquebatur, Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraelitæ: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius. Cumq; audiſſet Gedeon ſomnium, & interpetrationem eius, adorauit, &c.* Ex his Gedeon potenti animo bellum peregit obtinuitque victoriam.

m *Iudic.* 7. 11.

Qua fideli veritate præmiſſa; Queritur, quid illius ſomnij relatio, ad euentum? Quæ comparatio panis hordeacei ad militum robur, & vires? vt inde miles Madianita virtute præauditi ſomnij colligeret victoriam, quam Gedeon habiturus erat de Madian: Si attentè conſideretur contextus, non priùs factum inter eos congreſſum, non priùs ad manus veniſſe, nec vllo modo per antea ſe Gadeonem, vel victorem, vel bellatorem oſtendiſſe comperiemus? Sed eos tunc ſolum vertens in fugam, non ferro, ſed fractis lagenis, buccinisq; perſonantibus, ſiniſtrisq; manibus lampades tenentes, atque clamantes Gladius Domini, & Gedeonis. Sic enim victoriam reportauit de Madianitis, qui fugientes vlulantes, & vociferantes mutua ſe cæde truncabant. Si igitur obtenta fuit victoria non euaginatis gladijs; ſomnium indicatiuum victoriæ attribui nõ poteſt Gladio forti, quia nihil in prælio operatus eſt, nec valet attribui ſimilitudini, quæ reperiatur inter panem hordeaceum, & vires naturales, cum potiùs hordeaceus panis debilitatem, & laſſitudinem ſignificet; quid ergò dicemus?

Guloſitas deſtruit regna, abſtinentia auget.

Sequenti contextui vacandum eſt, vt factum intelligamus. n *Cumq:* (ait ſcriptura) *veniſſet Gedeon ad Iordanem tranſiuit eum cum trecentis viris, qui ſecum erant: & præ laſſitudine, fugientes perſequi non poterant, &c. Fugeruntque Zebee, & Salmana quos perſequens Gedeon comprehendit, &c. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee, & Salmana.* Et aduertendum eſt, quod Gedeon dum perſequebatur Zebee, & Salmana petijt à viris Sochoth, & Phanuel panes pro exercitu ſuo dicens. *Date obſecro panes populo, qui mecum eſt,*

n *Cap.* 8. 4. 5.

eſt, quia valdè defecerunt, vt poſſimus perſequi Zebee, & Salmana Reges Madian: Illi autem dare negantes, iuſtis pęnis poſtea, & occiſionibus affecti ſunt, & fame illa perſequẽtes Reges conprenderunt, occideruntque. Ille ergò eſt Gedeonis gladius euertens, & deſtruens caſtra Madian. Hinc quæritur denuò. Si penuria panis defecere milites ita, & taliter, quod vi coactus Gedeon petijt à viris illis, quomodo id ſignificare valuit panis hordaceus? Quando panis aderat, nec gladium euaginabat, nec Reges occidebat, nec caſtra Madian euertebat *(ſumptis, itaq; pro numero cibarijs, & tubis)* quando autem carebat pane alijſq; cibarijs, tunc reges conprehendit, & occidit: ergò non benè ſe habet ſomnium panis hordacei indicantis ſubuerſionem Madian. *Videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere.* Ita eſt panis hordeaceus Gedeonis gladium ſignificabat, & tali gladio interficiens Reges, ipſe fame, & deficiente pane totius Madian Princeps effectus eſt. Etenim guloſitas, & ciborum ſuperabundantia, non minùs regna deſtruit, ac temperantia, & abſtinentia conſeruat, & auget. Iſte panis hordeaceus iſte inſipidus ſapor, iſte cibus, qui malè ſapit: eſt ſapor optimus, beneq; ſapit, è contra verò deliciæ, & ciborum ſuauitates frangunt vires, & minimè inimicorum inſultibus reſiſtere valent.

9 Et ex iiſdem ſcripturæ verbis veritas hæc confirmabitur; nam petitioni, quam fecerat Gedeon petendo panes. o *Reſpõderũt Principes Socboth forſitan palmæ manuum Zebee, & Salmana in manu tua ſunt, & idcircò poſtulas, vt demus exercitui tuo panes?* Hæc reſponſio non ad rem, & friuola videtur, ſi prima fronte conſideretur; quia ob id panes petiebat, vt perſequi poſſet cum ſuis Reges, eoſque maiori vi comprehendere? Si enim comprehendiſſet occidiſſet, & omninò victoriam de Madian adeptus eſſet; cibaria minimè ab illis petijſſet. Quare igitur negando, pro ratione, non voluntas malè affecta, erga Gedeon adducitur, ſed quod non dum victor de Regibus extitit. Optima quidem reſponſio, (& ſi ab illis non intenta) nam ex duobus extremis abundantia, ſcilicet & penuria: ſuperfluitas, & indigentia: vltimum eſt meliùs, magiſq; ad rem; Si quidem indigentes homines, & minùs pericula timent, & animoſiùs bellando inimicorum arma, & bona quæuis ad ſe trahunt, & calcantes aduerſariorum colla ipſi euadunt Principes, diuites, omnique ciborum genere pleni. Sic Gedeoni euenit, cum Victor redijt, negantes cibaria capite plecti iuſſit, bonaq; eorum deſtruxit: Et iſte eſt panis hordeaceus indicatiuus penuriæ, ſed Gedeoni indigentiæ, & abſtinentiæ; qui poſtea commutauit ſignificatum, & ex indigentia, redijt ſpolijs plenus, cæteriſque bonis. Imò & Dominus vna omnium voce effectus, & ſi noluit. Dixerunt omnes viri Iſdrael ad Gedeon. *Dominare noſtri tu, & filius tuus, & filius filij tui, quia liberaſti nos de manu Madian.* (Sed dixit Geoden,) *non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur Dominus.* Qui parco vtuntur cibo, qui pauperrimè, & moderatè viuunt, (vt ſæpè euenit) honores, coronas, bonaque omnia temporalia ſpernunt, atq; calcant, quapropter ditiores potentibus ſæculi habentur ſemper; nam iſti, quia magis appetunt quæ non habent pauperes ſunt, & reſpectu eorum quibus carent, regnat in eis paupertas. Inde videmus vtentibus pane hordeaceo nihil de neceſſarijs deficere, vt patet ex 3. Reg. 17. dixit Elias cuidam pauperrimæ mulieri. p *Fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me tibi autem, & filio tuo facies poſtea. Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, Hydria farinæ non deficiet, nec lecithus olei minuetur, vſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper terram.* Vide quam verum ſit, quod talis panis, ſeu moderatus cibus, vltra victoriam de inimicis; acquirit ciborum copiam, & abundantiam.

o *Cap.* 8. 6.

Panis hordaceus ſeu moderatus cibus acquirit victoriam, & ciborum abundantiam.

p 3. *Reg.* 17. 13.

10 Hoc nimirũ modo quod corpus, dum fame perit, anima roboratur: *Eſt enim carnis inedia refectio cordis*, vt ait Diuus Bernardus explicans verba illa Pſalm. 32. q *Vt alat eos in fame.* Eſuriente corpore, vires acquirit anima, & vires confringit ſpiritualium inimicorum, exemplo Chriſti ieiunantis, cui Satanicæ induſtriæ offecerunt nihil. *Vt autem diſcas* (ait Chryſoſt.) *Quam magnum bonum eſt ieiunium, & qualiter ſcutum eſt aduerſus Diabolum, & quomodo poſt baptiſmum non laſciuiæ, ſed ieiunio intendere oportet, ipſe ieiunauit, non eo indigens, ſed nos inſtruens.*

Bernar.

q *Pſ.* 32. 19.

Chriſoſt.

Scutum validiſſimum eſt ieiunium, & abſtinentia, eoque abſtinentes defenduntur facilè à quibuſuis inſidijs diaboli, & victores ferè ſẽper euadunt. Fertur quidem inter geſta magni Achillis, ita eum curſu leuem fuiſſe, vt ab alijs veluti Caprius, aut Ceruus haberetur, & cum pluries pugnauerit nunquam vulneratus apparuit; Sed innumerabilibus aduerſarijs fortiſſimè reſtitit. Hinc ait Eraſmus euenire, quod *Rationem, aut Argumentum Achilleum vocant, quod ſit inſuperabile, & indiſſolubile.* Sed vnde hoc? cur tam velox incurſu, tanquam fortis aduerſus inimicos præliando? Reſpondet P. Valerianus, idque affert Diuus Gregor. Nazianzen. Hoc eueniſſe eo quia abſque cibo Achilles nutritus fuerat; idque ex Græco Idiomate confirmant; Græcum enim nomen *Chilos* Latinè vertitur, *cibus ſuccus* littera autem (A) valet pro propoſitione. (Sine) Hinc ergò Achilles idem eſt, ac ſine cibo. Quare non mirum ſi toties pugnando victor remanſerit.

Achilles cur tã velox at fortis.

Eraſmus.

Valerian.

Gregor. Naz.

Hoc idem reperies in ſpirituali congreſſu, in quo abſtinentes Achillis nomine, virtuteque fulgent; & licèt ſoli ſinguliq; pugnantes ſint, diuina tamen gratia fauente, dum ieiunio incumbunt fortiſſimos quoſque ſpirituales inimicos ſubiugare, & victos expellere valebũt. Operuerat enim in ieiunio animam ſuam Regius Vates quando intrepidè dixit: r *Si conſiſtant aduerſum me caſtra non time-*

r *Pſ.* 26. 3.

bit cor meum, ſi exurgat aduerſum me præliũ in hoc ego ſperabo. Ideſt in ieiunio tanquam in ſcuto validiſſimo aduerſus nequitias diaboli.

11 Hæc namque fortitudo aduerſus inimicos ieiunantibus tribuitur à Deo, vt tanti velut Achilles fortiter in bello ſpirituali præliantes victores euadant, non minùs ac illi vicerunt, qui ieiunio armati pugnauerunt, 1. Machab. cap. 3. ſ *Audierat Seron Princeps exercitus Syriæ Iudam Machabeum congregaſſe fideles, & Eccleſiam ſecum* quos omnes debellare, vt nomem, & gloriam in regno acquireret minatus eſt, & in facto cum eo caſtra impiorum fortes auxiliari aſcenderunt, vt facerent vindictam in filios Iſdrael. At viſo exercitu à populo: omnes clamauerunt, dicentes. *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantam, & tam fortem, & nos fatigati ſumus ieiunio hodie.* (Quibus reſpondidit Iudas) *facilè eſt concludi multos in manu paucorum: & non eſt differentia in conſpectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de Cælo fortitudo eſt. Ipſi veniunt ad nos in multitudine, &c. vt diſperdant nos, &c. Et Dominus conteret eos ante faciem noſtram, vos autẽ, ne timueritis eos.* Ex quo textu patet ieiunium vocari diuinam fortitudinem, qua Chriſtiani ſæpiùs confortati tot euadunt Achilles contra inuiſibiles hoſtes fortiſſimi bellatores non timẽtes qualemcunque exercitum vi, & numero grandiorem, & validiorem. Fallitur itaque omnis, qui ieiunio debilitari vires exiſtimat, nam dum caro maceratur, anima roboratur, & acquirit ſcutum aduerſus inimicos viſibiles: nam de Cœlo fortitudo eſt. *Quanto carni detrahis* (ait Baſil.) *Tantum facies animam ſpirituali bona habitudine relucere.*

ſ 1. Mac. c. 3. n. 17.

Ieiunium facit ieiunantes tot Achilles.

Baſil.

Vlterius Victoria, quam habuit Ioſaphat de Moabitis, & Ammonitis ieiunio auxilium Dei impetranti, quodammodo tribuitur. Cõgregati ſunt namque filij Moab, & filij Ammon alijque, vt pugnarent contra Ioſaphat; de qua re certior factus Ioſaphat timore perterritus implorauit Dei Auxilium precibus, & ieiunijs: t *Prædicauit ieiunium vniuerſo Iudæ*. Et inde (ò mira Dei omnipotentia) egreſſi inimici, vt pugnarent contra Iudam ſemetipſos occiderunt. *Namque filij Ammon, & Moab*, (vt legitur 2. Paralyp. 20.) *Conſurrexerunt aduerſum habitatores Montis Seir, vt interficerent, & delerent eos: Cumque hoc opere perpetraſſent, etiam in ſemetipſos verſi mutuis concidere vulneribus.* Mira quidem res, & non parui extimanda, quod ieiunantes, fortitudine de Cœlo accepta, vincant aduerſarios: Sed mirabilior omninò res eſt; quod ad præſentiam ieiunantis, nullo euaginato gladio; ſemetipſos inimici percutiant, & interficiant, quaſi faciem ieiunij ſufferre non valentes. In ſemetipſos verſi mutuis ſe concidere vulneribus. Ita, quia vt ait Chryſoſtom. tom. 1. hom. 1. de Ieiunio. *Ceſſat aduerſus animam pugna carnis, ſed vniuerſa hæc prælia, ieiunantium præſentia conquieſcunt.*

t 2. Paralyp. 20. 3. 23.

v. 23.

Chryſoſt.

12 Quid vltra eſt tale robur ieiunij quòd id facere poteſt quod Apoſtoli nequiuere. Cum Chriſtus Matth. 17. Dæmonium eiecerit, accedentes Diſcipuli interrogauerunt eum. *Quare nos non potuimus eijcere:* u Quibus Chriſtus reſpondidit. *Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur niſi per orationem, & ieiuniũ* Sanctus Hieronymus, & Sanctus Leo credunt ly *genus* ſignificare Dæmones potentiores, & hi ſine ieiunio eijci non poſſunt. Sunt potentes Apoſtoli, ſed hic potentiùs ſe præbet ieiunium. Vnde Auguſtin. clamat, dicens. *Videte chariſſimi quanta ſit virtus ieiunij, vt id facere ieiunium valeat, quod Apoſtoli nequiuerunt.* Serm. 65. de temp.

u Matth. 17. 18.

Ieiunium facit quod nequiuerũt Apoſtoli.

Præmiſſis itaque ijs, quis eſt, qui abſtinentiam fugat? quis eſt ita guloſus, vt vinci potiùs, quã vincere exoptet aduerſarios. Ignauus erit ſummoperè, qui nec victor, nec coronatus ad inſtar Regis abſtinentiæ coronis apparere voluerit. *His coronis caput redimere fas eſt* (abſtinentia ſcilicet, & temperantia, ait Nauarinus) *qui coronis hiſce ligatur liber viuit, ligatus eſt qui ſolutus ab iſtis.*

Aloyſius Nauarin. in ſacris electis lib. 2. num. 793.

Quod probat obſeruando, apud Hebræos, eadẽ voce, & corona redimitum ſignificari, & cũ, qui à vino, & alijs à lege vetitis abſtinebat. Nazareus enim communi vulgi lege ſeparatus à vino, & omnibus, quæ inebriari poterant, abſtinebat; Vnde Nazaræi, qui temperantes, & abſtinentes ex lege erant, Nezirim Hebraicè dicebantur, ſed hæc eadem vox coronatum, etiam ſignificat; Nezer enim corona, & diadema vocatur, quo Reges, & Sacerdotes vtebantur, vt obſeruauit Marinus Brixianus in ſua Arca. Quæ autem temperantis cognatio cum coronato, qui abſtinentiæ nexus, cum corona, & diademate? An ſic tacitè innuitur, cum voluptates, luxus, crapulam, ebrietatemque fugit corona dignum eſſe, & diadema tanquam Regem mereri, qui pluſquam Regio animo carnis delicias calcat, corporiſque illecebras? Verè ita eſt; quam venuſta hæc corona, quæ abſtinentiæ debetur, abſtinentia affert?

Abſtinẽtis caput corona cingitur.

13 Rectè igitur eodẽ nomine, & Nazaræus, qui temperans ex lege erat, & coronatus ſignificatur, vt colligeremus cognatam eſſe temperantibus, & abſtinentibus coronam. Præclarè de his coronis Sanctus Baſilius, qui ſerm. 2. de ieiunio, ita ſcribit, *Scis* (inquit) *Quod caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Itaque cum hæc ſibi inuicem aduerſentur, ſubtrahamus carni voluptatem, augeamus animæ robur, vt per ieiuniũ collectis viribus ad ſuperandas concupiſcentias, coronis abſtinentiæ repoſitis cingamur.* Hucuſque Sanctus Baſilius. Quæſierint liberi cultores coronas Hederaceas, nos, qui verum Numen colimus, quæramus immarceſcibiles coronas, ſiccis, & abſtinentibus promiſſas.

Baſilius.

Hinc eſt, quod cum abſtinentiam corona comitetur, aut potiùs nobilis, quædam corona ſit, qua ieiunantis, & abſtinentis caput coronatur, non triſti, ſed hilari animo carpenda ſit; corona lætitiæ ſignum eſt, & gaudij: triſti-

tiam

Digitized by Google

tiam odit, frontemque corrugatam, quam explicat, dum geſtatur. Ita, & in abſtinentia fiat; diſpellatur omnis triſtitiæ nubes. Vnde illud Chriſti: x *Cum ieiunatis nolite fieri ſicut Hyppocritæ triſtes. Vnge caput tuum & faciem tuam laua.* Matth. 6. Inſignum ſcilicet animi gaudio delibuti. Opportunè idem Sanctus Baſilius ſerm. 1. de laudibus ieiunij: Sic enim ad coronam ſpectans, ait: *Nolite fieri triſtes, ſed laua faciem tuam. Sic igitur animis affectiſſimus, quemadmodum ſumus edocti ac dies inſtantes, aut quaquam triſti animo, ſed alacri affectu excipiamus, ſicuti decet Sanctos. Nemo deiectæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum ſtatuit. Noli triſtis eſſe dum curaris. Abſurdum fuerit ſi ob cibos ſubtractos contriſtemur, ac non potius ſuper animæ ſanitate lætemur, ſicq; videamur plus tribuere voluptati ventris, quam curæ mētis.* Ita Sanctus hic. Itaque cum luctu nefas olim fuerit coronari, vt ex multis probat Nouarianus: Quid intempeſtiuiùs, quā cum triſtitia abſtinentiæ coronam accipere, eaq; cum dolore velle redimiri? Hic quoque hilarem datorem diligit Deus.

x Mat. 6.

Baſil.

Hæc omnia mente retine chariſſimè Lector, & verborum Gentilis Senecæ nè obliuiſcaris; ille enim Epiſt. 84. de cibis ingenij loquens; dixit. *Alimenta, quæ accepimus, quādiu in ſua qualitate perdurant, & ſolida innatant ſtomacho, onera ſunt, at cum ex eo, quod erant mutata ſunt, tunc demum in vires, & in ſanguinem tranſeunt. Idem in his, quibus aluntur ingenia, præſtemus, vt quæcunque hauximus non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint, ſed concoquamus illa, alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium.* Hæc ille docens mentis alimenta, meditationis calore concoquenda eſſe. Sic nos ad animam potiùs reſpiciēdo, quā ad ingeniū; illius nobis potior cura ſit, quam iſtius mentis alimenta; ſunt abſtinentiæ laudes, virtuteſque, ſed qui bonus eſt, eas calore, ideſt operibus concoquendas eſſe, ſciat, vt ſanctior, ac iuſtior euadat, & alimenta iſta in ſanctitatis ſanguinem vertat, qui & intus iuuenis maneat ad interiorē perfectionem, & extra etiam appareat ad extremæ modeſtiæ probum colorem.

Seneca.

Ametur ergò temperantia, & abſtinentia, luxus omnis, & ebrietas exules, vt illis veluti fræno ab omnibus illecebris, & malis cohibeamur. *Temperantia* (inquit Albertus Magnus ſer. in Rogat.) *Eſt quoddam nobile frænum animæ, per quod eam Dominus retrahit à tentationibus, & delectationibus, prauis, & nociuis.* Sic ille. In fræno iſto maxillas noſtras Dominus conſtringat, ne tanquam effrænas equi per voluptatum campos, nullo coercente vagemur. Tandem concludit Nouarianus.

Abſtinentiæ coronam quærat, qui perennaturæ gloriæ coronam amat.

Temperantiæ fertis te redimi, vt æternæ fœlicitatis lauream conſequaris.

CAPVT III.

Diabolus non expellitur per gulam, ſed guloſorum fit Dominus & tanquam Deus ab illis recipitur, & veneratur.

ET vt efficaciùs veritas præcedentis capitis appareat: & abſtinentiam expellere Dæmonem, cumque vincere quiſque clariùs cognoſcat; viſum eſt in præſenti de guloſis agere quia oppoſita iuxta ſe poſita magis elucеſcunt. Iſti enim non Dæmonem, ſed Deum verum, expellunt, & immemores tanti beneficij creationis, redemptionis, &c. Diabolum, & ventrem pro Deo venerantur; atque ſummi, æternique boni obliuiſcentes redduntur inhabiles ad recipienda bona; ad quæ habiles in dies iudicantur abſtemij. Huius rei veritas ſuadetur ex ſcripturæ verbis. Deut. 6. 12. quādo cernens Deus periculum, quod imminebat populo dereliquendi eum propter abundantiam terræ promiſſionis, in quam poſſidendam introducebatur: illum monuit dicēs, *Cum comederis, & ſatiatus fueris, caue diligenter, ne obliuiſcaris Domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis.* Quaſi diceret: ſi poſt tot collata beneficia tibi; mei propter abundantiam eius, cibiq; copiam obliuiſceris, obliuiſcar, & ego tui, & neque illa neq; maiora recipies, ſed ad ſupplicia deſtinaberis: prout addidit paulò pòſt: *Nequando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ.* Et confirmat hoc per Oſeam Prophetam ca. 13. Cum enim dixiſſet: *Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & leuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei, in ſignum furoris, & punitionis addidit: Et ego ero eis quaſi leæna ſicut pardus in via Aſſyriorum, occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos, ibi, quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos.* Et cauſa tanti mali, quæ? niſi iſta, quam colligimus ex verbis prolatis à Sācto Moyſe, cum benediceret Dan. Deut. c. 33. *Dan. catulus Leonis fluet largiter de Baſan.* Vbi notat D. Bonauentura, quod Dan, ſignificat cauſam, & Baſan abundantiam, ſeu pinguedinem: Cauſa igitur fluens velociter ad malum, & inducens ſæpiſſimè ſalutis periculum eſt pinguedo; quam quia abſtinens fugit, ſecurior viuit. At guloſus pinguedinem amans derelinquit Deum, & infælix cum Diabolo viuit.

Diabolus eſt Guloſorum Deus, & Dominus.

Deut. 6. 12.

Oſeam 13, 6. 7. 8.

Deut. 33. 22.

Nec certè mireris quia Diabolus, non minùs diligit abundantiam eius, & pingues cibos, ac ipſimet guloſi, qui eum venerantur: Quod oſtenditur ex acceſſu ſuo ad Chriſtum quaſi cupiens ille Domini indigentiæ ſubuenire: dixit enim. *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Matt. 4. non ſibi ſatis erat vnum ex illis lapidibus fieri panem, (vt notat Theofilatus) quāquam ſufficeret nimiæ Chriſti temperantiæ, ſed quia amicus erat ſuperfluitatis, & exceſſus come-

Cur Diabolus petit à Chriſto plures lapides fieri panes, & non vnum.

Matth. 4. 3.

Digitized by Google

comedendi ideò omnes lapides fieri panem peroptabat, In modo inſuper quo bis pauit Deus Eliam in deſerto inuenimus confirmationem præpoſitæ veritatis: habemus nam 3. Reg. 17. a Deum præcipiſſe coruis, & paſcerent Eliam in Torrente Carith, quod, & factum fuit. *Corui quoque deferebant panem, & carnes manè, ſimiliter panem, & carnes veſperi, & bibebat de torrente*: Et cap. 19. eiuſdem libri legimus, quod quando Elias perrexit in deſertum fugiens furorem Iezabel minantis eum occidere obdormiuit in vmbra cuiuſdã Iuniperi. b *Veniensq; Angelus Domini tangens eum, dixit: Surge & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ: Comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit*. Quid eſt hoc, non ne erat idem Deus potens, tam medijs coruis, quam medijs Angelis tribuere carnem Eliæ, & pati abundantia ſemper? nulli dubium eſt. Hoc tamen non obſtante voluit nos Deus certiores facere de differentia, quæ reperitur inter eos, quos manus diuina, & Angelica paſcit, & quos Corui paſcunt; Quibus ſimilantur corui illi infernales: Deus enim temperantiæ, & abſtinentiæ amicus vult, vt ſerui ſui ſuſtententur manu Angelica eo cibo, qui ſatis ſit naturæ, & corporali neceſſitati, & ideò non tribuit carnem, quæ ſuperuacanea eſt ad indigentiam naturæ ſimpliciter: Diabolus verò è contra, quia eſt guloſorum fautor, non ſolum dat dapes carneas, ſed cum abundantia, & exceſſu forè comedendas ſuadet guloſis.

a 3. Reg. 17. 6.

b Cap. 19. 6.

Cibat aliter manus diuina, & Angelica ac manus diabolica,

15 Imò ita gloriatur ex nimio eſu, vt velit cognoſci à ſeruis ſuis medijs conuiuijs, & ſuperfluitate ciborum, vt hac via ad intemperatè comedendum, & luxurioſè epulandum traheret homines. Qua fallacia Dæmonem fefelliſſe legimus Regem Babiloniæ medijs ſacerdotibus Idoli Bel, qui cum ſignificarent Regi quod Idolum veſcebatur cibis quibuſuis ipſi appoſitis. Quare ordinauit ille, vt per ſingulos dies impenderentur, *Similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique Amphoræ ſex*, & ipſimet ſacerdotes ſecreto omnia deuorabant, Rex autem ab Idolo fuiſſe comeſta pro certò habebat, cumque Deum viuentem eſſe credebat. Vnde Danieli neganti Idolum Bel Deum eſſe; dixit c. 14. c *Non videtur tibi eſſe Bel viuens Deus? an non vides quanta comedat, & bibat quotidiè*. Itaq; quia Bel vorator credebatur, & potator vini pro Deo verò habebatur, Aſpiciens igitur ille in appoſitis comeſtibilibus, cum ea non inueniſſet, comeſta ab Idolo iudicabat, ſic proculdubio allucinabatur, prout expertus fuit, quãdo poſuit oculos, & reſpexit ad cinerem cribratam præcedenti die per totum templũ coram ipſo Rege: Apparuit enim tũc dolus in veſtigijs ſacerdotũ, qui cũ vxoribus, & filijs noctu ingrediebãtur, & comedebant omnia per abſconditum introitum factum ſub menſa. Sic, & non aliter fallaciam Dæmonis cognoſcẽt guloſi, & tanquam Deum verum, ipſum dæmonem non venerabuntur, ſi oculos in cinerem, & in nouiſſima habuerint, & cinerem tanquam panem manducauerint, mortificationem carnis amando, eamque per abſtinẽtiam ſectando: tunc enim cognoſcent Deũ viuum, & verum non eſſe voratorem, viniq; potatorem, ſed abſtinentiæ amicum, & peculiarem rimuneratorem: Qui verò delicijs, crapulis, ebrietatibus, & ſuauitatibus ſuperabundantium ciborum delectantur, vel diaboli ſunt, vel dæmonum ſerui, vti erant illi Sacerdotes miniſtrantes diabolo Bel, vna cum filijs, & vxoribus.

Cibi appoſiti Bel a ſacerdotibus comedebãtur.

c Dan. 14. 2. 5.

Guloſi ſũt ſerui diaboli.

15 De iſtis, qui obedientiam Chriſto debitam tribuunt diabolo Bel, loquebatur D. Paulus ſcribens ad Philipp. cap. 3. dicens. d *Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem flens dico inimicos crucis Chriſti cuius finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum*. Quia non præmeditantur ea quæ ſunt placita Deo, ſed quæ placent ventri vtpote ciborum varietates, & ſaporum ſuauitates, in ijſq; tota eorum imaginatio verſatur. At qui probus eſt vir Chriſtique fidelis ſeruus diluculo pergit ad templum, orat, & ſacramenta recipit: Guloſus è contra non templum, ſed coquinam viſitat, eamque in templum conuertit, non ſacramẽta ſuſcipit, ſed varium modum præparandi cibos, iuxta appetitum ordinat ſecundum, quod eius fauces poſtulant, tanquam ſi non eſſet Deus in mundo, vel alia glorioſior vita qua gaudere habebunt Chriſtiani; vel aliæ pœnæ quibus afficiendi erunt guloſi. Vnde hic verba Diui Ioan. Chryſoſt. placuit adnotare, quæ plurimum ad propoſitum faciunt (ait enim ipſe) *Oritur ſol & claros vbique diffundit radios, excitat ſingulos ad opera. Agricola arrepto ligone egreditur, Faber ferrarius ſuos folles apprehendit, & ſinguli opifices, quod ſibi congruit, & inuenies vnumquemque ſua inſtrumenta in manus ſumere, Mulier fuſum vel contexta. Ille autem (Guloſus) quaſi porci ſtatim à matutinis horis ad paſcendum ventrem egreditur, quærens vt menſam præſumptuoſam inſtruat, tamen ſi hoc ſolum ſit brutorum, primo manè paſci, quoniã ad nihil vtilia ſunt quam ad mactandum. Illa autem, quæ dorſo geſtant & operibus apta, etiam ipſa à noctu ad opus egrediuntur. Hic autem à lecto ſurgit, Sole iam totum implente forum, & omnibus labore ſatiatis. Surgit autem ſeſe diſtendens, ſicut ſus ipſa quæ impinguatur optima dies parte in tenebris conſumpta. Deinde ſedet longo tempore in lecto, præ heſterna crapula inuenire veſtes, & alia non valens; & cõſumpta magna parte in illis tum ſeipſum comit, ac orniat, & procedit turpitudinis ſpectaculum, nihil habens hominis, ſed omnia, quæ ſunt beſtiæ in humana forma apparent, oculi lippiunt, vinum os olet, miſera anima quaſi in lectum comecta ob varietatem ciborum ſine modo infuſorum pondus carnium circumferẽs ſicut Elephas, &c.* Et paulò pòſt. *Hæc à nobis non ſine cauſa dicta ſunt, ne quis diſſolutè, & inutiliter viuat*. Hæc ille, optima quidem guloſorum deſcriptio.

d *Ad Philip. cap. 3.* 18.

Guloſi coquinam in templum conuertunt.

Chryſoſt.

17 Hos quoque guloſos habere Pythonem in ventre fatemur, quemadmodum illi qnos

Saul

Digitized by Google

e 1. Reg. 28. 7. 8. 9.

Saul 1. Reg. 28. interficit. e Quæſiuit Saul Mulierem habẽtem Pythonẽ, & inuenta ait illi, diuina mihi in Pythone, cui mulier. Ecce tu noſti quãta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos, & ariolos de terra. Python nomen Græcum eſt, & ſerpentem ortum in Theſſalia tempore Deucalionis ſignificat, qui prout fabulantur Poetæ ſagitus Apollinis perijt. Vnde Rauiſius Textor in ſua officina hac ratione dicit ſerpentem illum fuiſſe dictum Pythium à nomine interfecti. Alij contendunt hunc Apollinem, quem Gentiles colebãt & cum Lyra eius, Solem fuiſſe ſomniabant, eiuſque ſono temperatè, & non nimis feruido fruentes ſummam, qua afficiebantur, lætitiam oſtendebant: Et quia aliquando ardentiſſimos ſuos diffundens radios plurima mala inducebat, eum arcu, & telis depictum demonſtrabant, quibus armis necauit ſerpentem Pythonem, qui non verè ſerpens erat, ſed lacus, ſeu paludis, ſic dicta; eo quod ſua peſtilenti corruptione, quamplures infirmabantur, & moriebantur. Sed radiorum Solis ardentium vigore areſacta eſt paludis, & conſumpta eſt putredo. S. Ioann. Chryſoſt. hom. 35. in cap. 6. Act. Apoſt. Pythonem dicit fuiſſe Apollinem Deum ſapientiæ, ſic à Gentilibus vocatũ eo quod annunciabat, quæ ſcire optabant. Et Apollo ipſe Dæmon erat qui pro Apolline reſpondebat; habere igitur Pythones, eſt Dæmones habere, & ſerpentes infernales, ſuadentes ad crapulandum, & ad fugiendam abſtinentiam, ieiuniumque frangendum, vti Euæ ſuaſit, & decæpit ille ſerpens, qui erat cunctis animãtibus callidior, & inter Dæmones fortaſsè aſtutior, his obediunt Guloſi, quos pro Deo colunt, & gloriantur, plenum ſe ventrem ſerpentibus, & dæmonibus habere. Si autem per Pythonẽ paludem, intelligere volumus; non ne guloſi paludem habent in ventre, tot ſuauitatibus, & ciborum varietatibus pleno, onerati ſtomacho, aqualiculum pinguiſſimũ parantes? Sed væ illis, nam quemadmodum occiſit omnes Pythones habentes Saul, ſic, & ipſi, quia Pythones adorant, & venerantur; occidentur, & in ignem æternum mittentur, & ſerpentum infernalium paſtus erunt.

Rauiſius.

Guloſi habent Pytonẽ in ventre.

Chryſoſt.

18 Cauete igitur omnes Religioſi dæmonum inſidias, & ſi ſub Sathanico imperio eſſe nolitis, abſtinentiam recipite, at ſi eam iam recepiſtis friuolis deinceps rationibus, ne relinquatis, excuſationes enim Sathan ſub ſanctitatis zelo multoties exhibet, variosque tentãdi, vt imperet, colores induit. Sub sãctitatis veſte sãctos aggreditur, omniũ mores nouit, omnes imitatur, vt nulli parcat. Feſtiuè eius inſidias venatoris exemplo explicat Vgo Carenſis in Pſal. 90. Sic enim ſcribit: *Venatores habent in hyeme veſtem pallidam, in æſtate viridem, vt ſcilicet ſemper ſit ſimilis arboribus nemorum, & non poſſit cognoſci à beſtijs: ſic Diabolus ſecundum ſtatus hominum diuerſos transfigurat ſe, & diuerſa ſuggerit.* Hæc Vgo. Videte quam fraudolenter, hic ſerpens incedat, quam vigil fallaciarum artifex ſit. Etiam, in Paradiſo molitur per eſum inſidias; quis alius locus ab eius fraudibus tutus? Sanctis verbis de ſanctitatis ſuggeſtu ſæpè deijcere mortales tentat, nec Semel deiecit. Sancta Verba ſuis fraudibus immiſcebit, vt abſtinentiam expellat, & ſanctitatem auferat, & liberiùs erroris venenum euomat. Quis igitur tam deſipiat, vt ſerpentis iſtius voces (cur præcepit vobis Deus ne comederetis, &c. lubens audiat; & aures diuinis monitis claudat? Et non iſtuc aſſiduè à mortalibus fit? Spectate eorum vitam ſceleribus plenam, & cuius voci obtemperauerint Dei nè, an ſerpentis facilè iudicabitis. Iure hos perſtringit Beatus Chryſoſt. Serm. de lapſu hominis, his verbis: *Proh nefas? Præceptum Domini contemnitur, & perſuaſio ſerpentis auditur. Deſpicitur Deus prouidens, & ſerpens auditur decipiens, ſpernuntur ſalutaria monita, & recipiuntur venenata colloquia.* Sic ille. Meliùs mortales ſapite, à ſerpentis huius dolis cauete, tartarei ſerpentis venena vitate.

Diabolus callidus venator.

Vigilandum igitur nobis eſt, vt nos ab huius hoſtis fallacibus inſidijs ſubducamus: circuit enim ipſe quærens quem deuoret. Ideò, vt ait D. Petrus. f *Fratres ſobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus tãquã leo rugiens circuit quærens, quem deuoret.* Sobrietas nobis neceſſaria, vt fraudolentos eius circuitus vitemus, & ſicut guloſorum, Dæmon ſit Rex, & Dominus, & de illis triumphando coronam defert. Sic nos Sanatę circuitus noſcamus, cumque abſtinentia vincamus, quia nobis corona donabitur. Pulchrè Sanctus Auguſtinus in Pſal. 64. *Benedices coronam anni benignitatis tuæ. Coronam vbi audis, corona victoriæ ſignificatur. Vince Diabolum, & habebis coronam.* Prætioſiorem, quam qui Bacco, & ventri inſeruiunt. Ex Nouariano.

f 1. Petri 5. 8.

Diabolum qui vicerit coronabitur.

Contra Dæmonis circuitum virtutũ te ambitu muni.

Sanctitatis ſectatorẽ fugit ſanctitatis hoſtis.

CAPVT IV.

Num proſit abſtinentia à carnibus ad carnis concupiſcentiam edomandam, & ad orationem, contemplationem, aliaſque virtutes exercendas.

19 PRæter ea omnia, quæ ſuperiùs leguntur in ijs Patrum auctoritatibus, quas ſępiùs retulimus, & huic capitulo accommodari poſſunt; & vltra ea quæ quiſque apud Patres ſacroſq; Doctores legit, ac ſuo libito legere poteſt: hæc pauca in præſenti capite adnotare duximus oportere, vt nos Religioſi, qui præcipuè ad caſtitatem ſeruandã tenemur, & ad alia ſpiritualia exercitia frequentãda inclinati ſumus; talẽ abſtinentiã minimè fugiamus. Vt autem intentum aperiam breuiter notãdum venit id, quod neminem latere putamus; nimirum, hominem ex duplici natura conſtare corpo-

Duplex hominis natura.

Pugna carnis contra ſpiritum.

g *Ad Gal. cap. 5. 17.*

h *Ad Rom. 8. 5, 7. 8.*

i *Gen. 4. 7.*

D. Anton.

corpore ſcilicet, & anima rationali: Vna mortali, & altera immortali: vna ad præſentis vitæ officia conſtituta, altera ad ſempiternam beatitudinem conſequendam ordinata: vna denique poſt peccati corruptionem ad ſenſibilia procliuis, altera ſurſum ferri, & Deũ appetere nata. Inter hæc duo, etiam in homine ne dum in Chriſto regenerato quædam pugna eſt, vt ratio ſuperior inferiori hominis parti contraria appetenti contradicat, & hæc viciſſim illi repugnet; Sed ſpiritu diuinæ gratiæ accedente fortiùs eſt certamen humani ſpiritus contra carnem, & ſuperioris rationis contra appetitum inferiorem. Carnis nihilominus, eo modo, quo priùs contentio pertinax de qua Apoſtolus ad Gal. 5. g *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunq; vultis illa faciatis.* Et ad Rom. 8. h *Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt ſapientia autem carnis inimica eſt Deo. Legi enim Dei ſubiecta non eſt, nec enim poteſt. Qui autem in carne ſunt, placere Deo non poſſunt.* Hæc omnia docẽs Apoſtolus, eos, qui inſurgentes carnis motus non domant, ſed dominari permittunt, ſenſuumq; deſideria ſequuntur ſecundum ſpiritum ambulare, & Deo placere non poſſe; oſtendit: niſi tribuet dominium rationi, & ſub pedibus retineat appetitum. Quod, & ipſe naturæ auctor oſtendidit, cum Gen. 4. i *Dixit Cain ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Quod de imperio rationis ſupra ſenſum intelligendum eſt, quo ducere valeat carnalem ſenſum ad virtutes exercendas, iuxta quod etiam Tullius in de officijs dixit in homine duas eſſe vires, ſeu virtutes quarũ altera ratio appellatur: altera verò appetitus dicitur, hac tamẽ differẽtia, quod. *Rationis eſt dominari, appetitus autẽ obtemperare, & dirigi.* Et ita fiet proculdubio ſi abſtinentiã ſeruauerit homo; ab illa enim oriuntur aliæ virtutes, quia, vt dixit Diuus Antoninus 4. p. tom. 4. c. 4. *Carnem, & ſpiritum in natura ſua cuſtodit.* Et naturali concordia appetitum, & rationẽ atque tunc ratio carnem, & appetitum diriget, adeò vt vtatur illis in quolibet virtutum exercitio.

Caro conſurgẽs aduerſus ſpiritum per abſtinentiã refrenatur.

20 Cæterùm ſi contra fiet, eos, qui carnem immodicè fouent, qui dapeis carnibus pluſquã par eſt delicijs, vel crapulæ, & ebrietati vacant, & voluptatibus huius vitę operam dant, carnis curam faciunt in deſiderijs, & dominari ab appetitu permittũt, habere corda grauata, & ſecundum ſpiritum ſapere non poſſe, atque in illis verbum Dei, & ſpiritualia ſuffocari, & nihil boni in eis admitti, certum eſt. Quemadmodum enim ſi duo æquales viribus in ſingulare certamen deſcendũt, ille haud dubiè victor euadet, cui ſubſidia afferuntur: Sic ſi corpori ſubſidia afferas, & illud delicatè nutrias cibo, potuque repleas vires ei, & impetum augebis. Nec dubium erit quin animam, eiuſque motus facillimè ſuperabit. Sed ſi alimentum ſubtrahas, quo maior fuerit ciborum ſubtractio, eo corporis vires reprimentur, & victoriam conſequetur ſecuriùs anima. Quare Apoſtolus qui ſpiritum Dei habuit (ait enim) *non ne puto quod, & ego ſpiritum Dei habeam,* caſtigauit tamen corpus ſuum, macerauit, mortificauit ne efficeretur reprobus; ne contra ſpiritum indomita caro præualeret. Si ergò caſtigatur corpus, ne quis reprobus fiat, ideſt, ne tradatur in reprobum ſenſum, faciens ea, quæ non conueniunt, Rom. cap. 1. Corpus profectò non caſtigatum, atque adeò cibis repleatur animam haud dubiè reprobam afficiet. *Sicut nauis oneraria* (ait Chryſoſt. in ſerm. contra luxum, & crapulam) *quæ ſupra ſuam* magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine grauata ſubmergitur: ita anima, & corporis noſtri natura ſi plures acceperit cibos, quam ferat natura ſua, impletur, & iniectorum grauitatem non amat, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores & eos qui in prora alioſuè nauigantes, & ipſum onus cum hominibus perdit. Sicut igitur non tranquillitas maris, non ſcientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non præparationis ſtudium, non anni pars tempeſtiua, non aliud quicquam naui, quæ ſic in tempeſtate eſt, prodeſt: Ita & delicatis euenit neque cogitationum multitudo, neque eruditio, & admonitio, neque admonitiones & conſilia, neque aliud quid, neque timor futurorum, neque pudor, neque accuſatio præſentium, neque aliud quid ſaluare poteſt ſic periclitantem animam: ſed inualeſcit luxus, & amentia per omnia, & ſub aqua volens, nolens eum qui ægrotat defert, & graue facit naufragium, & homil. 45. in Matth. etiam dicit: *Quemadmodum ſeruus quando ſupra vires quicquam impoſitum eſt, Domino ſuo impudentius maledicit, ſic, & venter nimium plenus mentem, & cogitationem plerumque corrumpit; ſanè quia hoſtis ſpiritui caro eſt: Magna dementia eſt hoſtem tuum alere, eique arma quibus te feriat, atque adeò occidat forſitan ſubminiſtrare. Subtrahe ligna ſi vis, vt non ardeat focus. Ignis carnalis ligna ſunt potus, & cibus. Arma quibus hoſtis te inuadit carnis tuæ membra ſunt. Illa igitur mortificare per validam abſtinentiam, & non per ciborum delicias roborare debes. Vnde Daniel* (vt cap. 1. legitur.) k *Deſtruxit, prius Idolum Bel cui epulæ quotidie apponebantur, & poſtea draconem in eo latentem facilè expulit. Periculoſum eſt pullo indomito ſine chamo, & fræno inſidere: Sobrietas, & abſtinentia carnis frænum ſunt.* Quod cognoſcens Diuus Baſil. in Reg. fuſ. diſp. reſp. ad quæſt. 20. Acutè eos, qui hoſpites ſplendidè, & lautè excipiunt illo apparatu contumeliã illis infligere, nimirum, ventris illis libidinem obijcere ſcripſit. Sic nempè ſuos hoſpites tractant, ſicuti eos tractari velle exiſtimant. Quare ſapienter quidã ex Phyloſophis (Laertius in vita eius) inuitatus ad cœnam hoſpiti dixit: *Vide ſic me tractes, vt bonam de me opinionem te habere oſtendas.* A quo non abhorret illud Socratis dictum, quando rogatus cur multis inuitatis admodum tenuem feciſſet apparatum, reſpondit: *Si boni ſunt*

k *Dan. cap. 1.*

Apothegma in fere carnis concupiſcentiæ ſcelleris.

Apophteg.

(ideſt

(id eſt ſobrijs.) *Satis erit ſin minus plus ſatis.* Abſtinere igitur ne dubitemus fratres, ſi quid ſeruare tenemur, vti oportet volumus. Nam vt eleganter dixit Climacus: *Ille qui ſaturo corpore caſtitatem ſe putas ſeruaturum, ſimilis illi eſt, qui proiecto pane canem à ſe abigere conatur.* Negemus ergò cibum ventri, vt canis ſtimulans carnem, à nobis expelli poſſit, alias enim pane illi appoſito, ſi carnis cōcupiſcentijs incendia patiamur, ne miremur; quia ex hac gulę fornace accēſa ſūt illa Sodomæ, & Gomorrræ. Sic legimus Ezech. 16. *Hac fuit iniquitas tua Sodoma otium, & ſaturitas panis.* Vnde aduertere licèt, quod in illa panis abundantia quemlibet eſum intelligere debemus. In pane enim aſſerūt Doctores omne eſculentum ſignificari. Id mali affert hominibus ſaturitas, vt Dei obliuiſcantur, quaſi à ſeipſis ad perferenda temporum, & ætatis incommoda ſatis habeant præſidij. Ex quo etiam fit, vt ad gentium Deos, à quibus vitijs omnibus intemperantiùs indulgere permittitur deflectant, illo contempto, qui mores inſtituit, neque paritur in rationali natura inferiores ſēſus dominari. Sic Deut. 32. 15. *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem ſuum.* Hæc porrò ſaturitas, ſicut vires addit laſciuienti corpori, ſic etiam & prutitus excitat, & ad omnem intemperantiā inflammat. De qua re multa Sancti Patres inter quos Ambroſ. tom. 3. ſerm. 37. ait. *Fames amica virginitati eſt, inimica laſciuiæ; ſaturitas verò caſtitatem prodigit, nutrit illecebram.* Hieronym. *Semper ſaturitati iuncta eſt laſciuia, vicina ſunt igitur venter, & genitalia, pro membrorum ordine, ordo vitiorum.* Alia vide tom. 2. contra Iouin. lib. 2. & tom. 9. in Regula Monachorum tit. de Abſtinentia. Vide D. Auguſt. tom. 9. conflictu vitiorum, & virt. cap. 20. Docuit hoc ſatis Sodoma, quæ ſaturata pane in omnia ſe turpitudinis genera laxauit, & ſimul cum habitatoribus ſuis, & Gomorrhæ periere. Et quidē datæ, & in tantam effrenationem prolapſæ præfatæ ciuitates ex abundantia illa panis, meritò, & in momento omnes ab exterminante igne fuere combuſtæ.

Climacus.

Hoſpites quomodo tractandi ſunt.

Ezech. 16.

21 Propter hanc igitur gulæ vim, & certam corruptelam orat in ſcripturis vir Sanctus. Eccleſ. 23. l *Auſer à me concupiſcentias ventris, & concubitus concupiſcentiæ, nè apprehendant me, & animæ irreuerenti, & infrunitæ, ne tradas me.* Et ſic quidem ſæpiùs de facto ſe rem habere docet D. Tho. 2. 2. q. 147. a. 8. Quęrens num conuenienter ieiunantibus indicetur abſtinentia à carnibus, ouis, & lacticinijs reſpondendo affirmatiuè in corpore ait: *Ieiunium ab Eccleſia inſtitutum eſſe ad reprimendas concupiſcentias carnis, quæ quidem ſunt delectabilium; ſecundum tactum, quæ conſiſtunt in cibis, & venereis, & ideò illos cibos Eccleſia ieiunantibus interdixit, qui in comedendo maximè habent delectationem, & maximè hominem ad venerea prouocant.* Hoc ille. D. Hieronymus ad filiam Mauri ait: *Carnis, & vini ſpecies, quaſi caloris ſomenta, & libidinis incrementa fuge, & tunc fortè vino exiguo vtere cum ſtomachi dolor, & nimia corporis compellit infirmitas.* Ioannes Roiardus tom. 5. homil. fol. 234. quęrens. Cur ieiunium in quo eius carnium non ſolum interdicitur; Sed cibi cuiuſlibet, qui à carne ſementinam originem trahit, vt oua, caſeus, & cæt. Vernali tempore ſeruari inſtitutum ſit. Reſpondit: *nè dum id factum extitiſſe ob memoriam, & imitationem Christi, qui hoc tempore propter nos pati, & mori dignatus eſt, ſed vt per illud carnalis concupiſcentiæ motus, qui hoc tempore, tam in hominibus, quam in cæteris animantibus maximè inualeſcunt reprimantur.*

l Eccleſ. 23. 6.

Roiard.

22 Hæc ergò fratres eſt virtus abſtinentiæ, & ieiunij vis liberare nimirum hominem à ſeruitute, qua moleſtè afficitur ex corpore, & ex carne, quæ quidem data fuere homini, vt illis dominaretur, & in obſequium, & cuſtodiam animæ creata extitere. Vnde Spiritus Sanctus beatam vocat terram cuius Rex, & Principes, non ad luxuriandum comedunt, ſed ad vitam ſuſtentandam. Eccl. 10. m *Beata terra cuius Rex nobilis eſt, & cuius Principes veſcuntur tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* Vnde colligitur, quod quando ſumit homo ex cibis, id quod ſibi ſufficit ad ſuſtentandam vitam, anima, quę Rex eſt in corpore, quod regit, in priori ſua conſeruatur nobilitate, & libertate, & corpus ſecurius euadit ab immundis ſenſualitatibus, & turpibus actibus: Nam, vt ſapiens dixit Prou. 26. n *Cum defecerint ligna extinguetur ignis.* Quæ ligna? *Exceſſus cibi,* (ait Sanctus Antonin.) *& epulari,* ijs deficientibus lignis concupiſcentiæ ardor extinguitur, & ignis luxuriæ non ardebit. Ad quod facit illud Apoſtoli 2. Corin. 6. vbi poſtquam dixerit. o *In omnibus exhibeamus nos metipſos ſicut Dei Miniſtros in multa patientia, &c. in ieiunijs.* Statim addidit. *In caſtitate:* Significans, vt admonet D. Antonin. non parum conferre ieiunium caſtitati, ſed eſſe quaſi cauſam ipſius, Sic enim videmus in Paradiſo voluptatis poſt fractionem ieiunij ſentiſſe Adam motus libidinis. Et D. Bernardus: *Abſtineo* (dixit) *à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem ſimul, & carnis nutriant vitia.* Et D. Hirony. cuidam Monacho, qui valdè motibus ſenſualibus afficiebatur ieiunandi, &c. præbuit remedium, & tranſacto aliquo tempore eum interrogauit. *Licèt luxuriari?* Et Monachus reſpondidit. *Non licèt viuere, licebit luxuriari?* Demonſtrans per abſtinentiam liberum reperiri à venereis tentationibus, quibus à Diabolo afficiebatur. Quam plura alia de hac re apud Patres legenda relinquo.

Abſtinētia liberat à ſeruitute carnis.

m Eccl. 10. 17.

n Prouer. 26. 20.

o 2. Cor. 6. 4.

D. Anton.

D. Bern.

D. Hier.

Quare ad vtilitates deueniendo, quas orantibus, & contemplantibus noſtra hæc affert abſtinentia. Scire oportet pro nunc efficacia media eſſe abſtinentiam, & ieiunium ad orationem quod ex ſcriptura patet in qua ſæpè iungitur ieiunium orationi. Tobiæ. 12. p *Bona eſt oratio cum ieiunio.* Lucæ 2. q *Et hæc non diſcedebat, à templo ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte, & die.* r 1. Corin. 7.

Orationi prodeſt abſtinentia.

p Tobiæ 12. 8.

q Lucæ. 2. 37.

r 1. Cor. 7. 5.

Digitized by Google

Chryſoſt. *vt vacetis orationi, & ieiunio.* Et Chryſoſt. homil. 1. in Gen. dicit: *Ieiunium eſſe animæ inſtar alarum, vt ſurſum ferri, & ſumma contemplari queat.* Similia habet Athanaſius in *Athanaſ.* lib. de Virginitate; & Baſilius oratione prima *Baſil.* de ieiunio, & quiſq; experitur cum caro viget, & floret, & in delicijs agit, animum quoq; fieri quodammodo carnalem, & terrenum, & magis de luxuria, quam de ſapientia cogitare. Quo circa etiam Platonem di- *Plato.* ximus ex Hieronym. locum peſtilentem elegiſſe vbi verſaretur, & doceret, vt Diſcipuli ſui nihil amarent niſi ſapientiam. Et Pytago- *Pytagor.* reos vitaſſe non ſolum vrbes, ſed etiam hortos ſcimus, & omnia loca quæ voluptatem afferunt ne animi molleſcerent, & à ſtudio ſapientiæ retardarentur. Sacerdotes Ægy- *Sacerdotes Ægypti.* ptiorum, vt vacarent contemplationi ſyderum, neq; vxores habebant neq; vllũ propinquorũ videbant, & cibo tenuiſſimo vtebãtur.

23 *Galenus.* Galenus etiam ſcribit in exhortatione medicinæ animas hominum voluptatibus deditorum in multo ſanguine, tanquam in luto demerſas nihil ſubtile, & cæleſte con- *Theopõpus.* templari poſſe. Bene itidem Theopompus lib. 5. Philipp. græco idiomate inquit, quod latinè traducitur; hoc modo: *Multa edere, & carnibus veſci rationis vim tollit, animoſque efficit tardiores.* Portò locus hic eſſe videtur *Hierony.* ex Hieronymo Epiſt. ad Nepotianum de vita clericorum; is enim hoc pacto; *Pulchrè dicitur apud Græcos, & neſcio apud nos an æque reſonet. pinguis venter non gignit men-* *D. Iſidor.* *tem tenuem.* Idem ſentit D. Iſidorus in ſuis ſententijs de gula cap. 42. & meritò inde laudantur Platonicæ illæ cœnæ apud Athenæum *Athenæus.* lib. 10. & apud Cicer. lib. 5. tuſcul propterea, *Cicero.* quod non tam præſenti, quam poſtero die iucundæ eſſent. Certè Philoſophorum, & Ethnicorum in hac parte abſtinẽtia nos cum rubore, & confuſione docet. Dux Athenienſium vocatus à Platone in conuiuium, quum frugaliter tractatus eſſet, poſtridiè conue- *Aelianus.* niens Platonem dixit, vt refert Aelianus lib. 2. var. hiſtor. *Vos ò Plato melius cænatis ſequenti die, quam præſenti.* Conuiuia quippe immoderata ſtomachum poſtridiè grauãt, mo- *Democrit.* derata acuunt, Democritus dicebat cænas lautas, & ſumptuoſas ſuppeditare poteſt fortuna: at faciles, & quæ ſufficiant neceſſitati ſuppeditat temperantia. Nemini autem dubium præſtantius id eſſe quod à virtute, quam quod à fortuna confertur.

Moſes tandem quadraginta dierum ieiunio animam præparauit antequam ad Dei col- *Exod. 34.* loquium auderet accedere Exod. 34. ſic Elias quadraginta dies ieiunat, vt Deum in Monte Horeb, ſub ſpecie auræ tenuis videre poſ- *3. Reg. 16.* ſet. 3. Reg. 16. Sic Daniel ieiunio Hebdommadarum trium præparatur ad reuelationes *Chryſoſt.* Domini exercendas: Daniel 10. &c. Chryſoſt. item hom. 1. in Gen. inquit, *Ieiunium animæ noſtræ alimentum eſt leues ei pennas producit, vt in ſublime feratur, & ſumma contemplari queat.* Et plura apud Doctores his ſimilia paſſim reperies.

Sed vlterius præciſè ad contamplanda cæleſtia, & diuina myſteria intelligenda per optima *Abſtinẽtia vtiliſſima cõtemplationi.* eſt noſtra abſtinentia; Quæ iuxta Demoſthenis ſententiam, à Fauorino Philoſopho relatam: *Eſt ſapientiæ fundamentum.* Quod, & *Demoſthenes.* ipſa ratio docet: Omnis enim noſtra cognitio (ſecundum doctrinam Philoſophi) ortum habet à ſenſu: Sed ſi phantaſia, ſeu pars ſenſi- *Fauorin.* tiua aliquam prauam diſpoſitionem haberet, *Virtus intellectiua debilitatur per multũ eſum.* abſque dubio ipſa virtus intellectiua detrimentum pateretur, & inhabilitaretur ad veritatem ſpeculandam: At ſenſum vitiari, & aliquo damno affici præ copia eſus nulli dubiũ eſt, ergò velit, nolit ipſe intellect⁹ in ſuis operationibus aliquod damnũ patietur. Inde dixit Tullius. *Mente recta vti non poſſunt multo* *Tullius.* *cibo, & potu repleti.* Et Seneca lib. 2. Epiſt. 15. *Seneca.* parum poſt principium, ait. *Copia ciborum ſubtilitas animi impeditur.* E contra verò redibit, quando pars ſenſitiua leuis, & diſpoſita, ac libera graui illo ciborum onere reperitur. Nam tunc. vt dixit Sanctus Chryſoſto- *Chryſoſt.* mus. *Nihil ſic ſenſuum acumen operatur, ſicut moderata refectio.* Vnde Daniel, qui rectè id *Dan. 10. 2.* cognouerat, vt efficaciùs intelligeret diuina myſteria, & ſupernas reuelationes *Lugebam.* (teſtatur ipſe) *trium hebdommadarum diebus panem deſiderabilem non comedi caro, & vinum non introierunt in os meum, ſed neq; vnguento vnctus ſum donec complerentur trium hebdommadarum dies.* cap. 10. etiam ſi Deus conceſſerit iam ipſi admirabilem ſapientiam quando cum ſocijs Regios cibos renuit contentus leguminibus ſolum, vt legimus cap. 1. num. 17. ſ *Puerìs autem his dedit Deus ſcien-* ſ *Dan. 1. 17.* *tiam, & diſciplinam in omni libro, & ſapientia; Danieli autem intelligentiam omnium viſionum, & ſomniorum.* Ex quo colligitur, quod qui acuere cupit intellectum, vt expeditiùs myſteria diuina penetret; acuere priùs debet ſtomachum, nam ex pinguedine eius pingueſcit intellectus, & parũ diſtat à bruto.

24 Quod ſuadetur, nam eo ipſo quod primus *Gulæ deditus bruto cõparatur.* noſter parẽs comedit de cibo prohibito in tãtam cecidit ignorantiam; quod licèt creatus perfectiſſimus, & ſapientia dotatus fuerit; tamen poſt commiſſam culpam per eſum ligni. *Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Vnde, qui ventri incumbunt annumerandi ſunt iuxta Senecam inter *Seneca.* bruta, & non inter homines. Et D. Bernard. *Bern.* lib. 1. de ſummo bono. Et D. Iſidorus lib. 3. *Iſidor.* ſent. cap. 42. tom. 2. inquiunt: *Gula ſaturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque euertere facit.* Nec obſtare videtur, ſed nimiũ fauere noſtræ doctrinæ, illud patiẽtiſſimi Iob cap. 28. vbi quærens ille. t *Sapientia vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ?* duo di- t *Iob. 28. 12.* cit primò: *neſcit homo pretium eius*, ſecundò: *nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.* Alia lectio habet: *Canentium.* Quam terram guloſos dicit ſignificare D. Antoninus, & addit in- *D. Anton.* figuralem confirmationem, quod ſtatim ac parentes noſtri comederunt de ligna, abſconderunt ſe à facie Domini, ne ab ipſo viderentur. (Vnde maximam patefecerunt ignorantiã prætendentes ſe abſcõdere ab eo, qui cuncta penetratiuè ſcit, & videt) quaſi tenebras

aman-

Digitized by Google

Ambroſ.

amando, nam vt D. Ambroſ. dixit: *Latebra poſt cibum:* vt demonſtraret, quam longe abeſt ab illis qui ſunt gulæ dediti ſapientia, veraq; intelligentia. Nec in dubium id verti poterit cum habeant vires quas humatas, ita, & taliter quod propria intellectus operatio detineatur; quemadmodum ſignificare voluit

u Oſe. 9. 6.

Oſeas cap. 9. quando dixit. u *Memphis ſepeliet eos.* Ideſt, *copia ciborum*, & exceſſus comedendi proueniens, *ex ore*, quod Memphis ſignificat, eſt hominis ſepulchrum, eumque ſepelit, & detinet ab operando, quaſi mortuus eſſet prout Gregor. dixit: *Quanto corpus impletur tanto anima minoratur. In actibus ſcilicet virium ſuarum.* Prout D. Antoninus ſupplet,

Samſonis problema explicatur.

Quando Pater Samſonis cõuiuium fecit in ſponſalitijs filij ſui in Thamnatha; Samſon ipſe in ſignum lætitiæ propoſuit triginta ſodalibus, quos ei dederant ciues loci illius problemarent illud, daret eis triginta ſindones, & totidem tunicas: ſi autem ſoluere nequiuerint, tenerentur illi dare Samſoni eaſdem res; ijſque pacto annuentibus propoſuit proble-

x Iudic. 14. 13. 15. 18.

ma, ſic. x *De comedente exiuit cibus, & de fortitudine egreſſa eſt dulcedo.* Sed tranſactis iam aliquibus diebus, nec poſſe problema ſoluere cognoſcentes, ad vxorem Samſonis ſe contulerunt, minantes eam ſi blanditijs à viro ſuo intelligentiam propoſitionis non extorqueret; Velle eos, & ipſam, & totam domum Patris ſui incendere: eiq; dicebant. *An idcircò vocaſtis nos ad nuptias, vt ſpoliaretis?* Quare illa continuis lachrymis, & blanditijs propoſiti problematis expoſitionẽ obtinuit, & ciuibus ſuis indicauit; Qui adueniente tempore ſtatuto reſponderunt. *Quid dulcius melle, & quid fortius Leone?* Sed Samſon qui factum percepit, dixit. *Si non araſſetis in vitula mea non inueniſſetis propoſitionem meam.*

Matres aliquæ necauerunt, & comederunt filios.

Similia verba valet dicere vnicuique noſtrum Altiſſimus Deus, vitula laſciuiens, indomitaque eſt caro noſtra, corpuſque pariter noſtrum, ita à nobis dilectum, quod, & ſi matres totis viribus diligant filios ſuos, non defuerunt ex illis, quæ propter exceſſum amoris, quo ſemetipſas, & corpus proprium proſequebantur, necauerunt filios, eoſq; cõmederunt, vt refert Ioſephus de bello Iudaico.

Ioſephus.

Nihilominus omni poſt poſito amore debent homines, ſubijcere corpus rationi, & ita arare corpus ieiunijs, & abſtinentijs, & carnem mortificare, vt appropinquãte lege diuina, & præ manibus habentes propoſitiones ſupernas, valeant eas intelligere, & acquirere veram intelligentiam propoſionis illius. *Quid dulcius melle, quid fortius Leone?*

25 Eo præcipue quia Chriſtus Saluator noſter eſt. *Leo ille de tribu Iuda*, de quo D. Ioan.

y Apocal. 5. num. 5.

Apoc. cap. 5. dixit, quod eſt. y *Qui venturus eſt Iudex ad puniendos malos, & remunerandos probos:* Terribilis in caſtigando: dulcis, & amabilis in beatificando. Quid dulcius igitur iſto diuino, & celeſti mella, vel fortius tam omnipotenti Leone? Si dulcedinem quærimus, ecce. a *Guſtate, & videte* (ait ipſe)

a Pſ. 33. 9.

quoniam ſuauis eſt Dominus. Pſal. 33. Etſi ſuauitate eius immenſa non nos trahit, ad eum diligendum, & toto corde perquirendum; *Quid fortius Leone?* Qualis eſt ille qui formidabilis apparebit in die illa, adeò vt Amos clamet. b *Leo rugiet quis non timebit?*

b Amos 3. 8.

In eodemet ore ſuo placidum, & ſuaue melle reperiemus, & fortes, horribileſque dentes: Quid dulciùs pro peccatoribus, quam audire, *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis.* Graui onere peccati, *& ego reficiam vos*, remittendo per pœnitentiam, culpam commiſſam, *& pro iuſtis; venite Benedicti Patris mei*, vt audient in nouiſſimo die? Et è contra, quid pleniùs dolore pro malis, quã audire; *Ite maledicti in ignem æternum?* Eſt itaque diuinus iſte Leo Placidus, & rigidus dulcis, & amarus vita, & mors; Sed ille, quem dulcedine, & amore non trahit, timeat, metuatque dentes tremendæ iuſtitiæ; Nam c *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*; dixit Paulus ad Hebræos, 10. Mox propoſitiones relatæ æternæ veritatis ſunt: ſed quis eas, vt oportet meliùs penetrabit, quam abſtemius? Cuius genua infirmantur à ieiunio, & caro immutatur propter oleum. Guloſi, & qui ventri incumbunt, non eas intelligunt; quia: d *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: Incraſſatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* Deut. 32. Sed veri abſtinentes, quia: Oculos ſuos ſtatuerunt ad Cœlum tanquam ad proprium finem conſequendum ordinant, & eligunt media, quibus faciliùs intentum finem conſequantur: nam eo perpetuò frui peroptant. Sicut Ioannes Baptiſta, qui Princeps & Dux fuit Monachorum, & Eremitarum prout paſſim ſcribunt ferè omnes, patres vix natus Eremum petijt, ac ſtrictè auſteritatem coluit, vt ad intelligẽtiam myſteriorum nihil impedimenti haberet, & adeò cognouit dulcedinem, & fortitudinem Dei ſui, vt captus diuino, & proximi amore, tempore, quo tenebatur exercere officium præcurſoris, manifeſtauit veram dulcedinem Dei fortitudinem. Tunc enim inueniri melle in ore Dei dixit, quando nos ad pœnitentiam peccatorum alliciebat, & ſuadendo clamabat. e *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Matt. 3. & quando dicebat; *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Illis autem, quos pœnitere hac voce non videbat. *Quid fortius Leone?* Intonabat exclamas: *Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira;* Quæ imminet iam, ſecuris enim ad radicem arboris poſita eſt, vt exciſa arbor humana ad ignem applicetur inferni. Fugiant quæſo Chriſtiani vitium gulæ, & abſtemij ſint, ſi diuinas propoſitiones, & veritates cupiunt intelligere, vt per illorum obſeruantiam ſalui fiant.

Chriſtus eſt Leo placidus, & rigidus dulcis, & amarus vita, & mors, ſed quibus.

c Hebr. 10. 31.

d Deut. 32. 15.

e Matth. 3. 2.

Demum audite Diuum Petrum Damianum, quantum abſtinentia iuuet ad motus carnis compeſcendos, exemplo comprobantem, lib. 4. Epiſt. 31. *Ad ſuos Eremitas Monaſterij Gamugnenſis Sancti Barnabe. Quidam mihi Monachus retulit (ait ipſe) quia dum frixu-*

S. Petrus Dam.

 ras

ret quaſdam in refectorium deferret in vaſculo prurientis eum gulæ ſtimulus pupigit. Moxque ſibimet vnam in os proijciens furtiuè comedit. Sed illicò eum tantus libidinis ardor inuaſit, vt quod nunquam cattenus fecerat nulla ſe ratione comprimeret, donec immunditiæ fluxum, ſemen ſibi proprijs manibus eiecisſet. Hic itaque ſeruum ſuum meritò contumacem ſenſit, quia iuxta viri ſapientis eloquium molliter enutriuit: Doque iure dici poteſt, quia poſt buccellam introiuit in eum Satanas. Nimirum venter, & genitalia inuicem ſibi vicina ſunt: Et cum hoc in cute reficiatur illud ad contumelias excitatur. Quapropter gulæ reprimatur edacitas, vt ſinceræ valeamus eſſe caſtitatis victores conſpicui, &c. Ecce quomodo gulæ vitium ſequitur pollutio. Hæc Damianus.

Abſtinētia eſt etiam contra ſuperbiam. Hierony.

Diuus Hieronymus in Epiſt. 14. ad Celantiam docet non tantum ad libidinem, ſed etiam ad ſuperbiam, omniaque vitia frangenda, & quaſuis virtutes comparandos caſtigandum eſſe corpus; & ait. *Qui probabiliter, ac ſcienter abſtinentiæ virtutem tenent eo affligūt carnem ſuam, quo animæ frangant ſuperbiam vt quaſi de quodam faſtigio contemptus ſui atque arrogantiæ deſcendant ad implendam Domini voluntatem; quæ maximè in humilitate perficitur. Idcircò à varijs ciborum deſiderijs, mentem retrahunt, vt totam eius vim occupent in cupiditate virtutum. Iamque minus teneriorum, & abſtinentiæ laborem caro ſentit, anima eſuriente iuſtitiam; nam, & vas electionis Paulus dum caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur, non ob ſolam, vt quidam imperiti putant, hoc facit caſtitatem: Non enim huic tantummodo, ſed omnibus omninò virtutibus abſtinentia opitulatur.* Hæc ille.

27 Præcipuè tamen ad mentem eleuandam, ad quam, vltra ea, quę contemplanti diximus afferre commoda; carnem eſſe comprimendam ſæpè, chorisque alternantibus clamant Sancti Patres; Et primò adſit communis illa ſententia Spiritus S. quam annotat S. Petrus Chryſolog. ſerm. 7. de duobus filijs corpus noſtrum, & carnem eſſe graue quoddam pondus, quod animam deprimit, & depreſsā in imis tenet.

f Sapien. 9. 15.

f *Corpus* (inquit Sap. 9.) *quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* Vbi notare licèt, quod non quodcunque corpus animam grauat; ſed quod corrumpitur, aut corruptibile (vt legit Diuus Auguſtinus de Ciuitate Dei cap. 16. & lib. 19. cap. 4. & 6. contra Iulian. cap. 11.) Illudque animæ oneroſum eſt: In reſurrectione autem iuſtorum corpora nequaquam animis erunt ponderoſa, aut grauia; quæ Apoſtolus vocat *ſpiritualia*, 1. Cor. 15. Non quod verè futura ſint oſſea, quod & carnea: Sed quia omnis carnis grauitate erunt libera. Imò nec quandiù in Paradiſo corpus per iuſtitiæ originalis vigorem exiſtitit incorruptibile, fuit animæ graue, aut ponderoſo onere moleſtum; ſed ſicut per peccatum factum fuit corruptibile, ita & animæ grandi pondere redditum

Auguſt.

1. Cor. 15.

eſt oneroſum, cuius pondus ſentiens Paulus ſe infœlicem vocat, & tanto pondere liberari optabat Rom. cap. 7. Ad inſtar igitur compedum, & vinculorum ferreorum, corpus animam depreſſam, & demiſſam tenet, & aggrauat. *Et ſenſum deprimit*, ideſt mentem, & intellectum (vt Bern. exponit ſerm. 4. de aſcenſ.) *Multa cogitantem*. Ideſt tenet depreſſam mentem, multis diſtentam, & ſollicitam curis, timoribus, & anxietatibus circa terrena neceſſaria, aut vtilia ad eiuſmodi corporis vitam nutriendam, ſeruandam, defendendam, &c. Si ergò corpus hoc corruptibile animam aggrauat, & intellectum, ac mentem ſuo pondere tenet compreſſum, ne ad ſupera libero conſcēdat volatu, ſicut auis, cui ponderoſum onus colligatum eſt, quo grauiùs, ac ponderoſiùs fuerit corpus magis depreſſa tenebitur mens, minuſque poterit ad cœleſtia eleuari. Certum eſt autem corpus reddi grauiùs, & ponderoſiùs per crapulam, & ciborum abundantiam, ſeu vt in terminis ſtemus ponderoſiùs per carnium eſum, quam per earum abſtinentiam; Ergò mens comedentis carnes, potiùs quam illarū eſum fugientis in imis depreſſa continebitur, & ad cœleſtia veluti abſtemij contemplādo tardiùs, & non ita faciliùs eleuabitur.

Ad Rom. 7.

Abſtinētia cōtemplationi prodeſt.

28 Nec deeſt, qui menti aduolāti mortificata carne per abſtinentiā, appropriet ſacrificium illud duorū paſſerū de quo in Leuitico, ita legitur: g *Hic eſt ritus leproſi quādo mundandus eſt, adducetur ad Sacerdotem, &c. Vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quibus veſci licitum eſt, &c.* Deus pro leproſo offerendum ſtatuit, quod ex duobus ſimul paſſeribus erat hoc ordine perficiendum quod vnus eorum gladio erat mactandus, alter dimittebatur liber, vt in agrum, aut per ſyluas, & montes auolaret. Mira paſſerum coniunctio, miraque actio non conſonantia: Vnus eorum occiditur, & alter tunc liber, expeditusq; relinquitur aduolandum in montuoſam ſyluā; nec priùs hic in altum auolat, quam ille occiſus iaceat, quaſi ex morte vnius, oriretur alteriùs aduolandum libera facultas. Duo paſſeres quos ſimul ſibi offerri expoſcit Deus corpus, & animam, aut carnem, & ſpiritum deſignant. Phariſæi ſolum Deo corpus offerendum credebant, qui ideò tantum externa, corporaliſque munditia, & iuſtitia erant cōtenti. Noſtri temporis hæretici, credunt ſufficere ſolam animam offerre, qui ad nullum exteriorem actum hominem credunt obligatum. Vtrique errant; nam duos hos paſſeres ſimul expoſcit Deus, quos ei offeramus; ſed hoc ordine quod caro immolanda eſt, & mactanda non quidē naturali morte vt contra quoſdam hæreticos Chryſoſtom. hom. 14. in Epiſt. ad Roman. annotauit, ſed mortificatione affectuum, & cupiditatum; illa morte (inquit Origenes hom. 1. in Pſal. 37.) de qua mandatum ab Apoſtolo habemus dicēte ad Corinth. 3. h *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram non gladio materiali ferreo, qui carnem iugulat, ſed gladio ſpiritus, qui carnalia deſideria deſcindat.*

g Leuit. 14. 4.

Chryſoſt.

Origen.

h Cor. 3. 5

Ille

Ille autem gladius eſt abſtinentia carnium, eſt ieiunium validum, & fortè quod Sanctus Ambroſ. lib. de Eliá cap. 3. Excidium delictorum, & concupiſcentiarum vocat, tunc ſpiritus expeditus liberque relinquitur, qui liberè volet, & ad ſuperna per excellentem ſe eleuet contemplationem.

i Deut. 32. 39. Ambroſ.

Ecce hic ad noſtrum propoſitum duæ ſententiæ ſcripturæ, quarum altera eſt Deut. ca. 32. i *Ego occidam* (inquit Deus) *& ego viuere faciã. Quid occidit?* (ait Ambroſ. ſerm. 27.) *Carnem vtique. Et quid viuere facit? Spiritum ſine dubio: nec enim viuificatur ſpiritus, niſi occidatur caro*: Vita ſpiritus in ſpiritualibus actionibus poſita eſt, in contemplatione, & amore rerum diuinarum: nam ſpiritus hanc vitam agit, nec eleuari poteſt ad ſuperna cõtemplanda, niſi caſtigetur, & mortificetur caro ieiunijs, & abſtinentia, & quo maior abſtinentia fuerit, & de vita ademeris carni tanto vita maior tribuitur ſpiritui, vt ſe velociùs eleuet ad cœleſtia contemplanda, eſus autem carnium non adimit, ſed addit potiùs vitam carni; minimè autem ſpiritui, quem obtenebrat potiùs, &c.

Caro occidatur, vt ſpiritus viuificetur.

Deut. 32. Orig.

Alteram ſententiam eiuſdem Textus citati eſt. *Percutiam, & ego ſanabo.* Deut. 32. *Quid* (inquit Origenes) *percutit? carnem: quid ſanat? ſpiritum: Neceſſarium eſt, vt iſte proficiat, quod illa deficiat ideò facit te mortificatum carne, vt reddat viuificatum ſpiritum, ne fortè, & tu mente ſeruias legi Dei, carne autẽ ſi mortificata non fuerit legi peccati.* Quanto ergò hæc fuerit à te magis mortificata, tanto illum ſenties magis viuificatum.

Iſa. 58. Ambroſ.

Origen.

29 Vnde ad eos, qui excellenti ieiunio carnẽ mortificant credit Ambr. loc. cit. c. 4. dictum per Iſaiam. *Tunc orietur tibi magnum lumen tuum.* Poſt quæ tandem additur. *Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ. Non itaque* inquit Origenes hom. 3. in Leuit. *Poteſt anima, aut mens libera relinqui niſi carnem grandi mortificatione mactaueris, nec vni eorum poteſt benè fieri, niſi alij malè feceris*: Sed non fit malè carni cum eſu carnium, ſed cum illarum abſtinentia, ergò qui carnibus vtitur, fortificatur carne, debilitatur ſpiritu inde debilis, ſaltem ſi non inhabilis euadit ad ſpiritualia contemplanda, & habilis, ſeu habilior per illarum abſtinentiam.

Corpus cur mentẽ deprimit, ne ad ſuperna ſe eleuet.
k Sap. 1. 13.

Quod totum confirmabitur ſi obſeruauerimus: Vnde prouenerit, quod corpus mentem deprimat, & teneat compreſſam, ne ad ſuperna ſe poſſit liberè eleuare. Deus certè cũ primum parentem cõdidit, ſicut k *Mortem non fecit*; Sapient. 1. Ita nec dedit ei corpus, quod mẽtẽ deprimeret aut à volatu cõtẽplationis impediret: Sed potiùs tale, vt ſine impedimento poſſet facilè, & ſine moleſtia ad ſuperna contemplanda ſe eleuare. Vt namque ex Auguſt. annotabamus, tunc corpus cœpit mentem aggrauare, quando cœpit eſſe corruptibile, & mortale plenam ſubiectionẽ ad animam exuens, Deus autem non dedit homini corpus corruptibile, aut animæ rebelle: ſed immortale per vigorẽ iuſtitiæ originalis, qua ratione ſic datum corpus Adæ mentem, aut animam aggrauabat. Quid fecit vt illam grauaret, & deprimeret maximoque pondere compreſſam teneret? Vt ipſum quod fecit corpus corruptibile, & quod in iſto excitauit affectus corruptionis, & carnis, per quos contrarium fieret animæ à qua vitam recipiebat, corpus enim quod corrumpitur eſt quod aggrauat animam, vt ſupra annotabamus. Quid fecit, vt illud eſſet corruptibile: Eſus, defectus abſtinentiæ, & contemptus ieiunij (inquit Chriſoſt. hom. 1. de pœnit.) Et qualis eius? Nunquid talis qualis eorum, quos Iſaias refert ca. 22. quos Ambr. lib de Elia cap. 29. Luxurioſos, & bene pactos appellat, quibus cum Deus commendaſſet ieiunium, & vocaſſet ad fletum, & planctum diuino ſpreto mandato ſe totos conuerterunt. l *Occidere vitulos iugulare Arietes, comedere carnes, & bibere vinum.* Quos propterea, vt Sanctus Clemen. Alex. demonſtrat. 2. Pedagogi cap. 1. & lib. 3. cap. 11. Iuſtè æternæ mortis pœna Deus damnauit? Aut verò talis, qualis eorum, quos acri comminatione egit Amos qui comedebant. m *Agnum de grege, & vitulum de armento*; aut Eſus aliarum delectabilium rerum ex carnibus confectarum? Nequaquam, ſed vnius tantummodo pomi. Illius ſolo eſu, corpus fuit redditum corruptibile, ſpiritui contrarium, menti infectuoſ. Vnde, & mens inde grauata, manſit, vt difficilè illi fuerit ad ſuperna ſe eleuare. Si igitur vnius pomi eſum mentem illam, quæ ſuperna luce fuerat illuſtrata, noueratque ad Sanctuarium Dei, euolare, & vias Cœli luſtrare, & percurrere tam grandi pondere corporis, & carni, ita grauauit, vt deinceps non ſolum non fuerit ei facilè ad ſuperna euolare, ſed difficilli:mum, vel leuiter ſe attollere, aut tecta iſta inferiora tranſcendere faciet tot, tantorumque ciborum eſus; quid denique carnium eſus? quiſq; conſideret. Et ſciet quam facilè poſſit mens talia comedentis ad cæleſtia contemplanda, ſe elauare; reprimenda eſt ergò caro abſtinentia, & ieiunijs, vt valeat mens velociùs arcana luſtrare, & gratiam à Deo pro ſe, alijſq; mente ita eleuata, ſuiſque præcibus impetrare.

Chryſoſt.

l Iſaias 22. 13. Clement. Alexan.

m Amos 6. 4.

Dionyſius.

30 Qua propter ſupponendum eſt ex D. Dion. lib. 1. de diu. nomin. cap. 3. ante medium, & ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. art. 3. ad. 3. & alibi, quod *Oratio eſt eleuatio mentis in Deum.* Vnde pari modò abſtinentia eſt neceſſaria ad eleuandam mentem in Deum, ita, & ad orationem, quæ vt ſit qualis eſſe debet ieiunij fundamento, eſt ſtabilienda: Vnde ſcriptura ferè ſemper quos excellenti, ac feruenti oratione exhibet orantes, ſimul etiam ieiunantes exprimit, & illorum orationes efficaces deſcribit, quas ieiunijs præmiſſis, & concomitantibus fundebant. Daniel aduertẽs tempus prædictum à Ieremia, quo finienda erat, iam inſtaſſe, vt populus in priſtinam libertatem reuocaretur; cupiens vt illud compleretur, nec captiuitas propter peccatum populi magis differretur. n *Poſui* (inquit) *faciem meam ad Dominum meum rogare, & deprecari,*

n Dan. 9. 3.

caris,

Digitized by Google

y Deut. 31. 20. y *Cum comederint, & ſaturati, craſſique fuerint, auertentur ad Deos alienos, & ſeruient eis.* Quod ita accidiſſe: Oſeas commemorat. c. 13. *a Oſe. ca. 13. 6.* a *Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.* Nec dubium, quia cor aggrauat crapula, & lumen cordis offuſcat vētris repletio, & niſi per abſtinentiam ſe præparet vir probus, verba Dei ſuffocat, & veluti ſurdus euadit obturans aures ſuas, nec ſeipſum cognoſcit, ſed alium ſe eſſe exiſtimat. *Aug. li. 99. Noui, & Vet. Teſt. q. 110.* Vnde Sanctus Auguſtin. Cum anima ab eſu & potu fuerit liberata, tunc ſe meliùs cognoſcit. *Sicut enim in ſpeculo ſordido non ſe talem homo aſpicit qualis eſt, ita & eſca, & crapula, ſi quis fuerit grauatus alterum ſe ſentit, quam eſt, &c.* Bonas itaque omnes cogitationes, quas ieiunus, & abſtinens animus, facilè concipit, conceptas retinet, retentas in opus reducit; non ſolum crapula abſolutè obruit, & ſuffocat, ſed ſatietas, (quæ alias ſatis fuiſſet) ſi ex carnium eſu proueniat, non difficulter extinguere poterit. *Quemadmodum enim famelici animus* (ait Sanctus *S. Maxi.* Maximus lib. 2. de charit.) *panem imaginatur, & ſitientis, aquam: Sic hominis crapuloſi, & ventri ſeruientis animus non niſi varias ciborum cupedias cogitat. Gnathonis animus non niſi in patinis eſt, & culinæ veſtibulum non egreditur.* *Tertull.* Eleganter Tertull. lib. contra pſichichos. *Tota eorum charitas in cacabis feruet, tota fides in culinis calet, tota ſpes in ferculis iacet.* *Nilus.* Appoſitè quoque Nilus Græcus Auctor oratione prima aduerſus vitia: *Sicut miles ignauus ad ſonitum buccinæ prælium indicantis exhorreſcit: ſic homo guloſus ad omnem ſermonem pietatis contremeſcit, &c.* Nullus ei de Deo aut de rebus diuinis, aut mortificatione corporis, ſermo gratus eſt. Oportet inquit, vt quocunque tempore viuatur, & in rebus diuinis, & officijs itis Eccleſiaſticis quantò minùs fieri poteſt obſtringi debemus. Hæc eſt vox inimicorū crucis Chriſti. *Quorum Deus venter eſt,* pulmo templum, aqualiculus altare; Sacerdos coquus; vt loco citato ſcribit Tertull. ab his omnibus malis liber potiùs, & faciliùs euadet, qui noſtram abſtinentiam ſectantur, & eo magis quo perfectiùs illam ſeruauerint. Nam ſicut hædera naſcentis arboris ſtipitem, vndique amplexa, vna conſurgit, & adoleſcit, cum arbore grandi, futura grandis; ſic abſtinentiæ qui adhęrent, eamque amplectuntur, quo illa creſcit auſterior, eo & ipſi in ſanctitate, & bonitate facilè creſcunt; vt optimè nos docuit Sanctorum experientia.

32 Illud item, quod Apoſtolus de viduis dixit. *b i. ad Timoth. 5. 6.* b *Vidua, quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt,* hoc de quouis ventriculo, & guloſo verum eſt. *Ventri enim ſolummodo* (ait Chryſoſt. exponens hæc eadem verba Pauli hom. 13. in Epiſt. ad Timot.) *Seruit ſenſibus cæteris mortuus neque enim aſpicit, quæ aſpicienda ſunt, neque audit, quæ neceſſario audire conuenit, neque ea loquitur, quæ decet loqui, nihilque in ſe viuere præter ſolam vētris ingluuiem indicat.* Cæterum quemadmodum mortuus quiſpiā in lectulo iacens compreſſis palpebris, clauſiſque luminibus, nullum omninò ſenſum habet: ita & hic, imò longè hic deteriùs, quam ille affectus eſt. Ille enim bona æquè, ac mala non amiſit ſenſum, ſed nihil boni penitus ſentit. Nihil illius ex his, quæ ad futuram vitam ſeruantur, mouet, ſed ad omnia præſtat immobilis, atq; ita mortuus eſt, quēadmodum in curriculum quemdam obſcurū & tenebroſum præcipitatus, immunditia omni plenus intimis, & opacis finibus conditur, ſemper in tenebris mortuorum degit. Nam cum per omne tempus partim prandijs occupatus ac cænis, partim ebrius durat, non nè in tenebris eſt? Non ne mortuus eſt? Ne tum quidem cum vigilare videtur, niſi dormitare conuincitur, cum ne dum præteritæ noctis digeſſerit vinum, & futurę potationis immodica cupiditate teneatur. Videaſq; illum ſerò, manè, meridiè, ſemper cænas, commeſſationeſque verſare, noctesque totas, & auroræ plurimam partem profundo ſopore detineri. Hunccinè igitur inter viuos ſtatuere ac numerare quiſpiam audeat? Iam verò, quis poſſit dignè tempeſtatem illam ingētem eloqui, qui ex huiuſmodi pernicioſo deliciarum vſu in animam ſimul, & corpus irrumpitur?

Igitur guloſus, ſic in delicijs viuens mortuus eſt, *Guloſus ſimilatur accipitri.* & ſuffocatur in eo verbum Dei; Deum, & diuina cogitare, appetere, comprehendere non poteſt. *Sicut Accipiter benè ſatur* (ait S. Bonauen. in dięta ſal. cap. 8.) *non venit ad manum Domini, vtcunque oſtenſis illi carnibus vocetur; ſic impinguatus, incraſſatus, dilatatus derelinquit factorem ſuum, ne quicquam ei oſtenſa rubicunda eius paſſione:* hæc ille. Quę omnia intelligi poſſunt de abſtinentibus, qui carnem macerant ieiunijs, & carneis dapibus non impinguantur, cum non illis vtantur: Deumque conditorem quærunt, non autem ſaporum ſuauitates. Neceſſe eſt enim, vt obiecta moueant potentiam, & carni naturaliter deditus, carni indulgens, carnem, vt equum ferocientem impinguans, totus in cogitationes carnis feratur. Sitq; totus, & animo, & carne carnalis, non carnem tantum appetens, ſed & mente forſitan conſentiens peccato. Nutrienſque ipſe erit Diabolum, *Guloſus nutrit Diabolum.* qui noſtris, & paſcitur, & ſatiatur culpis, quæ ex vſu forſitan talium ciborum reſultant: Attamē famelicus remanebit ſi ab illis abſtinuerit Religioſus, vt docuit S. Petr. Chriſol. Ser. *Chriſol.* 12. de Ieiun. vbi inter alia dicit: *Ieiunantibus nobis Diabolus eſurit, qui noſtris ſemper ſatiatur ex culpis. In toto itaq; iſto animi, & corporis noſtri commercio, id accidit,* (vt ſcripſit Iſidorus Clarus orat. 50.) *Iſid. Clar.* *quod in ſtateris, vt quod vni additur alterius fiat detrimentum;* *Guloſus ſimilat ſtateræ.* *vt quo magis corpus alitur; hoc totum ad animi infirmitatem redundet.* Si cum is, qui foris noſter homo eſt, corrumpitur, is qui intus eſt renouatur de die in diem, (vt Apoſt. ſcripſit) Nihil dubium quin è diuerſo cum is, qui foris eſt noſter homo impinguatur, & roboratur, is, qui intus eſt maceratur, & infirmatur. Nos itaq; quorum conuerſatio in Cœlis eſſe debet non impinguare, & roborare,

rate, ſed macerate debemus noſtrum forenſem hominem, qui corrumpitur, & delicias huius vitæ, quarum non minima eſt carnium eſus, aufugere; nam cibis vtentibus carneis, redditur doctrina Chriſti inſipida plus, & grauis, quàm non vtentibus.

Ephrem Syrus.
Ieiunij virtutes in monacho.

Qua propter Sanctus Ephrem Syrus cum Monachos adhortatur, miris modis extollit abſtinentiam, & ieiunium, eoſque abſtinentes eſſe vult, ſuadetque, vt patet in prima eius parænesi, ſeu adhortatione ad eos qui in religionis rudimentis ſe exercent: vbi ita ſcribit. *Terminus ieiunij monachi mors eſt; ante obitum ergò ab illo non abſtineat* (ſuperius) *corpus Monachi, quod ieiunio exaruit, animam de profundo ſurſum attollit, exſiccat voluptatum cloacas: Ieiunium monachi gladius aduerſus cupiditates, vigilantia monachi in orationibus attenditur. Conuiuium monachi ex ſolis oleribus cum charitate conſtans melius eſt victimarum adipe,* (& paulò ante) Monachus iuuenis in abſtinentia firmetur, vanamque gloriam ſpernat: Nouella planta à Deo ſanctificata eſt monachus abſtinentiæ rore irrigatus. Ieiunium frænum eſt Monachi, quod qui reijcit equus inſanus comperietur: hæc & pleraque alia dicit notatu digna iſte Sanctiſſimus pariter, & antiquiſſimus Pater, inſtruens Monachum, & Religioſum quemlibet optimis præceptis, regulisuè & conſtitutionibus. Atque quo pacto piè, & ſanctè optimum vitæ inſtitutum amplecti ſequiq; perſeueranter oporteat, docet. Multa ſalutaria proponit, mediaque ad ſalutem ſuggerit, virtutes, quibus Monachum, & quemuis Chriſtianum pietatis amatorem conſpicuum eſſe deceat, deſcribit, virtutum ornamento oſtendit, & ad eas excolendas hortatur, & proſtimulat. Digna ſanè adhortatio, quæ ò vtinam, à Monachis, & Religioſis ſemper legeretur, & præ manibus ſemper haberetur ad mores reformandos, ac vitam ſecundum Deum piè inſtituendam.

Adam Victorinus.

Adam quoque Victorinus Dialogo de inſtructione animæ. *Durum tibi videtur, & graue* (ait) *quod quandiù nulla corporeæ debilitatis ægritudine grauaris carniũ tibi eſus ſubtrahitur, dum certè omne tibi aliorum ciborum genus liberaliſſimè conceditur. Viliſſimum profectò atque turpiſſimum mihi prorſus videtur, quod qui Sancta Religionis habitum aſſumpſerunt atq; nulla infirmitate ſunt debilitati, nimiam in præparandis, multiplicandiſque, atque exquiſitam prorſuſque ſuperfluam in variandis, & condiendis ferculis curam impendant.*

Rurſus ea omnia, quæ Sancti Patres, & Sacri Doctores de ieiunio dicunt, abſtinentiæ à carnibus conuenire omnes ſciunt, carnibus enim non veſcentes, nec lacticinijs vtentes continuò ieiunatores dicuntur: Et ideò bona quę cuique attulit ieiunium, abſtinentibus Religioſis abſtinentia confert. Et hæc, qualia ſint, collige ex ſequentibus, quæ nobis ſcripta Patres reliquerunt.

Iſaac preſbyter.

Iſaac Presbyter de Mundi contentu ait. *Ieiuniũ protectio eſt omnis virtutis, & initium certaminis, & corona continentium, & pulchritudo virginitatis, & ſanctitatis, & ſplendor caſtitatis, & principium viæ Chriſtianitatis, & mater orationis, & fons ſapientiæ, & magiſter tranquillitatis, quæ præcedit omnia bona. Sicut imitatur ſanus oculus deſiderium lucis; ita ſequitur ieiunium, quod cum diſcretione fit, deſiderium orationis. Cum quis cœperit ieiunare, ex hoc, deſiderium alloqui Deum, & peruenire ad eum incipit in mente ſua. Ieiunans corpus non expectat in loco ſuo, vt dormiat tota nocte, Cum ſigillum ieiunium ſuperponitur ori hominis in compunctione meditatur, & cor eius producit orationem, & mœſtitia iacet in vultu eius, & praua cogitationes elongantur ab ipſo. Hilaritas non inuenitur in oculis eius, & concupiſcentiarum, & vaniloquiorum non eſt amicus. Nunquam vidi aliquem ieiunantem cum diſcretione à mala concupiſcentia redactum in ſeruitutem: Eſt enim hoc magnum donum ad omne bonum, quoniam illud eſt mandatum, & qui negligit illud amouet omne bonum quod ab initio fuit impoſitum ad cuſtodiam noſtræ naturæ, & inde condit principium plaſmationis noſtræ.*

Laudes ieiunij.

Climacus.

Ioannes Climacus gradu. 14. *Ieiunium* (ait) *eſt naturæ violẽtia, circumciſio ſuauitatis faucium, orationis munditia inſigne lumen animæ, mentis cuſtodia, obcæcationis ſolutio, compunctionis ianua, ſuſpirium humile, læta contritio, loquacitatis abdicatio, quietis occaſio, obedientiæ cuſtos, ſomni tenuatio, ſanitas corporis, tranquilitatis auctor, peccatorum remiſſio, Paradiſi porta, & deliciæ.*

Cyprianus.

Sanctus Cyprianus præter infinita alia, quæ de laudibus ieiunij in tractatu de ieiunio, & tentationibus Chriſti fert; hæc narrat: *Ieiunijs vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentiæ languent, fugitiuæ abeũt voluptates. Extinguitur ardentis Aethnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinſecus, montes conterminos nõ adurit. Ieiunium ſi diſcretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ exarmat. Ieiunium extra ordinarios motus in cippo claudit, & arctat, & appetitus vagos diſtringit, & ligat Ieiunium ſi humilitate ornetur ſeruos Dei Mundi efficit contemptores. Ieiunium carnes azimas mundat, & ſolidat: & putredines, quæ ex adipe prodeunt conſumit, & ſiccat Ieiunium ſcripturarum delitijs paſcitur, contemplatione reficitur, gratia ſtabilitur, cœleſti pane nutritur, &c.*

Apoſtolos ſanxiſſe, vt Chriſtiani feria quarta, & Sabbatho non niſi pane ſale, & aqua veſcerentur, ſcribit Epiphan. lib. 5. tom. 1. hæreſi 75. qua ratione S. Greg. Nazian. perpetim ſe non aliud quam hæc tria ſumpſiſſe teſtatur carm. 9 dum ita canit.

——— breuiſque voluptas
Ærũnas multas comites habet. At mihi cordi
Eſt panis rigidus, mihi grata obſonia præbet
Sal purum, ſimplex, nulloſq; inſtructa labore
Mẽſa, dein latices mihi ſobria pocula ſũdũt
Hæ mihi diuitiæ ſummæ, Chriſtuſq; ſalutis
Auctor.

CAPVT

CAPVT VI.

Quantum proſit omnibus abſtinentia à carnibus exemplis comprobatur.

Vtilitas abſtinẽtia exẽplis oſtẽditur.

34 QVaſi infinita reperiuntur exempla à Patribus ſacriſq; Doctoribus allata, in quibus ſummopere abſtinentiæ vtilitas relucet, inter quæ pauca hæc reſumere libuit.

Eucherius.

Eucherius Lugdunenſis, qui ſcripſit anno domini 450. in ſua hom. 1. de ieiunio Quadrag. ait. *Per gula, & incontinentia vitium mors intrauit in terram. Ieiunij beneficium quid conferre poſſit aduerte cum cibi ſolicitatione perſpicias: ab illo ſaltem require abſtinere quid proſit, qui ſe contra Diabolum pugnaturus, ad informationem tui, abſtinentia virtute præcinxit. Quam quidem vitam Apoſtolis ſuis Ieſus inſinuauit, vt requirentibus quod remedium ei, qui à Dæmonio vexabatur poſſent adhibere, reſponderit. Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur niſi per orationem, & ieiunium. Vide, quid commodi circa propriam operetur ſalutem, quod alio ieiunante interdum etiam ad alienam pertinet ſanitatem, vt homo per abſtinentiam Angelicam poſſit expugnare naturam ex hoc quantum in ea inſit vtilitatis intellige. Ecce extrinſecus virtus augetur, corpus affligitur, & Diabolus effugatur.*

Iſidorus.

Sanctus Iſydorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. ad Maronem oſtendit mala quæ affert guloſitas, & bona, quæ per abſtinentiam acquiruntur. *An non carnium, & ollarum cupiditas Iſraelem in Deſerto commorantem innumeris tormentis, & tentationibus confecit? An non rapidus venter, & carnium ereptio, & crapula, & inſanus mulierum amor effecit, vt Ophni, & Phinees Sacerdotio, & Arca, & tribuum Imperio, & gloria, & honore truncati hoſtili gladio trucidarentur? An non carnium voracitas ignominioſos Sacerdotes Eliæ tempeſtate gladio, ac nece dignos reddidit. An non ieiunium Niniuitis cum celerem ac breuem mortis ſententiam accepiſſent, vitam attulit? An non ieiunium eximiæ virtutis adoleſcentem Danielem, eoſque qui eadem, qua ille mente præditi erant, & Tyranno, & tonante igne ſuperiorem reddidit? An non ieiunium, & vitæ Sanctitas hoc Ioanni præſtitit, vt incarnatũ Deum baptizaret; vt, qui dignam tanto Sacramento puritatem adeptus eſſet? An non ieiunium, & nuditas, & Chameunia, & corporis maceratio, hoc Paulo attulit, vt Paradiſi arcanorum auditor eſſet? Quid igitur harum rerum imitatione relicta, malo conſilio deteriora complecteris?*

Addam, & hic, quæ in Moyſe abſtinente exempla relucent, quæ prorſus Iouinianum Hæreticum, nè dum reuincunt, ſed nos etiã prouocant ad abſtinentiam ſeruandam. Nam Moyſes, quadraginta diebus, & noctibus ieiunus in Monte Sina etiam tunc probans non in pane ſolo viuere hominem, ſed in omni verbo Dei cum Domino loquitur. Populus autem ſatur idola fabricatur. Ille vacuo ventre legem accipit ſcriptam digito Dei: Iſte manducans, & bibens, conſurgenſque ludere, aurum conflat in vitulum, & Ægyptium bouem præfert Domini maieſtati. Tot dierum labor, vnius horæ ſaturitate perit. Frangit audacter Moyſes tabulas: ſciebat enim Dei ſermonem non poſſe audire temulentos. Incraſſatus eſt, & pingue factus, & dilatatus, &, recalcitrauit dilectus, & dereliquit Dominum, qui fecerat eum, & abſceſſit à Deo ſalutari ſuo. Vnde, & in eodem Deutoronomio præcipitur: Ne commanducaueris, & biberis, & domos optimas ædificaueris, ouibus, & bubus tuis multiplicatis, & argento, & auro extollatur cor tuum, & obliuiſcaris Domini tui. Denique manducauit populus, & incraſſatum eſt cor eius nè videret oculis, & audiret auribus, & corde conijceret: Et vultum ieiunantis Moyſi, & iuxta hæbraicam veritatem Dei confabulatione cornutum pactus, & propinquior populus ſuſtinere non potuit. Ait itaque D. Hieron. *Quod cum Moyſes accedere voluit ad tractandum cum Deo à quo legis ſacramenta, & ſecreta erat accepturus non minus, quam quadraginta dierum continuò ieiunio fuit diſpoſitus. Tuncque non ſolum legem accepit, & præcepit; ſed eius recondita ſacramenta intellexit: tanta, tamq; fulgens claritas vultus eius fuit impreſſa, & adeſit, vt non poſſent filij Iſrael in faciem eius intendere, excæcabantur enim oculi eorum à nimio vultus ſplendore, ideòq; oportuit velo ſuper ducto operire.* Qua in re duo ſunt expendenda: primum eſt aptè Moyſen ad myſteria diuina intellectu, & mente percipienda rigido, & grandi ſe diſpoſuiſſe ieiunio, quia ineptus eſt, vt ea vel leuiter intellectu attingat, qui cibo, & potu fuerit ſaturatus: Vnde merito docet fregiſſe Moyſen tabulas legis, quas ferebat dum inuenit populum commeſſationibus, & ebrietatibus traditum, quoniam ineptiſſimum iudicabat illum ad myſteria legis, vel leuiter percipienda, quem nimia ſaturitate vidit refertum.

Ille (inquit Hieron.) *vacuo ventre legem accepit ſcriptam digito Dei non tantum eius corticem intelligens, ſed ad ſecretiora illius ſacramenta pertingens: Iſte autem manducans, & bibens, nec extremum litteræ, corticem intelligere erat aptus, qui poſt epulas Ægyptium bouem præfert Domini maieſtati.*

Secundum eſt, aptè ſplendidiſſimam lucem, & claritatem fulgentiſſimam inſediſſe, & adhæſiſſe faciei Moyſi, quam tam rigido, longoq; confecerat ieiunio, quod aptiſſimè diſponit ad lucem diuinam recipiendam; è contrario autem tanta obtuſos fuiſſe caligine epulatores, qui non ſolum in ſe lucem recipere non valerent, ſed nec eam, quæ in alio erat poterant intueri. Saturitas enim ita luci, & fulgori contraria eſt, vt non ſolum reddat ineptum eum in quo eſt, ſed, & illud habentem reddat, ad alteriùs ſplendorem conſpiciendum: vt verè neſcias, quid magis mirari debeas fulgentiſſimam lucem quam Moyſes ieiunio di- *Hierony.*

ſponente accepit, an tam grandem hebetudinem oculorum populi, quam intemperantia, & ingluuies inuexit, vt lucem non poſſent intueri. Ex quibus inferre licet, nihil magis mentis oculos offuſcare, quam nimiam ſaturitatem perquam nec clariſſimam lucem quidam attingunt, quodq; ſi non eadem paritate præſtat carnium eius ad minus retardat valdè intellectum ad ſe eleuandum, vt cæleſtia contempletur, & lucem cognoſcat. Inſuper nihil magis ex parte noſtri ad illuſtrandam mentem conducere, quam validum, forteq; ieiunium, & carnium abſtinentia carnem extenuans, quæ mentem deprimit, & ſuis offuſcat vaporibus, & perturbationibus, & motibus.

Palladius. Palladius Hiſtoriæ Sacræ ſed. 19. cap. 22. de Moyſe Eremita, ait: Cum acceſſiſſet ad magnum Iſidorum Moyſes tertiò eum retulit de bello fornicationis. Cui reſpondit Sanctus: Ne conturberis ò frater: ſunt principia, & ideò te vehementiùs inuaſerunt, priorem requirentes conſuetudinem! Sicut enim canis cum aſſueuerit in macello oſſa rodere, non recedit à conſuetudine. Sed ſi fuerit clauſum macellum, & nemo ei dederit fame enectus non ampliùs accedit; ſic tu quoque ſi permanſeris in tuæ continentiæ exercitatione, mortificans membra tua, quæ ſunt ſupra terram, & excludens ab ingreſſu ingluuiem, quæ parit intemperantiam; ægrè ferens Dæmon, vt qui cibos non habeat, qui accedant, à te recedit: Cum ergò feceſſiſſet Chriſti ſeruus Moyſes, & ab illa hora ſeipſum incluſiſſet in cella, maxima in omnibus exercebatur tolerantia; maximè autem in abſtinentia à cibis: vt qui nihil aliud ſumeret præter panis ſicci vncias duodecim, plurimum operãs, & quinquaginta orationes quotidiè peragens.

Denique priſci illi Sanctiſſimi in Eremo Patres ſtudio perfectionis, ita corpus caſtigarunt, vt pœnæ videatur incredibile; Deoq; id placuiſſe, patet ex vita eorum tam ſancta, quam longæua, & fælici, vt ſupra ſæpiùs diximus, & videre eſt, apud Hieron. in vita Sancti Hilarionis, Sancti Pauli; Et Athanaſius in vita Sancti Antonij, & Theodoretus in vita Simeonis ſtylitis qui octuaginta annos perpetuo noctu, diuq; ſubdio ſtetit in columna vix cibum vix ſomnum capiens; Aliorumq; plurimorum, adeoque à viris prudentibus in vitis Sanctorum ſolerter obſeruatum eſt, nullos pœne Sanctos miraculis, & geſtorum rerumque admirandarum gloria claruiſſe, niſi illos, qui ieiunijs, & vitæ auſteritate excelluerunt, quique corpus afflixerunt, aut à Deo morbis, vel ab hoſtibus, & tyrannis tormentis, & ærumnis afflicti fuerunt, cæteros ſanctos qui communem vitam egerunt multum quidem ſibi, & Eccleſiæ profuiſſe, ſed miracula, aut nulla, aut rara patraſſe.

Baſilius. Ieiunij antiquitas, & beneficiũ. 36 Eia ergò fratres ieiunium, & abſtinẽtiam amplexamini: Nam vt ait D. Baſilius (hom. 1. de laudibus ieiunij.) *Quidquid antiquitate excellit venerabile eſt: reuerere ieiunij canitiem: coætaneum eſt humanitati ieiunium, in Paradiſo ſancitum eſt; Primum mandatum accepit Adam: de ligno cognitionis boni, & mali nè edatis: hac vox, nè edatis Ieiunij, & abſtinentiæ eſt præceptum: ſi Eua ieiunaſſet à ligno, non hoc nunc ieiunio opus haberemus, non enim opus eſt valentibus medico, ſed malè habentibus. Malè effecti ſumus per peccatum, ſanemur per pœnitentiam, pœnitentia autem citra ieiunium irrita eſt.* Hæc Baſil.

Et vltra allata exempla, quibus abſque dubio ad abſtinentiam ſuſcipiendam mouemur. Audite quibus verbis nos ad iddem et hortetur D. Ioannes Chryſoſt. hom. 3 ad populum Antiochenum, quæ eſt in profectionem Epiſcopi Flauiani, *Quemadmodum itaque præterita hieme, & æſtate apparente* (ait) *Nauta quidem nauigium deducit, miles verò arma deterget, equumq; ad bellum parat, & agricola acuit falcem, & viator fiducia plenus longum iter aggreditur, & ad certamina pugil expoliatur, ſeq; denudat: ſic, & nos ieiunio tanquam æſtate quadam ſpirituali apparente, & arma tanquam milites abſtergamus,* (Et paulò poſt) *Acue falcem tuam, quæ per crapulam hebetaſti, Acue per ieiunium, aggredere iter in Cœlum ferens: aſperam, & anguſtam viam attinge, & ambula. Quomodo autem poteris attingere, & ambulare? Caſtigans corpus tuum, & in ſeruitutem redigens. Vbi enim via anguſta, magnum impedimentum eſt carnis ex crapula obeſitas.* *Chriſoſt.*

Et in hom. 53. (idemet ſanctus) quæ eſt prima de pœnitentia ait. *Ieiunium mirare proniſq; manibus ſuſcipe: Quoniam enim, & in camino fert opem, atque in Leonum cuſtodit lacu, Dæmoneſq; fugat, & Dei reuocat ſententiam; vitiorumque furorem ſupprimit, & ad ipſam nos reducit poteſtatem libertatem, plurimamque in noſtris cogitationibus quietem inſinuat; quomodo non ſupremæ fuerit iniquitatis tot, tantaque in manibus habentem bona, & fugere, & timere.*

CAPVT VII.

Quantum placeat Deo abſtinentia à carnibus miraculis oſtenditur.

37 QVam plurima miracula leguntur paſſim in auctoribus, & non pauca indies videntur, in ſignum, & combrobationem abſtinentiæ à carnibus: ijs enim facillimè conſtat talem abſtinentiam Deo ſummoperè placere.

Quare legendus eſt in primis Sanct. Greg. Magnus in primò dialogorum libro cap. 1. vbi narrat Abbatem Honoratum cum à teneris annis abſtinentiæ ſe ad domandam carnem, Cœlumque adipiſcendum dediſſet parentibus ad conuiuium in quo paratę erant carnes vicinos inuitantibus, carnes attingere per abſtinentiæ amorem renuiſſe. Cui parentes irridentes. *Comede* (inquiunt) *nunquid piſcem in his montibus tibi allaturi ſumus.* Illo verò *Gregor. Magnus.* *Miracula patrata à Deo in cõprobationẽ abſtinẽtiæ.*

in loco

Digitized by Google

Pro Honorati eſu inuentus piſcis.

in loco piſces auditi conſueuerant, non videri, Interea repente in conuiuio aqua defuit: Famulus igitur cum ſitula lignea ad fontem pergit, dumque haurit aquam piſcis ſimulam ingreditur, qui ad totiùs diei victum Honorato poterat ſufficere. Redeunte famulo, & ante ora diſcumbentium piſcem cum aqua fundente, mirati ſunt omnes, totaq; illa parentum irriſio ceſſauit, cæperuntque in Honorato venerari abſtinentiam; quam ante deridebant: ſicque à Dei homine irriſionis deterſit opprobria piſcis allatus de fonte. Altiſſimi prouidentia.

Arribo.

Arribo friſingenſis in vita Sancti Corbiniani cap. 13. ſcribit: Cum quadam die ad Tuſciæ partes perueniſſet ſexta feria ieiunij in qua abſtinere oportebat ab eſu carnium, videntes hi, qui præerant itineri, quod hora guſtandi tardius protrahebatur, dixerunt, vt vel paululum repauſarent. His dictis, is qui alimenta ad menſam Pontificis miniſtrabat, dixit ſe ad eſum Epiſcopi nihil præter carnem habere, quam eo die non comeſturum Epiſcopum nouerat. Hoc eo dicente, vir Dei ſurſum aſpiciens, vidit Aquilam in aeris altitudinem volantem, & ait; *Ecce auis per quam nobis Dominus miſericordiæ ſuæ largitate daturus eſt alimenta.* His dictis ab intuẽtium oculis longius Aquila receſſit, & de tanta altitudine oculorum acie piſcem in maris fluctibus videns, ſummiſſis alis arreptum ad littus perduxit: Illis ergò pergentibus quidam cocus Pōtificis more itinerantium hoc videns, ad littus cucurrit, inuenit Aquilam in piſcis ad huc viui capite ſedentem piſcemque palpitantem. Qui cum aduenisset, Aquila piſcem dimiſit, & auolauit: At cocus arreptum piſcem obtulit Pontifici, & factum Aquilæ enarrauit. Magnitudo verò piſcis tanta erat, vt non ſolum Pontifici ſufficeret ſed etiam cunctis, qui apud illum comederunt.

Ad Corbiniani eſum Aquila piſcem extrahit de mari.

Theodoretus in hiſtoria Sanctorum Patrum cap. 26. de Simeone: (ait.) Ex ijs, qui crediderant quidam Iſmaelita Deo votum fecerat, hoc diuino viro teſte. Pollicitus autem erat futurum, vt ſe deinceps perpetuo abſtineret ab eſu cuiuſuis animati. Hoc promiſſum neſcio quomodo quodam tempore tranſgreſſus occiſam auem auſus eſt comedere. Cum Deus autem per increpationem eum ad conuerſionem voluiſſet deducere, & ſuum famulum honorare, qui fuerat teſtis promiſſi, quod is fuerat tranſgreſſus mutata eſt in lapidis naturam caro auis adeò, vt nec ſi vellet quidem deinceps eo veſci poſſet, &c.

Caro in lapidem mutatur, nè frangatur votum.

Guntheri prace nè carnem ederet ſurgit Aſſatus Pauo, & volat.

Cum ſæpiùs inuitatus Guntherus, inuitus tandem ad Stephanum Hungarorum Regem cognatum ſuum acceſſiſſet, & ad menſam ſecum ſediſſet, iuſſus eſt à Rege comedere carnes, quas ſibi vir Sanctus interdixerat; cumque inter prandentes (more ſolito) orationi inſiſteret; caputque manibus inclinando, profuſis lacrymis, ne illicitis cibarijs pollueretur, Diuinam Clementiam imploraret; Mira res, Completa oratione, caput de manibus eleuat Dei famulus, & Pauo aſſatus, menſæque ſuperpoſitus (de quo edere iubebatur) priſtinæ vitæ redditus, euolauit, & ab eius eſu gratia diuina virum abſtinentem liberauit.

38 Erat Londini in Britannia quidā Monachus Carthuſienſis ſuauiter nutritus, & parum Religioſus inter alios multos qui mortem ſubierunt pro obedientia Catholicæ Eccleſiæ; iſte, qui dicebatur Ioannes Daileus quadam die murmurauit de allato eſu non ita benè diſpoſito prout malebat; & dixit vellē potiùs comedere ranas, quam hos piſces allatos mihi. Statim eum Deus puniuit pro facta murmuratione, & eius deſiderium cōpleuit eo modo quo ſe geſſit cũ filijs Iſdrael murmurantibus, quando *deſiderium eorum attulit eis*. Pſalm. 77. c *Et miſit cibaria eis in abundantia, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata*; Sic & iſti dedit, quas petijt ranas in tanta abundantia, vt cubiculum, & viridariũ plenum, & opertum ranis videretur. Illũ ranæ ſequebantur quocunque pergebat, & ſuper ſtratum aſcendebant ita, vt videretur plaga Aegypti, etiam in menſa, & in epulis; ſi ad ignem eas proijciebat, ſaltabant, è non comburebantur. Si eas occidebat, magis multiplicabantur quotidiè; hac pænitentia ſed inuita, per menſem in cubiculo durauit, ſed à viridario per tres menſes ranas non eiecit. Nec tali monitione correptus Dei iram placauit, ſed in peius incidit crimen. Nam reliquit habitum de licẽtia peſſimi Regis Enrichi, qui ſe Papam fecit in Regno; & ſuper omni caſu diſpenſabat. Si contra Deũ & Eccleſia erat, &c.

c Pſal. 77. 25. 27. 29.

Guloſo piſces vertũtur in ranas.

Fertur etiam quod cum primo ingreſſi ſunt ſolitudinem Patres quidam Carthuſienſes cũ Sancto Brunone ſubueniebat eis de victu, & veſtitu quidam Epiſcopus Hugo, dabatque illis panem, & legumina, & aliquando vt creditur in Paſchate carnem; quod item facere voluit quadam Dominica Quinquageſimæ, vt carnis priuio aliquod carnis alimentum haberent. Illi autem Patres ſacris peractis ad refectorium ſe contulerunt, vt comederent, at Bruno præmiſſa benedictione, ſic ſuos alloquutus eſt diſcipulos: Certè fallimur chariſſimi ſi tam delitiosè viuimus, deſertum hunc ingreſſi ſumus pro maiori pænitentia ad inſtar Pauli, Antonij, Macharij aliorumque Patrum; nunc dicito mihi, comederunt ne illi carnes? Reſponderunt, ſumus, & nos fortaſsè meliores Apoſtolis qui comedebant, quidquid illis apponebatur? Sanctus Bruno cum duobus ſocijs pugnabāt pro abſtinentia ſolidiſſimis rationibus, in qua deuota contentione altercantes in propria menſa, & ſuper carnem, quam videbant, minimè autem tangebant, intenti erant diſputationi per aliquantulum temporis ſpacium. Interea Deo ſic volente quaſi ex diſputatione defatigati, obdormierunt ſomno ita profundo, graui, & diuturno, vt per totam Quadrageſimam minimè ſint expergefacti. Quos inuiſendos cum curauerit Epiſcopus præfatus, cauſa celebrandi cum illis Sanctis viris

Caro in cinerem mutatur.

S. Bruno, & ſocij per totam quadrageſimā dormierũt, ne carnem comederēt.

ſacratiſſimum diem Cænæ Domini more ſuo ſolito: Præiuit famulus, eius iuſſu, vt moneret Patres, quos cum vidiſſet ſeptem illos dormientes, & paratis menſis carnem ad eſum, graui ſcandalo offenſus remanſit, & reuertens ad Dominum ſuum retulit, quæ viderat. Epiſcopus verò licèt non ſtatim credidit, miratus tamen aliquantulum, miſit alium, qui reuerſus eſt eandem referens viſionem; ſimiliter fecit, & tertius. Nihilominus non poterat ſibi perſuadere Epiſcopus, illos Patres de quorum ſanctitate erat edoctus quadrageſimali tempore carnem comediſſe, & eo magis in diebus ſanctis acceſſit perſonaliter, & vidit proprijs oculis carnem paratam ad eſum, & offenſus eſt tanquam de re nimium graui. Interea ſe à ſomno excitarunt Patres, & videntes Epiſcopum acceſſerunt ad eius deoſculandas manus, & gratias ei agendas pro tanto beneficio illis collato. Cum miſerit carnem, vltra quotidianas alias eleemoſynas. Tunc Epiſcopus ad Brunonem ait, qualis, Pater, dies eſt hodiè? Dominica Quinquageſimæ, reſpondit, paulò ante peregimus ſacra, & dum de abſtinentia carnis colloqueremur prout olim Eremitæ obſeruabant, dicentes bonum forè nobis, ſi ita obſeruaremus, obdormiuimus aliquantulum. At Epiſcopus, nunc dies Mercurij eſt hebdomadæ ſanctæ; Et prouiſori ſuo dixit, vt videret, ſi illa eſſet caro, quam miſerat, & ita eſſe annuit: & tangens carnem in cinerem vertebatur; quod cum vidiſſent, & miraculosè id eueniſſe experti ſint, ad pedes Sanctorum proſtrati omnes veniam petierunt de falſo iudicio, quo iudicarunt eos hebdomada ſancta carnem comediſſe.

In Monte Virgine nō ſolum caro non comeditur, ſed neq; ferri poteſt.

Valeat pro mille continuum miraculum, quod in Eccleſia ſanctiſſimæ genetricis Dei in Monte Virgine, vbi Beatus Guglielmus admodum pænitens vixit pane, & aqua, vel aliquando leguminibus vtens, nunquam carne, & eiuſdem Virginis monitu prohibuit non ſolum ne carnibus veſcerentur in Monaſterio, ſed ne in Monte illo carnes, vel carneas dapes ferrent. Vnde etiam ſi caſu, & ignoranter quis ad montem accederet cum dapibus carneis, ſtatim turbatur Cælum, & audiuntur tonitrua, mittit fulgura coruſcationes, & pluuias, nec vnquam placatur Cælū, niſi priùs eijciatur tranſgreſſor illius ſtatuti. Qua ratione quærunt ſtatim quis habeat aliquid carnis; quem cum inuenerint extra mōtem carnem mittunt, & ceſſat tempeſtas. Et in tanto rigore curat Beatiſſima Virgo ſeruari ſtatutum, quod certo tempore propter mulierem quandam ferentem capillos adipe vnctos, orta eſt ſimilis tempeſtas, & ſedari non videbatur; nam quærentes non inueniebant carnem nec carneas dapes, aut lacticinia; tandē mulier credēs propter ſuos capillos turbatum Cælum, eos præcidit, & iuxta mōtem poſiti ſunt ſub lapide, vnde Cælū placatū eſt, peracta poſtea deuotione, & reuertentes ad propria videre voluerunt capillos, quos in vermes mutatos reperierunt. Et ita hac de cauſa turbari Cælum experitur quotidiè. En quantum placet Virgini totique curiæ triūphanti abſtinentia à carnibus.

CAPVT VIII.

Argumenta contradicta ſoluuntur.

39 Nonnulla argumenta contra Religioſorum, aliorumque omnium abſtinentiam à carnibus proponuntur, vel ab hæreticis, vel à guloſis, vel ab alijs morigeratis viris ad clariorem notitiam indagandam; vtque magis abſtinentiæ virtus reſplendeat ingenijs hinc inde pugnantibus.

Arg primò

Quamobrem ſit primum Argumentum illud quod Iacobitæ contra Carthuſienſes propoſuere; Videlicet: Vitare carnium eſum eſſet, defectus charitatis, nam maioris amoris ſignum eſt concedere carnes, quam eas denegare, ijs maximè quorum complexioni olera non conferunt; ergò prohibentes carnium eſum cæterorumq; ciborum conſimilium ex defectu charitatis hoc faciunt, quandoquidem in tali caſu periculum propriæ vitæ, aut ſaltem ſalutis obſeruantes incurrunt.

Reſpondet. ſtatuiū de non comedēdis carnibus non eſt contra charitatē.

Reſpondetur negando antecedens, & quam falſum ſit, ex hoc declaratur; quod ex ſumma ſit charitate, & propter charitatem perfectè acquirendam, non adimit charitatem: Cum ergò in ordine noſtro, & Carthuſienſi, ſicut & in quolibet alio ſub titis, ſeu profeſſoribus denegentur carnes virtute alicuius ſtatuti dicendum eſt, quod non ſit in odium proximi, ſed ſolum amore Dei, qui amor iam ad obſeruationem conſtitutionis nos omnes & ſingulos obligauit. Ridiculum enim, & abuſiuum eſſet dicere quod nos ad obſeruādam quadrageſimalem vitam omninò carnium, & lacticiniorum eſum denegantem, alio fine factum ſit quam amore *Dei*. Sed illa charitas eſt ſuprema, quæ reſpicit Deum pro obiecto; Ergò falſum erit aſſerere, quod charitati aduerſamur abſtinendo à carnibus, eaſque ſucceſſoribus negantes, alijſque extra religionem à talium ciborum eſu abſtinere conſulendo cum propter Deum fiat, & nunquam in odium proximi.

Chriſoſt. 1. ad Cor. 9.

Quæ reſponſio confirmatur ex doctrina Diui Chryſoſtomi, in cap. 9. primæ Epiſt. ad Corinth. vbi ait. *Caſtigo corpus meum, quaſi dicat multum ſuſtineo laborem, vt ſobriè viuā, ſiquidem intractabilis eſt cupiditas, ventris voracitas, verum tamen ea cohibeo, & non trado me ipſum affectibus, ſed affectus comprimo, & ipſam naturam multis ſudoribus ſubijcio: hæc autem dico, vt nemo à certando deſperet pro virtute: nam laborioſum eſt. Quare inquit caſtigo & in ſeruitutem redigo, non dixit perdo, & punio? non enim inimica caro eſt. Sed caſtigo, & redigo in ſeruitutem, quod Domini eſt non hoſtis; magiſtri non inimici; exercitatoris non aduerſarij: ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus inueniar. Quod ſi Paulus hoc timuit cum talis eſſet præ-*

ceptor

Digitized by Google

ceptor, & poſt prædicationem, & orbis terrarum ſuſceptum patrocinium formidauit; quidnam nos dicemus. Hæc ille. Igitur ſtatuere, quod cato non veſcendo carnibus, maceretur, quod abſtinentiæ à paſchalibus inhæreatur non ex defectu charitatis prouenit, ſed ex ſumma charitate, non eſt hoſtis, & inimicus, qui hoc ſtatuit, ſed perfectus amicus, & ad hoc idem hortando, & præfatam abſtinentiam docendo magiſter, & præceptor fidelis certè apparet, ſummoque amore erga Deum, & proximos eſſe affectum oſtendit.

In illud Epiſt. ad Roman. Bonum eſt.

40 Sed fortitan vitare carnem erit defectus charitatis, ſi charitas ſumatur prout ſumebatur olim, vt ſcilicet ſignificet lautas cænas omni ciborum genere ornatas: Eas enim Antiqui quidam vocauere charitates. Quos arguens Clemens inter alia dicit: *Sed ſentio vnde nam effluxerit ſpecioſa cœnarum appellatio: nempè ex gutturibus. Inſania bellariorum venditator, aut Comicus. Reuera enim multa multis ſunt cœnæ gratia: Non dum enim didicerunt Deum paraſſe ſuo opificio homini in quam cibum, & potum, vt conſeruetur non autem, vt voluptate afficiatur, &c.* Putat igitur vocari cœnas Agapas, ſeu charitates initium ſumpſiſſe à gutture implendo; Multis ſibi opus eſſe cenſentes, nec paucis contẽti, ſe diligi putabant illi, ab iis, à quibus inuitabantur. Quod non feciſſent, ſi Deum creatorem ſuum, non ad voluptatem, ſed vt in vita conſeruarentur cibos homini paraſſe, credidiſſent. Eſt enim natura paucis contenta. Hoc non ſibi perſuadentes paraſiti, quos ventitatores inſaniæ bellariorum vocat Comicus Menander fortaſsè, qui temporis incuria intercidit cum benè, & lautè cænandi magno tenerentur ſtudio ad menſas diuitum ventitabant, vt ſe implerent bellariis. Iſti prorſus paraſiti, qui lautas cœnas charitates vocant. Abſtinentiam à carnibus, qua fit ſimplex cœna deliciis, lautitiiſque cibis carens ex defectu charitatis inſtitui dixere; illius ſcilicet charitatis (vt verum dicant) quam ipſi nouerant in lautis conuiuiis; non tamen illius, quæ erga Deum, & proximum verſatur. Hæc enim maximè elucet, tam in iiſdem et abſtemiis, quam in ſtatuentibus ſeruari abſtinentiam; quia vtrique rectè cognoſcũt, hac via peruenire facilius ad charitatem Dei & proximi, nec parum diligunt corpus cum ſciant iam naturam eſſe paucis contentam, vt conſeruetur: Hic quidem eſt finis Dei creantis illam, ex paucorum autem numero excluduntur carnes iuxta ea, quæ ſæpius diximus, & præcipuè tractatu 7. & præcedenti.

Prohibere eſum carnium cuius charitatis ſit defectus.

Menãder.

Argum. 2. Reſpond. ad Coloſ. 2.

Secundum Argumentum. Quod etiam fiat odii cauſa non obſtantibus præmiſſis; ſic probat: prohibere eſum carnium eſſet naturam noſtram deliciis, ac voluptatibus priuare, & in horum copia ciborum eſurire, eamque fame cruciari, neque valentibus cibus præſcribendus eſt, vt ægroto; alias homo fieret miſerabilior, vltra ſui naturam, & ſi talibus deliciis priuaretur: corpus ſuum parui æſtimaret contra illud Pauli Apoſtoli ad Coloſſ. 2. *Habeto honorem corpori*. Ergò.

Reſpondetur, quod qui eſuriunt iuſtitiam, & ad eam acquirendam faciliori itinere ducuntur, non cruciantur, fame terrenarum cupiditatum, vt ſunt, qui à carnibus abſtinent nam ii deliciis animi occupati quaſi obliuiſcuntur corporis, non ſubtrahendo tamen neceſſaria vt obliuiſcebantur olim plerique Sancti Eremitæ, vt de Ioanne Abbate refert Caſſianus Collat. 19. cap. 4. Qui non recordabatur an pridiè comediſſet nec nè; & fame, ciborum delectabiliũ nõ opprimebatur. Nec efficiuntur religioſi, & quicunque alii à carnibus abſtinentes miſerabiliores, ſed fœliciores, & purioris vitæ; imitantes eos veteres Eremitas, quos abſtinentiæ ſeueritate viros perfectiſſimos, & miraculis clariſſimos euaſiſſe cognoſcunt. Cuius rei teſtes produci poſſent illi omnes, qui ſcripſerunt vitas, & res geſtas Eremitarum ægrè ferentium iſtam corporis ſeruitutem: Qua propter quo rariùs poterant neceſſitati corporeæ ſatisfacere, eo ſe fœliciores putabant, vt de primis illis Monachis etiam Phylo ſcribit in lib. de vita contemplatiua ſupplicum: Multi ex illis propter auiditatem ſpiritualium epularũ vix quinto, aut ſexto quoque die corpus reficiebant. Hos itaque imitari intendunt (per quantum præſens humana fragilitas ſuffert) Religioſi noſtri, & alii à carnibus abſtinentes, vt ſanctiores, & fœliciores tali via euadant. Optimè enim cognoſcunt, gratiſſimam eſſe Deo victoriam cupiditatum, & corporis exercitationem. Caro enim, quia ſemper concupiſcit aduerſus ſpiritum; placet Deo, vt ſpiritus, ſemper concupiſcat aduerſus carnem: ad hoc vt mentem ad cœleſtia dirigãt velociùs, vt Eremitæ fecerunt, quos Aug. de moribus Eccleſiæ miris laudibus extollens (ait.) *Nihil de iis dicam, qui ſecretiſſimi penitus ab omni hominum conſpectu pane ſolo & aqua contenti deſertiſſimas terras incolunt perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatiſſimi, quæ niſi Sanctorum intellectu percipi non poteſt*. Hæc Auguſtin. Euadunt igitur abſtinentes à carnibus, & carneis dapibus ditiores potiùs, fœlicioreſque non miſerabiliores.

Caſſianus.

Abſtinens fœlicior euadit.

Auguſtin.

Ad illud autem, teſtimonium D. Pauli ad Coloſ. *Habeto honorem corpori*, duplici explicatione, & ſolutione reſpondet Cardinalis Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 34. ad 4. vnam tradit ſecundum Auguſtini explicationem in Epiſt. 59. ad Paulinum, vbi ait. Quæ videntur quidem rationem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione, & humilitate non ad parcendũ corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis. Ideſt videtur abſtinentia iſtorum habere quaſdam rationes ſapientiæ, licet ſuperſtitioſa ſit, quia hoc facere videntur ad humiliandum cor, & caſtigandum corpus non autem ad honorandum, vel ſaturandum: hęc enim bona eſſent, ſi non fierent ſuperſtitioſè: nam & Paulus ait, *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*, 1. Cor. 9.

Bellarm.

Corpus honorare non eſt cibis ſaturare, ſed neceſſaria illi negare.

41 Alteram Reſponſionẽ adducit ſecundum

dum explicationem Hieronymi in Epiſt. ad Algaſiam, & etiam ſecundum Chryſoſtom. Qui dicunt reprehendi eos, qui corpus non honorant: porrò honor debitus corpori, id requirit, vt non ſubtrahantur ei neceſſaria, neque ſine vtilitate, vel neceſſitate affligatur. Nos autem antiquorum Patrum, & Eremitarum vitam ſectantes affligimur quidem à carnibus abſtinendo, ſed magna cum vtilitate nec tamen neceſſaria nobis ſubtrahimus quin potiùs maiora tribuimus naturę, quam ipſa indigeat, cum vt diximus ſit paucis contenta; & exemplo eorum, qui longiſſima vita vixerunt iam idemet probauimus, nec alius corpori cibus neceſſarius eſt, quam expoſitus, & debito honore honoram⁹ corpus cũ cibus ille non ſubtrahatur ipſi. Carnes autem, quia ſuperuacaneæ ſunt ad ſuſtentandam vitam, ob virtutem abſtinentiæ illas corpori negamus.

Argumen. tertium. Tertium Argumentum eſt contra Carthuſianos: ſic licet ad ſalutẽ, & ad vitandum mortis periculum, non ſit omninò, & neceſſarius eſus carnium, tamen, vt ſecuriùs, & certiùs euadant Carthuſiani verbi gratia (nobis enim infirmitatis tempore licitum eſt comedere paſchalia) mortis periculum, vti deberent carnibus ſed non faciunt; ergò tali vitæ ſeueritate in ſeipſos peccant; nam periculũ meliori modo, quo poſſunt non fugientes videntur, quod ſe mortis, & ſalutis periculo propria voluntate exponunt ſine Dei mandato contra illud Matth. 4. d *Non tentabis Dominum Deum tuum*: Quibus ſtantibus peccare eos patet, qui continuam hanc abſtinentiam ſeruant.

d *Matth. 4. 7.*

Reſpondet. Huic argumento multis ſatisfecimus præcedẽti tractatu; Sed nunc aliqua reſumendo, paucaque alia addendo. Reſpondetur, quod Carthuſianis, & quibuslibet alijs Religioſis ſufficit concedere naturæ, ea tantum, quæ neceſſaria ſimpliciter ſunt, non tamen tenentur dulciora, & ſecuriora quærere, nec ex hoc errant cum probabiliſſimam opinionem Doctorum ſequantur, neque periculo ſe exponunt, nam tunc ſe exponerent cum aliquid ſubtraherent corpori, quod ſaluti, & vitæ ſuſtentationi neceſſarium ſimpliciter eſſe cognoſcerent, hoc autem in caſu noſtro non currit ideò periculo non ſe exponunt: Sed ſi per impoſſibile demus, quod alicui periculo ſe exponerent, non vtendo carnibus in mortis periculo, non peccarent; Nam vt ſic periculo ſe exponere peccatum non eſt, alioqui non liceret, nauigare, nec præliari, &c. Seu peccatum eſt temere ſe exponere periculo, quod faceret, qui ſine iuſta cauſa, & conſcius ſuæ debilitatis, & nuditatis, cum viro forti, & armato congredi vellet: & ſimiliter in rebus ſpiritualibus, vt ſi quis ſine propoſito purioris vitæ, & deſiderio conſequendi tot bona, quot abſtinẽtia cauſat carnes vitaret eo tempore, quo aliquo ex aſſignatis modis loco citato neceſſarias eſſe cognoſceret; vtputa in extrema neceſſitate conſtitutus; ſola naturali virtute confiſus omnem cibum vitaret, & fame periret, iſte proculdubio periculo ſe exponeret, & peccaret.

Periculoſe exponere quando eſt peccatum.

42 Hæc eadem videtur afferre Lorinus in act. Apoſt. cap. 20. v. 24. vbi citat Auguſt. lib. de doctrina Chriſtiana, cap. 24. *Quod autem* (quidam) continentia quadã, & laboribus quaſi *perſequi videntur corpora ſua, qui hoc rectè faciunt, non id agunt, vt non habeant corpus, ſed vt habeant ſubiugatum, & paratum ad opera neceſſaria. Libidines enim malè vtentes corpore, id eſt conſuetudines, & inclinationes animæ ad fruendum inferioribus per ipſius corporis laborioſam quãdam militiam extinguere affectant*. Nam non ſe interimunt, ſed curam ſic ſuæ valetudinis gerunt. Non parcimus carni ſicut qui ſemen iacit, vt multiplicatum recipiat. Ac verè docet Bernardus ſer. 6. de aduentu, qui eleganti Apoſtrophe ſuadet, carni. *Vt tanquam vilior cedat potiori ſpiritui, neque iniurias, vel moleſtias proprias reputet, vt apud ipſam tantus hoſpes poſſit honorificè demorari, à quo tot hic etiam recipit beneficia, & ex cuius ſalute pendet ſalus ipſius.*

Lorinus.

Bernard.

Adducit vlteriùs idem Lorinus citatus Theologorum ſententiam, quæ eſt noſtræ reſponſioni conformis videlicet poſſe nos abſtinentiam carnis, vini, ac ſimilium rerum indicere, & durius vitę genus inſtituere, vt virtutes exerceamus, & vitiorum materiam procidamus, quamuis indirectè, ac præter intentionem viuendi, hac de cauſa, ſpacium imminuatur. Cur enim id adeò honeſtum ob finem non liceat, quod licèt opificibus, & alijs lucris gratia? Quod ægris ad producendam vitam? Nullus profectò ſanam magis veramq; ſententiam de prætijs rerum habet, quam, qui non facit animam, hoc eſt vitam mortalem prætioſiorem, quam animę eiuſdem immortalitatem cum ſempiterna beatitudine; *Cuius qui detrimẽtum patiatur quid ei prodeſt etiam ſi mundum totum lucretur*. Matt. 16.

Adderem quoq; quod, & ſi ſalus ob talem abſtinentiam in periculum verteretur; non ideò peccant abſtinentes, cum Chriſti ſeruis ſumma ſalus potiùs ſit in detrimentum vitæ ſpiritualis, iuxta ea, quæ docuit D. Baſilius in Reg. 17. inquiens. *Vti optimus corporis habitus, et colorum bonitas pugilem à cæteris diſtinguit: Sic Chriſtianum à cæteris ſecernit macilentia corporis, pallorq; deſflueſcens, qui continentiæ velut adiutus eſt comes indicio eſt enim Chriſti mandatorum verè pugilem eſſe, qui in infirmitate corporis aduerſariũ ſuum in lucta proſternit, & quam potens ſit in pietatis certaminibus, declarat conuenienter verbis illis: Cum infirmor tunc fortior ſum.*

Matth. 16. 26.

Baſil.

Pugilem Chriſti eſſe macies, & pallor. oſtendit.

Idem Baſil. ad Amphilochium de differentia ciborum ait: *Egregij autem Encratitis ad præclaram eorum obiectionem; cur nos quoq; non omnia comedimus, illud dicatur, quod etiam excrementa noſtra abominamur. Nam dignitate quidem olera nobis carnes ſunt: quod verò ad eorum, quæ ſunt vtilia attinet, diſcretionem, ſicut, & in oleribus id quod eſt noxium diſcernimus. Nam olus quidem eſt cicuta, quemadmodum, & vulturina caro, caro eſt, tamen ne quis hyoſcyamum attigerit, ſi capiat,*

Baſil.

nec

nec carnem attigerit niſi magna neceſſitate vrgente. Quamobrem, qui comedit non inique fecit.

Quartum argumentum, contra id, quod diximus carnium abſtinentiam reprimere, & refrenare carnis concupiſcentiam: Nam magis concupiſcentiam prouocat potus vini, quam eſus carnium, ſecundum illud prouerb. 20. *Luxurioſa res eſt vinum.* Et ad Epheſ. 5. *Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.* Ouidius quoque dixit. *Et Venus in vinis ignis in igne fuit.* Ergò dum ad illam reprimendam à vino non abſtinemus, neque à carnibus abſtinere debemus.

Prouer. 20. ad Epheſ. 5. Ouidius.

Reſpondet. Ad hoc argumentum reſpondetur in primis quod ſi aduerſarij procedere intendunt contra Apoſtolos, fruſtra laborãt quandoquidem pari modo à vino, & carne abſtinebant, & diſpenſatione indiguit Thimotheus iuxta ſuperius dicta, vt aliquantulum vini biberet propter ſtomachum ſuum. Sicq; de omnibus ferè Sanctis Patribus, & Eremitis videtur dicendum, qui ſolo pane, & aqua, vel ad ſummum leguminibus, aut crudis herbis veſcebantur.

Vinũ quare bibimus abſtinendo à carnibus.

Sed ſi argumentum pugnat contra nos, & quoſcunque alios à carnibus abſtinentes, & vinum bibentes obijciant, habeantque quæſo præ oculis carnis figmentum, infirmitates, quibus magis ac magis de die, in diem afficimur. Hæc autem ſi reſpicere noluerint audiant aurea verba D.Th. 2.2.q. 147.art.8. ad primum quod ad actum generationis tria concurrunt, ſcilicet calor, ſpiritus, & humor. Ad calorem quidem maximè cooperatur vinum, & alia calefacientia corpus. Ad ſpiritus autem videntur cooperari inflatiua: Sed ad humorem maximè cooperatur vſus carnium, ex quibus multum de alimento generatur. Alteratio autem caloris, & multiplicatio ſpirituum cito tranſit, ſed ſubſtantia humoris diù manet, hæc Doctor Angelicus.

D. Thom.

Gerſon.

Vinũ quare non prohibet ieiunantibus? cum venerem prouocet.

Inſuper Ioan. Gerſ. lib. 4. ſum. Theolog. de ieiunio ſic reſpondet: Vinum autem licèt inflammet concupiſcentiam, tamen non prohibetur ieiunantibus, quia eius inflammatio non tantum durat, quantum inflammatio concupiſcentiæ, quæ procedit ex comeſtione carnium. Item vinum non prohibetur propter digeſtionis impedimentum, quæ nimis debilitaretur.

Concupiſcentia quid?

Ariſtotel.

Quintum argumentum concupiſcentia propriè loquendo eſt in appetitu ſenſitiuo, & in vi concupiſcibili, quæ ab ea denominatur: teſte Philoſopho dicente primò Rethor. *Concupiſcentia eſt appetitus delectabilis.* Et patet Danielis cap. 11. e *Et erit in concupiſcentijs fæminarum:* Item Eccleſiaſt. 20. f *Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam.* Item 2. Petri 2. g *Qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant.* Dixi (propriè loquendo) de concupiſcibili ſcilicet per appetitum animalem; nam largo modo, & per ſimilitudinem ad ea, quæ notiora ſunt nobis deſiderium ſapientiæ, & ſpiritualium bonorum interdum concupiſcentia nominatur, vt patet ex illo Pſ. 118. h *Cõcupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas,* & Sap. 6. *Concupiſcentia ſapientiæ deducitur ad regnum perpetuum.* i Sed ſtando in propoſito illa prima delectatio eſt ſenſus; ſed aliqui piſces ita delectabiliter comeduntur, ſicut quædam animalium carnes, ergò ad talem effectum præſtandum, nimirum ad concupiſcentiam refrenandam, ſicut non abſtinemus ab eſu piſcium, ita neque abſtinere debemus ab eſu carnium.

e *Daniel.* 11. 37.

f *Eccleſ.* 20. 3.

g *2. Pet.* 2. 10.

h *Pſ.* 118. 20.

i *Sap.* 6. 12.

Reſpondetur ex doctrina D. Th. quod quemadmodũ Eccl. ieiunium inſtituens intendit ad id quod communius accidit, & eſus carnium ſit communiter magis delectabilis, quam eſus piſciũ, quamuis in quibuſdã aliter ſe habeat, prohibuit eſum carnium ieiunantibus, & non piſcium, ita & nos abſtinemus ab ijs cibis, qui communiter magis delectant, & venerem magis excitant, & vtinam ab omnibus abſtinere poſſemus, vt pane, & aqua ſolũmodo veſcentes tot Chriſti ſiluicolas imitaremur. Sic motæ quæſtioni Reſpondet Gerſonus loco citato. Ait enim. Quæritur quæ cibaria ſint comedenda diebus ieiunabilibus? illa cibaria, quæ non mouent ad concupiſcentiam, vel minùs mouent. Ideò carnes cum citò conuertantur in materiam ſeminis ſunt prohibitæ: piſces autem non: quia non ita conformantur complexioni hominum, nec ita citò conuertuntur in materiam ſeminis ſicut carnes. Hac igitur ratione à carnibus abſtinemus, non à piſcibus. Attamen laudabile eſſet ſi ab vtrorumque eſu abſtineremus.

Piſces quare non prohibentur ieiunantibus.

Adducit præterea Pater Peyrina alia argumenta, quæ conſultò omiſimus, cum ex dictis in præfatis ſolutionibus à quolibet facilè ſoluãtur; vt de ſalacibus, & leguminibus, quæ etiam venerem excitant: nam nec ſalacia excitant pluſquam carnes ad luxuriam, quæ non tantam gignunt materiam ſcilicet ſemẽ; & motus inde ſurgens citò tranſit. Legumina accendunt quidem ignem libidinis ait Peyrina; ſed tanquam ignem paleæ; carnes autem accendunt ignem carbonum quercuum.

Salacia quare non prohibẽtur.

Nec obſtat quod aliquando in abſtinentibus inſurgunt concupiſcentiæ motus, & flamma libidinis accenditur. Nam vel hoc fit Deo permittente, ne per ſuperbiam extollantur, vel prouenit arte Dæmonij; (vt ex Caſſiano idem Peyrina adducit) vt eo tempore quo magis puritatem amamus, & per hoc magis abſtinemus, eo magis nos ſordidis ſentiamus cogitationibus ſtimulari; quandoque etiam nocturnæ pollui ad nos in deſperationem inducendum, & ad retrahendum à cœpto perfectionis itinere.

45 Vltimò tandẽ obijciunt Heretici dicẽtes inſtauratam à nobis eſſe Manichæorum hæreſim; vti Catholicis obijciebat tempore Hieronymi ille hæreſiarca Iouinianus luxuriæ, gulæque incendiarius, & Caluini prodromus. Manifeſtum eſt (inquiens) vos Manichæorum dogma ſectari prohibentium nubere, & veſci cibis, quos Deus creauit ad vtendum, cauteriatam habentium conſcientiam.

Arg. vlt.

Digitized by Google

tiam. Ergò Religioſi abſtinentes, vel abſtinere iubentes à cibis carneis ex diſcipulis Manichæorum ſunt.

Reſpond. Sed Reſpondet Diuus Hieronymus lib. 1. contra ipſum Iouinianum, cap. 1. Neque verò nos Marcionis (ait Sanctus Doctor) & Manichæi dogma ſectantes nuptijs detrahimus: Nec Taciani principis encratitarum errore decepti omnem coitum ſpurcum putamus, qui non ſolum nuptias, ſed cibos quoq; quos Deus creauit ad vtendum damnat, & reprobat. Scimus in domo magna non ſolum vaſa eſſe aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia, & ſuper fundamentum Chriſti, quod Paulus architectus poſuit alios ædificare aurum, argentum, lapides pretioſos alios, è cõtrario fœnum, ligna, ſtipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias, & torum immaculatum, &c. Sed ita nuptias recipimus, vt virginitatem, quæ de nuptijs naſcitur præferamus. Nunquid argentum non erit argentum, ſi aurum argento pretioſiùs eſt, &c.

Alia replica. Illud autem quod Hæretici afferunt ex Diuo Paulo. Nos referemus in 2. tom. primo loco contra ieiunium ab Eccleſia ſtatutum; transferunt etiam contra Religioſos, & præcipuè illos qui perpetuò abſtinent à carnibus dicendo: *Si omnis creatura Dei* (ex D. Paulo) *bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione, percipitur.* Malè agunt Religioſi aliquo ſaltem tempore carnes non comedentes, ſed perpetuò ab illis abſtinentes; cum, & contra doctrinam Apoſtoli faciant, & animam propriam defraudent, non dando ei, quæ eam delectant.

Bona eſt omnis creatura, ſed non ſemper ea vtenda.

Soluitur. Huic obiectioni iam loco citato reſponſum manebit, ſed pro nunc; nihilominus ad maiorem rei notitiam, & charitatem, & quatenus tangit Religioſos continuò abſtinentes. Sic reſpondetur ex Diuo Hieronymo qui ad Saluinam ſcribens, ait. *Scimus ab Apoſtolo dictum omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: Sed idem Apoſtolus loquitur; Bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare. Sed illud omnis creatura Dei bona eſt audiant mulieres, quæ ſollicitæ ſunt quomodo placeant viris ſuis comedãt carnes, qui carnibus ſeruiunt, quorum feruor deſpumat in libidinem, & coitum.* Hæc ille. Quapropter benefaciunt Religioſi ſi perpetuò à carnibus abſtinent, & illis eſum carniũ continuò tribuant, qui ſtudent vxoribus placere, illique carnibus veſcantur ſemper qui carnibus ſeruiunt, quorum feruor deſpumat in coitum.

Pet. Dam. 46 Ad hoc etiã facit, quod Petrus Damian. dixit in ſua Epiſt. 1. vbi poſtquam multiplicem Quadrageſimæ abſtinentiam, eamque admodum auſteram deſignauit, docet eam non ſuperſtitione, ſed caſtigandi corporis ſtudio obſeruari; ait: *Verum iſta dicentes, nec cum illis nos ſentire quis iudicet, qui prohibent à cibis quos Deus creauit, & nihil reijciendũ quod cum gratiarum actione percipitur. Aliud eſt enim quod creaturas Dei bonas indifferenter aſſerimus. Aliud quod pudicitia ſobrietatique ſeruãda caſtigatione corporis prouidemus. Bonum erat quippè in Paradiſo lignum à bono ſcilicet opifice conditum. Bonum nihilominus non fuit manducare eodem inſtituente præceptum. Sed dum bonum, bono non benè iungitur, mors potius ex virulento ſemine ſuperbiæ generatur. Quod enim bonum fuerat per naturam, malum factum eſt per inobedientiæ culpam; Et quod ab auctore fuerat ſalubriter interdictum; hoc lethale factum eſt homini per vſurpatæ libertatis arbitrium.* Hæc Damianus. Bona igitur eſt omnis creatura Dei, ſed non ſemper bonum eſt illam (verbi gratia carnem) comedere; quandoquidem perpetuò, vel ad tempus ad virtutes acquirendas, vitiaque fugienda poteſt ſpontaneè quiſque Religioſus à carnibus abſtinere, vel tenetur, ſi debeat, vel vota reddere, vel parere præceptis.

Nec fraus adeſt, dum corpus delectabilibus priuatur: delectabilioribus enim anima inde repletur: cui & inſeruire ancillarique corpus debet. Ad cuius rei explicationem audite Auguſtinum in tract. de vtilitate Ieiunij, c. 3. Vbi hæc præcipuè ad propoſitum noſtrum habet. *Non vobis ergò videatur leuis res, aut ſuperflua, nè quiſquam fortè hoc faciens Eccleſiæ conſuetudine cogitet apud ſe, & dicat ſibi ipſi, vt ſuggerentem intrinſecus audiat tentatorem. Quid facis, quia ieiunas? defraudas animam tuam, non ei das quod eam delectat; tibi ipſi ingeris pœnam; tuus ipſe tortor, & cruciator exiſtis. Deo ergò placet, quia te crucias? ergò crudelis eſt, qui delectatur pœnis tuis. Reſpõde huiuſmodi tentatori: Excrucio me planè vt ille parcat; Do de me pœnas, vt ille ſubueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem ſuauitatem eius: Nam & victima excruciatur, vt in Aram imponatur. Minus premet mentem meam, caro mea, & tali ſuaſori malo ſeruo ventris. Reſponde per hanc ſimilitudinem, & dic. Si iumento fortè inſideres; ſic equo vtereris, qui te geſtiendo poſſet præcipitare; non nè vt ſecurus iter ageres cibaria ferocienti ſubtraheres, & fame domares; quem fræno non poſſes? Caro mea iumentum meum eſt. Iter ago in Hieruſalem; plerumque me rapit, & de via conatur excludere. Via autem mea Chriſtus eſt. Ita exultantem non cohibebo ieiunio? Si quis hoc ſapit etiam ipſo experimento probat, quam vtiliter ieiunetur. Namquid enim caro iſta quæ domatur ſemper domabitur? dum temporaliter fluitat; dum mortalitatis conditione prægrauatur habet exultationes ſuas manifeſtas, & periculoſas menti noſtræ. Caro eſt enim adhuc corruptibilis, nondum reſurrexit; nam non ſemper ſic erit, nondum habet ſtatum proprium cæleſtis habitudinis. Nondum enim facti ſumus æquales Angelis Dei, &c.*

Corpori nõ fit iniuria ex priuatione delectabilium.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IX.

Interroganti cur tot ciborum, & animalium genera ſint creata ſi ab illis eſt abſtinendum pręſenti capite ſatiſfacimus.

47 Contra hanc noſtram, quam docemus à carnibus abſtinentiã obijcere ſolent hęreticorum ſectatores, imo & ex fidelibus nonnulli (vt mihi pro eadem abſtinentia pugnãti non ſemel eos interrogaſſe euenit) fortaſſe non malo animo, ſed curioſitatis cauſa, vel ad minus diſputandi gratia; tali medio: Diuina liberalitas, tot ciborum genera liberaliſſimè vna cum cæteris rebus tribuit hominibus; ergo homines abſtinere non debent ab illis, ſiue religioſi ſint, ſiue non; nec parcos quidem eſſe deberent; in ijs rebus fruendis, in quibus effundendis, & copioſiſſimè miniſtrãdis Deus extitit liberaliſſimus. Quibuſnam alijs Deus procreauit tot animalium genera, niſi eiſdem hominibus? Quod ſi hæc & alia huiuſmodi a natura genita, facta, dataque ſunt à Deo ad humanum victum, atq; vſum. Cur igitur ab illis nos continere, & priuare huiuſmodi rebus præcipimur?

Deſumptum præfatum argumentum fuiſſe diximus ab hæreticis, & iam iterum à nobis propoſitum, & ſufficienter cum auctoritate Hieronymi ſolutum fuit tract. 1. cum ageremus de abſtinentia hominum ante diluuium in reſponſione primi argumenti prioris ſententiæ. In præſenti verò capite, vt exactius reſpondeamus non ſolum illis, ſed alijs quoq; quotidie interrogantibus illud idem; cauſas quare omnia illa Deus creauerit perſtringendas fore duximus: quibus obiectio præſens apertè diluetur; & Religioſi ſapientes, quo poſſunt iudicio, noſcent an ipſis liceat, vel ne, ad tempus, vel ſemper abſtinere ab eſu carnium. *Deus cur creauit animalia ſi ab illis eſt abſtinẽdũ.*

Hieron. Primam cauſam creationis animalium reddit idem Hieronymus, qui præter ea, quæ loco citato attulimus, vt quiſque inibi videre poteſt, ait in fine capitis eiuſdem 35. contra Iouinianum. *Apros Ceruos, & reliquas animantes creatas eſſe, vt aratores, milites, nautæ, remos trahentes, metallorum foſſores; & cæteri duro operi mancipati haberent cibos, quibus fortitudo corporis neceſſaria eſt. Cæterum noſtra religio non pugilem, non nautam, non foſſores ſed ſapientiæ erudit ſectatorem qui ſe Dei cultui dicauit: Vnde Apoſtolus loquitur, quando infirmor, tunc fortior ſum: etſi exterior noſter homo corrumpitur ſed interior renouatur de die in diem, & cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.* Hæc ille. Ecce igitur quod Sanctus Hieronymus apertiſſimè vult nõ creaſſe Deum carnes, vt neceſſariò à religioſis comendantur.

Nõ diſſentit ab hoc D. Baſil. ſed idẽ potius confirmat de ieiunio ſer. 2. ſeq. verbis. *Quid igitur fratres dicã. Hi quos ſupra narraui certaminibus, ac paleſtris legitimè ſtudentes ciborum copia corpora ſaginant, vt labores ſuperare valeant. Nobis autem. quibus non eſt certamen aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus, principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpirituales nequitias neceſſarium profectò fuerit per ieiunium, & abſtinentiam ad ea tamen præparari. Nam oleum quidem Athletas inungit, ieiuniũ verò in Dei via ſeſe exercentes ad pietatis ſtudia firmat, atque incendit &c.* Vt quid ergo garriunt peſtilentiſſimi homines (hæretici nimirum, eorumque ſectatores) rapaciſſimi voratores, qui ad gulæ ſuæ amplitudinem vellent etiam Chriſticolas reducere, eoſque impedire ne diebus quidem ſtatutis ab Eccleſia à certis ciborum generibus abſtineant: illoſque Religioſos vituperant, quos abſtinẽtiores vident. O miſerrimi, num Religioſos cognoſcitis milites, aliquoque duro operi mancipatos pro temporalibus rebus laborantes? minimè quidem. Vt quod igitur eos reprehenditis, quod carneas dapes vitent. Ad vos ergo me vertens patres mei, & vt attendatis vos omnes obſecro ad non deſerendam abſtinentiam, quam amplexi eſtis, ſed illam prout decet ex corde ſequimini; ſtudia pietatis anhelantes, ſpiritualeue bonũ; aureſque veſtras obturate à voce incantantium, tanquam à filijs diaboli, cuius deſideria perficere quærunt.

48 Alterã cauſam ſimilem eſſe ei videmus, quã Tertullianus reddit de cultu fæminarum. *Tertull.* *Nonne* (inquit) *ſapientes Patres familiæ de induſtria quadam ſeruis ſuis offerunt, atq; permittunt, vt experiantur an æqualiter permiſſis vtantur, ſi probè, ſi moderatè &c. Sic igitur Apoſtolus* 1. Cor. 10. *omnia mihi licent; ſed non omnia expediunt: omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.* *1. Cor. 10. 25.* Ita Deus multa nobis largitus eſt, in quibus ipſe, qui reliquit nos in manu conſilij noſtri experiri voluit noſtram continentiam, moderationem, & abſtinentiam: Sed quamuis omnia nobis liceant, non tamen omnia expediunt. Et Clemens Alex. confirmat hoc in ſuo pædagogo contra ventris patronos obijciente creaturas omnes, in hominis vſum eſſe conditas; hos, ille anteuertit verbis ſequentibus: *Et ſi enim maximè propter homines omnia facta ſunt non tamen omnibus vti* (ſupple illis) *bonum eſt, ſed neque ſemper.* *Clemens Alexandr.* Vnde doctrinam fere ſupra poſitam confirmare videtur, cum dicat non omnibus ideſt aliquibus bonum eſſe carnibus vti, ſed non ſemper, niſi quando fuerint aliquo duro operi mancipati, &c. Ex quorum numero non debent neceſſario intelligi religioſi, qui ſolo cultui diuino incumbunt eoſq; non dedecet ciborum delectus.

Solummodo enim omnibus olim indifferenter fuiſſe vſos reperi, illos Epicureos, ad quorum inſtar ſunt Hæretici noſtri temporis, totam ſibi in vanitatibus conſtituentes fælicitatem, quam explendam forè, morte adueniente, cogitabant. Nos verò, qui aduenæ hic ſumus, & mun- *Epicurea vita.*

Digitized by Google

&mundum,& ea quæ in mundo ſunt reliquimus; & tanquam peregrini moramur æternam fatentes fælicitatem, non hic fruendam ſed nobis profuturam in Cęlo fide credimus; talia vitare decet. Quis enim vidit vnquam in via peregrinationis ſuæ, quempiam conſtitutum, intendentem vanis, torpentem otio, vel deditum voluptati, vel alijs quibuſque rebus friuolis remorari? ſane ſicut hæc aliena ſunt à munere peregrini, ita prorſus indecens eſt homini Chriſtiano cuicunque non ſolum ſi ſpreto, vel neglecto Cœlorum regno, vbi ciuis adſcriptus eſt carnalium deſideriorum ſeruus effectus vitam viuat pecorinam; ſed etiam ſi quæ impedimenti eſſe poſſunt patriam inquirendo, & erga illam proficiſcendo, non aufugiat. Pecorum quippè, quibus ſimiles fuiſſe perhibētur Epicurei ad explendam carnis voluptatem, tota feſtinat intentio. Vnde nec in huiuſcemodi hominibus ſpiritus Dei permanebit, quia nihil aliud, quam caro ſunt; iiſque niſi caro ſapit, nihil.

Homines inſipientiores pecoribus.

49 Sed proh dolor non ne verũ eſt? quod ſeruat infirmus traditam, à Medico diætam à vino, & fructibus abſtinet: Cauet ſibi ſapiens à ſocietate ſtultorum; negotiator pecunioſus à ſocietate furum,& latronum; lupus à laqueo Agnus à lupo; turtur à miluo: & iuxta poetam.

Ouidius.

Qui ſemel eſt captus, fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.

Homo autem non modo comparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis illis effectus, ſed multo pecoribus inſipientior; nam propriam auertit perniciem, laqueos amat, feſtinat ad interitum, dum carnalia ſequens deſideria, ſubſentibus eſſe delicias computat, cum tamen ſub huiuſcemodi melle lethale virus, & ſub pingui eſca (vt ad noſtrum redeamus) ac ſub carnium cibo lateat hamus, quo faciliter quis ducitur ad perditionem.

Illecebrarum munus quale.

Nil aliud denique eſt, quod à nobis hoc diſputetur, niſi fortè quis exigat, vt dicamus turpe eſt ſapienti, ac bono ſi ventri, ac gulæ ſeruiat: Et ſi fortaſsè quiſpiam alter à Iouiniani ſequacibus dixerit. Cur ergo illa animalia facta ſunt, niſi vt illis fruamur? Sciat cauſam alteram quiſque ille ſit. Virtutem nimirum fuiſſe futuram nullam, niſi haberet, quæ opprimeret. Fecit itaque omnia Deus ad inſtruendum certamen rerum duarum. Illecebræ igitur iſtæ voluptatum arma ſunt illius cuius opus, & non difficile vnum eſt expugnare virtutem, abſtinentiam, caſtitatem, iuſtitiamq; ab omnibus excludere. His blandimentis titillat animus & ſuauitatibus: Scit enim quia mortis eſt fabricatrix voluptas, tenebras inducit ipſa ciborum pinguedo, cum recte Varro 3. de re ruſtica cap. 9. *Lux ſic pinguedini inimica*. Et ſicut Deus non niſi per abſtinentiam laborem: & omnes alias virtutes hominem ad vitam vocat, ita callidus hoſtis ad mortem per delicias, voluptates, & ciborum ſuauitates, quæ delectant comedentem. Cauenda ſunt igitur, quoad poſſe, & præcipuè à religioſis oblectamenta iſta tanquam laquei (& quo auſterius, eo melius) ne ſuauitatũ huiuſcemodi pinguium ingluuie capti ſub ditione mortis cum ipſo corpore redigantur cui ſe manciparunt.

Varro.

Lactan. Firm.

Inſuper ſi verba L. Celij Lactantij firmiani perpendantur, non obſcurè colligant Iouinianus ſuique ſimiles ad quid creauerit Deus animantes. Ipſe enim poſtquam in ſuis diuinis inſtitutionibus lib. 7. de Beata vita cap. 7. oſtenderit mundum, & omnia, quæ in mundo ſunt Deum creaſſe nam propter ſemetipſum cum ſine illis eſſe poſſet, ſed propter hominem, hæc ſubdit: *Reſpondendum eſt hoc loco, Philoſophis maximeque Ciceroni, qui ait cur omnia noſtri cauſa, cum faceret tantam vim Natricum, viperarumque fecerit? Cur tam multa terra mareq; deſperſerit? Ingens ad diſputandum locus eſt, ſed vt in tranſcurſu breuiter ſtringendus eſt. Quoniam homo ex rebus diuerſis, ac repugnantibus configuratus eſt animo, & corpore, ideſt Cælo atq; terra tenui & incomprehẽſibili; æterno, ac temporali; ſenſibili, atque bruto, luce prædito atque tenebroſo, ipſa ratio, ac neceſſitas exigebat, & bona homini proponi, & Mala, bona, quibus vtatur, mala, quæ vitet, & caueat. Idcirco enim data eſt illi ſapientia, vt cognita bonorum, malorumq; natura in appetendis bonis, & malis declinandis vim ſuæ rationis exerceat. Nam cætera animalia, quibus ſapientia data non eſt, munita indumentis naturalibus, & armata ſunt. Itaq; nudum formauit, & inermem, vt eum ſapientia, & muniret, & regeret. Munimenta, & ornamenta eius, non foris, ſed intus nõ in corpore, ſed in corde conſtituit. Niſi ergo eſſent mala, quæ caueret, quæ à bonis vtilibuſq; diſtingueret non eſſet ei ſapientia neceſſaria. Sciat ergo M. Tullius, aut ideo homini datam eſſe rationem, vt & piſces caperet, vſus ſui gratia, & natrices, viperaſq; vitaret ſalutis ſuæ cauſa. Aut idcirco ei bona malaque propoſita, quia ſapientiam acceperat, cuius vis omnis, in diſcernendis bonis maliſq; verſatur*, hæc ille.

Deus cur creauerit hominẽ nudũ & inermem.

Diſcurrat igitur quiſque & eodem loquatur modo præfatis verbis ſemper, rationibuſue inhærendo, nam licet carnes, aues cæteraque animantia ad comedendum vſu recepta mala abſolute non ſint: horum tamen eſus aliquid mali cauſat, (& ſi non ſemper moderate ſumptus) ab illorum abſtinentia ſemper bonum affert, quia mentem purgat ſenſum ſubleuat, carnem ſpiritui ſubijcit; cor facit contritum, & humiliatum concupiſcentię pabula diſpergit; libidinumque ardores extinguit, & caſtitatis lumen accendit; aliaq; plura m ſumminiſtrat bona. Verſa autem pagina Carnium eſus, ciborumq; ingluuies dum has virtutes vitat, & expellit oppoſita vitia ſuppeditare poſſe quis non videt? Omnia enim hiſce ſuauitatibus paſſim in anima inducuntur

Abſtinẽtię bona.

50 Videte igitur patres mei diuerſas nobis propoſitas vias, quibus ad patriã pergimus illa faciliter, iſta difficulter: quarum vero alterã amplexari debemus nos, qui religioſe viuimus, & ſapientia gubernamur? veſtro iudicio relinquam.

Satis mihi erit, ſi præ oculis habebimus, quod

Apo-

Digitized by Google

Apoſtoli Sanctiſſimi, quibus à Chriſto Domino dictum fuit vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi ſecundum veram ſapientiam, ſemetipſos regebant, veraque luce vitiorum tenebras expellebant, & harum viarum prout nobis conſulebant ipſi petentes Cælum, faciliorem ſunt ſequuti.

Orbis eſt menſa principis ſuauitatibus plena.

Denique pro vltimata difficultatis ſolutione; vellem te animaduertere: Quod ſi Princeps aliquis ſplendidum, quoddam conuiuiũ parare cogitat ad ſuam magnificentiam, atque amolitudinem oſtendandam, vt Rex olim Aſſuerus feciſſe traditur, non tam habet rationem conuiuarum, vt quod eis ſit ſatis ſolum conquiratur, quam ſuæ amplitudinis, atque magnificentiæ, quam decet magnam conquiſitarum epularum varietatem menſæ apponere; ad conuiuatum verò moderationem, ac temperantiam pertinet non plus ſumere quam, quod ratio ipſa concedere videatur. Ita planè Deus hanc rerum vniuerſitatem condidit, non ſolum, vt hominum rationibus prouideret, nam humana natura pauciſſimis, iiſque viliſſimis contenta eſt; Sed ad ſuam demonſtrandam immenſam potentiam, infinitamque liberalitatem; homines verò tanta magnificentia, ac liberalitate vti debent, vt homines oportet, & decet, & vitare, quæ offendiculi cauſa eſſe poſſent, ne aliquid mali accedat. Nam ideò facta oſtenſione, vel oſtentatione ſuæ ſplendidiſſimæ menſæ, quam nobis parauit voluit ad moderandum appetitum, vt conſilium Salomonis per dictamen Spiritus Sancti nobis relictum amplecteremur: ipſe enim nos certiores facit de modo, quo quis ſe habere debet in menſa talis Principis comedendo, vt legitur prou. 23. *Quando ſederis vt comedas cum Principe diligẽter attende, quæ poſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam.* *Prou. 23. 2.* Vſuri ſumus hac regali menſa, quam ſupremus Princeps coram nobis propoſuit delicijs, & ſuauitatibus plenam, tanquam, qui cultrũ habet in gutture per quod eſt iter cibi, ipſe enim attentè, & non incautè deuorans ciborum copiam ingurgitat, ne gladius intrapoſitus ſimul cum cibis pergat ad ſtomachũ, & interna vaſa trucidans, vitam cogatur finire celerius. Sic in cibis diuerſis ſumendis vt (ſcilicet in oleribus, fructibus terræ, &c.) deguſtandis, vel carnium ſuauitatibus percipiendis, quiſque ſe habere debet. Gladius enim eſt carnium eſus, qui trucidare poteſt, cura ne te interimas, quando temperatè comedis; nam ſi intemperatè comederis interemptus eris: quia gladius non reperitur in orbe terrarum, ita vtraque parte acutus penetrabilis, & occidens corpus, & animam, quemadmodum intemperatus eſus. Sumendum itaque de illis tantum, quantum par eſt, & neceſſarium ad conſeruationem vitæ, ſi melius, & ſecurius viuere cupimus.

FINIS HVIVS PRIMÆ PARTIS.

Ad laudem Omnipotentis Dei Beatiſſimæ ſemper Virginis, Sancti Patris Franciſci de Paula, totiuſque Curiæ triumphantis hæc dicta ſint.

Quæ omnia ſicut in principio, ita & nunc in fine, & ſemper Sanctæ Matris, Eccleſiæ Correctioni committo, & quæ ipſa approbauerit, vel reprobauerit, à me approbata tantum, vel reprobata eſſe nunc & ſemper certò ſciant omnes teneantque.

Indignos honore facit ambientes, nu. 114. Ambire in Religione eſt præſumptio vana, n. 115. Ambitioſus terrena cæleſtibus mercatur, num. 146.

Amor Turturis, & Columbæ, tr. 4. n. 180. In amãte creſcit ex frigiditate obiecti amati, n. 182. Amor Iacob erga Rachel, n. 184. Amor omnipotens dicitur, & omnipatiens, n. 185. Mora affligit amantẽ, ib. Amoris tropheũ, n. 188. Potẽtia diuini amoris abſcondita in paſſione, n. 189. Amor amantẽ facit amatum, ibid. Quam timenda ſit amoris potentia, nu. 190. Pulchrum amoris Lemma, ibid. Amoris imperium in omnes Deos, & in verum Deũ, n. 192. Ab amore ſpoliatur potentia Deus, vt Tridente Neptunus, n. 215. Sic ſuis armis Iupiter, Mars, &c. ibidem, & in ſequen. Amor occultari non poteſt, nec vinolentia, num. 244.

Angelorum creationem cur ſileat Moyſes. tract. 5. num. 10.

Anima quomodo fiat leuis, tr. 4. nu. 169. Animam ponere pro Chriſto quid ſit, num. 233.

Amicitia eſt ad vnum, non ad piures, tr. 5. n. 25. Amicitiam tollit non diuerſitas habitus, ſed affectuum, ibid. Veri amici encomia, num. 27.

Alimentorum triplex genus pro triplici ſtatu, tr. 7. nu. 13. Alimentum aliud alio robuſtius, fol. 317. cap. 2. Alimẽtum ſimplex quale, fol 334. cap. 2.

Animalia quæ carniuora dicuntur ante diluuium carnibus non veſcebantur, tr. 7. n. 13. Animalia ut porcus, &c. non fuerunt ad eſum condita, fol. 311. cap. 1. Et cur fuerunt aliqua, ut porcus, &c. Prohibita Iudæis, fol. 321. c. 1. Dominium in animalia quare nõ obſtat, vt carnibus eorum non veſcerentur homines, fol. 314. c. 1. & 2. Dominium ſolum habituale in lapſo, quo ad aliqua animantia, ibid. Animalia comedentes in animalia conuerti ſomniarunt Manichæi, fol. 325. ca. 2. Bona eſt omnis creatura, ſed non ſemper ea vtenda, tr. 10. n. 45. Cur Deus animalia creauerit, ſi ab illis eſt abſtinendum.

Apoſtolorum abſtinentia, tr. 6. per totum. Eorum ebrietas receptu Spiritu S. tr. 4. num. 238. Apoſtoli non ieiunabant propter bona temporalia, aut pro Aduentu Meſſiæ, tr. 5. n. 70. Cur dicantur prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, tr. 6. n. 1. Omnia conſilia ſeruarunt, n. 2. Nunquam carnem comederunt, nu. 4. &c. Apoſtolis conceditur, quod perfectius eſt, n. 5. An habuerint vxorem, num. 6. Contemplationi dediti, n. 7. Eorum cibus panis, & piſces, n. 8. Apoſtoli nec tempore infirmitatis carne veſcebantur, n. 14. Eorum ieiunium, ibidem. Duodecim excellentiæ Apoſtolorum, n. 30. Apoſtolatus duplici partitione conſideratur, num. 3.

Apologeticæ Reſponſiones pro abſtinentia Chriſti, & Apoſtolorum, tr. 5. nu. 83. & tract. 6. num. 25.

Aqua ſordes abluit corporis, tr. 2. nu. 24. Aqua gratiæ ſordes abluit animæ, nu. 25. Vtriuſque aquæ diuerſi effectus, ibid. Suffocat Deus aquis negantes Dominum, tract. 4. num. 212.

Arbor Taxus quid ſignificat, tr. 2. nu. 3. Taxo comparata Crux, ibid. Arbor ſcientiæ boni, & mali an fuerit Ficus, tr. 3. n. 4. Arbor Sabech quid ſignificet, tr. 4. n. 114. Arbores ſtatim productæ, & per medium fiſſæ Emperio S. Patris Franciſci, n. 261.

Arca fuit figura Crucis, & Religionis, tract. 1. num. 39.

Ariſtotelis doctrina, quæ ſic communiter dicitur, an eius ſit? tr. 5. n. 7. Ex Ariſtotelis dictis, quæ ſint neceſſario euertenda, ibid. Ei contradicere in multis eſt vtile, & licitum, n. 8. Eius ſenſus obſcurus, vt ipſe teſtatur ad Alexandrum, n. 12. Vnde primatum obtinuerit, n. 13. Eo vtuntur Theologi tanquam teſte, non Magiſtro, ibid.

Athenienſes à peſte liberati ignoto Deo ſacrificantes, tract. 4. num. 227.

Auaritiæ Idolum adorat diues, tract. 4. num. 178.

Aurum adorantes combuſit ignis, non Franciſcum, & pueros pauperes, ibid. num. 179.

S. Au-

S. Auguſtinus carnē non comedit ex imitatione Chriſti, tr.5.n.51. Inſolutam reliquit quæſtionem de abſtinentia Chriſti à carnibus, n.98.

B.

BAcchus palmite vitis occidit Amphisbenam, tr.4.n.198. Et adoratur vt aducna, tract.5.num.9.

Bonorum diſtributio æqualis facienda inæqualiter, tr.1.n.22. Bona temporalia quot ærumnis acquiruntur, fol. 342.c.1. Bonum anteponendum bono priuato, ſed non ſemper, fol.381.c.1.& 2. Bona eſt omnis creatura, ſed non ſemper ea vtenda, tr.10.n.45.

C.

In CAlumnijs vincit, qui victus remanet, & victor victus exiſtit, tract. 5. num. 84.

S. Caroli Borromæi vita auſtera, tract.1. num. 18.

Canuti Regis Anglorum pietas, tract.4. num. 262.

Capitulum Generale ſtatuit non licere Fratribus noſtris ſe purgare ad precauendam infirmitatem, fol.371.cap.1. Capitulum Generale quādo obligat ad culpam, ibid. cap. 2. Quam iuſtum fuerit illud ſtatutum, ibid. Non fuiſſe contra benignitatem Regulæ, ſed ei fauere, fol.372.c.1.&c.

B. Candida abſtinentia, & pulchrum dictum, fol. 335. cap.2.

Caro occidatur, vt Spiritus viuificetur, tract.10.num.28.

Carnea, & alia calida vitanda, tract.6. num. 14.

Carnium eſus non fuit in vſu per annos, 2242. tr.7.num.13. Carnes animalium conceſſæ poſt diluuium, ne eorum animæ rationales indicarentur, n.13. Carniū ſuauitates, & vtilitates ignorantur ante diluuium, fol.310.cap.2. Et ſtante prohibitione quaſque vtilitates ſpernebant, ibid. Ly erit in cibum denotat nunquam fuiſſe, nu.25. fol.312. cap.2. Quæ neceſſitas fuerit concedendi carnes ad eſum, fol.313. cap.1. Eſus carnium vitæ corporali fauet, non ſpirituali, fol.316.cap.1. Dantur aliqui caſus in quibus poteſt quilibet adſtrictus ad non comedendū carnem comedere abſque licentia ſi nō fiat in detrimentum fidei, fol.352. cap. 1. & 2.

Carnem ſuillam non poſſe infirmos noſtri ordinis comedere abſq; fractione voti probatur à fol.355. cap.1. & ſeq. Recens caro porcina dedecet conualeſcētes, fol. 356. cap.1. Quibus danda, cap.2. Qui carnem ſuillam comedit infirmus non eſt, ſed eſſe fingit, fol.357 cap. 1. Peccat qui comedit ſuillam, & frangit votum, fol. 358.c.1. Caro ſuilla expreſsè prohibita, fol.360.c.1. Suillam non comedere eſt circumſtantia intrinſeca, & eſſentialis, ibid.

Carnium eſus ſeminarium libidinis, tract.5.num.65. Tribuitur imperfectis, tract.6.num. 5. Statutum de illis non comedendis non eſt contra charitatem, tract.10. num. 39. Illarum eſum prohibere cuius charitatis ſit defectus, num. 40.

Caſtitas miniſtrorum Eccleſiæ, tract.1. num. 25. Eſt vna virtus continens omnes, num. 27. Caſtæ aues Turtur, & Columba, tract.4.à num. 63. Elephantis caſtitas, num. 73. Caſtitas igne probata, num. 108. Facit caſtitas in carne, quod ignis in ferro, ibid. Caſtitate tranſmutantur carnales in ſpirituales, num. 109. Caſtitas, & aliæ virtutes Religionis in Eccleſiæ fundatione præſignata, tract. 5. n. 46.

Cœnæ Chriſti an fuerint duæ, vel tres, & an duæ fuerint ex piſcibus, tract. 5. num.37. Cœnæ ſculptura antiquiſſima, num. 38.

Cedri virtutes, &c. tract.3.num.11.

Cephas fuit Epiſcopus, & Galliarum Apoſtolus, ſed Diſcipulus alius à Petro, tr. 6. num.21. &c. Qui fuit à Paulo reprehenſus, & cur, num. 24.

Cella vinaria eſt domus in qua erant Apoſtoli congregati in die Pentecoſtes, tract.4.num.238.

Charitas Chriſti in ſacrificia auium præſigna-

ſigna-

Digitized by Google

ſignata, tract. 4. num. 180. Potentia charitatis, num. 181. Charitas Chriſti vrget nos, num. 233. Charitatis vexillo condecorata eſt à Deo noſtra Religio, num. 243. Per charitatem redeundum, ad Paradiſum, num. 250. Charitatis ardori ceſſit ignis ardor, num. 252. Charitas in proximum ex ſui conſideratione, num. 254. Omnia conuitia tolerat, num. 257. Fugat Dæmones, num. 264. Eſt Crux, & nexus Crucum votorum ſcilicet Religionis, tract. 1. num. 30. & 31. Eſt ſol Cælum, &c. num. 32.

Chriſtus in Cruce magiſter, in proemium, num. 2. Dextera, & Læua Chriſti Crucifixi, quid ſignificent, tract. 1. n. 20. Solus Chriſtus fons vitæ, tract. 2. num. 17. Satus in Cruce eſt granum in terra, num. 33. Eius Paſſio odore replet mundum, tract. 3. num. 13. Quomodo factus ſit miſericors, num. 42. Titulus Chriſti eius regnum oſtendit, num. 46. Chriſtus fluuius pacis, num. 61. Chriſtus teſtatur non eſſe ignarum ad regimen, num. 108. Eius in Cruce ſacrificium, tract. 4. num. 4. Chriſtus ſolitarius, vt Turtur, & conuerſatus, vt Columba, num. 16. Solitudine fruitur, & vt Deus, & vt homo, num. 21. Eius puritas, & caſtitas inſtar Columbæ, & Turturis à n. 65. &c. Vt Turtur inuitat ad caſtitatem. num. 67. Cur dicitur Lilium conuallium, num. 69. Chriſti venter cur eburneus, num. 73. Cur ex Saphiro, num. 74. Chriſti caro omnia alia purior, & ſanctior, num. 75. Cur Chriſtus homo cæleſtis, num. 77. Pulchritudo Chriſti qualis, num. 87. Chriſti pulchritudo quomodo imitanda, num. 88. Humanitas Chriſti Sponſa, & vnica Columba, num. 65.

Chriſti Obedientiæ ſymbolum, retorto auis ad collum capite, num. 112. In Cruce poſitus Eccleſiæ firmiter adhæret. ibid. Eius obedientia an fuerit ex præcepto, num. 113. Chriſtus ligatus, vt Iſaac à Patre, num. 114. Chriſtus (figuratur per Arietem inter Vepres) ſpinis coronatus ibid. Cur voluit non compleri ſacrificium in Iſaac, ſed in Ariete, num. 116. Explicantur, qui negant obedientiam ex præcepto in Chriſto, num. 118. Eſt Columba, & agnus ibid. Eius vera obedientiæ ſymbolũ in Noe, egredientis abſque licentia, num. 119. Cur noluit deſcendere de Cruce. ibid. vt patientiam doceret, num. 120. Vt ſuam oſtenderet obedientiam. ibid. Cur Patrem vocat, à quo derelictus, num. 121. Etiam hominibus obediẽs, num. 122.

Chriſti paupertas magna, & quare decuit pauperẽ eſſe, tract. 4. num. 157. Chriſti præſepe eximius concionator, num. 163. Chriſtum in Cruce oſtendunt aues immolatæ non diuiſis alis, num. 180.

Chriſtum ab auſtro venire eſt ex feruore charitatis, num. 182. Sed quid venire ab auſtro, & à Monte Pharan, num. 183. Chriſti infinitus amor oſtenditur ex Textu Iſaiæ, num. 184. Chriſti lampades quid ſignificent, n. 186. Creuit in Chriſto amoris flamma ex offenſis hominum, num. 187. Cornua Chriſti quid ſignificent. ibid. Chriſtus depictus, vt cupido, num. 191. Sagittis armatus in Cruce nos, & Deum vulnerauit. ibid. Chriſtus armis Deum ſpoliauit, & quomodo, num. 196. Vt Cupido tirſo ſpoliauit Bromium, num. 197. Chriſtus lanceam abſtulit dum lanceam in pectore recepit. ibid. Sanguis, & aqua ex eius latere quid. ibid. Chriſtus ligno Crucis Dæmonem vicit, num. 198. Chriſti flagella Dæmonem flagellabant. num. 199. Chriſtus, vt Cupido Iouem amore ſuperat Deum, num. 216. Poſt Chriſtum currit, qui ei in moribus ſimilatur, num. 235. Chriſtus, vt Deus homo eſt vitis vera, num. 239. Chriſtus ad pedem Crucis, cur veſtimenta reliquit, num. 247. Omnia ſua charitate conſtrauit, num. 249.

Chriſtus dux noſter præiuit ſemper, tract. 5. num. 2. Chriſtus principium viarum Dei omnia reſtaurauit, num. 3. Eius actiones ſunt nobis ignotæ vſque ad 30. annum num. 33. In adoleſcentia,

Digitized by Google

tia, & ante ieiunauit, & carnem non comedit, ſed inhibuit, num. 34. Eius frugalitas in conuiuijs quæ fuerit, nu. 40. A Chriſto conſiliorum obſeruatio incœpit. ibid. Chriſtus potuit vouere, & quare, num. 48. Chriſto votum non competere non eſt illi non congruere, num. 49. Cur reſtitit Petro dicenti, abſit Domine. ibid. Voti Chriſti congruentia, num. 50. Chriſtum vouiſſe abſtinentiam probabile eſt. ibid. Chriſtus perfectionem magis quam Ioãnes docuit, n. 63. Eius temperantiæ, & abſtinẽtiæ exemplum, n. 64. Virtute ſuæ diuinitatis comprimebat motus illicitos, num. 65. Cur ieiunauerit, n. 40. Diebus, & noctibus, n. 66. Satisfecit muneri Doctoris, & redemptoris, num. 68. Sicut non tenebatur comedere carnem propter Hæreticos abſtinentes, ita nec ab illis abſtinere propter guloſos, num. 69. Loquitur Phariſæis per parabolas, ne inuidia rumperentur, n. 72. Pluries extra Quadrageſimam ieiunauit, num. 73. Habuit omnes virtutes morales, & etiam pœnitentiam ſed quomodo declaratur, num. 74. In eo nulla rebellio carnis, in qua quid faciat abſtinentia oſtenditur, num. 75. Abſtinendo à carnibus meruit, n. 77. Et non erat abſtinentia impedimenti ad nos inſtruendos, & quomodo nos inſtruerit exemplo, num. 79. Non officit auctoritati ſuæ doctrinæ per abſtinentiam, num. 80. Eius cibus in ſcriptura expreſus qualis, n. 88. Chriſtus, & Apoſtoli quomodo carnium abſtinentiam docuerũt. ibid. Chriſtus cur dicitur introiſſe ſemel in ſancta, tract. 6. n. 18. Chriſtus Dei imago, & homo Chriſti, tract. 7. n. 4. Chriſtus eſt Leo placidus, & Rigidus; dulcis, & amarus, ſed quibus tr. 10. num. 25.

Cibus olerum guloſitatis damna reparat, fol. 343. cap. 1. Cibus Quadrageſimalis facilius digeritur, cap. 2. Panis hordaceus ſeu cibus moderatus acquirit victoriam, & ciborum abundantiam, tract. 10. num. 9. Cibi Quadrageſimales nulli infirmitati nocent, fol. 373. cap. 1. Cibi viles, qui dicantur, fol. 335. cap. 1. Cibus, ſeu eſus carnium non eſt neceſſarius ad vitam ſuſtentandam, fol. 334. cap. 2. Cibat manus diuina, & Angelica, aliter, ac diabolica, tract. 10. n. 15. Cibi appoſiti Idolo Bel à Sacerdotibus comedebantur. ibid.

Columba Chriſtus, aut Chriſti humanitas, tract. 4. num. 14. Auis gregalis, num. 15. Gemit, num. 36.

Conſiliorum à præceptis differentia difficilè cognoſcitur, tract. 6. num. 37.

Concordiæ, Religioſorum prophetia, tract. 3. num. 62.

Conſuetudinis repentina mutatio in cibis ſumendis nocet, fol. 349. cap. 1. In infirmis conſuetudo victitandi non eſt omnino mutanda, cap. 2.

Corona Chriſti multiplex, & corona Chriſti eſt virginitas Matris, tract. 4. num. 72.

Corrector, vt corrigat virtutem, & doctrinam habeat, tract. 3. num. 132. Sit ſol lucens, non vrens, num. 133. Correctio non ſit aſpera, ſed ſuauis, num. 164. Correctores noſtri Superiores malè ſe gerunt compellentes infirmos ad eſum carnium, fol. 353. c. 2.

Corpus ſanum in quo conſiſtit, fol. 343. cap. 2. Cur mentem deprimit, ne ad ſuperna ſe eleuet, tract. 10. num. 29. Corpus honorare non eſt cibis ſaturare, ſed neceſſaria illi non negare, num. 40. Corpori non fit iniuria ex priuatione delectabilium, num. 46.

Cupidinis inſignia, tract. 4. num. 244.

Cupreſſus, & vnde dicta, tract. 3. num. 15. Eius natura, & proprietates. ibid. Ex Cupreſſo Crux, num. 16.

Crux, Renouatio, & inſtauratio orbis per Crucem, in proem. num. 1. & 2. Omnia facilitantur Cruce Domini, & pericula vitantur, in Epiſt. num. 7. Crux Habreis ſummè execrabilis, verſa eſt in gloriam, tract. 1. n. 2. Eſt vita Chriſtiani, num. 3. Eſt genus tormentorum, num. 7. Eſt triformis, & quare, num. 8. Eſt patientia, paupertas, &c. ibid. Crucis diuiſiones quatuor. ibid. Dimenſiones quomodo cogitandæ, vt profi-

profi-

proficiant, num. 9. Crucis cultor eſt, qui ieiunat f ria 6. num. 16. Crux quare cuique propria, num. 19. Crucem f runt aliqui per angariam ibid. Crux Religionis vexillum, num. 34. Eſt arbor nobiliſſima primo intuitu aſpera, deinde dulciſſima tr. 2. num. 1. Eſt arbor frugifera inter alias num. 2. Crux Taxo, & Fraxini vmbra comparata, num. 3. & 4. Eius fructus innumerabiles, nu. 5. Crucis baculo tranſitur fluuius mundi, num. 16. De Cruce copioſa fluenta manant, num. 28. Crux mater, & terra noſtra num. 30. & 35. Crux lectulus Chriſti, & Religioſorum, num. 41. Crux Chriſte in virga Iacob, num. 54. Crucis materia quæ? tr. 3. Fuit ex arbore ſingularis ſpeciei, num. 1. Crux ad ignem appoſita non comburitur, num. 2. Diuiſa nunc, reſurget integra in fine, num. 3. Eius materia ex arbore vitæ, num. 5. An ex quercu, nu. 6. Ex Cedro propter odorem, num. 12. Ex quatuor diuerſis lignis, nu. 10. Ex cupreſſo, num. 16. Ex palma, num. 18. Crucis victoria ſymbolum palma, nu. 19. Ex oliua propter perpetuitatem, nu. 25. Crux regnum, & principatus Chriſti ibid. Cruce prœliatus eſt Dominus, num. 40. Cruce nos Chriſtus reconciliauit. num. 57. & ſeq. Fructus Crucis declarantur ſub oliua, num. 185. Crux Chriſti eſt gloria Religionis, nu. 45. Crux in Sabech figurata, & cur, num. 115. Crux quomodo ſit arbor vitæ, & mortis, ligaminum, & remiſſionis ibid. Crux pro ſale appoſita. tr. 5. num. 23. Crux cathedra Chriſti docentis num. 24. Crucis antiquitas tr. 7. num. 1. Crucis figura eſt mundus, ibid. Crux leue onus eſt amantibus fol. 332. cap. 1. Crux Chriſti eſt illa ferrea ſartago Ezechielis. fol. 333. cap. 1.

Cruciformis Religio eſt armarium Crucum in epiſt. num. 8. Crucis, & Religionis encomia. tr. 1. num. 1. Cruciformis Religionis fructus, tr. 2. nu. 5. Cruciformis Religio eſt lectulus Chriſti, num. 42. In oliua præfiguratur, tr. 3. num. 25. & ſeq. Oleacea Crux in Cruciformi Religione ſymbolum pacis, à num. 56. & ſeq.

D

D*Amna voracitatis, & homines, voraces, fol 329. & ſeq.*

Deus per eſſentiam ſolus tr. 4. 20. Si Deus agricola Religionem non coleret, ſpinas produceret, num. 43. Baccho comparatur, quia amore ebrius, & ebrietas ex effectu in creaturis, num. 192. Deus vltionum cur dicebatur, num. 195. In eo ira propriè non eſt, & cur, ibid. Dei omnipotentia nutrix creaturarum, num. 207. Eius imperium ſupra mare, flumina, & fontes, num. 208. Cur iratus contra mare, flumina, & fontes ſe oſtendit Deus, num. 209. Deum vltionum placauit amor, nu. 215. Deum deſcribit Seneca cum attributis num. 217. Dei veſtis ſplendor, & gloria, num. 218. Cur dicatur Rex immortalis, & inuiſibilis, num. 219. Eſt creaturarum pater, & matripater, num. 220. & ſeq. Quomodo ſit in creaturis, num. 224. Cur culpam breui tempore commiſſam pœna punit æterna, num. 229. Igne obuoluit peccatores, num. 230. & 231. Cur creauit hominem nudum, & inermem, tr. 10. num 49.

Diabolus niſus eſt auferre à Deo ſolitudinem, tr. 4. nu. 21. Diabolus, & Leo idem, tr. 3, num. 31. Eius aſtutia, & pugna vincitur ieiunio, tr. 10. nu. 4. Non aggreditur abſtinentem, & ſi aggreditur victus remanet, num. 5. Expellitur per abſtinentiam, & ieiunium, num. 7. Deus, & Dominus guloſorum eſt, num. 14. Cur petijt à Chriſto plures lapides fieri panes, & non vnum, ibidem. Diabolum, qui vicerit coronabitur, num. 18.

Diluuium. Eſum carnium, qui ſenſerit fuiſſe licitum ante diluuium, tr. 7. num. 7. Probi, & pij viri carnem non comedebant, num. 8. Cibus homini ante diluuium aſſignatus num. 12. fol. 305.

Digitized by Google

305. cap. 1. *Carnium cibus poſt diluuium datus, & cur tunc? ibid. Ante diluuium glandem primo comedebant, num.* 14. *Poetarum dicta de eſu ante diluuium, num.* 16. *& ſeq. Tunc lege poſitiua eſum carnium prohibitum fuiſſe, fol.* 310. *cap.* 1. *Etiam lege naturali ibid. Carnem tunc comedere fuiſſe præſumptio, & peccatum, fol.* 315. *cap.* 1. *Ante diluuium carniuora, non carnibus, ſed herbis veſcebantur, fol.* 316. *cap.* 2. *Carniuora non ita naturali inſtintu carnem comedunt, vt non poſſint herbis ſuſtentari ibid. cap.* 2.

Diues mundi velut ſomnians, tr. 2. *num.* 8. *ſtatim euaneſcit, num.* 10. *Diuiti difficile Cælum aperitur, patet facile pauperi, tr.* 4. *num.* 172. *Diuites an poſſint dici beati, num.* 174. *Dicuntur martyres, & quare? num.* 178. *Idololatris comparantur, ibid.*

Diuitiæ, & gloria peccatoris in imaginatione radicantur, & tanquam murus validus a diuite imaginantur, tr. 2. *nu.* 11. *Sunt vmbræ, & phantaſmata, num.* 13. *Diuitiæ mendacium, nu.* 14. *Sunt puerorum ludus, num.* 15.

Diſcordia in Religione quam peſſima ſit, tr. 3. *num.* 64. *Gentilium dicta contra diſcordiam, num.* 65. *Diſcordiæ depictæ crudelitas, num.* 66. *Diſcordiarum ſeminatoris pœna, num.* 67. *& ſeq. Diſcordiam ſeminare aliquando licet, num.* 86. *Sancti, & etiam Chriſtus diuidunt, & ſeparant aliquos pacificos, num.* 87.

Doctrina aduenarum, cur magis recipitur, quam ciuium, tr. 5. *num.* 9. *Doctrina hæreticorum de carnis abſtinennentia, num.* 81. *Falſitas talis doctrinæ oſtenditur, ibid.*

Drago cur appetat Elephantis ſanguinem, tr. 10. *nu.* 4.

E

E*cclesia eſt puteus, & fons, quare, tr.* 2. *nu.* 22. *Eius fundatio, & dilatatio, tr.* 5. *num.* 43. *A turre Hananael, & quare, ibid. & ſeq.*

Enſem in femore ferre, ſingnum nobilitatis, tr. 4. *num.* 200.

Encomium R. P. Chryſtofori de el Caſtillo, fol. 354. *cap.* 2.

Eremus deliciarum paradiſus, tract. 4. *num.* 57.

Eua filia dicitur, & vxor Adami tract. 4. *num.* 222.

F

F*aſcinatio quid ſit, tract.* 2. *nu.* 52. *& tract.* 3. *num.* 33.

Fides anchora vitæ, tr. 4. *num.* 145. *Fides charitate formata non informis liberat ab igne, num.* 260.

Filij Dei efficimur per gratiam tract. 4. *num.* 221. *Filiorum pietas erga parentes, num.* 231.

Fontium quorundam effectus mirabiles, tract. 4. *num.* 208.

S. Franciſcus a Paula humiliſſimus, eius humilitas, tract. 1. *num.* 11. *Filius eius eſt, qui imitatur, num.* 15. *Fuit ex fortibus lectulum Chriſti ambientibus, tract.* 2. *num.* 45. *Eſt ad Crucem cerua gratiſſima num.* 40. *&* 52. *Eius laudes ibid. Seceſſit in eremum, num.* 48. *& ſeq. Teatrum Chriſti, num.* 59. *Miraculum fuit non mori inter tormenta, num.* 61. *Vexilifer militiæ recepit, num.* 65.

Franciſcus in ſolitudine, & in Religione velut in Cælo, tract. 4. *num.* 52. *Vt Cælites requiem, ſine requie habebat, num.* 51. *Franciſco labores omnes dulciſſimi fuere, num.* 57. *Etiam in terris beatus, num.* 58. *Beatitudine quadam hic fruebatur, num.* 62. *In medijs flammis virginitate defenditur, num.* 99. *Ipſum ſanctificatum in ventre cur piè credimus, num.* 101. *Eius dominium ſuper ignem, cur? nu.* 108. *Chori Angelorum in cellula cũ Franciſco, num.* 110. *Sui corporis ſacrificium obtulit, num.* 111. *Fuit ſimilis Noè, num.* 142. *Quia vitijs carebat, num.* 143. *Mundum fugit, vt Cælum aſſequeretur, num.* 144. *Patiens, & inuictus ad omnia, num.* 145. *Vt Franciſcum ad maximam dignita-*

tem

Digitized by Google

tem eueheret varijs experimentis probauit Deus, num. 140. *Dominium habuit ſupra Dæmones, idque merito obedientiæ, num.* 147. *Prunas, vt flores tractabat, & fornacem ingreſſus obedientiæ merito non læditur, nu.* 149. *Eſt ille quartus ſimilis Filio Dei, num.* 150. *Fuit ſimilis Chriſto ex imperio ſuper mare, num.* 151. *Sedauit mare non ſolum pallio, pedibuſq; ſed zoccholis, num.* 153. *Non eſt Franciſci filius, qui eum operibus non imitatur, num.* 155. *Eius dominium ſuper terram, num.* 156. *Eius paupertas, nu.* 175. *Eius in Cruce charitatis ſacrificium, à num.* 243. *& ſeq. Eius conditio dicitur ſeraphica, & ipſe ſeraphicus ad inſtar alterius Franciſci, num.* 246. *Similis Iacobo deſcribitur nu.* 175. *Ad ipſum deſcendebant Angeli, num.* 176. *Paupertatis martyrio coronatus, num.* 177. *Cæli incola nunquam Cælum reliquit, vt pauper, nu.* 248. *Eius virginitas, & charitas, num.* 251. *Carbunculi proprietas in Franciſco, ibid. Eius charitas erga proximum, num.* 254. *Mare domuit ſuæ charitatis imperio, nu.* 255. *Eius ſecura nauigatio opponitur timidæ Apoſtolorum, ibid. Per cupidinis inſignia Franciſci virtutes, & prodigia figurantur, num.* 256. *Sua charitate ſemper idem, velut ligna arcæ bituminata, num.* 257. *&* 258. *Vt Abraham fide formata fornacem ingreſſus, num.* 260. *Vt Haſmal, ſeu Angelus inter flammas, ibid. Eius imperium ſuper terram, & mare, num.* 261. *& ſeq. Virtute charitatis etiam dominium habuit ſuper Dæmones, num.* 263. *& ſeq. Eius potentia apud Deum, num.* 266. *Similis Moyſi, ibid. Hidruntum à Turcis oratione liberat, ibid. Non alijs armis niſi humilitate, & charitate potens fuit, & fortis ibid. Chriſti imitator, & eius inſtitutorum innouator, tr.* 5. *nu.* 40.

Fraternitas ſpiritualis ad plus tenetur, quam carnalis, tract. 3. *num.* 51. *Ira Dei contra non adiuuantem fratrem in neceſſitate, num.* 54.

G

Gentiles ramis oliuarum vtebantur ad impetrandam veniam, tract. 3. *num.* 39. *Annum ſequentem, vt præſentem optabant, immolantes, num.* 103. *Gentilium abſtinentia, fol.* 321. *cap.* 2. *& ſeq.*

Granum mori quid denotat tract. 2. *num.* 33.

Gulones dicuntur, qui pro guſtu comedunt, tract. 9. *num.* 52. *Guloſitas deſtruit regna, abſtinentia auget, tr.* 10. *num.* 8. *Guloſi ſerui ſunt diaboli, & coquinam in templum conuertunt, ib. num.* 16. *Habent Pythonem in ventre, num.* 17. *Gulæ deditus bruto comparatur, num.* 24. *Similatur accipitri, & nutrit diabolum, num.* 32. *Similatur Statera, ibid. Guloſo piſces vertuntur in ranas, num.* 38.

H

Hæretici, quid ſomnient de abſtinentia carnium, vel illarum eſu, vide verbum Abſtinentia, & Animalia.

Homines inſipientiores pecoribus, tract. 10. *num.* 49. *Quid eis illecebra conferant, ibid.*

Hoſpites quomodo tractandi, tract. 10. *num.* 21.

Humilitas Religionis fundamentum, tr. 1. *nu.* 10. *Beatitudinis principium, num.* 12. *Quanta ſit vis humilitatis cum charitate, tract.* 4. *num.* 266.

Hylophagi Aethiopes velut aues de arbore in arborem proſiliunt, vt teneras ſummitates ad comedendum auferant, fol. 340. *cap.* 2.

I

Iaſonis, & Medeæ hiſtoria ſcitu digna, tract. 5. *num.* 11.

S. Iacobi Minoris abſtinentia à carnibus, tract. 6. *num.* 11. *Eius votum in morte Chriſti de non comedendo pane, donec reſurgeret, num.* 12.

Digitized by Google

Ieiunium pugnat contra hoſtes ſpirituales & temporales, tract. 10. num. 5. Facit ieiunantes tot Achilles, num. 11. Hominis ieiuni ſputo ſerpens interficitur, num. 4. Facit quam nequiuerunt Apoſtoli, num. 12. Ieiunij virtutes in Monacho, num. 33. Ieiunij antiquitas, & beneficium, num. 36.

Ignis in rubo diuinitas in carne tract. 4. num. 98. Et Virginitas Mariæ, ibid. Ignis, & fumus maieſtas, & terror, num. 100. Ignis ſuper domum Sancti Patris Franciſci, an eum purgauerit à culpa originali, num. 102. Ignis in fornace cur pueros non combuſſit? nu. 148. Ignis & pœnarum æternitas inextinguibilis eſt, & non lucens in inferno, num. 226. Et ſi lucet eſt ad pœnam damnatorum, cõciliantur ſententiæ Patrum, num. 227. Ignis noſter non generat, ſed conſumit: diuinus vtrumque facit, num. 258. Ignis generat animalia alata, num. 260.

Imago cui conformes eſſe debemus quæ? tract. 2. num. 55.

Immittere commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus quid ſit, tract. 5. num. 71.

Infirmos compellere ad carnium eſum nõ debent Medici, neque alij fol. 350. cap. 1. Infirmi non indigent eſu carnium, neque in principio, neque in augmento, neque in ſtatu, neque in declinatione ibid.

Infirmus nulli ſuadẽti ad carnium eſum, neque propriæ conſcientiæ tenetur credere, ibid. cap. 2. Neque medicis atteſtantibus, quod alias ſint morituri, ibid.

Infirmi recuſantes obedire ſuperiori præcipienti carnium eſum, quando non peccant. fol. 354. cap. 1.

Infirmus Minimus an poſſit lacticinia comedere, fol. 359. cap. 2. Et diſpenſatus ad oua non poteſt comedere carnem, fol. 364. cap. 1. An poſſit carnem, & piſcem comedere in quadrageſima, fol. 365. cap. 1. Experientia probatur non eſſe purgandum ad præcauendam infirmitatem, fol. 368. cap. 2. Ex Medicorum etiam doctrina, & exemplis comprobatur, ibid. & fol. 369. cap. 1. & 2.

Inualetudinarij deſcriptio, fol. 371. caput 2.

Ignorantia religionis communis maledictio, tract. 3. nu. 106. Ignarus ſemper magis ambitioſus, num. 107. Ignorantia mater cunctorum errorum, nu. 117. Ignorantes dicuntur pueri num. 118. Ignorantia peccatum eſt aut cauſa peccati nu. 119. Pueri, & ignorantes, væ Religioni ſi præſunt num. 120.

Ingenij partus amantur, & ſi rudes, tr. 5. num. 19.

Ingratis cur Deus dat, & amplius dat beneficia, tract. 4. num. 210.

Inuidi dicuntur faſcinatores, tract. 3. num. 33.

Imperatorum exempla præeuntium in exercitu, tract. 5. num. 1.

Ioannis Baptiſtæ auſteritas inimitabilis, tract. 5. num. 64. Cur in deſerto tr. 2. num. 48. Eius encomium, tract. 4. num. 91. Ei non Chriſto conueniens fuit auſteritas tr. 5. num. 63.

Ioannis Euangeliſtæ abſtinentia tract. 6. num. 12.

Ioſeph Mariæ Sponſus abſtinuiſſe a carnibus probabile eſt, ex caſtitate, & virginitate, & contemplatione, tract. 5. num. 60. Ex inenarabili amore cum Virgine, num. 61. Cæleſtis inter eos conuerſatio, num. 62.

Iouem ſuperauit Cupido, tract. 4. num. 192. & 216. A Ioue detruſus Aegeon in Aetna inde mons flammas eructat, num. 116.

Ira Symbolum Gallina, tract. 4. num. 195. Item vrſus ibid. Ira duplex bona, & mala, num. 196.

Iſaac ligna ferens, Chriſtus baiulans Crucem, tract. 4. num. 113. Libenter ab vtrumque pro Deo aſſumpta mors, num. 116. Iſaac fortitudo, & virtus ibid.

Iudæorum abſtinentia, & ieiunium, fol. 320. cap. 1. & ſeq.

Iudæ oſculum accepit Chriſtus cupiens eum ſaluare, tract. 3. num. 69. Eius pani-

Digitized by Google

pænitentia nulla, & cur, num. 71.
Iudices a Neptuno puniti, tract. 4. num. 208.
Iudicis vicinitas ex Sacerdotum ignorantia, tr. 3. num. 104.
Iuſti ſunt arbores iuxta aquas, tract. 2. num. 21. Iuſti ſeculares multis punguntur ſpinis, num. 31. Iuſtus aliena peccata ſibi imputat, tract. 3. num. 154. Iuſtus laboribus probatur, & ærumnis beatur, tract. 4. num. 193. Iuſtorum, & impiorum differentia, num. 211. Iuſtorum pietas erga miſeros, num. 213.
Iris cæleſtis, & arcus in nubibus, tract. 4. num. 214. Quid ſit, & an pluuiam, vel ſerenitatem innuat, ibid. Iris, & cæleſtis arcus Chriſtum ſignificant, num. 215.

L

SAncti Laurentij optata paſſio, tract. 2. num. 43.
Labores, & tribulationes ſanctitatis enigma, tract. 4. num. 194.
Legumina, ſaniorem faciunt quam carnes, fol. 370. cap. 2.
Lex an ſit præceptiua quomodò cognoſcetur, tract. 6. num. 27. Verba legis ad materiam applicantur, quando de voluntate non conſtat, ibid. Lex naturalis mutatur mutata materia, fol. 316. cap. 2. Ne frangeret legem de non comedendis carnibus mortuus eſt Eleazarus, fol. 352. cap. 2. Lex humana poteſt obligare cum diſpendio vitæ, fol. 380. cap. 1.
Libidinoſi extra caſtra hoc eſt extra ſocietatem Angelorum, tract. 4. num. 109.
Luxuria peſſimum vitium, tract. 4. nu. 80. Eſt ignis deuorans, num. 83. Libidinis fœtor ad Deum aſcendens vindictam expoſcit, num. 84.

M

MAria Virgo pluſquam martyr, tr. 4. num. 205. Eius dolor in Paſſione inexcogitabilis a pura creatura, ibid. Amore ſub Cruce vulnerata, nu. 237. Maria, & Ioſeph pauperem vitam duxerunt ſed non è mendicato vixerunt, tract. 5. num. 52. Maria in modo viuendi eſt imitata Chriſtum, num. 53. Ei exiſtenti in templo non offerebatur caro ab Angelis, num. 54.
Mare faſcijs inuolutum velut puer, tr. 4. 206. Deus in mari ; uniuit impios, & ſaluauit pios, num. 211.
Manichæi comedentes animalia in ea conuerti ſomniabant, & corpus factum a malo Deo, animam autem a bono aſſerebant, fol. 325. & ſeq. Abſtinebant in honorem Solis, & Lunæ, fol. 327. cap. 2.
Manducate quæ apponuntur vobis non fuit præceptum tract. 6. à num. 27. Non fuit dictum Apoſtolis, ſed Diſcipulis, quare, ibid. Fuit fortaſſe diſpenſatio facta Diſcipulis, ibid. Et intelligitur non de carnibus, ſed vilibus, & modicis.
Mahomet inſaniæ in dandis legibus Turcis, fol. 323. cap. 2.
Marci abbatis abſtinentia, fol. 335. cap. 2.
Matthæi vocatio, & obedientia, tract. 5. num. 94.
Medici nullo adhibito medicamento poſſunt diſpenſare cum Minimo ſi actu infirmus eſt, non aliter, tract. 9. num. 80. Ad medicos exhortatio ne faciliter diſpenſent Minimos ibid. & quam malè ſe gerant hiſce temporibus faciliter diſpenſando, num. 81. Ad diſpēſandum calcaribus ſunt retinēdi, non expungendi, ibid. Medici maleferunt ab infirmo carnibus ſuillis veſci, fol. 355. cap. 1. Medicus conſulens noſtro religioſo præcauendam eſſe infirmitatem cum eſu carnium, peccat mortaliter, fol. 373. cap. 2.
Medicinam ſumere non adſtrigimur, fol. 357. cap. 2. Qui fuerint medicinam abhorrentes, ibid.
Marthæ Sanctæ abſtinentia, tract. 5. num. 96.
Martyrium duplex cruentum, & incruentum, tract. 4. num. 177.

Mater ſæpe concipit fœtum ſimilem rei viſæ, tract. 2. num. 53. Aliquæ matres necauerunt, & comederunt filios, tr. 10. num. 24.

Minimi mouentur, ne ſint ſtatuæ depictæ, tract. 1. num. 18. Habitum geſtare nō ſufficit illi, qui ſuperbus eſt corde laſciuus, &c. tr. 4. nu. 155. Eorum Regula arctior eſt omnibus alijs etiam Cartuſianorum, fol. 346. cap. 2. Non poſſunt Minimi ſe purgare ad præcauendam infirmitatem cum eſu carnium, fol. 367. cap. 1. & ſeq. Ne peccent mortaliter, & faciant contra votum. fol. 373.

Milonis geſta, voracitas, & mors, fol. 344. cap. 1.

Minis vtitur Deus ne puniat, tract. 4. num. 203. Minas ſpernentibus durior pœna ſeruatur, num. 204.

Monachorum antiquorum vita, fol. 339. cap. 1.

Monialium cuſtodia in oculis tract. 4. num. 82.

Miſericordiam ab alio petere nil durius, tract. 3. num. 36.

Monachorum antiquorū vita f. 339. c. 1.

Mors in inſtāti mortis dolores exiſtimantur inferni, tract. 4. num. 232.

Miracula facta ex virtute obedientiæ, tr. 4. num. 156. Portentum rupis exciſæ in Paula, ibid.

Miracula facta a Deo in comprobationem abſtinentiæ a carnibus, tr. 10. nu. 37. Pro Honorati eſu inuentus eſt miraculosè piſcis, ibidem. Ad Corbiniani eſum Aquila piſcem extrahit de mari, ibid. Caro in lapidem vertitur ne votum frangatur, ibid. Guntheri prece ne carnem ederet ſurgit aſſatus pauo, & volat, ibid. Guloſo piſces vertuntur in ranas, num. 38. Caro in cinerem mutatur ibidem. Alia miracula facta in Conuerſiones carnis in piſces, fol. 348. cap. 1. Sanctus Bruno, & ſocij dormierunt per totam quadrageſimam, ne carnem comederent, tract. 10. num. 38. In monte Virgine non ſolum caro non comeditur, ſed neque ferri poteſt, & tempeſtate noſcitur ibidem.

Mulier ſecurior in ſolitudine, & cellula. tract. 2. num. 63. Mulier, & Religioſus, alter alteri Diabolus, tract. 4. num. 83. Mulier ſummum malum eſt omnibus, num. 84. Mulierum fraudis, & malitiæ narratio, num. 85. Fortes ſunt mulieres in bello libidinis, num. 88. Earum colloquia vitanda quia contagioſa, nu. 94. Mulierum mirabilis abſtinentia, fol. 338. cap. 1. Quædam mulier ſe infirmam ſimulat, vt venere vtatur, fol. 358. cap. 2.

Mundus peccatis abundans ante Chriſti aduentum, tract. 4. num. 37. Fallax, & tenebroſus, num. 143. Eſt menſa Principis ſuauitatibus plena, tr. 10. num. 50.

Myrrha mortificationem ſignificat, tract. 5. num. 8.

N

Noe cur fuerit a Deo clauſus in arca, tract. 4. num. 213.

Nouitas opinionis non ſpernenda, ſi eſt de re incerta, tract. 5. num. 4. Nouitas, aut vetuſtas doctrinæ, nec prodeſt, nec nocet, ſed ratio, num. 6. Argumenta contra nouitatem ſoluuntur, a num. 13.

Nouitij admonitio, tract. 1. num. 23.

O

Obedientiæ encomia, tract. 1. num. 28. Obediens victor, & triumphator, ibid. Militia corruit ſine obedientia, num. 29. Obedientiæ ſublimitas, ibid. Obedientiæ typus in alis veri Cupidinis, tract. 4. num. 244. Obediens pro celeritate alatus, num. 245. Obedientia, & paupertas in Eccleſiæ fundatione præſignantur, tr. 5. num. 46. Obedientia primum religioſi ſacrificium, tract. 4. nu. 123. Melior, quam ſacrificium, num. 124. Et cur melior ſit obedientia, quam ſacrificium, num. 125. Inobedientia peccatum eſt grauiſſimum, vt Idololatria, ibid. Vera obedientia non obmuſſitat, & eius deſcri-

ſcriptio, num. 126. Sit grata, pura, & velox, num. 127. Vera obedientia moram tollit, num. 130. Eius celeritas, num. 132. Obedientiæ ſymbolum Lazari reſurrectio, num. 133. Verus obediens non vtitur argumentis, 134. Iuſti obedientia ſilet, è contra mali, num. 135. Obedientia eſt velut artificis inſtrumentum, num. 136. Non ſit diſceptatrix, ibid. Eſt torques aureus, num. 138. Obedientia exonerat, non onerat, num. 139. Obedientiæ exemplum datum à Seraphico Franciſco, num. 140. Obedientia eſt honor dignitas, & regnum, nu. 141. Obedientia, & inobedientia Adami ibid.

Oculi ſunt ſedes amoris tract. 4. num. 88. Per oculos intrat mors, ibid. Oculi amoris ſymbolum, num. 232. Vbi & quid per oculos columbarum. Oculi ſuper riuos ſunt Chriſti vulnera, num. 233.

Oliuæ proprietas in Cruciformi religione, tract. 3. num. 29. Significat miſericordiam in religioſis, num. 36. Per totum cap. Mons oliuarum, quid ſignificet, num. 41. Titulus Crucis cur ex oliua, ſupra Chriſti caput? nu. 44. Oliua ſymbolum pacis, num. 56. &c.

Oſculum eſt communicatio ſpirituum, tract. 3. num. 70.

P

PAcomij abſtinentia, & Palemonis, atque pulchrum dictum, fol. 335. cap. 2. Et aliorum eremitarum in ſeq.

Palma ſymbolum Crucis, tract. 3. num. 18.

Patres reprehenduntur, qui filios a religione auertunt, & impediunt, tract. 1. num. 41.

Pauli Apoſtoli à vino, & carne, tract. 6. num. 9. Paulus viliori cibo, quàm Ioannes vſus, num. 10.

Paupertati obſtant pronomina meum, & tuum, tract. 1. num. 21. Paupertatis Crux eſt via perfectionis, ibid. Paupertas eſt vna ex circunſtantijs ſacrificij, tract. 4. num. 157. Paupertatis damna furtum, & periurium, num. 158. Pauper a teſtificando expellitur, ibid. Paupertas voluntaria libera eſt a præmiſſis damnis, num. 159. Pauperes dicuntur beati, quia ex nunc aliqua fruuntur gloria, num. 164. Pauperum merito, & oratione, diuites Cælum ingrediuntur, num. 164. Datur de hac re exemplum, num. 165. Pauperes, & diuites, quomodo ad inuicem æquentur, ibid. Paupertas religioſa, num. 167. Pauper eſt peculiaris imago Dei, num. 171. Paupertas in Cælum, euehit pauperes in Cælum, vt nubes Chriſtum, num. 172. Pauperum felicitas, num. 174. Paupertas Cælum emit, & genus martyrij eſt ibid. Paupertas virtutum omnium ſocia, & mater, num 248.

Pax videatur, in verbo Concordia. Ex pace Religionis abundantia, tract. 3. num. 60. Pluto abundantiæ cauſa, quia ex pace nutritus, ibid. Pax prodigium religionis, num. 63. Pax ficta expellenda a religione, quæ ſit? à nu. 68. Talis fuit pax Ioab, & Iudæ, ibid. Qui pacem perdit, num. 69. Pax inordinata expellenda à religione, num. 78. Pax operis inordinata eſt in peccatis conuenire, ibidem, & num. 91. Pax impiorum à Prælatis extirpanda, num. 85. Pax operis vera, & Chriſtiana, num. 175. & ſeq. Pax Chriſti in quo conſiſtat, num. 176. Pax danda pacem danti, num. 177. Pax quomodo ſeruanda, num. 178.

Peccatores ſunt arbores pulcherrimæ viſu, tract. 2. num. 7. Peccator quomodo peruenire poſſit ad imaginem Sanctiſſimæ Trinitatis, num. 20. Peccatores a mundo difficile reuocantur, tract. 4. 144. Peccator cum ſerò vult pænitere non poteſt, num. 203. Peccator, quàm temerariè bellum gerat contra Deum, num. 225. Peccator quando dicitur præuaricator, nu. 247.

Peccatum auditum in confeſſione in nullo caſu licitum eſt reuelare, fol. 381. cap. 1.

Per-

Digitized by Google

Perſeuerantia neceſſaria religioſis, tract. 3. num. 31. Perſeuranti corona datur, num. 33.

Perſarum ſcholarium ientaculum, fol. 337. cap. 2.

Periculo ſe exponere quando eſt peccatum, tract. 10. num. 41.

Piſces quare non prohibentur ieiunantibus, & nec ſalacia, tract. 10. num. 44.

Plato quare Academiam in loco peſtilenti elegit, fol. 326. cap. 2.

Pœna inferni non commenſuratur tempori, ſed intentioni peccantis, tract. 4. num. 230. Pœnarum perpetuitas in inferno ad Titij ſimilitudinem deſcribitur, tract. 4. num. 228.

Pœnitentia ſera non meretur veniam, tr. 4. num. 204.

Petri vmbra quid ſignificat, tract. 3. nu. 103. Arctiſſima Petri abſtinentia, ſine eſu carnium, tract. 6. num. 9. Petrus Eccleſia fundamentum, & Petri Chriſtus, num. 17. Petrus, & alius diſcipulus dicuntur Cephas, ibid. Cur Petrus in confeſſione appoſuit filij Dei, cum adiectiuo viui, num. 18. Petrũ non fuiſſe reprehenſum à Paulo, à nu. 17. Non videtur veriſimile Petrum peccaſſe num. 19. Petrus nullo inferior in terris, ſed poſt Chriſtum omnibus excellentior, num. 21.

Phariſæi quibus de cauſis ieiunabant, tr. 5. num. 71. Murmurantes de Chriſto quid intendebant, num. 95.

Phætontis fabula quid? tract. 3. num. 122.

Prælati, & Superiores Noe ſimiles, tract. 1. nu. 42. Prælati optimi inſtar Abrahæ, num. 84. Si ab eis impiorum pax extirpatur, num. 85. Superiores malè dicunt fœderatos eſſe ex noſtris, nu. 88. Ne ſint ſimiles Iudæ, num. 89. Eorum grauiſſima pœna, num. 90. Superior non proprijs meritis exaltatus, vilior fit, num. 93. Superiores indigni ſimiles idolis, num. 94. Dicuntur Pygmei ſine meritis num. 95. Periculum graue incurrunt, num. 96. Superiores ignari bonitate nõ proſunt, num. 97. Sunt magnum flagellum, num. 99. Plus iuuat in ſuperiore ſapientia, quam Sanctitas, num. 100. Superior malus ſibi obijcit, indoctus ſibi, & nobis, num. 102. Damna, quæ affert ignarus Superior à nu. 104. & ſeq. ſemper magis ambitioſus, num. 107. A Prælatis tollenda ignorantia cunctorum errorum mater, num. 117. Qualis debet eſſe prælatus num. 116. vbi de eius cura, & vigilantia. Iuuenes ſuperiores officiunt religioni, num. 118. Superiores ambitioſi eleuant pueros, & ignorantes, nu. 120. Phætontẽ ſimilantur, eiuſque caſui, num. 121. Concilia ſtatuunt doctrinam neceſſariam Prælatis, num. 126. Eis cum doctrina virtus neceſſaria eſt, n. 127. Superior ſeruet, quæ ſeruare mandat, num. 131. Chriſti poteſtati ſimilis ſit Prælati poteſtas, num. 135. Superior regnet, vt Dauid iuxta cor Dei, num. 137. Mali Prælati officiunt, non proficiunt religioni, à num. 138. &c. Prælati caſus eſt totius gregis facilis ruina, num. 139. & ſeq. Prælatus ſit rigidus erga ſe, ſuauis erga ſubditos, num. 141. Moueat voce, & opere, nu. 138. Eodem legis igne ſe vrat, foueatque ſubditos, num. 143. Superiores nunc paſcuntur, non paſcunt oues, num. 144. & ſeq. Mali Prælati ſponſam ſpoliant, num. 147. Prælatus malus, & diues depauperatur, num. 148. Superior malus reprehenditur ſi reprehendit, num. 150. Infœlix Prælatus, qui ſibi officit, dum alijs proficit, nu. 151. Deridendus eſt, qui dum alios liberat, ſeipſum ſuffocat, nu. 152. Subditorum vitia imputantur Prælatis, num. 153. Subditorum culpa grauior pœna Prælatis, num. 157. Dormientes Prælati, dormiunt ſubditi, num. 159. Prælatus eſt veluti ſigillum, nu. 160. Sit annulus adamãtinus, n. 162. Malus Prælatus occidit oues, num. 163.

Princeps legi ab eo lata ſubijcitur, tract. 3. num. 129. Princeps non creditur peccato luxuriæ inquinari, num. 155. Principatum humero imponere quid? num. 26. Principes velut tyranni sũt,

qui

Digitized by Google

qui non ſibi, ſed ſubditis onus imponunt, num. 27.

Prophetia Zacchariæ de tranſitu maris freti pro S. P. Franciſco de Paula, tr. 4. num. 154.

Propoſitio hæc Chriſtus comedit carnem, vel abſtinuit à carnibus (dempto agno typico) non eſt hæretica, nec erronea, aut temeraria, ſed probabilis, non periculoſa, ſed gratioſa, tract. 5. nu. 32. Protector Eminentiſſimus ſupplicatur, tract. 3. num. 105.

Pugilem Chriſti eſſe, macies, & pallor oſtendit, tract. 10. num. 42.

Pugna carnis contra ſpiritum, tract. 10. num. 19. Caro conſurgens aduerſus ſpiritum per abſtinentiam frænatur, num. 20.

Pulchritudo vera qualis ſit tract. 4. num. 90.

R

Reforma quid, reformare religionem difficile opus, tract. 3. num. 165. Reformator quaſi Deus eſſe debet, nu. 167. Solus Spiritus Sanctus reformat verè num. 168. Armatus incedat ad reformandum, num. 169. Miles eſt, qui reformat, num. 170. Magnanimitate indiget, num. 171. Poteſtas in reformatore requiritur, ibid.

Reges olim ſapientes, tract. 3. num. 123. Regum, & diuitum quanta ſit, & vnde ſuperbia, tract. 4. nu. 210. Regem bellantem non ſequi, magnum nefas, tract. 6. num. 1. Regis indorum, & Auguſti Cæſaris abſtinentia, fol. 337. cap. 2.

Religio prædeſtinatorum mater, tract. 1. num. 5. Eſt mons Dei, & paradiſus, num. 6. Religio cruciformis cella vinaria, nu. 33. Religio ſuſtinet Deum & ſuſtentatur ab ipſo, num. 38. Exhortatio ad religionem, num. 40.

Religio in horto, hoc eſt, in Eccleſia eſt aureola, tract. 2. num. 39. Eſt domus Sanctuarij Dei, num. 40. Dicitur cedrina, & cupreſſina, tract. 3. num. 16. In religione commorantur lupus, & agnus, num. 61. Ex pace Religionis abundantia, num. 60. Pax ficta a religione expellenda, num. 68. Et etiam inordinata à num. 78. Religio comparatur ventri, & aceruo, num. 114. In religione ambire vana præſumptio, num. 115. In religione perfecta quies, tract. 4. num. 30. Magna dignitas, & fœlicitas religionis, num. 33. Religio eſt ſolitudo plena delicijs, num. 47. Eſt Paradiſus Domini, num. 43. Religionis labores requiem, & voluptatem aſſerunt, num. 55. Eſt equitatus contra currus Pharaonis, num. 80. In religione quomodo fiant tonitrua, num. 131. Religio eſt cella vinaria, & Religioſi muſto repleti. num. 239. Aſinus ad vitem, & pullus ad vineam Religioſum ſignificat Religioni alligatum, num. 240. Religionum fundatores Chriſti documenta propoſuerunt, tract. 5. num. 40. In qualibet religione nil mirum ſi aliquis viuat difformiter, num. 85 Religiones omnes dicuntur apoſtolicæ, tr. 6. num. 30.

Religio Minimorum ortum duxit à Chriſto, & veluti innouata à S. P. Franciſco, tract. 5. num. 47. Cur potiori iure dicatur Apoſtolica, tract. 6. num. 30.

Religioſi propter morum diuerſitatem perſecutionem patiuntur, tract. 1. nu. 4. Eos odit Diabolus, ibid. Religioſus non triſtetur ſi pauca reliquit, nu. 24. Religioſi ſunt arbores eminentiores ſecularibus iuſtis, tract. 2. num. 29. Religioſi eminent inter iuſtos ſeculares ſicut lilium inter ſpinas, num. 31. Religioſi currant in odorem paſſionis, tr. 3. num. 14. Religioſus quomodo aſcendit in palmam, num. 22. Sit alter ſtellio, aut Ionathas, num. 24. Religioſi retrò aſpicientes faſcinati, & incantati dicuntur, num. 31. Religioſus non perſeuerans, veluti ſus ad lutum, nu. 34. Quomodo valeat exercere miſericordiam, à num. 48. Religioſus alterius onera portet, num. 50. Ex lege alium corrigat, nu. 52. Fælicitas religioſi ex pace, num. 60. Religioſus iurgia ſeminans, alter Iudas, nu. 73.

& dicitur Apoſtata, num. 75. & dicitur diabolicus, & filius diaboli, ibid. Et dicitur inutilis, & membris omnibus loquitur, num. 76. Eius pœna, num. 77. Religioſi ſe interimunt ſardonico riſu, à num. 78. Mali Religioſi conueniunt pacificè in malum, nu. 81. Religioſi ſomnum, nu. 111. Eminent in Eccleſia Chriſti, num. 112. Religioſus ſi eſt pacificus canit alleluia, alias blaſphemat, nu. 179. Litigioſus Religioſus non laudat Deum, ſicut pacificus, num. 181. Religioſi orantis mentem exigua iracundiæ arenula conturbat, num. 184.

Religioſi in Cruciformi Religione ſacrificantur, tr. 4. num. 6. Sunt vituli mactandi in ara Crucis, num. 7. Religioſus dicitur viuus Martyr, num. 8. Offert ſacrificium iuſtitiæ, num. 10. Religioſi in ſolitudine religionis ſunt columba, & turtur, num. 23. Religioſorum fœlicitas in exitu huius Ægypti, num. 27. Religioſus redeat ad arcam, vt columba, nu. 31. Periclitatur, cum egreditur è monaſterio ibid. Religioſi ſunt flores in Eccleſia, nu. 39. 40. Religioſus ſemper tendere debet ad perfectionem, nu. 41. Religioſus habet genas, vt turtur, num. 80. Religioſi ſunt Reges ex caſtitate ibid. Ab eis vitanda ſunt colloquia mulierum vt Deo loqui poſſint, nu. 82. Religioſus, & mulier alter alteri diabolus, nu. 83. Vertat oculos in pulchritudinē Chriſti non mulieris, nu. 86. vitet eius colloquia, nu. 94. Etiam manuum, aut veſtium deoſculationes, nu. 95. Religioſus caſtus dicitur martyr, nu. 107. Religioſi in ſacrificijs igne purgātur 104. Religioſus obediens eſt equus, aut equitatus Chriſti, & cur? num. 128. Religioſi cur fulgura, & non tonitrua dicantur, num. 130. Primùm, fulgura, ſunt, poſtea tonitrua, & cur? nu. 131. Religioſorum caput Iacob, num. 168. Religioſi ſunt Dei imagines, nu. 171. Dicuntur beati ex paupertate, num. 173. Currere debent poſt Chriſtum ad inſtar ſponſæ, num. 235. Quomodo Chriſtum amare, & eius amicitiam conſeruare poſſint, num. 236. Vulnera Chriſti quomodo affectent, nu. 237. quomodo poſſint dicere vexillum eius ſuper me Charitas, nu. 242. Sub vmbra Crucis ſedere debent extra quam nihil boni habetur, num. 241. Religioſus malus dicitur præuaricator, num. 248. Religioſorum vita qualis victitando eſſe debet fol. 334. cap. 2. Religioſis, quæ vires ſint neceſſariæ, f. 342. cap. 2. Religioſi infirmi liberantur à mortis periculo ſine eſu carnium, fol. 346. cap. 2. Imò non tenentur carnē comedere in articulo mortis, etiam atteſtante medico, quod alias morietur, fol. 349. & fol. 353. cap. 1.

Religioſus minorita indignatus, in amantem commutatur, tract. 4. num. 246.

Reticulum iecoris à religioſis comburendum, tract. 4. num. 106. Sumitur pro concupiſcentia, ibid.

S

SCala Iacob varia intelligentia, tract. 1. num. 36. Eſt Crux, ibid. Scala Cæli eſt Religio, num. 37.

Sacerdotum dignitas ſuper Reges, tract. 4. num. 96. Sacerdotes gentilium, quibus veſtibus vtebantur, num. 110. Veſtis alba caſtitatem Sacerdotum ſignificat, num. 111.

Sacrificium ſine pace, non fiat, tr. 3. num. 182. Sacrificia cum rancore oblata execrantur, num. 183. Sacrificium Crucis antiquitus ſignatum, tract. 4. nu. 1. Sacrificiorum veteris legis valor ex Cruce, num. 2. Ad ſacrificium cur ſanguis animalium recipitur, & non hominis num. 117. Immolatio facienda reuelata fuit Abrahamo, & Iſaaco nu. 116. Cur ſacrificium Abrahami, fuit acceptum, & non Iepte, nu. 139. Sacrificium Abelis cur acceptum, fol. 311. cap. 2.

Sampſonis problema explicatur, trac. 10. num. 24.

Sal offertur petenti à nobis, tr. 5. n. 23.

Sapientia, & doctrina mitis non ſuperba laudatur, tr. 3. num. 125. Sapientia Dei eſt velut vxor eius in creatione, tr. 4. n. 223.

Sar-

Sardonicus riſus quid? tr. 3. à num. 79.
Saturnus adoratur, vt aduena, tr. 5. n. 9.
Seneca contra ſequentes auctoritatem nō rationem, tract. 5. nu. 5. Humilis fuit non arrogans ingenio, ibid.
Sententiam mutare, omnibus perdifficile, tract. 5. num. 19. Imo, & graue tormentum fuit Pharaoni, num. 20. Et etiam damnatis in inferno, & eſt grauius inferni tormentum, ibid. Etiam cæleſtibus fælicitatem diminueret, ſi daretur mutatio ſententiæ, num. 21. Etiam dæmoni graue tormentum ibid. Vt quis mutet ſententiam miraculo opus eſt, num. 22.
Senſualitatis damna, tr. 2. num. 19.
Serpens verus feſellit Euam, tr. 4. n. 92. cuius ſpeciei, aut generis fuerit, num. 93. Cur diabolus ſerpentem facie virginea aſſumpſerit, ibid.
Similitudo cum Chriſto quomodo habenda tract. 4. num. 235.
Simon Cyraneus poſt Chriſtum Crucem portauit, tract. 5. num. 2.
Sitis duplex corporea, & ſpiritualis, tract. 2. num. 23. Sitis mundi nunquam expellitur, num. 24. Differentia ſitis rerum temporalium, & ſpiritualium, num. 23. Sitis ſpiritualis delectat, & non extinguitur, è contra carnalis, nu. 50. Sitim patiendi oſtendit Chriſtus ex amore, tract. 4. num. 186.
Solem quærenti, ſolem amicitiæ offerimus, tr. 5. à num. 23. Sol amicitiæ ſymbolum, num. 24.
Solitudo ſummè amabilis, & quare? tr. 2. num. 47. Præſeruat à peccato, nu. 57. Quot bona offerat, num. 62. Quomodo ſit in vrbe, tract. 4. num. 22. Solitudo turturis quid ſignificat in religioſo, num. 24. Solitudo præfertur imperio victorijs, & triumphis, num. 28.
Spes humana fragilis, tract. 2. num. 44. Spes impiorum caduca, & inanis, tr. 4. num. 59. Qui ſperat cæleſtia, poſſidet, num. 60.
Sponſa cur bis dicatur hortus concluſus, tract. 4. num. 250.
Sterilitas ante Chriſti aduentum odio habebatur, tract. 4. num. 68.
Superbia pœna, tr. 4. num. 212.

T

TEmpeſtas procelloſa deſcribitur, tr. 4. num. 193.
Terra in quā ſatum eſt granum quid ſit? tract. 2. num. 33. In terra Crux mater noſtra dicitur, num. 34.
Terapeutæ abſtinebant à carnibus, tr. 6. num. 13.
Teſtimonium optimum ab inimicis, tr. 4. num. 92.
Tigna domorum, quid pro Eccleſia, pro anima, & pro religione, tr. 3. nu. 17.
S. Thomas nō fuit Peripateticus, ſed Philoſophus Chriſtianus, tr. 5. nu. 17. Diuerſus eſt dum exponit Ariſtotelem, & dū loquitur ex propria ſententia, ibid.
Turtur eſt Chriſtus, tract. 4. num. 12. Eſt auis ſolitaria, num. 15. Gemit, num. 36. Eius natura, quæ ſit mortuo coniuge, ibidem.

V

VIa ad malum facilis tract. 3. num. 24. Via religionis in principio dura, ſed perſeuerantia fit facilis, nu. 29.
Victus communis qualis, tract. 5. num. 41. Cur prius pabulum pecori, quam cibus homini ſit creatus, ibid.
S. Vincentij animoſitas in patiendo, tract. 2. num. 43.
Vinum quare bibimus abſtinēdo à carnibus, tract. 10. num. 42. Et quare non prohibetur ieiunantibus, cum Venerem prouocet, ibid.
Virtus intellectiua debilitatur per multū eſum, tract. 10. num. 23. Virtus manibus, & pedibus quæritur, tract. 3. num. 23.
Virginitas Deum traxit è Cælo, tract. 4. num. 70. Chriſti virginitas ibid. & in ſeq. Virginum chorus quibus ſit ſimilis, num. 78. Virginitas, vel caſtitas Religioſorum inſtar turturis, & cur? à num. 78. cum ſeq. Virginitas Angelica, num. 90. Pulchritudo Angelica, num. 94. Virginitas commendatur, num. 250. Virginitate liberantur ab incendio, num. 152.

Vota

Digitized by Google

Vota ſunt vituli mactandi, tract. 4. nu. 11. *Non obſtat voto voluntas firmata in bono*, tract. 5. nu. 48. *Votum quot bona afferat, & quæ*, num. 49. *Vota quantum proſint*, tract. 6. num. 29. *Quid per modificationes voti intelligatur*, tract. 9. num. 57. *Votum ſtrictius obligat, quam quadrageſima*, fol. 364. cap. 1.

Vſura reprehenditur, tract. 4. 166.

Veſtium luxus fugiendus, tract. 4. n. 160. *Superhumerali indutus Pôtifex, Chriſtus in figura*, num. 159. *Veſtis verſicolorum, virtutes in Sacerdote ſignat*, num. 160. *Colores innuunt diuerſitatem virtutum*, num. 161. *Superhumerale polymitum in Chriſto ſignat omnes virtutes ibid. Et docet eius paupertatem*, num. 162.

Vita, qualis dicatur auſtera, vel ſuauis, aut præcipua, tract. 5. num. 29. *Et quæ communis*, num. 30. *Viuendi modus triplex*, num. 29.

Vulnerum Chriſti efficacia, & dulcedo, tract. 4. num. 237.

Vulua eſt diuinæ ſapientiæ fœcunditas, tr. 4. num. 207.

X

Xerxis ſtultitia colaphis intendens percutere Heleſpontum, tract. 4. num. 261.

Z

Zona linea opera mortificationis, tr. 4. num. 111.

Finis huius Tabulæ.



TABV.

TABVLA SACRÆ SCRIPTVRÆ

Notentur, quæ in principio præcedentis tabulæ rerum notabilium dicta ſunt.

GENESIS.

Cap.1.v.11. Germinet terra herbam virentem facientem ſemen, & lignum pomiferum, lignumq; faciens fructum, tract.4.num.254.

26. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, tract.7.num.3.

29. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram,& vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, tract.7. num.12.& fol. 305.cap.1.

30. Et cunctis animantibus terræ, omniq; volucri Cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeat ad veſcendum, ibid.

Cap.2.v.9. Plantauerat autem Dominus Paradiſũ voluptatis à principio, tract.4.num.48. & 250.

15. Tulit ergo Dominus Deus hominem,& poſuit eum in Paradiſo, vt operaretur,& cuſtodiret illum, tract.4.num.48.

16. Ex omni ligno Paradiſi comede, fol. 313. cap. 1.

19. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animãtibus terræ, & vniuerſis volatilibus Cæli adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea,omne enim quod vocauit Adam ipſum eſt nomen eius, tract. 4. num. 141.

21. Immiſit ergo Dominus Deus ſaporem in Adam; cumq; obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius, &c. tract. num. 222.

22. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam, ibid.

Cap.3.v.1. Sed, & ſerpens erat callidior, tract.4.num.92.

5. Eritis ſicut Dij, ibid. num. 21. & 137.

18. Comedes herbam terræ, & in ſudore vultus tui veſceris pane tuo,fol.310.cap.1.& fol. 339. c. 1.

22. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum, tract.4.num. 137.

23. Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt, tract. 4. num. 50.

25. Et eiecit Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim,& flammeum gladium,atq; verſatilem ad cuſtodiẽdam viam ligni vitæ, tract. 4. num. 250.

Cap.4.v.2. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola, tract. 4. num. 248. & tract. 7. num. 7.

4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, fol. 311. cap. 2.

7. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, tract.10. n. 19.

Cap.6.v.6. Pænituit eum,quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis intrinſecus,tract.4. num. 195.

7. Delebo inquit hominem, quem creaui, ibid.

9. Noè vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, tract, 4. num. 143.

14. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies,

& bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus, tract. 4. num. 257.
Cap.7.v.11. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ,& cataractæ Cęli apertæ ſunt, tract. 4. num. 113.
12. Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ibid.
Cap.8.v.8. Emiſit quoque columbam poſt eum, vt viderent, ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ, tract. 4. num. 28.
9. Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eum in arcam, ibid. & num. 143.
16. Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, tract. 4. n. 119.
Cap.9.v.3. Omne, quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum: quaſi olera virētia tradidi vobis omnia fol. 305. cap. 2.
13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram, tr.4.nu. 214.
16. Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum, & omnem animam viuentem, tr.3.n.58.
Cap. 10. v. 8. Porro Chus genuit Nemrod: ipſe cæpit eſſe potens in terra, tr.4.n.259.
Cap.11.28. Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in vr Chaldæorū, tract, 4. num. 259.
Cap.12.v.1. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quā monſtrabo tibi, tr.4.n. 169. 245.
6. Pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem, tr.3. n. 6.
7. Semini tuo dabo terram hanc, ibid.
Cap.13.v.2. Erat autem diues valde in poſſeſſione auri, & argenti, tr.4 num. 170.
6. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul, tr. & n. eodē.
14. Dixitque Dominus ad Abram poſtquam diuiſus eſt à Loth. Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es,&c.tr.3. n.184.
15. Omnem terram, quam conſpicis tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum, ibid.
16 Faciamque ſemen tuum, ſicut puluerem terræ, ibid.
Cap.14.v.10. Vallis autem ſilueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaque Rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntque ibid. tr.4.num.144.
Cap.15.v.9. Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorū trium turturem, quoque & columbam, tr.3. n.83.
Cap.17.v.14. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit, fol. 381. cap. 1.
Cap.19.v.15. Cumque eſſet mane cogebant eum Angeli dicentes: Surge tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis, tract.4. num. 252.
16. Diſſimulante illo apprehenderunt manum eius,&c. tr.1. n.5.
17. Salua animam tuam noli reſpicere poſt tergum; nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas, ibid.
Cap.22.v.9. Cum alligaſſet Iſaac filium ſuum, tr.4. n. 114.
12. Non extendas manum tuam ſuper puerum, ibid. n.113.
13. Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio, ibidem.
Cap.4.v.2. Pone manum tuam ſubter femur meum tract.4.num.200.
3. Vt adiurem te per Dominum, Deum Cæli, & terræ: vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito, ibid.

4. Sed

4. Sed ad terram, & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac ibidem.

Cap. 25. *v.* 21. Depræcatuſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ, tract. 10. num. 1.

22. Collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere, tract. 5. num. 1. & tract. 3. nu. 112.

Cap. 28. *v.* 12. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, tr. 1. num. 36.

13. Et Dominum innixum Scalæ, ibid.

Cap. 29. *v.* 18. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis, tr. 3. num. 115.

20. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, tr. 4. num. 184.

Cap. 30. *v.* 37. Tollens ergo virgas populeas virides, &c. tract. 2. nu. 54.

Cap. 31. *v.* 38. Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui nō comedi, tr. 3. num. 116.

39. Nec captum à beſtia oſtendi tibi: ego damnum omnem reddebam: quidquid furto peribat à me exigebas, ibid.

40. Die, noctuque æſtu vrebat, & gelu, fugiebatq; ſomnum ab oculis meis, ibid. & num. 157.

Cap. 32. *v.* 2. Caſtra Dei ſunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanaim ideſt caſtra, tract. 4. num. 109.

Cap. 49. *v.* 11. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum, tract. 4. num. 239.

14. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos tract. 1. num. 43.

EXODI.

Cap. 3. *v.* 2. APparuit ei Dominus in flāma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur, tract. 4. num. 98. & 150.

Cap. 9. *v.* 3. Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos, & aſinos &c. tr. 5. num. 20.

Cap. 12. *v.* 11. Sic autem comedetis illum, Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter, tract. num. 37.

Cap. 14. *v.* 27. Fugientibuſque Ægyptijs occurrerūt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus, tract. 4. num. 212.

Cap. 19. *v.* 18. Totus autem mons Sinai fumabat eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace, tract. 4. num. 100.

Cap. 25. *v.* 2. Loquere filijs Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offeret vltroneus accipietis eas, fol. 311. cap. 2.

3. Hæc ſunt autem, quæ accipere debetis, Aurum, Argentum, & Æs, ibid.

4. Hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, piloſq; caprarum, ibid.

Cap. 28. *v.* 6. Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito, tr. 4. num. 159.

12. Et pones in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filijs Iſrael, tract. 1. num. 29.

42. Facies, & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus vſque ad femora, tract. 1. num. 25.

Cap. 29. *v.* 22. Tolles adipem de arie-

arìete, & caudam,& aruinam,quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, &c. tract. 4. num. 106.

25. Suſcipieſque vniuerſa de manibus eorum,& incendes ſuper altare in holocauſtum odorem ſuauiſſimum in conſpectu Domini, quia oblatio eius eſt, ibid.

Cap.32.v.6. Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere, tract.10. nu. 31. ſeu fol. 392, cap. 2.

LEVITICI.

Cap.1.v.14. SI autem de auibus, holocauſti oblatio fuerit Domino, de turturibus, aut pullis columbæ, tract. 4. num. 1.

15. Offeret eam Sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco decurrere faciet ſanguinem ſuper crepidinem altaris, ibid.

16. Veſiculam vero gutturis,& plumas proijciet prope altare ad orientalem plagam, &c. ibid. Et per totum tractatum explicatur textus pro ſacrificio Chriſti in Cruce.

Cap.5.v.8. Retorquebit caput eius ad penulas, ita vt collo hæreat, & non penitus obrumpatur, tract. 4. num. 112.

Cap. 6. v. 12. Ignis autem in altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies ignis iſte eſt perpetuus qui nũquam deficit in altari, tr. 4. num. 96.

Cap. 9. v. 23. Apparuitque gloria Domini omni multitudini, tract.4. num. 103.

24. Et ecce egreſſus ignis à Domino deuorauit holocauſtum, ibidem.

Cap.14.v.2. Hic ritus leproſi, quando mundandus; adducetur ad Sacerdotem, &c. tract. 10. fol. 396, cap. 2.

4. Offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quibus veſci licitum eſt, &c. ibidem.

Cap. 16. v. 4. Tunica linea veſtietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, Cidarim lineam imponet capiti; hæc enim veſtimenta ſunt ſancta, quibus cunctis cum lotus fuerit induetur, tract. 4. num. 111.

21. Poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael,& vniuerſa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans capiti eius, emittet illum, tract. 4. num. 115.

Cap. 25. v. 34. Suburbana autem eorum non veneant quia poſſeſſio ſempiterna eſt, tr. 2. num. 58.

NVMERI.

Cap.5.v.2. PRæcipe filijs Iſrael, vt eijciãt de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutuſque eſt ſuper mortuo, tr. 4. num. 109.

Cap. 8. v. 7. Radant omnes pilos carnis ſuæ, tract. 4. num. 42.

Cap. 11. v. 25. Deſcenditq; Dominus per nubem, & locutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu, qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris cumque requieuiſſet in eis ſpiritus prophetauerunt, tract. 3. num. 107.

Cap.21.*v.8.* Fac ſerpentem æneum, &c. tract. 2. num. 3.

Cap.25.v. 4. Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael, tract. 3. num. 155.

DEVTERONOMII.

Cap.6.v.12. CVm comederis, & ſatiatus fueris: caue diligenter ne obliuiſcaris Domini, qui eduxit de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, tract. 10. fol. 389. cap. 2.

15. Ne-

15. Nequando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ, ibid.
*Cap.*19.*v.*5. Si ſecuris fugerit manu, ferrumque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit: Hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet,& viuet tr.3. num.132.
*Cap.*21.*v.*23. Non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno, tr.1. num.2.
Cap. 31. 20. Cum comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint, auertentur ad Deos alienos, & ſeruient eis, fol.399.cap.1.
*Cap.*32.15. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit &c.dereliquitDeũ factorem ſuum, fol.393.cap.1. & 395.cap.2.
39. Ego occidam,& ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo, fol.397.cap.1.
*Cap.*33.2. Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea Lex,&c,tr.4.num.187. & tract.5.num.142.
22. Dan catulus Leonis fluet largiter de Baſan, fol.389.cap. 2.

IOSVE.

*Cap.*8.*v.*29. Regem quoq; eius ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam, & ſolis occaſum. Præcepitq; Ioſue,& depoſuerunt cadauer eius de Cruce, tract. 1. num. 7.

IVDICVM.

*Cap.*1.*v.*11. Atque inde profectus abijt ad habitatores Dabir, &c.tra.3.num.109.
*Cap.*3.*v.*9. Et clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, Othoniel, &c. tract.3. num. 109.
*Cap.*7.*v.*3. Qui formidoloſus,& timidus eſt,reuertatur, tract. 9. n. 1.
12. Cumq; veniſſet Gedeon narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo &c.vſq; adorauit, tract.10.num.7. fol. 386. cap. 1.
*Cap.*8.*v.*6. Reſponderunt Principes Sochoth,&c.in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas,vt demus exercitui tuo panes, tract. 10. num. 9. fol. 387. cap. 1.
22. Dominare noſtri tu, & filius tuus, &c. ibid.
*Cap.*9.*n.*48. Et arrepta ſecuri præcidit arboris ramum, &c.& v. 49. igitur certatim ramos,&c. ſequebantur ducem, tract.5. num. 2.
*Cap.*14.*v.*14. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, fol. 395. cap. 1.
15. An idcirco vocaſtis nos ad nuptias, vt ſpoliaretis, ibid.
18. Quid dulcius melle,& quid fortius Leone? ibid. &c.

I. REGVM.

*Cap.*1.*v.*6. Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret, quod Dominus concluſiſſet vuluam eius, tract. 4. nu. 68.
7. Flebat, & non capiebat cibum, ibid.
*Cap.*2.*v.*36. Dimitte me obſecro ad vnam partẽ Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis, tr. 3. num.144.&148.
*Cap.*5.*v.*4. Inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra, &c. Solus truncus remanſerat in loco ſuo, tract. 3. num. 93.
*Cap.*9.*v.*2. Non erat vir de filijs Iſrael melior illo ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum, tract.3. num. 127.
*Cap.*12.*v.*2. Ecce nunc Rex graditur ante vos, tract.5.num. 1.
*Cap.*14.*v.*13. Aſcendit Ionathas manibus,

Digitized by Google

Mater ſæpe concipit fœtum ſimilem rei viſæ, tract. 2. num. 53. Aliquæ matres necauerunt, & comederunt filios, tr. 10. num. 24.

Minimi mouentur, ne ſint ſtatuæ depictæ, tract. 1. num. 18. Habitum geſtare nō ſufficit illi, qui ſuperbus eſt corde laſciuus, &c. tr. 4. nu. 155. Eorum Regula arctior eſt omnibus alijs etiam Cartuſianorum, fol. 346. cap. 2. Non poſſunt Minimi ſe purgare ad præcauendam infirmitatem cum eſu carnimm, fol. 367. cap. 1. & ſeq. Ne peccent mortaliter, & faciant contra votum. fol. 373.

Milonis geſta, voracitas, & mors, fol. 344. cap. 1.

Minis vtitur Deus ne puniat, tract. 4. num. 203. Minas ſpernentibus durior pœna ſeruatur, num. 204.

Monachorum antiquorum vita, fol. 339. cap. 1.

Monialium cuſtodia in oculis tract. 4. num. 82.

Miſericordiam ab alio petere nil durius, tract. 3. num. 36.

Monachorum antiquorū vita f. 339. c. 1.

Mors in inſtāti mortis dolores exiſtimantur inferni, tract. 4. num. 232.

Miracula facta ex virtute obedientiæ, tr. 4. num. 156. Portentum rupis exciſa in Paula, ibid.

Miracula facta a Deo in comprobationem abſtinentiæ a carnibus, tr. 10. nu. 37. Pro Honorati eſu inuentus eſt miraculosè piſcis, ibidem. Ad Corbiniani eſum Aquila piſcem extrahit de mari, ibid. Caro in lapidem vertitur ne votum frangatur, ibid. Guntheri præce ne carnem ederet ſurgit aſſatus pauo, & volat, ibid. Guloſo piſces vertuntur in ranas, num. 38. Caro in cinerem mutatur ibidem. Alia miracula facta in Conuerſiones carnis in piſces, fol. 348. cap. 2. Sanctus Bruno, & ſocij dormierunt per totam quadrageſimam, ne carnem comederent, tract. 10. num. 38. In monte Virgine non ſolum caro non comeditur, ſed neque ferri poteſt, & tempeſtate noſcitur ibidem.

Mulier ſecurior in ſolitudine, & cellula. tract. 2. num. 63. Mulier, & Religioſus, alter alteri Diabolus, tract. 4. num. 83. Mulier ſummum malum eſt omnibus, num. 84. Mulierum fraudis, & malitiæ narratio, num. 85. Fortes ſunt mulieres in bello libidinis, num. 88. Earum colloquia vitanda quia contagioſa, nu. 94. Mulierum mirabilis abſtinentia, fol. 338. cap. 1. Quædam mulier ſe infirmam ſimulat, vt venere vtatur, fol. 358. cap. 2.

Mundus peccatis abundans ante Chriſti aduentum, tract. 4. num. 37. Fallax, & tenebroſus, num. 143. Eſt menſa Principis ſuauitatibus plena, tr. 10. num. 50.

Myrrha mortificationem ſignificat, tract. 5. num. 8.

N

Noe cur fuerit a Deo clauſus in arca, tract. 4. num. 213.

Nouitas opinionis non ſpernenda, ſi eſt de re incerta, tract. 5. num. 4. Nouitas, aut vetuſtas doctrinæ, nec prodeſt, nec nocet, ſed ratio, num. 6. Argumenta contra nouitatem ſoluuntur, a num. 13.

Nouitij admonitio, tract. 1. num. 23.

O

Obedientiæ encomia, tract. 1. num. 28. Obediens victor, & triumphator, ibid. Militia corruit ſine obedientia, num. 29. Obedientiæ ſublimitas, ibid. Obedientiæ typus in alis viri Cupidinis, tract. 4. num. 244. Obediens pro celeritate alatus, num. 245. Obedientia, & paupertas in Eccleſiæ fundatione præſignantur, tr. 5. num. 46. Obedientia primum religioſi ſacrificium, tract. 4. nu. 123. Melior, quam ſacrificium, num. 124. Et cur melior ſit obedientia, quam ſacrificium, num. 125. Inobedientia peccatum eſt grauiſſimum, vt Idololatria, ibid. Vera obedientia non obmuſſitat, & eius deſcri-

Digitized by Google

ſcriptio, num. 126. Sit grata, pura, & velox, num. 127. Vera obedientia moram tollit, num. 130. Eius celeritas, num. 132. Obedientia ſymbolum Lazari reſurrectio, num. 133. Verus obediens non vtitur argumentis, 134. Iuſti obedientia ſilet, è contra mali, num. 135. Obedientia eſt velut artificis inſtrumentum, num. 136. Non ſit diſceptatrix, ibid. Eſt torques aureus, num. 138. Obedientia exonerat, non onerat, num. 139. Obedientia exemplum datum à Seraphico Franciſco, num. 140. Obedientia eſt honor dignitas, & regnum, nu. 141. Obedientia, & inobedientia Adami ibid.

Oculi ſunt ſedes amoris tract. 4. num. 88. Per oculos intrat mors, ibid. Oculi amoris ſymbolum, num. 232. Vbi & quid per oculos columbarum. Oculi ſuper riuos ſunt Chriſti vulnera, num. 233.

Oliua proprietas in Cruciformi religione, tract. 3. num. 29. Significat miſericordiam in religioſis, num. 36. Per totum cap. Mons oliuarum, quid ſignificet, num. 41. Titulus Crucis cur ex oliua, ſupra Chriſti caput? nu. 44. Oliua ſymbolum pacis, num. 56. &c.

Oſculum eſt communicatio ſpirituum, tract. 3. num. 70.

P

PAcomij abſtinentia, & Palemonis, atque pulchrum dictum, fol. 335. cap. 2. Et aliorum eremitarum in ſeq.

Palma ſymbolum Crucis, tract. 3. num. 18.

Patres reprehenduntur, qui filios a religione auertunt, & impediunt, tract. 1. num. 41.

Pauli Apoſtoli à vino, & carne, tract. 6. num. 9. Paulus viliori cibo, quàm Ioannes vſus, num. 10.

Paupertati obſtant pronomina meum, & tuum, tract. 1. num. 21. Paupertatis Crux eſt via perfectionis, ibid. Paupertas eſt vna ex circunſtantijs ſacrificij, tract. 4. num. 157. Paupertatis damna furtum, & periurium, num. 158. Pauper a teſtificando expellitur, ibid. Paupertas voluntaria libera eſt a præmiſſis damnis, num. 159. Pauperes dicuntur beati, quia ex nunc aliqua fruuntur gloria, num. 164. Pauperum merito, & oratione, diuites Cælum ingrediuntur, num. 164. Datur de hac re exemplum, num. 165. Pauperes, & diuites, quomodo ad inuicem æquentur, ibid. Paupertas religioſa, num. 167. Pauper eſt peculiaris imago Dei, num. 171. Paupertas in Cælum, euehit pauperes in Cælum, vt nubes Chriſtum, num. 172. Pauperum felicitas, num. 174. Paupertas Cælum emit, & genus martyrij eſt ibid. Paupertas virtutum omnium ſocia, & mater, num 248.

Pax videatur, in verbo Concordia. Ex pace Religionis abundantia, tract. 3. num. 60. Pluto abundantiæ cauſa, quia ex pace nutritus, ibid. Pax prodigium religionis, num. 63. Pax ficta expellenda a religione, quæ ſit? a nu. 68. Talis fuit pax Ioab, & Iudæ, ibid. Qui pacem perdit, num. 69. Pax inordinata expellenda à religione, num. 78. Pax operis inordinata eſt in peccatis conuenire, ibidem, & num. 91. Pax impiorum à Prælatis extirpanda, num. 85. Pax operis vera, & Chriſtiana, num. 175. & ſeq. Pax Chriſti in quo conſiſtat, num. 176. Pax danda pacem danti, num. 177. Pax quomodo ſeruanda, num. 178.

Peccatores ſunt arbores pulcherrimæ viſu, tract. 2. num. 7. Peccator quomodo peruenire poſſit ad imaginem Sanctiſſimæ Trinitatis, num. 20. Peccatores a mundo difficile reuocantur, tract. 4. 144. Peccator cum ſerò vult pœnitere non poteſt, num. 203. Peccator, quàm temerariè bellum gerat contra Deum, num. 225. Peccator quando dicitur præuaricator, nu. 247.

Peccatum auditum in confeſſione in nullo caſu licitum eſt reuelare, fol. 381. cap. 1.

Per-

Digitized by Google

Mater ſæpe concipit fœtum ſimilem rei viſæ, tract. 2. num. 53. Aliqua matres necauerunt, & comederunt filios, tr. 10. num. 24.

Minimi mouentur, ne ſint ſtatuæ depictæ, tract. 1. num. 18. Habitum geſtare nō ſufficit illi, qui ſuperbus eſt corde laſciuus, &c. tr. 4. nu. 155. Eorum Regula arctior eſt omnibus alijs etiam Cartuſianorum, fol. 346. cap. 2. Non poſſunt Minimi ſe purgare ad præcauendam infirmitatem cum eſu carnium, fol. 367. cap. 1. & ſeq. Ne peccent mortaliter, & faciant contra votum. fol. 373.

Milonis geſta, voracitas, & mors, fol. 344. cap. 1.

Minis vtitur Deus ne puniat, tract. 4. num. 203. Minas ſpernentibus durior pœna ſeruatur, num. 204.

Monachorum antiquorum vita, fol. 339. cap. 1.

Monialium cuſtodia in oculis tract. 4. num. 82.

Miſericordiam ab alio petere nil durius, tract. 3. num. 36.

Monachorum antiquorū vita f. 339. c. 1.

Mors in inſtāti mortis dolores exiſtimantur inferni, tract. 4. num. 232.

Miracula facta ex virtute obedientiæ, tr. 4. num. 156. Portentum rupis exciſæ in Paula, ibid.

Miracula facta à Deo in comprobationem abſtinentiæ à carnibus, tr. 10. nu. 37. Pro Honorati eſu inuentus eſt miraculosè piſcis, ibidem. Ad Corbiniani eſum Aquila piſcem extrahit de mari, ibid. Caro in lapidem vertitur ne votum frangatur, ibid. Guntheri præce ne carnem ederet ſurgit aſſatus pauo, & volat, ibid. Guloſo piſces vertuntur in ranas, num. 38. Caro in cinerem mutatur ibidem. Alia miracula facta in Conuerſiones carnis in piſces, fol. 348. cap. 1. Sanctus Bruno, & ſocij dormierunt per totam quadrageſimam, ne carnem comederent, tract. 10. num. 38. In monte Virgine non ſolum caro non comeditur, ſed neque ferri poteſt, & tempeſtate noſcitur ibidem.

Mulier ſecurior in ſolitudine, & cellula. tract. 2. num. 63. Mulier, & Religioſus, alter alteri Diabolus, tract. 4. num. 83. Mulier ſummum malum eſt omnibus, num. 84. Mulierum fraudis, & malitiæ narratio, num. 85. Fortes ſunt mulieres in bello libidinis, num. 88. Earum colloquia vitanda quia contagioſa, nu. 94. Mulierum mirabilis abſtinentia, fol. 338. cap. 1. Quædam mulier ſe infirmam ſimulat, vt venere vtatur, fol. 358. cap. 2.

Mundus peccatis abundans ante Chriſti aduentum, tract. 4. num. 37. Fallax, & tenebroſus, num. 143. Eſt menſa Principis ſuauitatibus plena, tr. 10. num. 50.

Myrrha mortificationem ſignificat, tract. 5. num. 8.

N

Noe cur fuerit à Deo clauſus in arca, tract. 4. num. 213.

Nouitas opinionis non ſpernenda, ſi eſt de re incerta, tract. 5. num. 4. Nouitas, aut vetuſtas doctrina, nec prodeſt, nec nocet, ſed ratio, num. 6. Argumenta contra nouitatem ſoluuntur, 4 num. 13.

Nouitij admonitio, tract. 1. num. 23.

O

Obedientiæ encomia, tract. 1. num. 28. Obediens victor, & triumphator, ibid. Militia corruit ſine obedientia, num. 29. Obedientiæ ſublimitas, ibid. Obedientiæ typus in alis viri Cupidinis, tract. 4. num. 244. Obediens pro celeritate alatus, num. 245. Obedientia, & paupertas in Eccleſiæ fundatione præſignantur, tr. 5. num. 46. Obedientia primum religioſi ſacrificium, tract. 4. nu. 123. Melior, quam ſacrificium, num. 124. Et cur melior ſit obedientia, quam ſacrificium, num. 125. Inobedientia peccatum eſt grauiſſimum, vt Idololatria, ibid. Vera obedientia non obmuſſitat, & eius deſcri-

Digitized by Google

ſcriptio, num. 126. Sit grata, pura, & velox, num. 127. Vera obedientia moram tollit, num. 130. Eius celeritas, num. 132. Obedientia ſymbolum Lazari reſurectio, num. 133. Verus obediens non vtitur argumentis, 134. Iuſti obedientia ſilet, è contra mali, num. 135. Obedientia eſt velut artificis inſtrumentum, num. 136. Non ſit diſceptatrix, ibid. Eſt torques aureus, num. 138. Obedientia exonerat, non onerat, num. 139. Obedientiæ exemplum datum à Seraphico Franciſco, num. 140. Obedientia eſt honor dignitas, & regnum, nu. 141. Obedientia, & inobedientia Adami ibid.

Oculi ſunt ſedes amoris tract. 4. num. 88. Per oculos intrat mors, ibid. Oculi amoris ſymbolum, num. 232. Vbi & quid per oculos columbarum. Oculi ſuper riuos ſunt Chriſti vulnera, num. 233.

Oliuæ proprietas in Cruciformi religione, tract. 3. num. 29. Significat miſericordiam in religioſis, num. 36. Per totum cap. Mons oliuarum, quid ſignificet, num. 41. Titulus Crucis cur ex oliua, ſupra Chriſti caput? nu. 44. Oliua ſymbolum pacis, num. 56. &c.

Oſculum eſt communicatio ſpirituum, tract. 3. num. 70.

P

Pacomij abſtinentia, & Palemonis, atque pulchrum dictum, fol. 335. cap. 2. Et aliorum eremitarum in ſeq.

Palma ſymbolum Crucis, tract. 3. num. 18.

Patres reprehenduntur, qui filios à religione auertunt, & impediunt, tract. 1. num. 41.

Pauli Apoſtoli à vino, & carne, tract. 6. num. 9. Paulus viliori cibo, quàm Ioannes vſus, num. 10.

Paupertati obſtant pronomina meum, & tuum, tract. 1. num. 21. Paupertatis Crux eſt via perfectionis, ibid. Paupertas eſt vna ex circunſtantys ſacrificij, tract. 4. num. 157. Paupertatis damna furtum, & periurium, num. 158. Pauper à teſtificando expellitur, ibid. Paupertas voluntaria libera eſt à præmiſſis damnis, num. 159. Pauperes dicuntur beati, quia ex nunc aliqua fruuntur gloria, num. 164. Pauperum merito, & oratione, diuites Cælum ingrediuntur, num. 164. Datur de hac re exemplum, num. 165. Pauperes, & diuites, quomodo ad inuicem æquentur, ibid. Paupertas religioſa, num. 167. Pauper eſt peculiaris imago Dei, num. 171. Paupertas in Cælum, euehit pauperes in Cælum, vt nubes Chriſtum, num. 172. Pauperum fœlicitas, num. 174. Paupertas Cælum emit, & genus martyrij eſt ibid. Paupertas virtutum omnium ſocia, & mater, num 248.

Pax videatur, in verbo Concordia. Ex pace Religionis abundantia, tract. 3. num. 60. Pluto abundantiæ cauſa, quia ex pace nutritus, ibid. Pax prodigium religionis, num. 63. Pax ficta expellenda à religione, quæ ſit? à nu. 68. Talis fuit pax Ioab, & Iudæ, ibid. Qui pacem perdit, num. 69. Pax inordinata expellenda à religione, num. 78. Pax operis inordinata eſt in peccatis conuenire, ibidem, & num. 91. Pax impiorum à Prælatis extirpanda, num. 85. Pax operis vera, & Chriſtiana, num. 175. & ſeq. Pax Chriſti in quo conſiſtat, num. 176. Pax danda pacem danti, num. 177. Pax quomodo ſeruanda, num. 178.

Peccatores ſunt arbores pulcherrimæ viſu, tract. 2. num. 7. Peccator quomodo peruenire poſſit ad imaginem Sanctiſſimæ Trinitatis, num. 20. Peccatores à mundo difficile reuocantur, tract. 4. 144. Peccator cum ſerò vult pænitere non poteſt, num. 203. Peccator, quàm temerariè bellum gerat contra Deum, num. 225. Peccator quando dicitur præuaricator, nu. 247.

Peccatum auditum in confeſſione in nullo caſu licitum eſt reuelare, fol. 381. cap. 1.

Per-

Digitized by Google

Perſeuerantia neceſſaria religioſis, tract. 3. num. 31. Perſeueranti corona datur, num. 33.

Perſarum ſcholarium ientaculum, fol. 337. cap. 2.

Periculo ſe exponere quando eſt peccatum, tract. 10. num. 41.

Piſces quare non prohibentur ieiunantibus, & nec ſalacia, tract. 10. num. 44.

Plato quare Academiam in loco peſtilenti elegit, fol. 326. cap. 2.

Pœna inferni non commenſuratur tempori, ſed intentioni peccantis, tract. 4. num. 230. Pœnarum perpetuitas in inferno ad Tity ſimilitudinem deſcribitur, tract. 4. num. 228.

Pœnitentia ſera non meretur veniam, tr. 4. num. 204.

Petri vmbra quid ſignificat, tract. 3. nu. 103. Arctiſſima Petri abſtinentia, ſine eſu carnium, tract. 6. num. 9. Petrus Eccleſia fundamentum, & Petri Chriſtus, num. 17. Petrus, & alius diſcipulus dicuntur Cephas, ibid. Cur Petrus in confeſſione appoſuit filij Dei, cum adiectiuo viui, num. 18. Petrũ non fuiſſe reprehenſum à Paulo, à nu. 17. Non videtur veriſimile Petrum peccaſſe num. 19. Petrus nullo inferior in terris, ſed poſt Chriſtum omnibus excellentior, num. 21.

Phariſæi quibus de cauſis ieiunabant, tr. 5. num. 71. Murmurantes de Chriſto quid intendebant, num. 95.

Phætontis fabula quid? tract. 3. num. 122.

Prælati, & Superiores Noe ſimiles, tract. 1. nu. 42. Prælati optimi inſtar Abrahæ, num. 84. Si ab eis impiorum pax extirpatur, num. 85. Superiores malè dicunt fœderatos eſſe ex noſtris, nu. 88. Ne ſint ſimiles Iudæ, num. 89. Eorum grauiſſima pœna, num. 90. Superior non proprijs meritis exaltatus, vilior fit, num. 93. Superiores indigni ſimiles idolis, num. 94. Dicuntur Pygmei ſine meritis num. 95. Periculum graue incurrunt, num. 96. Superiores ignari bonitate nõ proſunt, num. 97. Sunt magnum flagellum, num. 99. Plus iuuat in ſuperiore ſapientia, quam Sanctitas, num. 100. Superior malus ſibi officit, indoctus ſibi, & nobis, num. 102. Damna, quæ affert ignarus Superior à nu. 104. & ſeq. ſemper magis ambitioſus, num. 107. A Prælatis tollenda ignorantia cunctorum errorum mater, num. 117. Qualis debet eſſe prælatus num. 116. vbi de eius cura, & vigilantia. Iuuenes ſuperiores officiunt religioni, num. 118. Superiores ambitioſi eleuant pueros, & ignorantes, nu. 120. Phætonti ſimilantur, eiuſque caſui, num. 121. Concilia ſtatuunt doctrinam neceſſariam Prælatis, num. 126. Eis cum doctrina virtus neceſſaria eſt, n. 127. Superior ſeruet, quæ ſeruare mandat, num. 131. Chriſti poteſtati ſimilis ſit Prælati poteſtas, num. 135. Superior regnet, vt Dauid iuxta cor Dei, num. 137. Mali Prælati officiunt, non proficiunt religioni, à num. 138. &c. Prælati caſus eſt totius gregis facilis ruina, num. 139. & ſeq. Prælatus ſit rigidus erga ſe, ſuauis erga ſubditos, num. 141. Moueat voce, & opere, nu. 138. Eodem legis igne ſe vrat, foueatque ſubditos, num. 143. Superiores nunc paſcuntur, non paſcunt oues, num. 144. & ſeq. Mali Prælati ſponſam ſpoliant, num. 147. Prælatus malus, & diues depauperatur, num. 148. Superior malus reprehenditur ſi reprehendit, num. 150. Infœlix Prælatus, qui ſibi officit, dum alijs proficit, nu. 151. Deridendus eſt, qui dum alios liberat, ſeipſum ſuffocat, nu. 152. Subditorum vitia imputantur Prælatis, num. 153. Subditorum culpa grauior pœna Prælatis, num. 157. Dormientes Prælati, dormiunt ſubditi, num. 159. Prælatus eſt veluti ſigillum, nu. 160. Sit annulus adamãtinus, n. 162. Malus Prælatus occidit oues, num. 163.

Princeps legi ab eo latæ ſubijcitur, tract. 3. num. 129. Princeps non creditur peccato luxuriæ inquinari, num. 155. Principatum humero imponere quid? num. 26. Principes velut tyranni sũt,

qui

qui non ſibi, ſed ſubditis onus imponunt, num. 27.

Prophetia Zachariæ de tranſitu maris freti pro S. P. Franciſco de Paula, tr. 4. num. 154.

Propoſitio hæc Chriſtus comedit carnem, vel abſtinuit à carnibus (dempto agno typico) non eſt hæretica, nec erronea, aut temeraria, ſed probabilis, non periculoſa, ſed gratioſa, tract. 5. nu. 32.

Protector Eminentiſſimus ſupplicatur, tract. 3. num. 105.

Pugilem Chriſti eſſe, macies, & pallor oſtendit, tract. 10. num. 42.

Pugna carnis contra ſpiritum, tract. 10. num. 19. Caro conſurgens aduerſus ſpiritum per abſtinentiam frænatur, num. 20.

Pulchritudo vera qualis ſit tract. 4. num. 90.

R

Reforma quid, reformare religionem difficile opus, tract. 3. num. 165.

Reformator quaſi Deus eſſe debet, nu. 167. Solus Spiritus Sanctus reformat verè num. 168. Armatus incedat ad reformandum, num. 169. Miles eſt, qui reformat, num. 170. Magnanimitate indiget, num. 171. Poteſtas in reformatore requiritur, ibid.

Reges olim ſapientes, tract. 3. num. 123. Regum, & diuitum quanta ſit, & vnde ſuperbia, tract. 4. nu. 210. Regem bellantem non ſequi, magnum nefas, tract. 6. num. 1. Regis indorum, & Auguſti Cæſaris abſtinentia, fol. 337. cap. 2.

Religio prædeſtinatorum mater, tract. 1. num. 5. Eſt mons Dei, & paradiſus, num. 6. Religio cruciformis cella vinaria, nu. 33. Religio ſuſtinet Deum & ſuſtentatur ab ipſo, num. 38. Exhortatio ad religionem, num. 40.

Religio in horto, hoc eſt, in Eccleſia eſt aureola, tract. 2. num. 39. Eſt domus Sanctuarij Dei, num. 40. Dicitur cedrina, & cupreſſina, tract. 3. num. 16. In religione commorantur lupus, & agnus, num. 61. Ex pace Religionis abundantia, num. 60. Pax ficta à religione expellenda, num. 68. Et etiam inordinata à num. 78. Religio comparatur ventri, & aceruo, num. 114. In religione ambire vana præſumptio, num. 115. In religione perfecta quies, tract. 4. num. 30. Magna dignitas, & fœlicitas religionis, num. 33. Religio eſt ſolitudo plena delicijs, num. 47. Eſt Paradiſus Domini, num. 43. Religionis labores requiem, & voluptatem afferunt, num. 55. Eſt equitatus contra currus Pharaonis, num. 80. In religione quomodo fiant tonitrua, num. 131. Religio eſt cella vinaria, & Religioſi muſto repleti. num. 239. Aſinus ad vitem, & pullus ad vineam Religioſum ſignificat Religioni alligatum, num. 240.

Religionum fundatores Chriſti documenta propoſuerunt, tract. 5. num. 40. In qualibet religione nil mirum ſi aliquis viuat difformiter, num. 85 Religiones omnes dicuntur apoſtolicæ, tr. 6. num. 30.

Religio Minimorum ortum duxit à Chriſto, & veluti innouata à S. P. Franciſco, tract. 5. num. 47. Cur potiori iure dicatur Apoſtolica, tract. 6. num. 30.

Religioſi propter morum diuerſitatem perſecutionem patiuntur, tract. 1. nu. 4. Eos odit Diabolus, ibid. Religioſus non triſtetur ſi pauca reliquit, nu. 24. Religioſi ſunt arbores eminentiores ſecularibus iuſtis, tract. 2. num. 29. Religioſi eminent inter iuſtos ſeculares ſicut lilium inter ſpinas, num. 31. Religioſi currant in odorem paſſionis, tr. 3. num. 14. Religioſus quomodo aſcendit in palmam, num. 22. Sit alter Stellio, aut Ionathas, num. 24. Religioſi retrò aſpicientes faſcinati, & incantati dicuntur, num. 31. Religioſus non perſeuerans, veluti ſus ad lutum, nu. 34. Quomodo valeat exercere miſericordiam, à num. 48. Religioſus alterius onera portet, num. 50. Ex lege alium corrigat, nu. 52. Fœlicitas religioſi ex pace, num. 60. Religioſus iurgia ſeminans, alter Iudas, nu. 73.

& dicitur Apoſtata, num. 75. & dicitur diabolicus, & filius diaboli, ibid. Et dicitur inutilis, & membris omnibus loquitur, num. 76. Eius pœna, num. 77. Religioſi ſe interimunt ſarbonico riſu, à num. 78. Mali Religioſi conueniunt pacificè in malum, nu. 81. Religioſi ſomnum, nu. 111. Eminent in Eccleſia Chriſti, num. 112. Religioſus ſi eſt pacificus canit alleluia, alias blaſphemat, nu. 179. Litigioſus Religioſus non laudat Deum, ſicut pacificus, num. 181. Religioſi orantis mentem exigua iracundiæ arenula conturbat, num. 184.

Religioſi in Cruciformi Religione ſacrificantur, tr. 4. num. 6. Sunt vituli mactandi in ara Crucis, num. 7. Religioſus dicitur viuus Martyr, num. 8. Offert ſacrificium iuſtitiæ, num. 10. Religioſi in ſolitudine religionis ſunt columba, & turtur, num. 23. Religioſorum felicitas in exitu huius Ægypti, num. 27. Religioſus redeat ad arcam, vt columba, nu. 31. Periclitatur, cum egreditur è monaſterio ibid. Religioſi ſunt flores in Eccleſia, nu. 39. 40. Religioſus ſemper tendere debet ad perfectionem, nu. 41. Religioſus habet genas, vt turtur, num. 80. Religioſi ſunt Reges ex caſtitate ibid. Ab eis vitanda ſunt colloquia mulierum vt Deo loqui poſſint, nu. 82. Religioſus, & mulier alter alteri diabolus, nu. 83. Vertat oculos in pulchritudinē Chriſti non mulieris, nu. 86. vitet eius colloquia, nu. 94. Etiam manuum, aut veſtium deoſculationes, nu. 95. Religioſus caſtus dicitur martyr, nu. 107. Religioſi in ſacrificijs igne purgātur 104. Religioſus obediens eſt equus, aut equitatus Chriſti, & cur? num. 128. Religioſi cur fulgura, & non tonitrua dicantur, num. 130. Primùm, fulgura, ſunt, poſtea tonitrua, & cur? nu. 131. Religioſorum caput Iacob, num. 168. Religioſi ſunt Dei imagines, nu. 171. Dicuntur beati ex paupertate, num. 173. Currere debent poſt Chriſtum ad inſtar ſponſæ, num. 235. Quomodo Chriſtum amare, & eius amicitiam conſeruare poſſint, num. 236. Vulnera Chriſti quomodo affectent, nu. 237. quomodo poſſint dicere vexillum eius ſuper me Charitas, nu. 242. Sub vmbra Crucis ſedere debent extra quam nihil boni habetur, num. 241. Religioſus malus dicitur præuaricator, num. 248. Religioſorum vita qualis victitando eſſe debet fol. 334. cap. 2. Religioſis, quæ vires ſint neceſſaria, f. 342. cap. 2. Religioſi infirmi liberantur à mortis periculo ſine eſu carnium, fol. 346. cap. 2. Imò non tenentur carnē comedere in articulo mortis, etiam atteſtante medico, quod alias morietur, fol. 349. & fol. 353. cap. 1.

Religioſus minorita indignatus, in amantem commutatur, tract. 4. num. 246.

Reticulum iecoris à religioſis comburendum, tract. 4. num. 106. Sumitur pro concupiſcentia, ibid.

S

Scala Iacob varia intelligentia, tract. 1. num. 36. Eſt Crux, ibid. Scala Cæli eſt Religio, num. 37.

Sacerdotum dignitas ſuper Reges, tract. 4. num. 96. Sacerdotes gentilium, quibus veſtibus vtebantur, num. 110. Veſtis alba caſtitatem Sacerdotum ſignificat, num. 111.

Sacrificium ſine pace, non fiat, tr. 3. num. 182. Sacrificia cum rancore oblata execrantur, num. 183. Sacrificium Crucis antiquitus ſignatum, tract. 4. nu. 1. Sacrificiorum veteris legis valor ex Cruce, num. 2. Ad ſacrificium cur ſanguis animalium recipitur, & non hominis num. 117. Immolatio facienda reuelata fuit Abrahamo, & Iſaaco nu. 116. Cur ſacrificium Abrahami, fuit acceptum, & non Iepte, nu. 139. Sacrificium Abelis cur acceptum, fol. 311. cap. 2.

Sampſonis problema explicatur, trac. 10. num. 24.

Sal offertur petenti à nobis, tr. 5. n. 23.

Sapientia, & doctrina mitis non ſuperba laudatur, tr. 3. num. 125. Sapientia Dei eſt velut vxor eius in creatione, tr. 4. n. 223.

Sar-

Digitized by Google

Sardonicus riſus quid? tr.3. à num. 79.
Saturnus adoratur, vt aduena, tr. 5. n.9.
Seneca contra ſequentes auctoritatem nõ rationem, tract. 5. nu.5. Humilis fuit non arrogans ingenio, ibid.
Sententiam mutare, omnibus perdifficile, tract. 5. num. 19. Imo, & graue tormentum fuit Pharaoni, num. 20. Et etiam damnatis in inferno, & eſt grauius inferni tormentum, ibid. Etiam cæleſtibus fœlicitatem diminueret, ſi daretur mutatio ſententiæ, num. 21. Etiam dæmoni graue tormentum ibid. Vt quis mutet ſententiam miraculo opus eſt, num. 22.
Senſualitatis damna, tr. 2. num. 19.
Serpens verus fefellit Euam, tr. 4. n. 92. cuius ſpeciei, aut generis fuerit, num. 93. Cur diabolus ſerpentem facie virginea aſſumpſerit, ibid.
Similitudo cum Chriſto quomodo habenda tract. 4. num. 235.
Simon Cyraneus poſt Chriſtum Crucem portauit, tract. 5. num. 2.
Sitis duplex corporea, & ſpiritualis, tract. 2. num. 23. Sitis mundi nunquam expellitur, num. 24. Differentia ſitis rerum temporalium, & ſpiritualium, num. 23. Sitis ſpiritualis delectat, & non extinguitur, è contra carnalis, nu. 50. Sitim patiendi oſtendit Chriſtus ex amore, tract. 4. num. 186.
Solem quærenti, ſolem amicitiæ offerimus, tr.5. à num. 23. Sol amicitiæ ſymbolum, num. 24.
Solitudo ſummè amabilis, & quare? tr. 2. num. 47. Præſeruat à peccato, nu. 57. Quot bona offerat, num. 62. Quomodo ſit in vrbe, tract. 4. num. 22. Solitudo turturis quid ſignificat in religioſo, num. 24. Solitudo præfertur imperio victorijs, & triumphis, num. 28.
Spes humana fragilis, tract. 2. num. 44. Spes impiorum caduca, & inanis, tr. 4. num. 59. Qui ſperat cæleſtia, poſſidet, num. 60.
Sponſa cur bis dicatur hortus concluſus, tract. 4. num. 250.
Sterilitas ante Chriſti aduentum odio habebatur, tract. 4. num. 68.
Superbiæ pœna, tr. 4. num. 212.

T

Tempeſtas procelloſa deſcribitur, tr. 4. num. 193.
Terra in qua ſatum eſt granum quid ſit? tract. 2. num. 33. In terra Crux mater noſtra dicitur, num. 34.
Terapeutæ abſtinebant à carnibus, tr. 6. num. 13.
Teſtimonium optimum ab inimicis, tr. 4. num. 92.
Tigna domorum, quid pro Eccleſia, pro anima, & pro religione, tr. 3. nu. 17.
S. Thomas nõ fuit Peripateticus, ſed Philoſophus Chriſtianus, tr.5. nu. 17. Diuerſus eſt dum exponit Ariſtotelem, & dũ loquitur ex propria ſententia, ibid.
Turtur eſt Chriſtus, tract.4. num. 12. Eſt auis ſolitaria, num. 15. Gemit, num. 36. Eius natura, quæ ſit mortuo coniuge, ibidem.

V

Via ad malum facilis tract. 3. num. 24. Via religionis in principio dura, ſed perſeuerantia ſit facilis, nu. 29.
Victus communis qualis, tract. 5. num. 41. Cur prius pabulum pecori, quam cibus homini ſit creatus, ibid.
S. Vincentij animoſitas in patiendo, tract. 2. num. 43.
Vinum quare bibimus abſtinẽdo à carnibus, tract. 10. num. 42. Et quare non prohibetur ieiunantibus, cum Venerem prouocet, ibid.
Virtus intellectiua debilitatur per multũ eſum, tract. 10. num. 23. Virtus manibus, & pedibus quæritur, tract. 3. num. 23.
Virginitas Deum traxit è Cælo, tract. 4. num. 70. Chriſti virginitas ibid. & in ſeq. Virginum chorus quibus ſit ſimilis, num. 78. Virginitas, vel caſtitas Religioſorum inſtar turturis, & cur? à num. 78. cum ſeq. Virginitas Angelica, num. 90. Pulchritudo Angelica, num. 94. Virginitas commendatur, num. 250. Virginitate liberantur ab incendio, num. 152.

Vota

Vota ſunt vituli mactandi, tract. 4. nu. 11. Non obſtat voto voluntas firmata in bono, tract. 5. nu. 48. Votum quot bona afferat, & quæ, num. 49. Vota quantum proſint, tract. 6. num. 29. Quid per modificationes voti intelligatur, tract. 9. num. 57. Votum ſtrictius obligat, quam quadrageſima, fol. 364. cap. 1.

Vſura reprehenditur, tract. 4. 166.

Veſtium luxus fugiendus, tract. 4. n. 160. Superhumerali indutus Potifex, Chriſtus in figura, num. 159. Veſtis verſicolorum, virtutes in Sacerdote ſignat, num. 160. Colores innuunt diuerſitatem virtutum, num. 161. Superhumerale polymitum in Chriſto ſignat omnes virtutes ibid. Et docet eius paupertatem, num. 162.

Vita, qualis dicatur auſtera, vel ſuauis, aut præcipua, tract. 5. num. 29. Et quæ communis, num. 30. Viuendi modus triplex, num. 29.

Vulnerum Chriſti efficacia, & dulcedo, tract. 4. num. 237.

Vulua eſt diuinæ ſapientiæ fœcunditas, tr. 4. num. 207.

X

XErxis ſtultitia colaphis intendens percutere Heleſpontum, tract. 4. num. 261.

Z

ZOna linea opera mortificationis, tr. 4. num. 111.

Finis huius Tabulæ.

Digitized by Google

TABVLA SACRÆ SCRIPTVRÆ

Notentur, quæ in principio præcedentis tabulæ rerum notabilium dicta ſunt.

GENESIS.

*Cap.*1.*v.*11. GErminet terra herbam virentem facientem ſemen, & lignum pomiferum, lignumq; faciens fructum, tract.4.num.254.

26. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, tract.7.num.3.

29. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram,& vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, tract.7. num.12.& fol. 305.cap.1.

30. Et cunctis animantibus terræ, omniq; volucri Cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeat ad veſcendum, ibid.

*Cap.*2.*v.*9. Plantauerat autem Dominus Paradisũ voluptatis à principio, tract.4.num.48. & 250.

15. Tulit ergo Dominus Deus hominem,& poſuit eum in Paradiſo, vt operaretur,& cuſtodiret illum, tract.4.num.48.

16. Ex omni lignoParadiſi comede, fol. 313. cap. 1.

19. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animãtibus terræ, & vniuerſis volatilibus Cæli adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea,omne enim quod vocauit Adam ipſum eſt nomen eius, tract. 4. num. 141.

21. Immiſit ergo Dominus Deus ſaporem in Adam; cumq; obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius, &c. tract. num. 222.

22. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam, ibid.

*Cap.*3.*v.*1. Sed, & ſerpens erat callidior, tract.4.num.92.

5. Eritis ſicut Dij, ibid. num. 21. & 137.

18. Comedes herbam terræ, & in ſudore vultus tui veſceris pane tuo,fol.310.cap.1.& fol. 339. c. 1.

22. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum, tract.4.num. 137.

23. Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt, tract. 4. num. 50.

25. Et eiecit Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim,& flammeum gladium,atq; verſatilem ad cuſtodiẽdam viam ligni vitæ, tract. 4. num. 250.

*Cap.*4.*v.*2. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola, tract. 4. num. 248. & tract. 7. num. 7.

4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, fol. 311. cap. 2.

7. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, tract.10. n.19.

*Cap.*6.*v.*6. Pænituit eum,quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis intrinſecus,tract.4. num. 195.

7. Delebo inquit hominem, quem creaui, ibid.

9. Noè vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, tract, 4. num. 143.

14. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies, & bi-

& bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus, tract. 4. num. 257.
Cap.7.v.11. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ,& cataractæ Cęli apertæ ſunt, tract. 4. num. 113.
12. Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ibid.
Cap.8.v.8. Emiſit quoque columbam poſt eum, vt viderent, ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ, tract. 4. num. 28.
9. Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eum in arcam, ibid. & num. 143.
16. Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, tract. 4. n. 119.
Cap.9.v.3. Omne, quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum: quaſi olera virētia tradidi vobis omnia fol. 305. cap. 2.
13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram, tr.4.nu. 214.
16. Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum, & omnem animam viuentem, tr. 3. n. 58.
Cap. 10. v. 8. Porro Chus genuit Nemrod: ipſe cæpit eſſe potens in terra, tr.4.n.259.
Cap.11.28. Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in vr Chaldæorū, tract. 4. num. 259.
Cap.12.v.1. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quā monſtrabo tibi, tr.4.n. 169. 245.
6. Pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem, tr. 3. n. 6.
7. Semini tuo dabo terram hanc, ibid.
Cap.13.v.2. Erat autem diues valde in poſſeſſione auri, & argenti, tr.4 num. 170.
6. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul, tr. & n. codē.
14. Dixitque Dominus ad Abram poſtquam diuiſus eſt à Loth. Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, &c. tr. 3. n. 184.
15. Omnem terram, quam conſpicis tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum, ibid.
16 Faciamque ſemen tuum, ſicut puluerem terræ, ibid.
Cap.14.v.10. Vallis autem ſilueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaque Rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, ceciderunt que ibid. tr.4.num.144.
Cap.15.v.9. Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorū trium turturem, quoque & columbam, tr.3. n.83.
Cap.17.v.14. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit, fol. 381. cap. 1.
Cap.19.v.15. Cumque eſſet mane cogebant eum Angeli dicentes: Surge tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis, tract. 4. num. 252.
16. Diſſimulante illo apprehenderunt manum eius, &c. tr. 1. n. 5.
17. Salua animam tuam noli reſpicere poſt tergum; nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas, ibid.
Cap.22.v.9. Cum alligaſſet Iſaac filium ſuum, tr.4. n. 114.
12. Non extendas manum tuam ſuper puerum, ibid. n. 113.
13. Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio, ibidem.
Cap.4.v.2. Pone manum tuam ſubter femur meum tract.4.num.200.
3. Vt adiurem te per Dominum Deum Cæli, & terræ: vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito, ibid.

4. Sed

4. Sed ad terram, & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac ibidem.

Cap. 25. *v.* 21. Depræcatuſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ, tract. 10. num. 1.

22. Collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere, tract. 5. num. 1. & tract. 3. nu. 112.

Cap. 28. *v.* 12. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, tr. 1. num. 36.

13. Et Dominum innixum Scalæ, ibid.

Cap. 29. *v.* 18. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis, tr. 3. num. 115.

20. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, tr. 4. num. 184.

Cap. 30. *v.* 37. Tollens ergo virgas populeas virides, &c. tract. 2. nu. 54.

Cap. 31. *v.* 38. Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui nō comedi, tr. 3. num. 116.

39. Nec captum à beſtia oſtendi tibi: ego damnum omnem reddebam: quidquid furto peribat à me exigebas, ibid.

40. Die, noctuque æſtu vrebat, & gelu, fugiebatq; ſomnum ab oculis meis, ibid. & num. 157.

Cap. 32. *v.* 2. Caſtra Dei ſunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanaim ideſt caſtra, tract. 4. num. 109.

Cap. 49. *v.* 11. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum, tract. 4. num. 239.

14. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos tract. 1. num. 43.

EXODI.

Cap. 3. *v.* 2. Apparuit ei Dominus in flāma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur, tract. 4. num. 98. & 150.

Cap. 9. *v.* 3. Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos, & aſinos &c. tr. 5. num. 20.

Cap. 12. *v.* 11. Sic autem comedetis illum, Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter, tract. 1. num. 37.

Cap. 14. *v.* 27. Fugientibuſque Ægyptijs occurrerūt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus, tract. 4. num. 212.

Cap. 19. *v.* 18. Totus autem mons Sinai fumabat eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace, tract. 4. num. 100.

Cap. 25. *v.* 2. Loquere filijs Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offeret vltroneus accipietis eas, fol. 311. cap. 2.

3. Hæc ſunt autem, quæ accipere debetis, Aurum, Argentum, & Æs, ibid.

4. Hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, piloſq; caprarum, ibid.

Cap. 28. *v.* 6. Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito, tr. 4. num. 159.

12. Et pones in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filijs Iſrael, tract. 1. num. 29.

42. Facies, & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus vſque ad femora, tract. 1. num. 25.

Cap. 29. *v.* 22. Tolles adipem de arie-

Digitized by Google

15. Nequando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ, ibid.
*Cap.*19.*v.*5. Si ſecuris fugerit manu, ferrumque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit: Hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet,& viuet tr.3. num.132.
*Cap.*21.*v.*23. Non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno, tr. 1. num.2.
Cap. 31. 20. Cum comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint, auertentur ad Deos alienos, & ſeruient eis, fol.399.cap.1.
*Cap.*32.15. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit &c.dereliquitDeũ factorem ſuum, fol.393.cap.1. & 395.cap.2.
39. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo, fol.397.cap.1.
*Cap.*33.2. Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea Lex,&c.tr.4.num.187. & tract.5.num.142.
22. Dan catulus Leonis fluet largiter de Baſan, fol.389.cap. 2.

IOSVE.

*Cap.*8.*v.*29. Regem quoq; eius ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam, & ſolis occaſum. Præcepitq; Ioſue,& depoſuerunt cadauer eius de Cruce, tract. 1. num. 7.

IVDICVM.

*Cap.*1.*v.*11. Atque inde profectus abijt ad habitatores Dabir, &c.tra.3.num.109.
*Cap.*3.*v.*9. Et clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, Othoniel, &c. tract.3. num. 109.
*Cap.*7.*v.*3. Qui formidoloſus,& timidus eſt,reuertatur, tract. 9. n. 1.
12. Cumq; veniſſet Gedeon narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo &c.vſq; adorauit, tract.10.num.7. fol. 386. cap. 1.
*Cap.*8.*v.*6. Reſponderunt Principes Sochoth,&c.in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas,vt demus exercitui tuo panes, tract. 10. num. 9. fol. 387. cap. 1.
22. Dominare noſtri tu, & filius tuus, &c. ibid.
*Cap.*9.*n.*48. Et arrepta ſecuri præcidit arboris ramum, &c.& v. 49. igitur certatim ramos,&c. ſequebantur ducem, tract.5. num. 2.
*Cap.*14.*v.*14. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, fol. 395. cap. 1.
15. An idcirco vocaſtis nos ad nuptias, vt ſpoliaretis, ibid.
18. Quid dulcius melle,& quid fortius Leone? ibid. &c.

I. REGVM.

*Cap.*1.*v.*6. Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret, quod Dominus concluſiſſet vuluam eius, tract. 4. nu. 68.
7. Flebat, & non capiebat cibum, ibid.
*Cap.*2.*v.*36. Dimitte me obſecro ad vnam partẽ Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis, tr. 3. num.144.& 148.
*Cap.*5.*v.*4. Inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra, &c. Solus truncus remanſerat in loco ſuo, tract. 3. num. 93.
*Cap.*9.*v.*2. Non erat vir de filijs Iſrael melior illo ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum, tract.3. num. 127.
*Cap.*12.*v.*2. Ecce nunc Rex graditur ante vos, tract.5.num. 1.
*Cap.*14.*v.*13. Aſcendit Ionathas manibus,

nibus, & pedibus reptans,& armiger eius poſt eum, tract. 3. nu. 24.
Cap. 15. 22. Nunquid vult Dominus holocauſta,& victimas,& non potiùs, vt obediatur voci Domini. Melior eſt enim &c. tr. 4. num. 125.
Cap. 18. 3. Inierunt autem Dauid, & Ionathas Foedus; diligebat enim eum quaſi animam ſuam, tract. 3. num. 90.
4. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica &c. ibid.
Cap. 28. 5. Timuit valde, & expauit cor eius nimis, tr. 3. nu. 90.
6. Conſuluitq; Dominum, & non reſpondit ei, ibid.
7. Quærite mihi mulierem habentem pythonem, ibid. & fol. 391. cap. 1.
Cap. 31. *v.* 2. Irruerunt Philiſtheim in Saul, & in filios eius, & percuſſerunt Ionatam &c. tr. 3. nu. 90.

2. REGVM.

Cap. 2. 26. NVm vſq; ad internecionem tuus mucro deſæuiet? an ignoras &c. tr. 4. nu. 204.
27. Et ait Ioab. Viuit Dominus ſi locutus fuiſſes mane receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum &c. ibid.
Cap. 3. 27. Percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt, tr. 3. num. 137.
28. Mundus ego ſum, & regnum meum apud Dominum vſque in ſempiternum &c. ibid.
35. Iurauit Dauid dicens; Hæc faciat mihi Deus &c. ſi guſtauero panem, vel aliud quidquam, ibid.
Cap. 18. *v.* 3. Egrediar ego vobiſcũ, &c. non exibis, &c. vt ſis nobis in vrbe præſidio, tract. 4. num. 266.
Cap. 20. *v.* 9. Dixit itaque Ioab ad Amaſam: ſalue mi frater, &c. vſq; & mortuus eſt, tract. 3. nu. 68.

3. REGVM.

Cap. 5. *v.* 17. PRæcepit Rex, vt tollerent lapides grãdes, &c. & quadrarent eos, tract. 4. num. 257.
Cap. 7. *v.* 15. Et finxit duas columnas æreas, &c. tract. 4. num. 69.
19. Capitella autem, quæ erant ſuper capita columnarũ quaſi opere lilij, &c. ibid.
Cap. 15. *v.* 5. Fecit Dauid rectum in oculis Domini, &c. excepto ſermone vriæ Hethei, tract. 3. num. 154.
Cap. 17. *v.* 6. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane ſimiliter panem, & carnes veſperi, & bibebat de torrente, tract. 10. fol. 390. cap. 1. & tract. 3. num. 102.
Cap. 19. *v.* 5. & 6. Ecce Angelus Domini, &c. ſurge, & comede. Et ecce ad caput ſuum ſuccineritius panis, ibid.

4. REGVM.

Cap. 13. *v.* 21. PRoiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſei. Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, &c. tract. 3. num. 151.
Cap. 19. *v.* 28. Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas ponam itaque circulum in naribus tuis, &c. vſque quam veniſti, tr. 4. num. 202.
35. Factum eſt itaque in nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit, &c. ibid.
Cap. 20. *v.* 12. In tempore illo miſit Berodach, &c. tr. 2. n. 47.
17. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, &c. ibidem.

2. PARALIP.

Cap. 1. *v.* 3. PRædicauit ieiunium vniuerſo Iuda, tr. 10. num. 11.

Nam.

Digitized by Google

23. Namque filij Ammon, & Moab conſurrexerunt, &c. etiam in ſemetipſos verſi, mutuis concidere vulneribus, ibid.

*Cap.*15.*v*.3. Tranſibunt multi dies in Iſrael abſque Deo vero,&abſq; Sacerdote Doctore, &c.tr.3.n.*99*.

*Cap.26.v.*18. Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino,ſed Sacerdotum,&c.tr.4.n.*97*.

1. ESDRÆ.

*Cap.8.v.*23. IEiunauimus, & rogauimus Deum noſtrum per hoc, & euenenit nobis proſperè, tr.10.n.30.

TOBIÆ.

*Cap.*4.*v*.8. QVomodo potueris, ita eſto miſericors, tract.3.num.48. *v.9. Si* multum tibi fuerit,abundanter tribue, &c. ibidem.

*Cap.*12.*v*.8. Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna, fol.393. cap.2.

IVDITH.

*Cap.*8.*v*.21. VOs eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum, &c. fol. 376. cap. 1.

*Cap.*5.*v*.14. Egreſſi vero mare rubrum deſerta Sinai montis occupauerunt,&c. tr.4. num.55.

15. Illic fontes amari obdulcati sũt illis, &c. ibid.

EX IOB.

*Cap.*2.*v*.6. VEruntamen animam illius ſerua,tr.2.n.59

*Cap.*4. 3. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti, tr.3.n.152.

4. Vacillantes confirmauerũt ſermones tui, &c. ibid.

5. Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti, ibid.

*Cap.5.v.*3. Ego vidi ſtultum firmæ radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim, tr.2. n.10.

*Cap.*10.*v.9*. Et qui cæpit ipſe me conterat,&c. tr.4.n.1*94*.

10. Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat. ibidem.

*Cap.9.v*17. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, &c. vſque nemo audet pro me teſtimonium dicere. tr. 3. num. 173.

*Cap.*10.20. Dimitte ergo me, vt plãgam paululum dolorem meum. tract. 4. num. 227.

21. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, ibid.

*Cap.*15.*v*.24. Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut Regem qui pręparatur ad prelium,tract.4. num.225.

*Cap.*19.*v*. 22. Quare perſequimini me, ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini, tract.3.num. 172.

*Cap.*21.*v*.13. Ducunt in bonis dies ſuos, tr.2.n.*62*.

*Cap.*26.*v*.12. In fortitudine illius repente Maria congregata ſunt, tr.4. num.2*06*.

*Cap.*30.*v*.*29*. Frater fui Dragonũ, &c. tr.2.num.30.

*Cap.*31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine, tr.4.n.84.

12. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina, ibid. num.83.

*Cap.*37.*v*.15. Nunquid ſcis quando præceperit Deus pluuijs,vt oſtenderent lucem nubium eius, tract. 4. num. 214.

*Cap.*38.n.8.&c. Quis concluſit oſtijs mare quando erumpebat,&c. Hic confringes tumentes fluctus tuos, tract. 4. num. 207.

Digitized by Google

EX LIBRO Pſalmorum.

Pſ.1.v.3. Erit tanquam lignum, quod plantatū eſt, &c. fructum dabit in tempore ſuo,&c. tract.2.num.21.

Pſ.2. 7. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu. Ego hodie genui te,&c. confringes eos, tr.3.n.174.

Pſ.4.v.6. Sacrificium iuſtitiæ, tr.4. num. 10.

Pſ.5.v.7. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem; perdes omnes, qui loquuntur mendacium, tract.3.num.88.

Pſ.9.v.7. Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum deſtruxiſti, tr.2.n.63.

Pſ.13.v.1. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, &c. tr.4. n.38.

4. Qui deuorant plebem meam, vt eſcam panis, tr.3.n.147.

Pſ.17.v.5. Circundederunt me dolores mortis,&c. tr.4.n.232.

6. Dolores inferni circundederūt me,&c. ibid.

Pſ.20.v.14. Cantabimus, & pſallemus virtutes tuas, tr.4. n.263.

Pſ.21.v.26. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum, tr. 5. num. 50.

8. Omnes videntes me,deriſerunt me, &c. tr.4.n.119.

Pſ.27.v.3. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo mala autem in cordibus eorum, tr.3.n.69.

Pſ. 28. v. 1. Afferte Domino filij Dei,&c. vſque Dominus diluuium inhabitare facit, &c. tr.4. n.218.

Pſ.30.v.9. Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos, tr.3.n.30.

Pſ.36.v.35. Vidi impiū ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani, tr.2. n.12.

36. Et tranſiui, & ecce non erat,&c. ibidem.

Pſ. 37. 17. Nequando ſupergaudeāt inimici mei, & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt, tract.3. num.55.

Pſ.39. 13. Circundederūt me mala, quorum non eſt numerus, &c. ſuper capillos capitis mei, tract.3. num. 154.

Pſ.41. 1. Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum: ita,&c. tr.2.n.49.

5. Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. In voce exultationis,&c. tr.4.n.24.

Pſ. 44. 3. Specioſus forma præ filijs hominum, tr.4.n.87.

Pſ.45. 9. Venite, & videte opera Domini,&c. auferens bella vſque ad finem terræ, tr.3.n.63.

Pſ.47. 14. Ponite corda veſtra in virtute eius, tr.4.n.263.

Pſ.48. 3. Deus manifeſtè veniet, &c. ignis in conſpectu eius exardeſcet, tr.4. n. 100.

16. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum, tr.3. n.100.

9. Non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos,&c. vſque meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius, tr.4. num. 125.

Pſ.50. 21. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, tr.4.n.6.

Pſ.54. 13.14.15. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique,&c. tr.3.n.68.

1. Exaudi Deus orationem meam, tr.2.num.64.

7. Quis dabit mihi pēnas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam, ibid.& tr.4.num.23.

10. Præcipita Domine, & diuide linguas eorum, tr. 3.n.87.

Pſ.57. 11. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, tr.4. num. 213.

Pſ.67. 14. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ,&c.tr.3.n.111.

Pſ.68. 1.2. Saluum me fac Deus, quo-

Digitized by Google

quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam. Infixus ſum, &c. tr.4.n.186,215.
Pſ. 72. 3. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum vidẽs, tr.3.n.59.
Pſ. 76. 21. Deduxiſti ſicut oues populum, in manu Moyſi, & Aaron, tr.3.n.138.
Pſ. 77. 25. Cibaria miſit eis in abundantia, &c. tr.10.n.38.
30. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, &c. fol.139. cap.2.
44. Conuertit in ſanguinem flumina eorum, &c. tr.4.n.210.
65. Excitatus eſt tanquam dormiẽs Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, tr.4. n.192.
Pſ. 78. 7. Quia comederunt Iacob & locum eius deſolauerunt, tr.3. num. 147.
Pſ. 83. 2. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, tr.1.n.1.
4. Et turtur nidum vbi ponat pullos ſuos, tr.4.n.12.
6. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, &c. ibid. n.58.
Pſ. 84. 6. Nunquid in æternum iraſceris Dominie, aut extendes iram tuam, &c. tr.4. n.229.
Pſ. 86. 3. Memor ero Raab, &c. tr.4. n.211.
Pſ. 88. 10. Tu dominaris poteſtati maris, motum, autem, &c. tr.4. num. 154.
Pſ. 103. 10. Qui emittis fontes in conuallibus, &c. tr.4.n.208.
Pſ. 109. 2. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus, &c. tr.2. n.54. & tr. 3. num. 40.
Pſ. 113. 8. Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis, tr.3.n.94.
Pſ. 118. *v.* 119. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, tr.4. num. 247.
Pſ. 119. Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis, tract. 3. num. 56.
Pſ. 134. 7. Fulgura in pluuiam fecit, tract. 4. num. 231.
Pſ. 149. *v.* 1. Cantate Domino cãticum nouum, &c. tr.3. n.179.
Pſ. 150. *v.* 4. Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo, tr.3. n.181.

EX PROVERBIIS.

Cap. 1. *v.* 22. VSquequo paruuli diligitis infantiã. tract. 3. num. 118.
Cap. 2. *v.* 14. Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, tr.3. n. 80.
Cap. 4. *v.* 14. Ducam te per ſemitam æquitatis, &c. tr.3. n.29.
Cap. 5. *v.* 3. Fauus diſtillans labia meretricis, &c. nouiſſima illius amara quaſi abſynthium, tr.4.n.95.
15. 16. Bibe aquam de ciſterna tua, &c. & in plateis aquas tuas diuide, tr.2. n.46.
19. Cerua gratiſſima, & gratiſſimus hinnulus, &c. in amore eius delectare iugiter, ibid. n.52.
Cap. 6. *v.* 12. Homo apoſtata, vir inutilis, &c. vſque nec habebit vltra medicinam, tr.3.n.74.
25. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius, tr.4.n.88.
Cap. 13. *v.* 12. Spes, quæ differtur affligit animam, &c. tr.4.n.59.
Cap. 15. *v.* 28. Mens iuſti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis, tr.4. n.135.
Cap. 17. *v.* 8. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocunque ſe vertit prudenter intelligit, tr.4. num. 59.
11. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur cõtra eum, tr.3. n. 67.
Cap. 21. *v.* 28. Teſtis mendax peribit: vir obediens loquetur victorias, tr. 1. n.28.
Cap. 22. *v.* 15. Stultitia colligata eſt in corde pueri; tr.2. n.60.
Cap. 30. *v.* 9. Mendicitatem, & diuitias

tias ne dederis mihi, &c. vſque egeſtate compulſus furer, &c. tr.4. num. 158.

28. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum, tr.3.n.23.

ECCLESIASTES.

*Cap.*1.*v.*10. Nihil ſub Sole nouũ, nec valet quiſquã dicere: Ecce hoc recens eſt, &c. in Epiſt.num.10.

*Cap.*2.*v.*4. Magnificaui opera mea ædificaui mihi domos, &c. delicias filiorum hominum, tract.3. num. 142.

*Cap.*10. *v.* 16. Væ tibi terra cuius Rex puer eſt, tr.3.num.20.

CANTICORVM.

*Cap.*1.*v*1. Oſculetur me oſculo oris ſui, tr. 3. n. 70. & tr. 4. num. 65.

2. Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. tr.3. num.12.

3. Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum, tr. 4. num. 235.

4. Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar ſicut pelles Salomonis. tr.3.n.141.

5. Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim; quia decolorauit me ſoli filij matris meæ,&c.tr.5.n.26.

7. Indica mihi vbi paſcas vbi cubes in meridie, tr.2.n.41.

8. Equitaui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea, tr.4.num.128.

9. Pulchræ sũt genæ tuę ſicut Turturis, tr.4. num.80.

14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colũbarum, tr.4.n.66.

16. Tigna domorum noſtrarum cedrina,&c. tr.3.n.16.

*Cap.*2.*v.*3. Sicut malus inter ligna ſiluarum, tr.2.n.2. Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, num.4. Et fructus eius dulcis gutturi meo, tr.3.num.188.& tr.4.nu. 241.

4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, tr.1.num.33. & tr. 4. num. 238. & 239.

6. Leua eius ſub capite meo &c. tr.1.num.20.

11. Iam hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit, tr.4.num.68.

12. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, tr.4.num.12.

*Cap.*3. 9. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon &c. Media charitate cõſtrauit, tr.4.num.249.

11. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate &c. in die lætitię cordis eius tract, 4. num. 72.

*Cap.*4.6. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, &c. Vſq; veni de Libano, veni, tract.5. num.58.

12. Hortus concluſus Sponſa mea hortus concluſus, tract. 4, num. 250.

Cap. 5. 7. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: vulnerauerunt me, &c. tract. 4. num. 32.

11. Caput eius aurum optimum, tract. 4. num. 163.

14. Venter eius eburneus diſtinctus ſapphiris, ibid. num. 31.

*Cap.*6. 3. Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem: terribilis,&c. tract, 2. num. 40.

8. Vna eſt columba mea, perfecta &c. tr,4.num.65.

*Cap.*7.1. Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum, tract. 3. num.62.

2. Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs, tr.3.num.114.

*Cap.*8.6. Fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: Lampades eius lampades ignis, atque flammarum, tr. 4. num.181. 186.191.

SAPIEN-

Digitized by Google

SAPIENTIÆ.

*Cap.*1.*v.*13. DEus mortem non fecit, fol.397.ca.1.

*Cap.*3.6. Tanquam aurum in fornace probauit eos, tr.4.nu.177.

Cap. 4. 12. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, tr.2.num.52.

13. Conſumatus in breui expleuit tempora multa, tr.4.num.230.

*Cap.*5.6. Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis, tr.5.num.20.

18. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum &c.acuet autem duram iram in lanceam, tr. 4. nu. 192.

22. Ibunt directe emiſſiones fulgurum, &c.tract. 4. num.231.

Cap. 9. 15. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, tract. 10. num. 27.

*Cap.*17. 2. Dum perſuaſum habẽt iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, &c. diſperſi ſunt, tract. 4. num. 212.

Cap. 18. 16. Gladius acutus in ſimulatum imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, tract. 4. num. 200.

EX ECCLESIASTICO.

*Cap.*6.*v.*16. AMicus fidelis, medicamentum vitę, & immortalitatis, tract.5.num.28.

25. Inijce pedem tuum in compedes illius, &c. tract. 4. num. 138.

Cap. 9. 3. & 4. Ne reſpicias mulierem multiuolam, &c. ne forte pereas in efficacia illius, tract. 4. num. 84.

*Cap.*10.3. Rex inſipiens perdet populum ſuum, &c. tract. 3. 123.

*Cap.*21.19. Narratio fatui quaſi ſarcina in via; non in labijs ſenſati inuenitur gratia, tract.9.num.11.

*Cap.*22.26. & 27. Ad amicum, & ſi produxeris gladium ne deſperes: eſt enim regreſſus, &c. vſq; in his omnibus effugiet amicus, tract. 5. num. 27.

*Cap.*23.6. Aufer à me ventris concupiſcentias, &c.tract.10. num. 21.

38. Gloria magna eſt ſequi Dominum, tr. 5. n. 2.

*Cap.*24. 29. Qui edunt me adhuc eſurient, &c. tract. 2. num. 24.

*Cap.*25. 28. Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, &c.tract.4. num. 83.

*Cap.*27. 1. Propter inopiam multi deliquerunt, ibid. num. 159.

*Cap.*29. 28. Initium vitæ hominis aqua, & panis, tract. 9. num. 10.

*Cap.*31. 8. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, &c. tr. 4. n.174.

34. Somnus ſanitatis in homine parco, dormiet vſq; mane, & anima ipſius cum ipſo delectabitur, fol. 345. cap.1.

Cap. 34. *v.* 2. Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum; ſic, & qui attendit ad viſa mendacia, tr. 2. num. 13.

*Cap.*35. *v.*1. & 2. Qui conſeruat legem multiplicat oblationem ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, tract. 4. num. 123. & num. 142.

*Cap.*37. *v.*1. Omnis amicus dicet, & ego amicitiam copulaui ſed eſt amicus ſolo nomine amicus, &c. tract. 3. num. 77.

34. Qui abſtinens eſt adijciet vitam fol.341.c.2.

Cap. 44. *v.* 17. Et in tẽpore iracundiæ factus eſt reconciliatio, tr. 3. num. 57.

*Cap.*51.*v.*34. Collum veſtrum ſubijcite iugo: & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam, tr.4.n.138.

ISAIÆ.

Cap. 1. *v.* 15. CVm extenderitis manus veſtras auertam oculos meos à vobis, &c. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt, tract.3. num. 183.

Cap.6. 1.2. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium, &c. Seraphim ſtabant, &c. Duabus alis velabant facies ſuas, duabus autem pedes, & duabus volabant, tr.4. nu.245. & tract. 7. num. 2.

Cap. 11. 6. Habitabit lupus cum agno, &c. Leo ſicut Bos comedet paleas, tract. 3. num.61.

34. Leuabit ſignum in nationibus, tract. 1. num.34.

*Cap.*14. *v.*29. Ne læteris Philiſtæa omnis tu, quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui, &c. tract. 4. num. 101.

*Cap.*21. 4.5. Babylon dilecta mea &c. Pone menſam, &c. Surgite Principes arripite clypeum, fol. 330. cap. 1.

Cap. 43. 18. 19. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini, &c. Ecce ego facio noua, &c. In proem. num.1.

Cap. 42. 1. Ecce puer meus ſuſcipiam eum, &c. tract. 1. num. 38.

Cap. 50. 11. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, &c. In doloribus dormietis, tr.4.num.226.

Cap. 51. 3. Ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini, tr.4. n.47.

Cap. 53. 7. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, tr.4.num.113.

11. In ſciētia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, tr.3.n.150

*Cap.*56.10. Speculatores eius cæci omnes, &c. Canes muti non valentes latrare, tr.3.nu.157.

*Cap.*58.8. Tunc orietur quaſi manè lumen tuum, tr.10. num.29.

14. Tunc delectaberis ſuper Domino, &c. ibid.

12. Vocaberis ædificator ſæpium, auertens ſemitas in requiem tr. 4. 266.

Cap. 63. 4. Dies enim vltionis in corde meo, & annus redemptionis meæ venit, tr.4. 184.

16. Tu enim Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos. Tu Domine Pater, &c. tr.4.num.220.

*Cap.*66.12. Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam, &c. tract.3.num.59.

IEREMIÆ.

*Cap.*2. 12.13. OBſtupeſcite Cæli ſuper hoc, &c. Duo enim mala fecit populus meus, &c. tract.2.num.17.

*Cap.*7. 22.23. Non ſum locutus cū patribus veſtris, &c. De verbo holocauſtomatum, & victimarum, &c. tract.4. num. 124.

Cap. 8. 4. & 5. Nunquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt non reuertetur. Quare ergo, &c. tract. 2. num. 14.

Cap. 9. 21. Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, tr. 4. num.89.

*Cap.*11.*v.*19. Mittamus lignum in panem eius, tr.3.num.6.

*Cap.*22. 24. Viuo ego dicit Dominus, quia ſi fuerit Iechonias, &c. Annulus in manu dextera mea inde euellam eum, & dabo te, &c. In manu Nabucdonoſor, tr.3. n.161.

*Cap.*31.38. Et ædificabitur Ciuitas Domino, à turre Hananeel vſque ad portam Anguli, &c. tract. 5. num. 43.

TRENI.

*Cap.*3.*v.*27. BOnum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, tr.2.num. 62.

28. Sedebit ſolitarius, & tacebit, &c. ibid.

29. Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes ibid.

EZECHIELIS.

*Cap.*1.*v.*4. ET vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, &c. vſque de medio ignis, tract.4. num. 258.

18. Ibant, & non reuertebantur cum ambularent, &c. tract.4.129.

Cap.

*Cap.*4.3. Et tu ſume tibi ſartaginē ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & Ciuitatem, tract. 9. num. 2.

*Cap.*13.18. Væ quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus,&c. vſque animas eorum, tr.3, nu. 81.

*Cap.*16.36. Effuſum eſt æs tuum, tr.4.num.74.

49. Hæc fuit iniquitas Sodomę,&c. Saturitas panis, tr.10.num.20.

*Cap.*27.11. Pygmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt, &c.tract.3.num.95.

Cap. 31.3. Eccę Aſſur quaſi Cedrus in Libano,&c.tr.3.num.11.

DANIELIS.

*Cap.*1.*v.*12. Dentur nobis legumina ad veſcendum, & aquam ad bibendum, fol. 344. cap.1.

17. Pueris autem his dedit Deus ſcientiam, &c. Danieli autem intelligentiam, &c. fol. 394.cap.2.

Cap. 3.50. Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, tract. 4. num. 148.

*Cap.*4.7. Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia,&c. tr.2, num.8.

Cap.9.3. Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in ieiunijs, tract. 10. num. 30.

*Cap.*10.2. Lugebam trium hebdomadarum diebus; panem deſiderabilem non comedi, tr.10. n.23.

*Cap.*14.2. Similæ artabę duodecim & oues quadraginta, vinique amphoræ ſex, tr.10.num.15.

5. Non videtur tibi Bel eſſe viuens Deus? An non vides quanta comedat, & bibat quotidie? ibid.

OSEÆ.

*Cap.*2.*v.*13. Viſitabo ſuper eam dies Baalim,&c.tr.4.num.17.

14. Propter hoc, Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius, ibid.

*Cap.*4.v.2. Non eſt veritas, non eſt miſericordia,&c. Sanguis ſanguinem tetigit, tract. 4. num.37.

6. Conticuit populus meus, &c. Tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, tract. 3. num.103.

Cap. 9.6. Memphis ſepeliet eos, tract.10. num.24.

*Cap.*11.187. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, tr.3, num.187.

*Cap.*13.6. Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, &c. Obliti ſunt mei, tr. 10.num.31.

*Cap.*14.3. Reddemus vitulos labiorum noſtrorum, tract.4. num.11.

AMOS.

*Cap.*2.*v.*16. Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet, tr.4.num.167.

*Cap.*6.1. Væ, qui opulenti eſtis in Sion, &c. fol.329.cap.2.

6. Bibentes vinum in phialis, &c. ibid.

7. Quapropter nunc migrabunt, &c. auferetur factio laſciuientiū, ibid.

ABDIÆ.

*Cap.vnic.v.*10. Propter interfectionem, &c. in fratrem, &c. peribis in æternum, tr.3.num.54.

18. Erit domus Iacob ignis,&c. deuorabunt eos, ibid.

MICHEÆ.

*Cap.*7.*v.*2. Perijt ſanctus de terra, & rectus non eſt in hominibus, tract. 4. num. 36.

4. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus, & qui rectus eſt quaſi ſpina de ſepe, tr.2. n.31.

NAVM.

NAVM.

*Cap.*1. 4. INcrepans mare,& exiccans illud, tr.4. n.209.
*Cap.*3. 12. Omnes munitiones tuę ſicut ficus cum groſſis ſuis: ſi concuſſæ fuerint cadunt in os comedentis, tr.5. n.42.

ABACVC.

Cap. 3. *v.*3. DEus ab auſtro veniet,& Sanctus de monte Pharan,operuit coelos gloria eius,tr.4.n.181.
4. Splendor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius, ibid. & tr.5. num. 21.
5. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius ibid. Egredietur diabolus ante pedes eius, tr.4.n.198.
8. Nunquid in fluminibus iratus es Domine,tr.4.n.209.
12. In fremitu conculcabis terram, & in furore obſtupefacies gentes, tr.4. n.131.

AGGÆI.

*Cap.*2. *v.* 22. LOquere ad Zorobabel ducem Iudæ dicens,&c. tr.3.n.160.
24. Aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, &c. ponam te qua ſi ſignaculum, &c, ibid.

ZACHARIÆ.

*Cap.*5. *v.*2. LEuaui oculos meos, & vidi, & ecce volumen volans, &c.tract.3.num.106.
3. Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciē omnis terræ, ibid.
Cap. 9. 8. Et circundabo domum meam ex his, qui militant mihi euntes,& reuertentes,& non tranſibit ſuper eos vltra exactor, &c. tract. 4. num. 33.
*Cap.*11. 16. Ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, &c. tract.3. num. 104.
17. O paſtor,& idolum derelinquēs gregem: gladius ſuper bracchium eius, &c. ibid.
Cap. 13. 1. In die illa erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris,& mēſtruatæ,tr.2.n.27.
*Cap.*14. 3. Egredietur Dominus,& præliabitur contra Gentes illas, &c. vſq; montem oliuarum, tract. 3. num. 46.
16. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gentibus quæ venerunt contra Ieruſalem: aſcendent ab anno in annum, vt adorent, &c. tract. 4. num.25.

MALACHIÆ.

*Cap.*1. *v.*6. SI Pater ego ſum, vbi eſt honor meus; & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? tract. 4. num.115.
*Cap.*3.14. Vanus eſt,qui ſeruit Deo, tract. 4. num. 210.
18. Conuertimini,& videbitis,quid ſit inter iuſtum, & impium, inter ſeruientes Deo, & non ſeruientes ei, num,211.

1. MACCHABÆORVM.

*Cap.*3. *v.* 13. AVdiuit Serō Princeps exercitus Syriæ quod congregauit Iudas congregationem fidelium Eccleſiam, &c.tr.10.n.12.
17. Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, &c. & nos fatigati ſumus ieiunio hodie,ibid.
18. Facilè eſt concludi multos in manu paucorum, &c. vſque vos autem ne timueritis eos, ibid.
*Cap.*14. 4. Siluit omnis terra omnibus diebus Simonis, & quæſiuit bona genti ſuæ, & placuit illis poteſtas eius, tr.4. n.127.

Digitized by Google

2. MACHABÆORVM.

Cap.7.v.30. NOn obedio præcepto Regis,ſed præcepto legis,quę data eſt nobis per Moyſen, tr.4.num.136.

Cap.15.v.4. Eſt Dominus viuus ipſe in Cælo potẽs,qui iuſſit agi ſeptimam diem, tr.4.num.224.

5. Et ego potens ſum ſuper terrã, qui impero ſumi arma, & negotia Regis impleri, ibid.

27. Manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes &c. præſentia Dei magnificè delectati, tr.3.num.62.

EX EVANG. MATTH.

Cap.1.v.5. BOoz autẽ genuit Obed ex Ruth.tr.5.nu.19.

Cap.5.v.3. Beati pauperes ſpiritu &c. tr.3.num.63.& tr.4.num.164. & 173.

9. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, tr.3.num.63.

13. & 14. Vos eſtis ſal terræ, &c. Vos eſtis lux mundi, tr. 3. nu.103. & 133.

15. Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio,ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, &c. tract.5. n. 27.

Cap.6. & 16. Cum ieiunatis nolite fieri, &c. fol.389. cap.1.17. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ, &c. ibid.

Cap.8. 20. Vulpes foueas habent, & volucres Cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet, tr.1.nu.21. & tr.4.n.157.

23. Aſcendente eo in nauiculam ſecuti ſunt eum Diſcipuli eius, tr.4. num.152.

24. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, &c. Ipſe vero dormiebat, ibid.

25. Et acceſſerunt, &c. Suſcitauerunt eum, dicentes: ſalua nos, perimus, tr.4. num.155.

26. Imperauit ventis, & mari, &c. ibidem, num.152. &c.

Cap.9.v.9. Ieſus vidit hominem ſedentem in telonio,ſequere me,ſecutus eſt eum, tr.5.num.93.

14. Quare diſcipuli tui non ieiunãt &c. tr.5.num.70.

Cap.10.v.16. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ,tr.5.num.26.& tr.6. n.1.

34. Nolite putari,quia pacem veni mittere in terram non veni pacẽ mittere, ſed gladium, tr.3. nu.88.

37. Qui amat patrem,& matrẽ pluſquam me, non eſt me dignus,tr.4. num.106.

38. Et qui non accipit crucẽ ſuam &c. tr.9.num.1.

Cap.11.v.10. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum &c. tr.4.num.91.

12. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, tr.1. n.1.

18. Venit Ioannes neq; manducãs neq; bibens,& dicũt, Dæmonium habet, fol.273.cap.1.

19. Venit filius hominis manducãs, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & puta toruini. ibid.

27. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & nemo nouit filium niſi Pater,&c. tr.3.num.108.

Cap. 13. 25. Cum autem dormirent homines venit inimicus homo, &c. tr.3. n.159.

Cap. 16. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui, fol.285.cap.1.

*Cap.*17. 20. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi per orationẽ & ieiunium, fol.388.cap.2.

26. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare,& mitte hamũ, &c. da eis pro me,& te,tr.4.n.157.

Cap. 18. 2. Quis putas maior eſt in regno Cœlorum, tr.1.n.12.

4. Quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno Cœlorum, ibid.

*Cap.*19. 21. Si vis perfectus eſſe vade,& vende, &c.

22. Et da pauperibus, tr. 1.n. 20. & veni ſequere me, tr.4. n.172.

27. Ec-

Digitized by Google

& bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus, tract. 4. num. 257.
Cap.7.v.11. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ,& cataractæ Cęli apertæ ſunt, tract. 4. num. 113.
12. Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ibid.
Cap.8.v.8. Emiſit quoque columbam poſt eum, vt viderent, ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ, tract. 4. num. 28.
9. Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eum in arcam, ibid. & num. 143.
16. Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, tract. 4. n.119.
Cap.9.v.3. Omne, quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum: quaſi olera virētia tradidi vobis omnia fol. 305.cap.2.
13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram, tr.4.nu. 214.
16. Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum, & omnem animam viuentem, tr.3.n.58.
Cap. 10. *v.* 8. Porro Chus genuit Nemrod: ipſe cæpit eſſe potens in terra, tr.4.n.259.
Cap.11.28. Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in vr Chaldæorū, tract. 4. num. 259.
Cap.12.v.1. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quā monſtrabo tibi, tr.4.n. 169. 245.
6. Pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem, tr. 3. n. 6.
7. Semini tuo dabo terram hanc, ibid.
Cap.13.v.2. Erat autem diues valde impoſſeſſione auri, & argenti, tr.4 num. 170.
6. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul, tr. & n. codē.
14. Dixitque Dominus ad Abram poſtquam diuiſus eſt à Loth. Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es,&c.tr.3. n.184.
15. Omnem terram,quam conſpicis tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum, ibid.
16 Faciamque ſemen tuum, ſicut puluerem terræ, ibid.
Cap.14.v.10. Vallis autem ſiluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque Rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, eeciderunt que ibid. tr.4.num.144.
Cap.15.v.9. Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorū trium turturem, quoque & columbam, tr.3. n.83.
Cap.17.v.14. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit, fol. 381. cap. 1.
Cap.19.v.15. Cumque eſſet mane cogebant eum Angeli dicentes: Surge tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis, tract.4. num. 252.
16. Diſſimulante illo apprehenderunt manum eius,&c. tr.1. n.5.
17. Salua animam tuam noli reſpicere poſt tergum; nec ſtes in omni circa regione,ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas, ibid.
Cap.22.v.9. Cum alligaſſet Iſaac filium ſuum, tr.4. n. 114.
12. Non extendas manum tuam ſuper puerum, ibid. n. 113.
13. Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio, ibidem.
Cap.4.v.2. Pone manum tuam ſubter femur meum tract.4.num.200.
3. Vt adiurem te per Dominum, Deum Cæli, & terræ: vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito,ibid.

Digitized by Google

4. Sed ad terram, & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac ibidem.

Cap. 25. *v.* 21. Depræcatuſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ, tract. 10. num. 1.

22. Collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere, tract. 5. num. 1. & tract. 3. nu. 112.

Cap. 28. *v.* 12. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, tr. 1. num. 36.

13. Et Dominum innixum Scalæ, ibid.

Cap. 29. *v.* 18. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis, tr. 3. num. 115.

20. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, tr. 4. num. 184.

Cap. 30. *v.* 37. Tollens ergo virgas populeas virides, &c. tract. 2. nu. 54.

Cap. 31. *v.* 38. Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui nõ comedi, tr. 3. num. 116.

39. Nec captum à beſtia oſtendi tibi: ego damnum omnem reddebam: quidquid furto peribat à me exigebas, ibid.

40. Die, noctuque æſtu vrebat, & gelu, fugiebatq; ſomnum ab oculis meis, ibid. & num. 157.

Cap. 32. *v.* 2. Caſtra Dei ſunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanaim ideſt caſtra, tract. 4. num. 109.

Cap. 49. *v.* 11. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum, tract. 4. num. 239.

14. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos tract. 1. num. 43.

EXODI.

Cap. 3. *v.* 2. APparuit ei Dominus in flãma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur, tract. 4. num. 98. & 150.

Cap. 9. *v.* 3. Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos, & aſinos &c. tr. 5. num. 20.

Cap. 12. *v.* 11. Sic autem comedetis illum, Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter, tract. num. 37.

Cap. 14. *v.* 27. Fugientibuſque Ægyptijs occurrerũt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus, tract. 4. num. 212.

Cap. 19. *v.* 18. Totus autem mons Sinai fumabat eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace, tract. 4. num. 100.

Cap. 25. *v.* 2. Loquere filijs Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offeret vltroneus accipietis eas, fol. 311. cap. 2.

3. Hæc ſunt autem, quæ accipere debetis, Aurum, Argentum, & Æs, ibid.

4. Hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, piloſq; caprarum, ibid.

Cap. 28. *v.* 6. Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito, tr. 4. num. 159.

12. Et pones in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filijs Iſrael, tract. 1. num. 29.

42. Facies, & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus vſque ad femora, tract. 1. num. 25.

Cap. 29. *v.* 22. Tolles adipem de arie-

Digitized by Google

15. Nequando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ, ibid.
*Cap.*19.*v.*5. Si ſecuris fugerit manu, ferrumque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit: Hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet,& viuet tr.3. num.132.
*Cap.*21.*v.*23. Non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno, tr.1. num.2.
Cap. 31. 20. Cum comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint, auertentur ad Deos alienos, & ſeruient eis, fol.399.cap.1.
*Cap.*32.15. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit &c.dereliquit Deũ factorem ſuum, fol.393.cap.1. & 395.cap.2.
39. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo, fol.397.cap.1.
*Cap.*33.2. Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea Lex,&c,tr.4.num.187. & tract.5.num.142.
22. Dan catulus Leonis fluet largiter de Baſan, fol.389.cap. 2.

IOSVE.

*Cap.*8.*v.*29. REgem quoq; eius ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam, & ſolis occaſum. Præcepitq; Ioſue,& depoſuerunt cadauer eius de Cruce, tract. 1. num. 7.

IVDICVM.

*Cap.*1.*v.*11. ATque inde profectus abijt ad habitatores Dabir, &c.tra.3.num.109.
*Cap.*3.*v.*9. Et clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, Othoniel, &c. tract.3. num. 109.
*Cap.*7.*v.*3. Qui formidoloſus,& timidus eſt,reuertatur, tract. 9. n. 1.
12. Cumq; veniſſet Gedeon narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo &c.vſq; adorauit, tract.10.num.7. fol. 386. cap. 1.
*Cap.*8.*v.*6. Reſponderunt Principes Sochoth,&c.in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas,vt demus exercitui tuo panes, tract. 10. num. 9. fol. 387. cap. 1.
22. Dominare noſtri tu, & filius tuus, &c. ibid.
*Cap.*9.*n.*48. Et arrepta ſecuri precidit arboris ramum, &c.& v. 49. igitur certatim ramos,&c. ſequebantur ducem, tract.5. num. 2.
*Cap.*14.*v.*14. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, fol. 395. cap. 1.
15. An idcirco vocaſtis nos ad nuptias, vt ſpoliaretis, ibid.
18. Quid dulcius melle,& quid fortius Leone? ibid. &c.

1. REGVM.

*Cap.*1.*v.*6. AFfligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret, quod Dominus concluſiſſet vuluam eius, tract. 4. nu. 68.
7. Flebat, & non capiebat cibum, ibid.
*Cap.*2.*v.*36. Dimitte me obſecro ad vnam partẽ Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis, tr. 3. num.144. & 148.
*Cap.*5.*v.*4. Inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra, &c. Solus truncus remanſerat in loco ſuo, tract. 3. num. 93.
*Cap.*9.*v.*2. Non erat vir de filijs Iſrael melior illo ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum, tract.3. num. 127.
*Cap.*12.*v.*2. Ecce nunc Rex graditur ante vos, tract.5.num. 1.
*Cap.*14.*v.*13. Aſcendit Ionathas manibus,

Digitized by Google

nibus, & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum, tract. 3. nu. 24.

Cap. 15. 22. Nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potiùs, vt obediatur voci Domini. Melior eſt enim &c. tr. 4. num. 125.

Cap. 18. 3. Inierunt autem Dauid, & Ionathas Foedus; diligebat enim eum quaſi animam ſuam, tract. 3. num. 90.

4. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica &c. ibid.

Cap. 28. 5. Timuit valde, & expauit cor eius nimis, tr. 3. nu. 90.

6. Conſuluitq; Dominum, & non reſpondit ei, ibid.

7. Quærite mihi mulierem habentem pythonem, ibid. & fol. 391. cap. 1.

Cap. 31. *v.* 2. Irruerunt Philiſtheim in Saul, & in filios eius, & percuſſerunt Ionatam &c. tr. 3. nu. 90.

2. REGVM.

Cap. 2. 26. NVm vſq; ad internecionem tuus mucro deſæuiet? an ignoras &c. tr. 4. nu. 204.

27. Et ait Ioab. Viuit Dominus ſi locutus fuiſſes mane receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum &c. ibid.

Cap. 3. 27. Percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt, tr. 3. num. 137.

28. Mundus ego ſum, & regnum meum apud Dominum vſque in ſempiternum &c. ibid.

35. Iurauit Dauid dicens; Hæc faciat mihi Deus &c. ſi guſtauero panem, vel aliud quidquam, ibid.

Cap. 18. *v.* 3. Egrediar ego vobiſcũ, &c. non exibis, &c. vt ſis nobis in vrbe præſidio, tract. 4. num. 266.

Cap. 20. *v.* 9. Dixit itaque Ioab ad Amaſam: ſalue mi frater, &c. vſq; & mortuus eſt, tract. 3. nu. 68.

3. REGVM.

Cap. 5. *v.* 17. PRæcepit Rex, vt tollerent lapides grãdes, &c. & quadrarent eos, tract. 4. num. 257.

Cap. 7. *v.* 15. Et finxit duas columnas æreas, &c. tract. 4. num. *69*.

19. Capitella autem, quæ erant ſuper capita columnarũ quaſi opere lilij, &c. ibid.

Cap. 15. *v.* 5. Fecit Dauid rectum in oculis Domini, &c. excepto ſermone vriæ Hethei, tract. 3. num. 154.

Cap. 17. *v.* 6. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane ſimiliter panem, & carnes veſperi, & bibebat de torrente, tract. 10. fol. 390. cap. 1. & tract. 3. num. 102.

Cap. 19. *v.* 5. & 6. Ecce Angelus Domini, &c. ſurge, & comede. Et ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, ibid.

4. REGVM.

Cap. 13. *v.* 21. PRoiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſei. Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, &c. tract. 3. num. 151.

Cap. 19. *v.* 28. Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas ponam itaque circulum in naribus tuis, &c. vſque quam veniſti, tr. 4. num. 202.

35. Factum eſt itaque in nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit, &c. ibid.

Cap. 20. *v.* 12. In tempore illo miſit Berodach, &c. tr. 2. n. 47.

17. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, &c. ibidem.

2. PARALIP.

Cap. 1. *v.* 3. PRædicauit ieiunium vniuerſo Iuda, tr. 10. num. 11.

Nam.

23. Namque filij Ammon, & Moab conſurrexerunt, &c. etiam in ſemetipſos verſi, mutuis concidere vulneribus, ibid.

Cap.15.*v*.3. Tranſibunt multi dies in Iſrael abſque Deo vero,&abſq; Sacerdote Doctore, &c.tr.3.n.*99*.

Cap.26.*v*.18. Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino,ſed Sacerdotum,&c.tr.4.n.*97*.

1. ESDRÆ.

Cap.8.*v*.23. IEiunauimus, & rogauimus Deum noſtrum per hoc, & euenenit nobis proſperè, tr.10.n.30.

TOBIÆ.

Cap.4.*v*.8. QVomodo potueris, ita eſto miſericors, tract.3.num.48. *v*.*9*. *Si multum* tibi fuerit,abundanter tribue, &c. ibidem.

Cap.12.*v*.8. Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna, fol.*393*. cap.2.

IVDITH.

Cap.8.*v*.21. VOs eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum, &c. fol. 37*6*. cap. 1.

Cap.5.*v*.14. Egreſſi vero mare rubrum deſerta Sinai montis occupauerunt,&c. tr.4. num.55.

15. Illic fontes amari obdulcati sũt illis, &c. ibid.

EX IOB.

Cap.2.*v*.*6*. VEruntamen animam illius ſerua,tr.2.n.59

Cap.4. 3. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti, tr.3.n.152.

4. Vacillantes confirmauerũt ſermones tui, &c. ibid.

5. Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti, ibid.

Cap.5.*v*.3. Ego vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim, tr.2.n.10.

Cap.10.*v*.*9*. Et qui cæpit ipſe me, conterat,&c. tr.4.n.1*94*.

10. Et hæc mihi ſit conſoiatio, vt affligens me dolore non parcat. ibidem.

Cap.*9*.*v*17. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, &c. vſque nemo audet pro me teſtimonium dicere. tr.3. num. 173.

Cap.10.20. Dimitte ergo me, vt plãgam paululum dolorem meum, tract.4. num. 227.

21. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, ibid.

Cap.15.*v*.24. Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut Regem qui pręparatur ad pręlium,tract.4. num.225.

Cap.19.*v*. 22. Quare perſequimini me, ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini, tract.3.num. 172.

Cap.21.*v*.13. Ducunt in bonis dies ſuos, tr.2.n.*62*.

Cap.26.*v*.12. In fortitudine illius repente Maria congregata ſunt, tr.4. num.20*6*.

Cap.30.*v*.29. Frater fui Dragonũ, &c. tr.2.num.30.

Cap.31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine, tr.4.n.84.

12. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina, ibid. num.83.

Cap.37.*v*.15. Nunquid ſcis quando præceperit Deus pluuijs,vt oſtenderent lucem nubium eius, tract. 4. num. 214.

Cap.38.n.8.&c. Quis concluſit oſtijs mare quando erumpebat,&c. Hic confringes tumentes fluctus tuos, tract. 4. num. 207.

EX LIBRO Pſalmorum.

Pſ.1.v.3. Erit tanquam lignum, quod plantatũ eſt, &c. fructum dabit in tempore ſuo,&c. tract.2.num.21.
Pſ.2. 7. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu. Ego hodie genui te,&c. confringes eos, tr.3.n.174.
Pſ.4.v.6. Sacrificium iuſtitiæ, tr.4. num. 10.
Pſ.5.v.7. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem; perdes omnes, qui loquuntur mendacium, tract.3.num.88.
Pſ.9.v.7. Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum deſtruxiſti, tr.2.n.63.
Pſ.13.v.1. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, &c. tr.4. n.38.
4. Qui deuorant plebem meam, vt eſcam panis, tr.3.n.147.
Pſ.17.v.5. Circundederunt me dolores mortis,&c. tr.4.n.232.
6. Dolores inferni circundederũt me, &c. ibid.
Pſ.20.v.14. Cantabimus, & pſallemus virtutes tuas, tr.4. n.263.
Pſ.21.v.26. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum, tr. 5. num. 50.
8. Omnes videntes me,deriſerunt me, &c. tr.4.n.119.
Pſ.27.v.3. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo mala autem in cordibus eorum, tr.3.n.69.
Pſ. 28. *v.* 1. Afferte Domino filij Dei,&c.vſque Dominus diluuium inhabitare facit,&c. tr.4. n.218.
Pſ.30.v.9. Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos, tr.3.n.30.
Pſ.36.v.35. Vidi impiũ ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani, tr.2. n.12.
36. Et tranſiui, & ecce non erat,&c. ibidem.
Pſ. 37. 17. Nequando ſupergaudeãt inimici mei, & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt, tract.3. num.55.
Pſ.39. 13. Circundederũt me mala, quorum non eſt numerus, &c. ſuper capillos capitis mei, tract.3. num. 154.
Pſ.41. 1. Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum: ita,&c. tr.2.n.49.
5. Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. In voce exultationis,&c. tr.4.n.24.
Pſ. 44. 3. Speciosus forma præ filijs hominum, tr.4.n.87.
Pſ.45. 9. Venite, & videte opera Domini,&c. auferens bella vſque ad finem terræ, tr.3.n.63.
Pſ.47. 14. Ponite corda veſtra in virtute eius, tr.4.n.263.
Pſ.48. 3. Deus manifeſtè veniet, &c. ignis in conſpectu eius exardeſcet, tr.4. n.100.
16. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum, tr.3. n.100.
9. Non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos, &c. vſque meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius, tr.4. num. 125.
Pſ.50. 21. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, tr.4.n.6.
Pſ.54. 13.14.15. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique,&c. tr.3.n.68.
1. ExaudiDeus orationem meam, tr.2.num.64.
7. Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam, ibid.& tr.4.num.23.
10. Præcipita Domine, & diuide linguas eorum, tr.3.n.87.
Pſ.57. 11. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, tr.4. num. 213.
Pſ.67. 14. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ,&c.tr.3.n.11.
Pſ.68. 1.2. Saluum me fac Deus, quo-

quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam. Infixus ſum, &c. tr.4.n.186,215.
Pſ. 72. 3. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum vidēs, tr.3.n.59.
Pſ. 76. 21. Deduxiſti ſicut oues populum, in manu Moyſi, & Aaron, tr.3.n.138.
Pſ. 77. 25. Cibaria miſit eis in abundantia, &c. tr.10. n.38.
30. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, &c. fol.139. cap.2.
44. Conuertit in ſanguinem flumina eorum, &c. tr.4.n.210.
65. Excitatus eſt tanquam dormiēs Dominus, tanquam potens crāpulatus à vino, tr.4. n.192.
Pſ. 78. 7. Quia comederunt Iacob & locum eius deſolauerunt, tr.3. num. 147.
Pſ. 83. 2. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, tr.1.n.1.
4. Et turtur nidum vbi ponat pullos ſuos, tr.4.n.12.
6. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, &c. ibid. n.58.
Pſ. 84. 6. Nunquid in æternum iraſceris Dominie, aut extendes iram tuam, &c. tr.4. n.229.
Pſ. 86. 3. Memor ero Raab, &c. tr.4. n.211.
Pſ. 88. 10. Tu dominaris poteſtati maris, motum, autem, &c. tr.4. num. 154.
Pſ. 103. 10. Qui emittis fontes in conuallibus, &c. tr.4.n.208.
Pſ. 109. 2. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus, &c. tr.2.n.54. & tr. 3. num. 40.
Pſ. 113. 8. Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis, tr.3.n.94.
Pſ. 118. *v.* 119. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, tr.4. num. 247.
Pſ. 119. Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis, tract.3.num.56.
Pſ. 134.7. Fulgura in pluuiam fecit, tract. 4. num. 231.
Pſ. 149. *v.* 1. Cantate Domino cāticum nouum, &c. tr.3. n.179.
Pſ. 150. *v.* 4. Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo, tr.3. n.181.

EX PROVERBIIS.

Cap. 1. *v.* 22. VSquequo paruuli diligitis infantiā. tract.3. num. 118.
Cap. 2. *v.* 14. Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, tr.3, n. 80.
Cap. 4. *v.* 14. Ducam te per ſemitam æquitatis, &c. tr. 3.n.29.
Cap. 5. *v.* 3. Fauus diſtillans labia meretricis, &c. nouiſſima illius amara quaſi abſynthium, tr.4.n.95.
15. 16. Bibe aquam de ciſterna tua, &c. & in plateis aquas tuas diuide, tr.2.n.46.
19. Cerua gratiſſima, & gratiſſimus hinnulus, &c. in amore eius delectare iugiter, ibid. n.52.
Cap. 6. *v.* 12. Homo apoſtata, vir inutilis, &c. vſque nec habebit vltra medicinam, tr.3.n.74.
25. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius, tr.4. n.88.
Cap. 13. *v.* 12. Spes, quæ differtur affligit animam, &c. tr.4.n.59.
Cap. 15. *v.* 28. Mens iuſti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis, tr.4. n.135.
Cap. 17. *v.* 8. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocunque ſe vertit prudenter intelligit, tr.4. num. 59.
11. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur cōtra eum, tr.3. n. 67.
Cap. 21. *v.* 28. Teſtis mendax peribit: vir obediens loquetur victorias, tr. 1. n.28.
Cap. 22. *v.* 15. Stultitia colligata eſt in corde pueri; tr.2.n.60.
Cap. 30. *v.* 9. Mendicitatem, & diuitias

tias ne dederis mihi, &c. vſque egeſtate compulſus furer, &c. tr.4. num. 158.

28. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum, tr.3.n.23.

ECCLESIASTES.

*Cap.*1.*v.*10. NIhil ſub Sole nouũ, nec valet quiſquã dicere: Ecce hoc recens eſt, &c. in Epiſt.num.10.

*Cap.*2.*v.*4. Magnificaui opera mea ædificaui mihi domos, &c. delicias filiorum hominum, tract.3. num. 142.

*Cap.*10. *v.* 16. Væ tibi terra cuius Rex puer eſt, tr.3.num.20.

CANTICORVM.

*Cap.*1.*v*1. OSculetur me oſculo oris ſui, tr. 3. n. 70. & tr. 4. num. 65.

2. Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. tr.3. num.12.

3. Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum, tr. 4. num. 235.

4. Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar ſicut pelles Salomonis. tr.3.n.141.

5. Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim; quia decolorauit me ſoli filij matris meæ, &c. tr.5.n.26.

7. Indica mihi vbi paſcas vbi cubes in meridie, tr.2.n.41.

8. Equitaui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea, tr.4.num.128.

9. Pulchræ ſũt genæ tuę ſicut Turturis, tr.4. num.80.

14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colũbarum, tr.4.n.66.

16. Tigna domorum noſtrarum cedrina, &c. tr.3.n.16.

*Cap.*2.*v.*3. Sicut malus inter ligna ſiluarum, tr.2.n.2. Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, num.4. Et fructus eius dulcis gutturi meo, tr.3.num.188.& tr.4.nu. 241.

4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, tr.1.num.33. & tr. 4. num. 238. & 239.

6. Leua eius ſub capite meo &c. tr.1.num.20.

11. Iam hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit, tr.4.num.68.

12. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, tr.4.num.12.

*Cap.*3. 9. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon &c. Media charitate cõſtrauit, tr.4.num.249.

11. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate &c. in die lætitię cordis eius tract. 4. num. 72.

*Cap.*4.6. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, &c. Vſq; veni de Libano, veni, tract.5. num.58.

12. Hortus concluſus Sponſa mea hortus concluſus, tract. 4. num. 250.

Cap. 5. 7. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: vulnerauerunt me, &c. tract. 4. num. 32.

11. Caput eius aurum optimum, tract. 4. num. 163.

14. Venter eius eburneus diſtinctus ſapphiris, ibid. num. 31.

*Cap.*6. 3. Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem: terribilis, &c. tract. 2. num. 40.

8. Vna eſt columba mea, perfecta &c. tr.4.num.65.

*Cap.*7.1. Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum, tract. 3. num.62.

2. Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs, tr.3.num.114.

*Cap.*8.6. Fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: Lampades eius lampades ignis, atque flammarum, tr. 4. num.181. 186.191.

SAPIEN-

Digitized by Google

SAPIENTIÆ.

*Cap.*1.*v.*13. DEus mortem non fecit, fol.397.ca.1.

*Cap.*3.6. Tanquam aurum in fornace probauit eos, tr.4.nu.177.

Cap. 4. 12. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona,tr.2.num.52.

13. Conſumatus in breui expleuit tempora multa, tr.4.num.230.

*Cap.*5.6. Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis,tr.5.num.20.

18. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum &c.acuet autem duram iram in lanceam, tr. 4. nu. 192.

22. Ibunt directe emiſſiones fulgurum,&c.tract. 4. num.231.

Cap. 9. 15. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, tract. 10. num. 27.

*Cap.*17. 2. Dum perſuaſum habet iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, &c. diſperſi ſunt, tract. 4. num. 212.

Cap. 18. 16. Gladius acutus in ſimulatum imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, tract. 4. num. 200.

EX ECCLESIASTICO.

*Cap.*6.*v.*16. AMicus fidelis, medicamentum vitę, & immortalitatis,tract.5.num.28.

25. Inijce pedem tuum in compedes illius, &c. tract. 4. num. 138.

Cap. 9. 3.&4. Ne reſpicias mulierem multiuolam, &c. ne forte pereas in efficacia illius, tract. 4. num. 84.

*Cap.*10.3. Rex inſipiens perdet populum ſuum, &c. tract. 3. 123.

*Cap.*21.19. Narratio fatui quaſi ſarcina in via; non in labijs ſenſati inuenitur gratia, tract.9.num.1.

*Cap.*22.26.&27. Ad amicum, & ſi produxeris gladium ne deſperes: eſt enim regreſſus, &c. vſq; in his omnibus effugiet amicus, tract. 5. num. 27.

*Cap.*23.6. Aufer à me ventris concupiſcentias,&c.tract.10. num. 21.

38. Gloria magna eſt ſequi Dominum.tr. 5. n. 2.

*Cap.*24. 29. Qui edunt me adhuc eſurient, &c. tract. 2. num. 24.

*Cap.*25. 28. Ne reſpicias in mulieris ſpeciem,&c.tract.4. num. 83.

*Cap.*27. 1. Propter inopiam multi deliquerunt, ibid. num. 159.

*Cap.*29. 28. Initium vitæ hominis aqua, & panis, tract. 9. num. 10.

*Cap.*31. 8. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, &c. tr. 4. n.174.

24. Somnus ſanitatis in homine parco, dormiet vſq; mane, & anima ipſius cum ipſo delectabitur, fol. 345. cap.1.

Cap. 34. *v.* 2. Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum; ſic, & qui attendit ad viſa mendacia, tr. 2. num. 13.

*Cap.*35. *v.*1.&2. Qui conſeruat legem multiplicat oblationem ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, tract. 4. num. 123. & num. 142.

*Cap.*37. *v.* 1. Omnis amicus dicet, & ego amicitiam copulaui ſed eſt amicus ſolo nomine amicus, &c. tract. 3. num. 77.

34. Qui abſtinens eſt adijciet vitam fol.341.c.2.

Cap. 44. *v.* 17. Et in tẽpore iracundiæ factus eſt reconciliatio, tr. 3. num. 57.

*Cap.*51.*v.*34. Collum veſtrum ſubijcite iugo: & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam, tr.4.n.138.

ISAIÆ.

Cap. 1. *v.* 15. CVm extenderitis manus veſtras auertam oculos meos à vobis,&c. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt, tract.3. num. 183.

Cap.6. 1.2. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium, &c. Seraphim ſtabant, &c. Duabus alis velabant facies ſuas, duabus autem pedes, & duabus volabant, tr.4. nu.245. & tract. 7. num. 2.

Cap. 11. *6.* Habitabit lupus cum agno, &c. Leo ſicut Bos comedet paleas, tract. 3. num.*61*.

34. Leuabit ſignum in nationibus, tract. 1. num.34.

*Cap.*14. *v.29.* Ne læteris Philiſtæa omnis tu, quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui, &c. tract. 4. num. 101.

Cap. 21. 4.5. Babylon dilecta mea &c. Pone menſam, &c. Surgite Principes arripite clypeum, fol. 330. cap. 1.

Cap. 43. 18. 19. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini, &c. Ecce ego facio noua, &c. In proem, num.1.

Cap. 42. 1. Ecce puer meus ſuſcipiam eum, &c. tract. 1. num. 38.

Cap. 50. 11. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, &c. In doloribus dormietis, tr.4.num.226.

Cap. 51. 3. Ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini, tr.4. n.47.

Cap. 53. 7. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, tr.4.num.113.

11. In ſciẽtia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, tr.3.n.150

*Cap.*56.10. Speculatores eius cæci omnes, &c. Canes muti non valentes latrare, tr.3.nu.157.

*Cap.*58.8. Tunc orietur quaſi mane lumen tuum, tr.10. num.29.

14. Tunc delectaberis ſuper Domino, &c. ibid.

12. Vocaberis ædificator ſæpium, auertens ſemitas in requiem tr. 4. *266*.

Cap. 63. 4. Dies enim vltionis in corde meo, & annus redemptionis meæ venit, tr.4. 184.

16. Tu enim Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos. Tu Domine Pater, &c. tr.4.num.220.

*Cap.66.*12. Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam, &c. tract.3.num.59.

IEREMIÆ.

*Cap.*2.12.13. OBſtupeſcite Cæli ſuper hoc, &c. Duo enim mala fecit populus meus, &c. tract.2.num.17.

*Cap.*7. 22.23. Non ſum locutus cũ patribus veſtris, &c. De verbo holacauſtomatum, & victimarum, &c. tract.4. num. 124.

Cap. 8. 4. & 5. Nunquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt non reuertetur. Quare ergo, &c. tract. 2. num. 14.

Cap. 9. 21. Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, tr. 4. num.89.

*Cap.*11.*v.*19. Mittamus lignum in panem eius, tr.3.num.6.

*Cap.*22. 24. Viuo ego dicit Dominus, quia ſi fuerit Iechonias, &c. Annulus in manu dextera mea inde euellam eum, & dabo te, &c. In manu Nabucdonoſor, tr.3. n.161.

*Cap.*31.38. Et ædificabitur Ciuitas Domino, à turre Hananeel vſque ad portam Anguli, &c. tract. 5. num. 43.

TRENI.

*Cap.*3.*v.*27. BOnum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, tr.2.num.62.

28. Sedebit ſolitarius, & tacebit, &c. ibid.

29. Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes ibid.

EZECHIELIS.

*Cap.*1.*v.*4. ET vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, &c. vſque de medio ignis, tract.4. num. 258.

18. Ibant, & non reuertebantur cum ambularent, &c. tract.4.129.

Cap.

*Cap.*4.3. Et tu ſume tibi ſartaginẽ ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & Ciuitatem, tract. 9. num. 2.
*Cap.*13.18. Væ quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus,&c. vſque animas eorum, tr.3. nu. 81.
*Cap.*16.36. Effuſum eſt æs tuum, tr.4.num.74.
49. Hæc fuit iniquitas Sodomę,&c. Saturitas panis, tr.10.num.20.
*Cap.*27.11. Pygmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt, &c. tract.3.num.95.
*Cap.*31.3. Ecce Aſſur quaſi Cedrus in Libano,&c.tr.3.num.11.

DANIELIS.

*Cap.*1.v.12. Dentur nobis legumina ad veſcendum, & aquam ad bibendum, fol. 344. cap.1.
17. Pueris autem his dedit Deus ſcientiam, &c. Danieli autem intelligentiam, &c. fol. 394.cap.2.
*Cap.*3.50. Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, tract. 4. num. 148.
*Cap.*4.7. Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia, &c. tr.2. num.8.
Cap.9.3. Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & depræcari in ieiunijs, tract. 10. num. 30.
*Cap.*10.2. Lugebam trium hebdomadarum diebus; panem deſiderabilem non comedi, tr.10. n.23.
*Cap.*14.2. Similæ artabę duodecim & oues quadraginta, vinique amphoræ ſex, tr.10.num.15.
5. Non videtur tibi Bel eſſe viuens Deus? An non vides quanta comedat, & bibat quotidie? ibid.

OSEÆ.

*Cap.*2.v.13. Viſitabo ſuper eam dies Baalim,&c.tr. 4.num.17.
14. Propter hoc, Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius, ibid.
*Cap.*4.v.2. Non eſt veritas, non eſt miſericordia,&c. Sanguis ſanguinem tetigit, tract. 4. num.37.
6. Conticuit populus meus, &c. Tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, tract. 3. num. 103.
*Cap.*9.6. Memphis ſepeliet eos, tract.10. num.24.
*Cap.*11.187. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, tr.3. num.187.
*Cap.*13.6. Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, &c. Obliti ſunt mei, tr. 10.num.31.
*Cap.*14.3. Reddemus vitulos labiorum noſtrorum, tract.4. num.11.

AMOS.

*Cap.*2.v.16. Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet, tr.4.num.167.
*Cap.*6.1. Væ, qui opulenti eſtis in Sion, &c. fol.329.cap.2.
6. Bibentes vinum in phialis, &c. ibid.
7. Quapropter nunc migrabunt, &c. auferetur factio laſciuientiũ, ibid.

ABDIÆ.

*Cap.*vnic.v.10. Propter interfectionem, &c. in fratrem, &c. peribis in æternum, tr.3.num.54.
18. Erit domus Iacob ignis,&c. deuorabunt eos, ibid.

MICHEÆ.

*Cap.*7.v.2. Perijt ſanctus de terra, & rectus non eſt in hominibus, tract. 4. num. 36.
4. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus, & qui rectus eſt quaſi ſpina de ſepe, tr.2. n.31.

NAVM.

Digitized by Google

2. MACHABÆORVM.

*Cap.7.v.*30. Non obedio præcepto Regis,ſed pręcepto legis,quę data eſt nobis pęr Moyſen, tr.4.num.136.

*Cap.*15.*v.*4. Eſt Dominus viuus ipſe in Cælo potẽs,qui iuſſit agi ſeptimam diem, tr.4.num.224.

5. Et ego potens ſum ſuper terrã, qui impero ſumi arma, & negotia Regis impleri, ibid.

27. Manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes &c. præſentia Dei magnificè delectati, tr.3.num.62.

EX EVANG. MATTH.

*Cap.*1.*v.*5. Booz autẽ genuitObed ex Ruth.tr. 5.nu.19.

*Cap.*5.*v.*3. Beati pauperes ſpiritu &c. tr,3.num.63.& tr.4.num. 164. & 173.

9. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, tr.3.num.63.

13. & 14. Vos eſtis ſal terræ, &c. Vos eſtis lux mundi, tr. 3. nu.103. & 133.

15. Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio,ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, &c. tract. 5. n. 27.

*Cap.*6, & 16. Cum ieiunatis nolite fieri, &c. fol.389, cap,1.17. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ, &c. ibid.

*Cap.*8. 20. Vulpes foueas habent, & volucres Cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet, tr. 1.nu.21. & tr.4.n.157.

23. Aſcendente eo in nauiculam ſecuti ſunt eum Diſcipuli eius, tr.4. num.152.

24. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, &c. Ipſe vero dormiebat, ibid.

25. Et acceſſerunt, &c. Suſcitauerunt eum, dicentes: ſalua nos, perimus, tr.4. num.155.

26. Imperauit ventis, & mari, &c. ibidem, num.152.&c.

*Cap.*9.*v.*9. Ieſus vidit hominem ſedentem in telonio,ſequere me,ſecutus eſt eum, tr.5.num.93.

14. Quare diſcipuli tui non ieiunãt &c. tr.5.num.70.

*Cap.*10.*v.*16. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ,tr.5.num.26.& tr.6. n.1.

34. Nolite putari,quia pacem veni mittere in terram non veni pacẽ mittere, ſed gladium, tr.3. nu.88.

37. Qui amat patrem,& matrẽ pluſquam me, non eſt me dignus,tr.4. num.106.

38. Et qui non accipit crucẽ ſuam &c. tr.9.num.1.

*Cap.*11.*v.*10. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum &c. tr.4.num.91.

12. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, tr.1. n.1.

18. Venit Ioannes neq; manducãs neq; bibens,& dicũt, Dæmonium habet, fol.273.cap.1.

19. Venit filius hominis manducãs, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & puta toruini. ibid.

27. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & nemo nouit filium niſi Pater,&c. tr.3.num.108.

Cap. 13. 25. Cum autem dormirent homines venit inimicus homo,&c. tr.3. n.159.

Cap. 16. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui, fol.285.cap.1.

*Cap.*17. 20. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi per orationẽ & ieiunium, fol.388.cap.2.

26. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare,& mitte hamũ, &c. da eis pro me,& te,tr.4.n.157.

Cap. 18. 2. Quis putas maior eſt in regno Cœlorum, tr.1.n.12.

4. Quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno Cœlorum, ibid.

Cap. 19. 21. Si vis perfectus eſſe vade,& vende, &c.

22. Et da pauperibus, tr. 1.n. 20. & veni ſequere me, tr.4. n.172.

27. Ec-

27. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, tr.1.n.24. tract.4. num.167.
Cap.20. 21. Dic, vt ſedeant hi duo filij mei,&c.tr.3.n.114.
Cap. 23. 4. Alligant onera grauia, &c. in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere,tr.3. num.131.
Cap.26. 26. Accipite,& comedite: Hoc eſt corpus meum, tr.3.n.166.
27. Et accipiens calicem,&c.Bibite ex hoc omnes, ibid.
32. Veruntamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu,tr.4.n.122.
Cap.27.34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle miſtũ,tr.4.n.196.
40. Vah qui deſtruis templum Dei, &c. ſi filius Dei es deſcende de cruce,tr.4.n.119.
42. Si Rex Iſrael eſt deſcendat nunc de cruce,& credimus ei,tr.4.n.120
46. Deus meus,Deus meus, vt quid dereliquiſti me,tr.4.n.121.
59. Et accepto corpore,&c.inuoluit illud inSindone munda,tr.4.n.75.
Cap.28. 13. Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus. tract.3. num.159.

MARCI.

Cap.6. 31. VEnite ſeorſum in deſertum locum,&requieſcite puſillum,tr.2.n.47.
Cap.8.2. Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinẽt me, &c. deficient in via,tr.9.n.29.
Cap.14. 3. Habens alabaſtrũ vnguenti nardi, &c. effudit ſuper caput eius, tr.3. n.13.
Cap.15. 21. Et angariauerunt prætereuntem quendam Simonẽ,&c. vt tolleret crucem eius, tr.5.n.2.

LVCÆ.

Cap.1. 18. ECce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum, tr.4.n.140.
19. Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum, tr.4.n.91.
Cap. 2. 9. Claritas Dei circumfulſit illos, tr.3.num.163.
35. Et ſuam ipſius animam pertrãſibit gladius, tr.4. n.205.
51. Deſcendit cum eis, &c. & erat ſubditus illis, tr.4.n. 122.
52. Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate,& gratia apud Deum, & homines, tr.5.n.34.
Cap.3. 2. Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto, tr.2.n.48.
14. Interrogabant autem eum,&milites dicentes: quid faciemus, & nos, tr.3. n.170.
Cap.6. 36. Eſtote miſericordes,ſicut & Pater veſter miſericors eſt, tr.3. n.47.
Cap.9. 51. Ipſe faciem ſuam firmabat,vt iret in Ieruſalem,tr.3.n.35.
62. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,& reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei, ibid.
Cap.10. 8. Manducate quę apponũtur vobis,&c. tr.5.n.23.25.&c.
Cap.11. 17. Omne regnum in ſeipsũ diuiſum deſolabitur,tr. 3.n.64.
18. Si autem, & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnũ eius, ibid.
Cap.12. 50. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perſiciatur, tr.2.n.43.
51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, ſed ſeparationem, tr.3.n.88.
Cap.15. 21. Pater peccaui in cœlũ, & coram te, tr.4.n.248.& tract. 3. num. 36.
Cap.16. 22. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ, tr.5.n.21.
Cap.22. 29. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, &c. Iſrael, tr.4.n.141.
48. Iuda, oſculo Filium hominis tradis, tr.3. n.68.
Cap.23. 11. Illuſit indutum veſte alba,&

Digitized by Google

ba, & remiſit ad Pilatũ, tr.4. n.76.

*Cap.*24. 17.& 18. Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicẽ, &c. Tu ſolus peregrinus es, &c. tr. 5. num.10.

IOANNIS.

Cap. 1. *v.* 6. FVit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes, tr.6. n.18.

42. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, tr. 6. n.17.

Cap. 3. 14. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ita exaltari oportet Filium hominis, &c. tr.2. num. 3.

*Cap.*4. 6. Sedebat ſic ſupra fontem, &c.tr.3.n.37.

9. Quomodo tu Iudęus cum ſis bibere a me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana, ibid.

13. Omnis, qui bibit ex hac aqua ſitiet iterum, &c. non ſitiet in æternum, tr.2.n.27.

*Cap.*7. 3.4. Tranſi hinc, & vade in Iudæam, &c. manifeſta teipſum mundo, tr.3. n.171.

16. Mea doctrina non eſt mea, tr.5. num. 83.

37. Si quis ſitit veniat ad me, & bibat, tr.2. n.23.

Cap. 8. 37. Scio quia filij Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis, tr.4.n.155.

44. Vos ex Patre diabolo eſtis, tr.1. num. 4.

*Cap.*11. 23.& 24. Lazare veni foras, & ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus,&c. tr.4.n.133.

*Cap.*12. 24.25. Niſi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit, &c. multum fructum affert, tr.2. n.30.

46. Ego lux in mundum veni, tr.3. unm. 133.

*Cap.*13.1. Ante ſex dies, &c. Cum dilexiſſet ſuos in finẽ dilexit eos, tract. 4. num. 183.

6. Venit ergo ad Simonem Petrũ, tr.3.num.110.

*Cap.*14.*v.*12. Opera, quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet, tr.4. num. 153.

26. Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & ſugeret vobis omnia quæcumque dixero vobis, tr.3. num. 168.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, &c. tr.3. nũ.175.

*Cap.*15.1. Ego ſum vitis vera, tr.4. num. 239.

Cap. 16. *v.* 33. Confidite ego vici mundum, tract.2.num.62.

*Cap.*18.12. Comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, tr.4.n.114.

*Cap.*19. 34. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua, tr.4.num.197.

Cap. 21. 4. *vſq; ad* 8. Mane autem facto, &c. Simon Petrus cum audiſſet, quia Dominus eſt, Tunica ſuccinxit ſe,&c.& miſit ſe in mare, tr.4.num.255.

ACTVS APOSTOLORVM.

*Cap.*1.*v.*16.*ad* 20. VIri fratres oportet impleri ſcripturam,&c. vſque & epiſcopatum eius accipiat alter, tract. 3. num. 89.

*Cap.*2.15. Non ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia, tract.4.num.238.

*Cap.*4. 20. Obedire Deo oportet magis quam hominibus, & non poſſumus quæ audiuimus, & vidimus non loqui, ibid.

32. Multitudinis credentium erat cor vnum,&c. vſque ponebant ad pedes Apoſtolorum, tract.1.nu.21.

*Cap.*5.29. Surge, & vade contra meridianum,&c. Et ſurgens abijt, tract. 4. num. 136.

Cap. 6. 5. Et placuit ſermo, &c. Et elegerunt Stephanum, & Nicolaũ aduenam antiochenum, tr.5. n.9.

*Cap.*9.6. Domine quid me vis facere

Digitized by Google

cere, tr.4.num.134.
*Cap.*10.*v.*11.&c. Vidit Cælũ apertum, &c. Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris, fol. 299. cap.1.
*Cap.*12.21. Herodes indutus veſte regia ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos, tr.4.num.218.
*Cap.*15. Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis, &c. vt abſtineatis vos ab immolatis,&c. fol.295.cap.1.
*Cap.*23.6.7. Viri fratres ego phariſæus ſum, &c. Et ortum eſt populi diſſidium, tr.3. num.86.

EPISTOLÆ PAVLI AD ROM.

*Cap.*3.*v.*26. VT ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans,tract.3. num.150.
*Cap.*5.3. Gloriamur in tribulationibus, tract.4.nu.194.
7. Vix pro iuſto quis moritur, &c. tract.4. num.183.
8. Commendat autem charitatem ſuam Deus, &c. Pro nobis Chriſtus mortuus eſt, ibid.& tr.3.n.58.
Cap. 8.9. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, tr.4. num.109.
29. Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes, &c. tr.2.num.55.
Cap. 10. 2. 3. Teſtimonium perhibeo illis, &c. Iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, tr.3.num.97.
*Cap.*12.1. Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, &c. Rationabile obſequium veſtrum, tract. 4 num. 111.& 123.
*Cap.*13.1. Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit, tr. 3. num. 131.
13. Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, &c. fol.398.cap.2.
Cap. 14. 2. Qui autem infirmus eſt olus manducet, fol.306.cap.2.

1. AD CORINTHIOS.

*Cap.*2.*v.*2. NOn enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum, tr. 3. num. 186.
12. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, &c. ibid. num.176.
*Cap.*4.11. Vſque in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, &c. fol. 280. cap.1.& 2.
Cap. 8. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, &c. fol.333.cap.2.
Cap. 9. 13. Qui in ſacrario operantur, quæ de Sacrario ſunt, edunt, tr. 3. num.146.

2. AD CHORINTHIOS.

Cap. 1. *v.* 4. QVi conſolatur nos in omni tribulatione, &c. tr.4.num.165.
*Cap.*3.18. Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini,&c. Tanquam à Domini ſpiritu, tr.2. n.51.
*Cap.*4.17. Quod in præſenti eſt momentaneum, & leue &c. æternum gloriæ pondus operatur in nobis, tract.4.num.54.
*Cap.*6.4. In omnibus exhibeamus &c. In ieiunijs, fol.393. cap.2.
Cap. 8. 14. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat &c. Vt fiat æqualitas, tr.4.num.165.
*Cap.*12,10. Placeo mihi in infirmitatibus meis, &c. Pro Chriſto, tr. 2. num. 42.

AD GALATHAS.

*Cap.*2.*v.*11. CVm autem veniſſet Cephas in facie ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat, tr.6.nu.18.fol.285.cap.2.&c.
Cap. 3. 1. O inſenſati Galatæ quis vos faſcinauit non obedire, &c. vſque Chriſtus Crucifixus, tr. 2. num.52.& tr.3. num.32.
*Cap.*4.19. Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis, tract.2.52.
Cap. 5.22. Fructus autem ſpiritus eſt Charitas Gaudium, Pax, tract. 3. num. 180.

24.Qui

Digitized by Google

24. Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt, &c. tr. 2. num. 20.

Cap.6. 2. Alter alterius onera portate, &c. tr. 3. num. 49.

AD EPHESIOS.

Cap.1.v.13. IN quo, & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis Sancto qui eſt pignus hereditatis noſtræ, tr.4.num.60.

Cap. 4.6. Vnus Deus, & Pater omnium, &c. tr.4. num.120.

Cap.5. 1. & 2. Eſtote ergo imitatores Dei, &c. vſque in odorem ſuauitatis, tr.4.num.235. & 112.

AD PHILIPHENSES.

Cap.2.v.6. NOn rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo tr.4. num.20.

8. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, tr. 1. num. 10.

16. Verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Chriſti, quia non in vacuum cucurri.

Cap.3.18.&19. Multi enim ambulant, &c. Flens dico inimicos Crucis Chriſti, &c. Quorū Deus venter eſt, &c. tr.10. nu.16. & fol 398. cap. 2.

AD COLOSENSES.

Cap.1.v.20. PEr eum reconciliare omnia in ipſum pacificans per ſanguinem Crucis &c. tr.3.num.57.

Cap.3.v.9. Expoliantes vos veterē hominem &c. tr.3.n.29.

14. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis, tr.1.nu.30.

15. Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris &c. tr.3.n.175.

1. AD TIMOTHEVM.

Cap.1.v.17. REgi ſeculorum immortali, & inuiſibili, &c. tract.4.num. 219.

Cap.4.16. Attende tibi, & doctrinæ, &c. te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt, tract. 3. n.150.

Cap.5.23. Modico vino vtere propter ſtomachum, &c. fol.347. c. 2.

Cap.6.10. Radix omnium malorum eſt cupiditas, tract. 1. num. 23.

AD TITVM.

Cap.1.v.6. Vnius vxoris vir, filios habens fideles non in accuſatione luxuriæ aut non ſubditos, tr. 3.num.153.

Cap.3.v.4.5. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, &c. ſaluos nos fecit, tract. 5. num. 80.

AD HEBRÆOS.

Cap.2.v.17. DEbuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſericos fieret, & Pontifex fidelis, tract. 3. num. 42.

Cap.3.6. Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua, &c. firmam retineamus, tract.3.num. 17.

Cap.9.11.12. Chriſtus aſſiſtens pontifex, &c. æterna redemptione inuenta, fol. 285. cap. 1.

13. Si enim ſanguis hircorum, &c. vſq; ad ſeruiendum Deo viuenti, tract.4.num.3. & 5.

Cap. 11.6. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, tract. 1. num. 13.

10. Expectabat fundamēta habentem Ciuitatem: cuius auctor, & conditor Deus, ibid. num. 20.

Cap.13.17. Obedite præpoſitis veſtris, &c. tract.3. num. 158.

EPI-

EPISTOLÆ
Iacobi.

Cap. 1. *v.* 12. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, &c. tract. 4. num. 193.

18. Voluntariæ genuit nos verbo veritatis, &c. ibid. num. 221.

Cap. 5. 7. Ecce agricola expectat prætioſum fructum, &c. vſq; confirmare corda, &c. ibid. num. 51.

APOCALYPSIS.

Cap. 1. *v.* 16. ET de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat, tract. 4. num. 203.

Cap. 7. 14. Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, &c. in ſanguine agni, tract. 4. num. 52.

Cap. 12. 1. Et ſignum magnum apparuit in Cælo. Mulier amicta ſole, tract. 2. num. 63.

14. Et datæ ſunt mulieri alæ duæ Aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum, &c. ibid.

17. Abijt facere prelium cum reliquis de ſemine eius, ibid.

Cap. 14. 2. Audiui vocem de Cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, &c. tract. 4. num. 78.

4. Hi sũt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocunque ierit, ibid.

Hæc ſunt præcipua Scripturæ loca explicata relictis alijs, quamplurimis ad conceptuum confirmationem adductis.

LAVS DEO

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5-3-3

Digitized by Google

Digitized by Google

5-3-3

Digitized by Google